# DECISIONES,

## Seu Diffinitiones

## CAVSARVM PERVSINARVM ET PROVINCIÆ VMBRIÆ,

*IOSEPHO LVDOVICO AB ASSISIO I. V. D.*
*Peruſiæ & Prouinciæ Vmbriæ Auditore generali, Auctore:*

Nunc denuò in lucem editæ multò quam vnquam anteà auctiores, & doctorum aliquot virorum annotationibus locupletatæ.

*Opus hoc quidem in foro verſantibus valde vtile & fructuoſum, in quo videlicet omnia reperiantur tradita, quæ ad praxim neceſſaria ſunt.*

Cum Summariis & Argumentis vniuſcuiuſq; Deciſionis, & INDICE rerum & verborum locupletiſſimo.

PARS PRIMA ET SECVNDA.





DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º C. 41 N. 2.



*LVGDVNI,*
EXPENSIS PETRI LANDRY.
*M. D. LXXXII.*

# DECISIONES,

## Seu Diffinitiones

### CAVSARVM PERVSINARVM ET PROVINCIÆ VMBRIÆ,

*IOSEPHO LVDOVICO AB ASSISIO I.V.D.*
*Peruſiæ & Prouinciæ Vmbriæ Auditore generali, Auctore:*

Nunc denuò in lucem editæ multò quam vnquam anteà auctiores, & doctorum aliquot virorum annotationibus locupletatæ.

*Opus hoc quidem in foro verſantibus valde vtile & fructuoſum, in quo videlicet omnia reperiantur tradita, quæ ad praxim neceſſaria ſunt.*

Cum Summariis & Argumentis vniuſcuiuſq; Deciſionis, & INDICE rerum & verborum locupletiſſimo.

PARS PRIMA ET SECVNDA.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.
Æ. 9° C. 21 N. 2.

LVGDVNI,
EXPENSIS PETRI LANDRY.
M. D. LXXXII.

# IOSEPHVS LVDOVICVS

## *I. V. D. PERVSIAE ET VMBRIAE*

## AVDITOR.

### *BENEVOLO LECTORI S.*

NVNQVAM ſanè fuit conſilium meum, candide Lector, quicquam in lucem emittendi, nec enim tantùm mihi tribuo, tantúmque eruditionis arrogo, vt alios docere me poſſe profitear, atque immenſam in iure noſtro Commentariorum copiam adeò excreuiſſe videbam, vt non paucæ opiniones, quæ ſuperioribus ſeculis habitæ fuerint communes, noſtris temporibus improbentur, atque Iuriſconſulti, in diuerſas ac ſæpe contrarias partes diſputant, ſibíque inuicem aduerſantur, vt verum à falſo, iuſtum ab iniuſto diſcerni vix poſſit, ea præterea eſt noſtrorum temporum iniquitas, atque improbitas, vt pro ſummo labore ſummíſque vigiliis ſumma ſæpe inuidia, ſummum etiam nonnunquam incommodum conſequatur, quod maximè Pindarus conqueritur. abhorrebam quoque ab edendo, quòd ſciebam minimè defuturos maleuolos obtrectatores, qui quidem obiiciant ex alienis laboribus magna ex parte haſce Deciſiones *compilatas* eſſe, verùm quanquam hæc aliáſq; me ab editione dehortabantur, pluris tamen apud me fuerunt quorũdam rogationes, vel iuſſa potiùs, quorum authoritati plurimum mihi tribuendum eſt, quamuis enim illud afferrem, quod ſanè veriſſimum erat, eo me conſilio has lucubrationes confeciſſe, vt futuros labores ſubleuarent, non vt vnquam ederentur, nihil tamen apud eos profeci. Itaque coactus, ne viderer grauiſſimum ipſorum iudicium, ſummámque beneuolentiam paruifacere, pollicitus ſum aliquot me Peruſinas Deciſiones emiſſurum: vt ſi iuris ſtudioſis peritíſque viris non improbari eas perſpexero, alteram deinde partem ipſarum audaciùs poſſim emittere, qui enim verecundiæ fines ſemel tranſierit, oportet eum bene, & nauiter eſſe impudentem, vt ait M. Tullius, neque verò quis exiſtimet alienas me allegationes ſubtraxiſſe, ipſi enim excellentiſſimi Iuriſconſulti optimi teſtes erunt, nam & in paucis ex iſtis cauſis fuit per eos allegatũ, & in quibus fuit, vt obiectionibus reſponderem, ſemper præſtantiſſimorum Doctorum nomina poſui. Vale. Peruſiæ, pridie Idus Iunij, 1572.

# GREGORIO XIII.

## PONT. OPT. MAX.

Sa de la libreria del Coll.o M.or y R.l de S.ta Cruz de la fee Univ.d de G.da

## *IOSEPHVS LVDOVICVS ASISIAS, PERVSIAE, ET VMBRIAE AVDITOR, FELICITATEM.*

*IN MAXIMA atque communi totius Chriſtianæ Reip. letitiæ & gratulatione dabis mihi quoque hãc veniam, Beatiſſ. Pater, ſi & ego, quanquam ita à te rebus omnibus diſto, vt vix aſpirare ad te liceat: adiero, ſanctiſſimos pedes tuos oſculaturus: ac de celſiſſimo, cœleſti dignitatus gradu, in quo nunc es collocatus, quo quidem ſecũdum Deum nullus eſt maior: verè atq; ex animo gratulaturus, video nanque, mecúmque magna quadam cum admiratione cogito, quantum ſis bonum conſecutus: quo & cæteris mortalibus præſtas omnibus, & proximè ad Deum accedis, neque verò tantum gratulor, quòd Pont. Maximus factus ſis: quod aliis multis contigit: quantum, quòd ita factus, vt neſciam, an vlli vnquam alij contigerit. quando enim aliàs auditum eſt, Ampliſſimos Eccleſiæ Antiſtites altero die ſimul ad creandum ſummum Pontificem coactos eſſe, altero vero creaſſe? quod quidem perſpicuum fuit diuinæ voluntatis argumentum. cùm enim optimus & clementiſſimus Deus ſuæ ſemper Eccleſiæ conſuluerit: tùm verò his turbulentiſſimis, ac periculoſiſſimis temporibus clementiæ, prouidentiæq; indicium dedit, cùm immaniſſimus Turca perpetuus Chriſtiani nominis hoſtis, victoria elatus, inſolenter ingenti claſſe mari vagaretur, ditioníque Chriſtianæ minitaretur. eam nanque Chriſtianis Principibus immiſit mentem, opera præſertim, & conſilio PII V. Sanctiſſ. Pontif. in cuius tu locum feliciſſimis auſpiciis ſuffectus es, vt, initio vnà fœdere, & maxima comparata claſſe, hoſtem ſint concordiſſimè aggreſſi: eámque de eo reportauerint victoriam, qua nulla maior poſt hominum memoriam memoratur. cuius Pontificis veſtigia te imitaturum, longéque maiora effecturum, boni omnes, totúſque ſperat Chriſtianus orbis. in quo etiam Lucium II. Pont. Max. conciuem tuum imitaberis. cuius conatus omnes ad propellendos, ac profligandos Chriſtianorum hoſtes ſpectarunt. ac re vera is nunc eſt rerum ſtatus, atque occaſio, vt nihil aliud curandum ſit, quàm vt hoſtis iſte ſeuiſſimus, qui illud vnum dies, ac noctes cogitat, illud vnum ſtudet, vt omnia in ditionem ſuam redigat, pellatur: ita vt noſtris temporibus téque Pontifice, Euangelicum illud de vno Paſtore, déque vno ouili verum appareat. atque te quidem talem anteacta vita tua magnis in rebus cum aliis in locis, tum verò Romæ, quod eſt celeberri-*

*mum, omniúmque oculis expoſitum theatrum, nouimus. vt facile illud de te ſperare poßimus. O fœlicia noſtra tempora: nóſque ipſos, quibus datum eſt hac ætate eſſe: réſque geſtas tui Pontificatus ſpectare. O felicem nobilißimam patriam tuam Bononiam: quæ cùm literarum, armorũ, omnique nobilitatis genere ſemper floruerit, eo in primis nomine poſthac florebit, quòd te filium habuerit. felicißimam verò præcipuè Romam ipſam: quæ eos Pontifices habere incipiat, qui moribus totiúſque vitæ ſanctitate Gregorios illos veteres nobis referant, atque exprimant, quorum innocentiam, probitatémque admiramur, & colimus. Magna igitur cauſa eſt, cur tibi quiſque gratuletur: quòd tot, tantorúmque bonorum occaſionem adeptus ſis: quódque mortales ipſos miſerrimos beare poßis. ſed longè maior Eccleſiæ, cunctóque Chriſtiano gregi vehementer gratulandi, quòd eum nactus ſit paſtorem, qui verè ipſum paſcet. id quod ter repetitis verbis verus Paſtor IESVS CHRISTVS Petro præcepit. dabis igitur mihi, vt ad prima redeam, nec longiùs faciam, Beatiß. Pater, hanc veniam, vt ego quoque tibi nobiſque gratuler. quod ne ſine vlla prorſus occaſione facerem, ac impudens omnino videri poſsim, viſum eſt ad te mittere libellum quendam Deciſionum mearum, Quas, cùm tu Pontifex renunciatus es, diuulgabam. quarum ſcribendarum illud mihi occaſionem dedit, quòd per aliquod tempus ciuilibus componendis, decidendíſque controuerſiis præpoſitus fui, quæ inter Peruſinos Ciues, Vmbriæq́ populos coorirentur, de quo quidem meo opere nihil ampliùs dicere debeo. doctorum virorum iudicio ſemper mihi ſtandum eſſe cenſui. vna illa cauſa me ad edendum impulit, quòd huiuſmodi ſcriptorum genus perutile iis fore mihi perſuadebam, qui eidem muneri præſunt. eas autem ad te mitto, non quò te dignas iudicem, ſed meæ teſtes lætitiæ, quam ego ex Pontificatu tuo maximam cœpi. Adde, quòd videbar mihi facilè ſperare poſſe te vti Iuriſconſultum, licet præſtãtißimum, Iuriſconſulti quanquam minùs, quàm mediocris, lucubrationem haud prorſus contempturum: cæteríſque me longè doctioribus ſpem daturum animosq́ additurum, vt ſuis laboribus, vigilijsq́ mortalibus proſint: quòd Principi placere ſe videant. Verùm, ne impudens omnino videar, finem his faciam. Deus Opt. Max. quemadmodum bonitate ſua incredibili te nobis dedit, ita etiam quàm diutiſsimè incolumen ſeruet. Peruſiæ,*

*Pridiæ Idus Iunij.*

*1572.*

QVÆ

QVÆ SEQVVNTVR EPISTOLÆ, PERTINENT ad Partem ſecundam harum Deciſionum, quæ incipit à folio 147.

# ILL.mo ET R.mo DOMINO D. ALEXANDRO S. R. E. CARDINALI SFORTIÆ, PATRONOQ. SVO OBSERVANDISS.

## IOSEPHVS LVDOVICVS ASISIAS PROVINCIÆ March. Anconitanæ Auditor S. P. D.

*POSSEM fortaſſe cuipiam ambitionis nomine ſuſpectus eſſe (Cardinalis ac patrone Ampliſsime) quòd cũ Peruſinas Vmbriæq́ deciſiones ediderim, illarum alteram partem ſummo Pontifici, alteram verò tibi dicare ſim auſus, eiusq́ mei facti rationẽ ſuſpicabitur extitiſſe, vel quòd inire gratiam voluerim ab eis, qui cæteris fortuna ac dignitate præſtent, vel quòd eos mihi patronos compararim, quibuſcum contendere nemo vel audeat vel poſſit. Sed huiuſmodi homines haud recte reum exploratum habent ſenſum, cùm eo ipſe ſum ingenio, vt fortunam non multi faciam, eos verò qui virtute pollent, eáque duce amplißimam aſſecuti ſunt fortunam, omni ſtudio colam, venerer, & admirarer. Quamobrem nõ ea me ratio impulit, vt Pontifici ac tibi meas lucubrationes mitterem, quòd ille Summus, túque Illuſtrißimus fortuna ſitis. ſed quòd ille virtute Summus, túque Illuſtrißimus, vobíſque non vt fortunatißimis, ſed vt optimis doctißimíſque placere ſtudeo, & in eo ſtudiorũ genere verſatis, quæ ipſe colo, quæue hoc meo volumine continentur. Nam quid magis, conſentaneum, quàm ad iureconſultum ſua Iureconſultum ſcribere, qui cum ea probe teneat facilius tueatur? Et enim illos haud vnquam probaui qui aliena ſtudia ſectantibus ſua dicarunt, quorum iudicio ac falcutate iuuari ac defendi non poſſunt, cùm ea vel non intelligant, vel non profiteantur, ob eámque rem illa nec ipſi probent, nec probentur ab aliis. Quamquam ipſe mea non tam probari ab hominibus cupio, quàm illis meam probare operam & induſtriam communi omnium vtilitati ſtudentem: ſi tamen vllam ex me conſequi poſſunt, cùm ingenij mei, mearúmque virium imbecillitatem optimè norim, ſed vt apud omnes meam voluntatem meáque ſtudia teſtata relinquerem, te ſecundum Pontificem pignus amplißimum adhibere volui, atque etiam ſponſorem, nec eſt mihi verendum, quin vel tu pro me ſpondeas, vel te ſponſorem omnes accipiãt, quod per me ſpõderet velis, illud ſpondere, quòd te benefactorẽ humanißimum amplificatorem dignitatis meæ optimúmque patronum, & fortuna mihi dedit, & ſæpißime ſum expertus quòd omnes te ſponſorem accepturi ſint, ſpondent maxime genus, virtus, & dignitas: ſi Genus quæratur, Sfortia es, ſi virtus, multis antecellis, à nemine ſuperaris, ſi dignitas, regibus par haberis, deniq́ ita natus, ita educatus, ita factus es, vt Sfortiam domũ decet, cuius ſplendor ex virtute maiorum tuorũ effulgens, totum terrarũ orbem Solis inſtar cõplere latißime videtur. Non opus eſt cõmemorare potentiã, dignitatem, opes Mediolani, Piſauri, Barij, Sanctæq́ Flore Dominatus à maioribus tuis admirabili virtute partos, atq́ ſummis cũ Principibus, Regibus, & Imperatoribus neceßitudines, fœdera, & affinitates, innumeros belli duces, treis Cardinales, plures epiſcopos, alioſq́ Eccleſiæ Præſules & ſanctißimos, & ſapientißimos, plureis Reginas, vnam Auguſtã, aliaſq́ grauißimas fœminas, quibus Sfortia domus præ cæteris admirabili claritate præfulget. Quẽ & ſi clarißimũ ſcriptorem non defatigaret Mutius ille Attendulus, qui à virium præſtantia Sfortia dictus, Sfortiadis cognomen peperit, quíue è Cutigniola Aemiliæ oppido tanquam è Curibus paruis miſſus in imperium magnum virtutis gloriæq́ fuit. Quis pro dignitate laudare poſſet Franciſcum Sfortiam eius filium Imperatoriis virtutibus omnibus ornatum ſemper victorem, ac ſemper inuictum? Equidem dum Franciſci eiúſque Patris res geſtas mecum ipſe conſidero, alterum Philippo Macedonum Regi, alterum Alexandro eius filio comparandos iure optimo conſuerim præſtantia rerum bellicarum, probitate verò ac vitæ ſanctitate hos longe ſuperiores affirmauerim. Res ab Alexandro altero Sfortiæ filio geſtæ, cuius tu nomen animúmque refers, amplißimo volumine ſanè dignæ ſunt, ſed duo præſertim extant illius monumenta virtutis, quod Parmam Vrbem cuius tu Præſules, Aſiſiúmque patriam meam ad deditionem compulit. Quis vnquam enumeraret quæ de Boſio Sfortiæ etiam filio dici poſſent? Hic tui generis Sanctæ Floræ author fuit, quod in hunc vſque diem ita floruit armorum literarúmque ſtudiis, vt veſtri flores maxima laudum gloriæq́ fragrantia viguerint ſemper, atque etiam vigeant. A Boſio ille Boſius Pater ſuus oriundus, rebus quidem præclarißimè geſtis clariſſimus fuit, ſed Guido Aſcanio, Mario Paulo ac te filiis multo clarior, bellicis ſtudiis florent quam maxime Virgilius, Marius, & Paulus, cuius rei argumento eſſe poſſent ſummæ ille equeſtres dignitates, quibus à ſummis regibus donati ſunt, At virgilij incredibilis virtus Columellæ in Præcutinis ſuperioribus annis cognita præcipue fuit, cùm ingentem Gallorum exercitum atque impetum vere gallicum obſeſſus modico præſidio & ſuſtinuit,*

*& eluſit: poſtea vero aperto marte ac terreſtri prælio in Gallia contra Gallos non à Rege ſolùm, ſed à Deo ipſo rebellantes. Poſtremo nauali prælio ad Ithacam aduerſus immaniſſimos Turcas, adeo vt Victoria quæ tertio ab hinc anno è Turcis relata fuit eius virtuti magna ex parte referatur accepta. Nunc autem talis tantúſque eſt, vt militaris diſciplinæ magiſter ac princeps per vniuerſam Italiam habeatur, omnéſque de re militari dubitantes ad eum tanquam ad certiſſimum oraculum confluant. Sed quid de Guido Aſcanio dicam, cuius nomine ipſe recreor atque Aſiſiates mei omnes, quibus ille obtigit, non rector & moderator modo iuſtiſſimus, verùm Pater optimus & amantiſſimus? Quàm carus Paulo I I I. ſummo Pontifici fuit, quàm ab eodem auctus, quàm ſe iam inde à puero S. R. E. Cardinalem atque Camerarium præclare geſſis? Quàm ciuilibus ſacríſque virtutibus eximiáque doctrina floruit? ſed inuidit fortuna tantum decus domui tuæ, quàm Pontificia dignitate forſitan exornaſſet, ſed quod illo mors intercepit, in te fortaſſe virtus & fortuna perficient. Quippe qui iiſdem virtutibus cum natura tum induſtria præditus, eadémque dignitate à Pio I I I I. Pontifice ſapientiſſimo auctus iam ſatis ſupérque oſtendis non tibi dignitatem, ſed te dignitati ornamento eſſe teſtis eſt vrbs Roma, teſtis eſt Bononia, atque Aemilia prouincia, quam Legatus abiiſti, quanta viris optimarúmque artium omnium ſcientia excultus, quanta in iure dicendo iuſtitia, & in dando prudentia, & in omnibus continentia & ſapientia ſis inſtructus, adeo vt Prouincia illa legibus à te conditis feliciſſime adhuc regatur atque conſiſtat. Hinc licet coniicere, te talem tantúmque eſſe, vt non eccleſiæ modò, ſed totius etiam orbis gubernacula tractare ac tueri poſſis. ſed me tempus deficeret ſi tua tuorúmque merita & decora omnia cum immortalitate conferenda recenſere velim. Itaque illis relictis, quæ in hiſtoriis hominúmque memoria locum obtinent ampliſſimum, ad meas nunc me referam deciſiones, quarum alteram partem tuo nomini tanquam præſenti numini dicare volui, non ſolùm vt eo perinde ac Mineruæ Clipeo protegantur, ſed cùm illud immortale ſit, futurum ocij mei ratio apud omnis, atque etiam apud poſteros perpetuo conſtaret. Huc accedit quod obſeruantiam in te meam pro ſumma tua dignitate, próque ſingulari in me humanitate ac benignitate tibi debitam, qua ratione melius apud animum tuum relinquerem teſtatam, haud equidem inueniebam. Quamobrem te rogatum ſummopere velim, vt exiguum hoc mearum vigiliarum munus hilari vultu, libentíque animo accipias obſeruantiam in te meam æqui boníque facias: méque totum ſuſcipias, foueas, atque complectaris. V A L E. Maceratæ ex prouincia March. Anconit. Idib. Maij.*

*M. D. LXXIIII.*

# IOSEPHVS LVDOVICVS PROVINCIÆ MARCHIÆ ANCONITANÆ AVDITOR.

## Beneuolo Lectori S. D.

EX LIBRORVM Philoſophiæ legalis copia, quæ continuo in lucem editur, ſeculum noſtrum immenſam vtilitatem conſequi hæc in animo meo (aliquibus forſan diſcrepans) inueterata opinio fuit: & cùm multa hæc librorum frequentia, in euentu ſucceſſa complectatur facta, communéſque opiniones, eo magis communes, quæ ab iis recitantur, nouiſs. iudices, rectiores ſententias, quàm priſcos illos cauſarum diſceptatores proferre, Accurſius, Cynus, Barto. Bald. & quàm plurimi alij: illa enim tempeſtate cùm paulò ante typus vſui eueniſſet, tantáque exitum minimè habuiſſent, Iudices ſuarum cauſarum argumentis, rebúſque ferè quęſitis explanationem faciebant, & iam leges inuentæ ſunt, quæ caſus præpoſiti pactionem faciunt, & non ſolùm leges, verùm etiam nonnullæ Doctorum auctoritates, quæ explanant, ad rémq; tendunt, immo quæ communes, quæ verò communiores ſint, oſtendunt. Itaq; iudex nimium caſus præpoſiti, in ſtudiis temporis conſumens, & legibus & antiquorum, nouiſſimorúmq; iuriſp. doctrinis ſtudium dicans, tuto, quomodo ſententiam prolaturus ſit, ſtatuere poteſt, quòd facile patroni, cauſarúmq; defenſores, in huiuſmodi librorū copia, quæ vera, quæ falſa, quæ communis, quæq; communior ſit opinio, cognoſcentes ratione quæ iis quoque agendæ, quæ reiiciendæ ſint cauſæ, indubitanter non ignorant. At ſi inquies hanc librorum multitudinem longius manaſſe, quòd eos in noſtra hac vita breui perlegere minimè fieri poſſe videtur. Ipſe ita verbis ſubuenio, quòd hodierno die facilius legibus tam magna librorum copia opera datur, quàm pauco numero Accurſij, Cyni, Bart. Bald. & nonnullorū doctorū antiquorū tempeſtate: illis enim temporibus aut typus minimè apud eos erat, aut ſi erat, iis in libris, quos in lucē impreſſores edebant, neq, repertoria, neq; verſiculi, neque commoditas quæuis reperiebatur, qua facile operis ſubſtantia dignoſci poſſet. Itaque vt aliquid reperiretur, aut nimium laboris terere, aut memoriæ prodere (quòd fieri ferè non poterat) erat profecto iis neceſſe. Quam ob rem his noſtris temporibus, & indicibus, ac repertoriis ſummariis, atq; argumentis libri recentes ſunt decorati, quod facilius hodie momento tantum, quàm illo tunc temporis ocio, & quidem longo, cuius vis authoris opus legendo percurritur, & quamuis commodū hoc ſummum laborem adimere videatur, quod doctores ex doctrinis fructus nequaquā exhauriunt, & id obliuio deleat, vt antiqui doctores de more habebant: Attamen qui ſuum animum ad ſtudia aggregare cupit, nunc maiori, quàm tunc, facilitate id conſequi poteſt. Primum Digeſtorum ope, Gloſſarum Bart. necnon Bald. ſuffultus, ac per recentes authores, quid probabile, quid commune, & quid tandem contra communem opinionem exploratum habere, quod vt aſſerui, hodiernorum librorum pulchrioribus alphabetis, repertoriis, ſubornatorum commodo fieri poteſt: & quamquam hac commoditate aliqui laborem repudient (vt mea tamen fert opinio) ingens commodum poſtremos libros afferre inficias iri minime poteſt, & quod eorum laboribus, vt ſupra mentionem feci, Iudices æquiores ſentētias quàm priſca ætate dare poſſunt. nonne forſan etiam Aduocati meliori religione, quàm veteres, alienas cauſas ſuſcipere valent? nec impreſſionis frequētia abuſus appellari poteſt, licèt Iuriſconſultorum minimus, qui in apertū profert, exiſtat, nihilominus tamen ſuū animum ad aliquid tractatus, ad aliquid conſilij, ad aliquam repetitionem elucubrandam dicans, non poteſt, quin aliquid ex ſe ipſo proferat, aut aliorum doctrinam ordinet, vel ſaltem in alicuius ſcientiæ conſideratione vos inducat, & ſi egregius Iuriſp. conſpexerat, non eo diligentiam adhibuerat, vel ſi hac diligentia vſus fuerat, eam non animaduerterat, & meditauerat, perinde ac nouus doctor ponderauerat, quod eſt tanquam exemplar, veſtitus, mores, in dies immutantur, diu erit, quod inſignis Dominus aliquem ritum tulerit, poſtea vir priuatus multis ab hinc annis deſertum, vt rectam pulchrámque formam illam innouare deſiderio flagrat: vnde oritur, vt in memoriam Dominorum quamplurimorúmque hominum ſimilitudo illa veſtitu vtilis redeat: ſic in ſcientia noſtra legali nobis vſui venit, quæ cùm excellens & profunda ſit, licèt aliquis inſignis doctor notabile quid dignū in eius præclariſſimi ingenij monumētis ſcriptum reliquiſſet, tamen dictū illud, etſi magni fuiſſet pōderis, ad rem ob id deductū non fuit, niſi ab aliquo nouiſſimo: ex quo naſcitur, vt ab aliis diligenter conſideretur, & ita cum dictum id eſt verum à ſcriptoribus tanquam commune, falſum è contra reiectum eſt, ſedulo atteſtatur. Idcirco librorum copiam edere, in vtilitatem redundare inficiari non licet, & quod ab eorum multitudine labor non augetur, ſed potius imminuitur: multa quidem ad rem exempla in medium afferre poſſem, quæ (vt breuitati conſulam) ſilentio prætereo. Qua de re cùm ſuperioribus annis dum Peruſiæ, Vmbriæq; Iudex deſignatus fui, quamplurimas cauſarum deciſiones, quas ego explanaui, cumulaſſem, primam partem in lucem edidi: & cùm non ſolum nunc Bibliopolis, impreſſoribúſq; morem geram, verumetiam & vt familiaribus meíſq; dominis ſatisfaciam, quo earum reliqua impreſſoribus conſignem, cùm non omnes limare potuerim, quaſdam eodem numero primi Tomi coaceruaui, quandoq; mihi occaſio ſeſe offeret, ea reliqua arti publicæ ſcribendi committam, duntaxat ad meas perueniet aures, ſecundum Tomum hunc (vt primum) populo cordi eſſe, & tunc mihi, ſi fortuna arridebit, quidq; Ocij nactus ero, non tantum reliquæ Peruſinæ deciſiones à me edentur, verumetiam quamplurimę in agro Piceno collectæ, vbi diuerſis temporibus Iudex creatus fui, cum hac tempeſtate apud Reuerendiſſimum Dominum Fabium Myrtum paulò ante Gaiactij Epiſcopum, & ad præſens Nazareth Archiepiſcopum, huius Piceni Anconitani præſulem, meúmq; peruetere Patronum, cùm Peruſia abirem, ipſe inter ſuos Iudices me collocauit, prætura enim ſupradicti Reuerendiſſimi Domini huiuſmodi eſt, vt futuris temporibus, hac in

prouin

prouincia Cardinalem Egidium, æquipoluiſſe dici poterit: & quod eius tam recto gubernio, virtutibúſque ſuis innumerabilibus, Gregorius XIII. Pont. Max. inter illuſtriſſimos ac Reuerendiſſimos Cardinales ſit collocaturus: Hylari igitur fronte humaniſſime lector harum Deciſionum mearum ſecundum Tomum accipias precor, in quibus opiniones communes, mores, multarúmque rerum ritus inuenies, & earum præſertim, quæ in eccleſiaſtico ſtatu indies euenire ſolent, iis qui ea animi ſynceritate operam nauabũt (vt debet) vtentur, & ſi fortaſſe quid moroſi in iis offendes, fac ne ſtomacho exardeſcas. Accurſium autem animaduertas velim, necnè Bart. Bald. multóſque doctores alios, qui noſtræ huius legitimæ ſcientiæ fontes extitere, multoties in erroribus verſati, eorum dicta proiecta fuere, meo hoc labore vtamini, quando tibi non ab re eſſe videtur: itaque executioni tradens, Chriſti fidelis officio fungeris, ac mihi tantum animi dabis, vt quod ad lucem prodere reſtat, & forſan decretum, ad maiorem prouinciam ſuſcipiendam, vt mens me agitat, firmabo. Cura vt valeas. Datum Maceratæ ex prouincia Marchiæ Anconitanæ Calendis Februarij M. D. LXXIIII.

# IVLIVS CÆSAR
## *GALEOTTVS IVRISCONSVLTVS ASSISIENSIS,*

### AD LECTOREM.

*ACCIPE Lector opus, cui ſat tibi pandere quantum*
*Auctor Cæſareis legibus inuigilet.*
*Nam tanquam pelago in magno, fluctúque minanti,*
*Dirigit in tutos nauita vela ſinus.*
*Sic Ioſephus Ludouicus habet ſe in fluctibus altis,*
*Ingentis Pelagi quò ſua iura legit.*
*Perlege, & accipies certa, & deciſa magiſtro,*
*Perſoluétque operi ſolus amor precium.*
*Aſsiſium muſis debes tu metra Properti,*
*Antiquitus vatem quæ docuere tuum.*
*Non minùs hoc debes tu noſtro tempore Phœbo,*
*Phœbe qui Ioſepho laurea certa dedit.*
*Audis deciſas leges nunc Vmbria ſacras,*
*Quod tunc audiſti, cantus amoris erat.*
*Si te illuſtrauit cantus, quid iura iuuabunt?*
*Et tulit hos fructus vtráque docta manus.*
*Vmbria ſupremo, pro tanto munere dignas,*
*Redde Deo grates, tu magis Aſsiſium.*
*In te Franciſcum dignatus ponere: quæq;*
*Sole fuit nitido fœmina clara magis.*
*Tótque viros magnos terra, cœlóque micantes*
*Parua licèt fueris mœnibus, atque opibus.*



# DECISIONVM CLARISS. DOCTISSIMIQVE IVR. VTRIVSQVE DOCTORIS.

## DOMINI IOSEPHI LVDOVICI AB ASISIO, Peruſiæ, & Vmbriæ Auditoris generalis.

## PARS PRIMA.

CONTINENS SEXAGINTA PRACTICABILES CONtrouerſias, ſeu quæſtiones iudiciales ab ipſo deciſas, in frequentioribus materiis, quæ in praxi controuerti ſolent.

### DECISIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *FVRIOSVS non habens dilucida interualla, etiam quòd ritè teſtatus fuerit, niſi probetur, quòd tempore actus geſti erat ſanæ mẽtis, eius teſtamentum non valet, ſed contrà, infrà, nu. 13.*
2 *Furioſus quicquid agit ignorat.*
3 *Ampliatur hoc procedere, licèt furioſus diſponat ad pias cauſas.*
4 *Iudex debet ſequi voluntatem patris.*
5 *Furioſi contractus non valet, ſicut nec teſtamentũ.*
6 *Vbi intellectus abeſt, ibi furor adeſt.*
7 *Teſtamentum vel alienatio furioſi non tenet, licèt contrahens cum putet ſanæ mentis:*
8 *Fatuitas præſumitur ex donatione, declara vt infrà, nu. 15.*
9 *Actus quòd valeat in dubio debet interpretari.*
10 *Sanæ mentis quis in dubio præſumitur.*
11 *Actus factus quando conuenit homini ſanæ mentis, quis debet præſumi ſanæ mentis.*
12 *Valerij Maximi locus recenſetur dicentis, Romæ fuiſſe in ſenatu approbatum teſtamentũ dementis, cùm fuiſſet ritè conditum.*
13 *Actus geſtus à demente ſi conueniat homini ſanæ mentis, licèt nõ probetur tempore celebrati actus fuiſſe ſanæ mentis, actus valet, & eſt verior & magis communis opinio.*
14 *Sana mens omninò non requiritur in homine diſponente de rebus ſuis.*
15 *Ex donatione quãdo præſumatur fatuitas hîc exactiſsimè explicatur.*
16 *L. ſi furioſo, ff. de curat. furioſ. quomodo procedat, narratur.*
17 *Demens quis non præſumitur ex denominatione facta à patre in teſtamento, etiam dato curatore, niſi poſt mortem teſtatoris dictus curator confirmetur.*
18 *Pro decreto ſemper præſumitur.*

Argumentum.

ACTVS geſtus à furioſo (ſi conueniat homini ſanæ mentis) ſubſiſtit ex veriori & cõmuniori opinione doctorum.

Et denominatio facta à teſtatore in teſtamento, quòd quid ſit fatuus cum datione curatoris, nihil operatur, niſi poſt mortem teſtatoris dictus curator confirmetur.

PERSANTES de caſtro Gualdi Catancorum Spoletanę diœceſis cõdidit teſtamẽtum, in quo hęredem vniuerſalem inſtituit Franciſcum eius Filium, & caſu, quo dictus Franciſcus decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus ſubſtituit ei dominam Durezzam, Claraſtellam, & Theodoram, adiiciens inſuper in dicto teſtamento, quòd dictus Franciſcus nõ poſſit diſponere de dictis bonis ſine curatore, cùm non ſit ſanę mẽtis, moritur dictus Perſantes, remanente dicto Franciſco, qui donauit medietatem dictorum bonorũ dictæ Theodoræ eius ſorori, non obſtãte dicto fideicommiſſo, quo dicebat nõ potuiſſe grauari, quin ſaltem de legitima, & Trebellianica diſponere poſſit, reſeruauit tamẽ ſibi quædam bona cauſa teſtandi, & vſumfructũ.

Moritur dictus Frandiſcus ſine filiis, & vnaquæq; ex ipſis mulieribus, & ſororibus dicti Frãciſci, petebat ſe immitti in poſſeſſionẽ pro tertia parte dictorum bonorum, cùm eſſet purificatum fideicommiſſum, dicta autem domina Theodora volebat pręcipuam medietatem dictorum bonorum cauſa dictæ donationis, cui tamen donationi videbatur reſiſtere teſtamentum dicti Perſantis, in quo dedit ei curatorem, tanquam non ſanæ mentis, fuit dubitatum quid iuris.

Pro dictis mulieribus contra dominam Theodoram primò faciebant, quæ ſcribit Bald. in §. item furioſi. inſtitu. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtamen. quem ſequitur Iaſ. in l. furioſum. in 3. limit. C. qui teſtamen. fac. poſſ. vbi dicunt, quòd
1 furioſus † non habens dilucida interualla, etiam quòd ritè teſtatus fuerit, eius teſtamentum non valet, immo etiam quòd habeat dilucida inter-

ualla, niſi in ſpecie probetur, quòd tempore cele-
brati actus erat ſanæ mentis, geſta non valent,
Alex. conſ. 86. lib. 2. Corn. conſ. 69. col. antepen. &
col. penul. lib. 1. Rob. Marant. in reper. l. is poteſt.
num. 127. ff. de acquir. hæred. vbi poſt doct. in l. fu-
rioſum, C. qui teſta. fac. poſſ. rectè explicat multa
ad propoſitum facientia, ac etiam quomodo pro-
betur furor.

2 Et ea eſt potiſſima ratio, quia † furioſus quic-
quid agit ignorat. l. in negotiis. ff. de reg. iur. l. ſi
quis alicui, de acq. hæred. Alcia. Reſpon. 20. num.
5. Tom. 1. lib. 4. quod ampliatur procedere etiam
3 quòd furioſus † diſponeret ad pias cauſas. Crott.
conſ. 5. nu. 23.

Secundò, per text. in terminis in l. ſi furioſo pu
beri, ff. de curat. furioſ. vbi text. dicit. ſi fuerit da-
4 tus curator per patrem furioſo, † iudex debet ſe-
qui voluntatem patris, ſufficit enim quòd pro ta-
li pater reputauerit. Alex. conſ. 54. ad quæſitum.
lib. 1. Dec. conſ. 86. viſo puncto, nu. 7. Boer. deciſ.
33. num. 80.

5 Et quemadmodum teſtamentum furioſi † non
tenet, ita nec contractus iſte donationis. Bart. in
l. 1. q. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. Barbat. in c. cùm di-
lectus. num. 7. de ſucceſſ. ab inteſta. Boer. d. deciſ.
33. nu. 50. & ratio text. in d. l. in negociis contra-
hẽdis procedit in contractibus, quemadmodum
6 in teſtamentis, & † vbi intellectus abeſt, ibi furor
adeſt, vt notanter in caſu noſtro tradit Boer. con-
fuſè, tamen more ſuo, in d. deciſ. 33. num. 47.

7 Et adeò eſt inefficax contractus † teſtamentum
vel alienatio furioſi, vt non ſubſiſtat, licèt con-
trahens putet eum ſanæ mentis. Bart. in l. 2. §. ſi fu-
rioſo, ff. pro emptor. & diſpoſitio eſſet iuramen-
to vallata. Bald. in l. 2. quæſt. 10. C. de reſcind. ven-
dit. dato etiam quòd actus ille geſtus à furioſo
conueniret homini ſanæ mentis. Boer. d. deciſ. 33.
num. 49.

Eóque magis iſte debet præſumi fatuus (vltra
8 prædicta) ob factam ab eo donationem, † ex ta-
li enim donatione arguitur fatuitas. Boer. d. de-
ciſ. 33. nu. 63. & 64.

Et hæc erant, quæ potui excogitare pro inua-
liditate dictæ donationis, licèt in præſenti cauſa
ab aliqua ex partibus nihil fuerit allegatum

9 Pro dicta domina Theodora facit † regula ge-
neralis, quæ eſt, in dubio fieri debere interpre-
tationem ad validitatem actus. l. 3. ff. de teſtamen.
milit. l. ſi domus. ff. de ſeruitu. vrban. præd. l.
quotiens, ff. de verb. obliga. l. quotiens, ff. de reb.
dub. Emilian. conſ. 46. nu. 15. Dec. in c. quoniam
Abbas. col. 6. de off. deleg. quæ regula coadiuua-
tur ab alia regula & præſumptione, quæ eſt
10 † quòd in dubio quis præſumitur ſanæ mentis,
& non mente captus. Bald. in l. nec codicillos, C.
de codicill. doct. in c. fin. extrà, de ſucceſſ. ab in-
teſt. & in clem. 1. de homicid. Pariſ. poſt Corn. &
Soc. conſ. 88. nu. 18. lib. 3. Emylian. conſ. 133. num.
26. Bero. conſ. 56. num. 21. lib. 2. & nouiſſimè Ro-
land. à Vall. in conſ. 27. num. 28. lib. 3. & vltra præ-
ſumptionem iuris, fuit probatum iſtum Franciſ-
cum eſſe ſanæ mentis, & ex aduerſo non ſolùm
non fuit probata dementia, immo nec quidem
articulata. Iſte enim Franciſcus debet præſumi
11 ſanæ mentis, † cùm actus geſtus conueniat ho-
mini ſanæ mentis & non fatuo. l. furioſus, ff. de
actio. & oblig. l. ſi à furioſo, in princ. ff. eod. tit. l.
non omnis, §. ſi pupillus, ff. ſi cer. per. l. cum eo. §.
ſi furioſo. vbi Alex. ff. eod. tit. ſi cer. pet. doct. in l.
furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ. quicquid ibi di-
xerit Iaſ. num. 3. Boer. qui multos concordantes
allegat de deciſ. 33. nu. 54. & ſeq. & vltra eum Ca-
ſtrenſ. in l. qui teſtamento. §. nec furioſus. ff. de
teſtam. Aret. in l. 2. ff. eod. Grammat. deciſ. 73. nu.
17. Corſet. in ſing. ſuis. in ver. Teſtamentum. Pa-
riſ. conſ. 88. nu. 45. & ſeq. lib. 3. & doct. alibi paſ-
12 ſim adducentes Valerium Maximum dixiſſe, † in
ſenatu Romæ fuiſſe approbatum teſtamentum
demẽtis, cùm fuiſſet ritè cõditum, & alia quam-
plurima enodata à dementibus, vt nec à Catone
quidem meliùs dirimi potuiſſent, ex quo appa-
* ret (quicquid ſuprà dictum fuerit) eſſe * verio-
rem, & magis comm. * opinio. quòd contractus
13 † ſiue teſtamentum ritè geſtum à demente, vel
ab eo, qui habet dilucida interualla, valet & te-
net, ac ſi à ſapiente cõditum extitiſſet, licèt non
fuerit probatum tempore confecti actus habuiſ-
ſe dilucida interualla, quia præſumptio illa tol-
litur ex qualitate actus poſtea geſti, adeò quòd ſi
actus geſtus congruat viro ſanæ mentis, præſu-
metur ſanæ mentis tempore teſtamenti, vel con-
tractus. Boer. d. deciſio. 33. num. 88. concludens
Boer. ibi nu. 89. quòd actor debet probare tem-
pore contractus, vel teſtamenti quem fuiſſe fu-
rioſum, quod non fuit factum in caſu noſtro, ſed
potiùs fuit probatum d. Franciſcum fuiſſe ſanæ
14 mentis. Immo † in homine diſponente de rebus
ſuis non requiritur, quòd ſit omnino ſanæ men-
tis, dummodo tamen non ſit à mente alienatus
Cor. conſ. 261. de dub. col. 9. verſ. profecto. lib. 4.

15 Nec † poteſt præſumi fatuitas ex donatione il-
la, quia cùm nõ haberet filios, fecit donationem
eius ſorori, reſeruatis ſibi quibuſdam occaſione
teſtandi, & vſufructu in eius vita, ex quibus ita
ſtantibus tollitur præſumptio fatuitatis. Pariſ. d.
conſ. 88. nu. 45. lib. 3. vbi per totum illud conſ. in
terminis decidit quæſtionem noſtram. & hæc
omnia de facili procedunt, niſi teſtator pro non
ſanæ mentis d. Franciſcum reputaſſet, eique cura-
torem dediſſet.

Quod tamen obiectum rectè intuenti nil ob-
ſtat. Nam Alex. & alij præſertim Dec. in allegato
conſ. 68. num. 7. ſe fundant in l. ſi furioſo, ff. de cu
16 rat. furioſ. vbi text. d. non ſufficere † ſimpliciter
quem reputari furioſum à teſtatore, etiam quòd
17 ei detur curator, ſed requiritur, † quòd poſt mor
tem teſtatoris dictus curator confirmetur, quia
18 præſumitur pro decreto poſtea ſubſecuto, † quod
nec etiam Dec. ibi bene perſpectus negat, & tra-
dit in terminis curatoris furioſi. Alex. conſ. 85. col.
3. in prin. verſ. & pro tali decreto. libr. 2. Conſ. 69.
num. 30. verſ. Item concurrit. libr. 1. & nouiſſimè
Ant. Gab. in lib. com. concluſ. tit. de ſenten. lib. 2.
concluſ. 5. num. 3.

Quæ confirmatio cùm non fuerit facta in ca-
ſu noſtro, & actus geſtus per d. Franciſcum con-
ueniat homini ſanæ mentis, nec ex aduerſo fue-
rit probatum, d. Franciſcum dementem immo
econtra fuerit deductum ipſum eſſe ſanæ men-
tis, non obeſt ei. d. denominatio facta à teſtatore
cum



cum datione curatoris, quia vltra quod d. cura-
tor non fuit confirmatus, vt ſuprà dicebam, ex
inſpectione dicti teſtamenti, euidenter apparet
teſtatorem non dediſſe curatorem ipſi Franciſco,
tanquam mente capto, ſed tanquam ei, qui pro-
pter malam, & aduerſam valetudinem, eius ne-
gotia peragere non valebat, adeò quòd datio d.
curatoris non fuit facta ad finem ipſum prohi-
bendi, quin de eius bonis diſponere valuiſſet. Hæ
autem dubitationes minus cadunt in caſu no-
ſtro, cùm ageretur poſſeſſorio iudicio, in quo re-
motis iſtis obiectis, & concernentibus petitori-
um d. D. Theodora debet obtinere, dato quòd
fuiſſet d. Franciſcus furioſus, cùm fuerit proba-
tum ipſum Franciſcum poſſediſſe, & furioſus
poſſeſſionem, quam antea habebat, retineat, nec
eam poſſit amittere. Bero. conſ. 56. nu. 16. lib. 2. &
ſic ſententiaui ad fauorem. d. D. Theod. manu ſer
Adriani Minutij Peruſini Not. Curialis. Laus
Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO SECVNDA.

### SVMMARIVM.

1 *Tutor poteſt cõpromittere, quando adhibet eaſdem ſolennitates, quæ adhiberi ſolent in alienatiobus minorum.*

2 *Compromiſſum eſt quædam tranſactio, & num.* 11.

3 *Curator ſicut poteſt tranſigere, ita poteſt compromittere.*

4 *Statutum Peruſinum arctat cõiunctos ad compromittendum.*

5 *Actus ex neceßitate geſtus, nõ comprehenditur ſub lege.*

6 *Controuerſiæ congruentiùs ſopiuntur intra domũ inter amicos, & domeſticos, quàm in palatiis.*

7 *Cogi quando quis poteſt, cenſetur facere actum coactè, non voluntariè.*

8 *Metus non poteſt dici, quando ordinatur ad executionem iuſtitiæ.*

9 *Metu laudabili ſi quid fiat, non debet reſcindi.*

10 *Compromitti debere cauſam, in dubio eſt iudicandum.*

12 *In compromiſſo non poſſunt per tutorem apponi illa verba, procedendi de iure, & de facto.*

13 *Prælatus eccleſiæ etiam non poteſt adiicere dicta verba, quia arbiter poſſet lædere eccleſiam non admittendo probationes.*

14 *Curator non poteſt gratis remittere iura minoris, etiam quòd habuiſſet licentiam à iudice.*

15 *Compromiſſum non poteſt fieri ſuper articulo iuris claro.*

16 *Curator quando dicatur compromittere ſponte, ex deciſ. Benintendi declaratur.*

17 *Affines vigore ſtatuti, non poſſunt arctari ad compromittendũ, quando affinitas eſt diſſoluta, quæ tamen reſpectu impedimenti matrimonij adhuc perdurat.*

18 *Laudum pendet à validitate compromißi.*

19 *Laudum continens expreſſam læſionem eſt nullũ, nec firmatur iuramento.*

20 *Laudum continens expreſſum errorem iuris eſt nullum.*

21 *Ad validitatem tranſactionis eſt neceſſarium inſpicere verba teſtamenti. Ita etiam ad validitatem compromißi.*

22 *Ampliatur hoc habere locum etiam quod teſtamentum fuerit partibus lectum, quia potuerunt legere perfunctoriè.*

23 *Nullitas proueniens ex poteſtatis defectu arbitrariæ, non cenſetur in dubio reiecta à ſtatuto.*

24 *Solennia requiruntur in compromiſſo quemadmodum in alienatione.*

25 *Laudum latum contra voluntatem teſtatoris eſt nullum.*

26 *Clauſula derogatoria cenſetur appoſita in ſecundo teſtamento inter liberos condito fauore filiorum.*

27 *Quæ clauſula intelligitur adiecta etiam ſi in primo teſtamento fuiſſent inſtituti venientes ab inteſtato, exceptis liberis.*

28 *Ludouicus Zunt. modernus laudatur.*

29 *Ardor liciti amoris paterni erga filium operatur, quod in ſecundo teſtamento cenſeatur appoſita clauſula derogatoria.*

30 *Cõmune votum parentum eſt parare diuitias filiis.*

31 *Teſtamẽtum inter liberos ad hoc vt ſubſiſtat, doct. voluerunt cenſeri ineſſe clauſulam, ſi non valet vt ago, valeat eo mel. modo, quo poteſt.*

32 *Cenſetur etiam appoſita clauſula codicillaris.*

33 *Si teſtator dixerit annullãs & cætera, fauore filiorum, illa clauſula extenditur, vt cenſeatur appoſita clauſula derogatoria: idem ſi teſtator mandaſſet extendi teſtamentũ ad cõſiliũ ſapientis.*

34 *Teſtamentum inter liberos eſt adeò fauorabile, vt valeat conditum à teſtatore cæco, & non ſeruata forma. l. hac conſultiſſ. C. qui teſtam. fac. poſſ. quando tamen ceſſat ſuſpitio fraudis.*

35 *Clauſula derogatoria ideo requiritur in ſecundo teſtamento, vt appareat de voluntate teſtatoris, ne dici poßit ſubornatus, quæ ratio ceſſat in teſtamento inter liberos.*

36 *Clauſulam prædictam non poteſt apponere notarius, niſi fuerit rogatus.*

37 *Quando inſtituitur abſens, licèt maior, ceſſat timor ſubornationis.*

38 *Quando teſtator vult ſubſiſtere primum teſtamentum, requiritur quòd proteſtetur tempore facti ſecundi teſtamenti.*

39 *Teſtamẽtũ non valet abſque hæredis inſtitutione.*

40 *Teſtes examinati coram arbitro, non probant in iudicio ordinario niſi ſint mortui.*

41 *Laudum latum contra voluntatem teſtatoris, venit reuocandum.*

### Argumentum.

Curator, vel tutor nõ poteſt cõpromittere, niſi adhibitis debitis ſolennitatibus, nec poteſt adiicere verba illa, de iure, & de facto.

Et quando cõpromiſſum eſt nullũ, ita dicitur nullum laudũ, quod ſubſequitur.

Et fauore liberorum ad hoc, vt ſecundum teſtamentum ſubſiſtat, cenſetur appoſita clauſula derogatoria ad præcedentia, & ſequentia teſtamenta.

SEBASTIANVS Peri Baldi Pe-
ruſini, portæ S.Angeli, & parrochiæ
S.Chriſtophori, condidit teſtamen-
tum, in quo hæredem vniuerſalem
inſtituit Annibalem eius filium, pro
medietate, & pro alia medietate Montē de Cen-
nis de Peruſia, eius nepotem, in eóque appoſuit
clauſulam derogatoriam in forma.

Tranſacto aliquo temporis ſpacio, præfatus
Sebaſtianus alterum condidit teſtamentum, in
quo hæredem ſibi vniuerſalem inſtituit præfatū
Annibalem, in omnibus ſuis bonis, reuocauítque
aliud teſtamentum, in quo pro medietate hære-
dem inſtituerat dictum Montem, verùm non fe-
cit mentionem de dicta clauſula derogatoria, ap-
poſita in primo teſtamento, quæ clauſula, & ſi for
ſan intelligeretur appoſita fauore filiorum, hoc
tamen non habet locum, quando conſtat de con-
traria mente teſtatoris, prout conſtare dicebat di-
ctus Montes, per duos teſtes, in proceſſu exami-
natos.

Fuit iſta cauſa compromiſſa per curatorem d.
Annibalis, & per dictum Montem, in duos cele-
bres Doct. qui quidem arbitri laudauerunt, ipſi
Monti non deberi medietatem dictorum bono-
rum, ſed tantùm tertiam partem.

Extitit de tribus dubitatum. Primò, an dictus
curator potuerit compromittere de rebus iſtius
minoris. Secundò, an laudum dictorum arbitro-
rum fuerit iuſtum. Tertiò, an dictum teſtamētum
fuerit reuocatum per ſecundum, etiam non adhi-
bita clauſula reuocatoria.

Circa primum videbatur dicendum, iſtum tu-
1 torem ritè compromiſiſſe cum dicto mōte, † cùm
adhibuerit eaſdem ſolennitates, quæ adhiberi ſo-
lent in alienationibus. Abb. in c. cum tempore,
numer. 3. extrà, de arbit. Capit. deciſ. 93. in cauſa,
num. 3. Blanc. in Tract. de compromiſſ. in 4. q.
princ. num. 28 fuit enim interpoſitum decretum
Iudicis, quòd cùm præſentia curatoris facit va-
lere compromiſſum. Bald. conſ. 96. num. 3. libr. 2.
2 quod quidem compromiſſum † non eſt, niſi quæ-
dam tranſactio, vt ibi d. Bald. & argumentum de
tranſactione ad compromiſſum valet. Abb. in d.
3 c. cum tempore. & ſic quemadmodum † curator
poteſt tranſigere, ita poteſt compromittere, &
quatenus ſuper hoc oriri poſſet aliqua dubita-
4 tio, remoueri videtur à ſtatuto Peruſino † ar-
ctante coniunctos ad compromittendum. & ſic
5 † actus ex neceſſitate geſtus, non comprehen-
ditur ſub lege prohibente actum fieri. l. 1. ff. de
excuſ. tut. c. ſi quis per neceſſitatem. de reg. iur. in
6. Rom. conſ. 219. ex themate, num. 9. & in termi-
nis ſtante prædicto ſtatuto, quòd curator tenea-
tur compromittere, tradit Beninten. deciſ. Bono.
6 21. † Congruentiùs enim huiuſmodi controuer-
ſiæ ſopiuntur intra domum, & inter amicos, &
domeſticos, quàm in palatiis arg. l. congruentiùs.
C. de patr. poteſt. & licèt non appareat dictum
curatorem metu dicti ſtatuti feciſſe dictum com
7 promiſſum, nihilominus ex † quo cogi poterat,
cenſetur feciſſe illud coactè, non voluntariè, ad
8 trad. per Ruy. conſ. 61. in lite. nu. 32. lib. 5. nec † po-
teſt dici metus, cùm fuerit ordinatus ad execu-
tionem iuſtitiæ. Bald. in Rub. C. quod met. cauſ.
Rolan. à Val. conſ. 83. viſo. nu. 18. lib. 2. vbi etiā di-
9 cit, † factum ex metu laudabili non reſcindi, & ſi
10 aliquod adeſſet dubium, † in dubio eſt pronun-
ciandum, cauſam eſſe compromittendam. Soc.
conſ. 4. in fi. lib. 1. Emylian. conſ. 40. viſis, num. 14.
& ſtatuta huiuſmodi dicuntur fauorabilia. Bald.
in l. qui ſe patris. C. vnd. lib.

Iſtis tamen & ſimilib. non obſtantibus, con-
trarium eſt verius, quòd immo iſte curator vllo
pacto potuerit compromittere, dando præſer-
tim omnimodam poteſtatem arbitris procedēdi
de iure, & de facto, auferēdo vni, & dando alteri.
11 Fundamentum iſtius opinionis eſt, quia † com-
promiſſum eſt quædam tranſactio, aut. vt differ.
iud. in princip. Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorum.
ff. pro ſoc. Bero. conſ. 147. nu. 1. lib. 2. & licèt cura-
tor cum decreto & authoritate Iudicis, ſicut po-
teſt tranſigere. l. non ſolùm. C. de præd. min. l. nul
li. ff. de tranſact. ita etiam poſſit compromittere.
Doct. in l. præſes, & in l. tranſactionis, C. de tran-
ſact. l. mandato generali. ff. de procur.
12 Non tamen † in compromiſſo poteſt appone-
re verba illa, de iure, & de facto, quia etiam inter-
uenientibus ſolennitatibus, huiuſmodi verba ap-
poni non debent, & compromiſſum non ſubſi-
ſtit. Ruy. conſ. 11. num 4. lib. 4. poſt Lap. allegatio-
13 ne 102. vbi Lapus dicit, quòd † prælatus eccleſiæ
non poteſt compromittere adiiciendo dicta ver-
ba in compromiſſo, quia arbiter poſſet lædere
eccleſiam, non admittendo probationem legiti-
mam, & repellendo idoneam, idē tenet Abb. in c.
cum tempore, & in c. cōſtitutus, extrà, de trāſact.

Idem ergo erit in curatore, qui nō poterit ap-
ponere dicta verba de iure, & de facto, prout fe-
cit iſte bonus curator. Alexan. in l. ſi plures, col. 2.
ff. de pac. & conſ. 254. col. 2. lib. 6. Dec. conſ. 35. col.
14 2 Rolan. à Val. conſ. 76. plurib. nu. 12. lib. 1. †. eſſet
enim per illa verba gratis remittere iura minoris,
quòd non poteſt facere curator. l. tutoris. ff. de
pact. Ruy. conſ. 214. nu. 4. lib. 1. quod ampliat Rol.
vbi ſuprà, num. 13. procedere etiam, quòd curator
habuiſſet licentiam à iudice, quia non poteſt iu-
dex dare licentiam ad donandum, & ad interpo-
nendum decretum in donatione.
15 Fuit etiam nullum dictum compromiſſum,
támque ſuper articulo iuris claro. Bald. in l. ancil-
læ. C. de furt. Petr. Duen. reg 36. in 10. fal. articulus
autem iuris eſt clariſſimus (vt infrà demonſtrabi-
tur) quòd tota hæreditas ſpectabat ad d. Anniba-
lem, filium d. teſtatoris.

Redditur etiam nullum compromiſſum, quia
16 in proceſſu apparet, dictum curatorem † ſponte,
non coactum compromiſiſſe. Benint. d. dec. 21. &
vltra eum eleganter deducit Pet. Duen. in d. re. 36.
in 5. ampliat. & ſic ceſſant obiecta, quæ poſſent
procedere, quando eſſemus in dubio, an ſponte
necne compromiſerit.

Demum dictum compromiſſum fuit nullum,
cùm d. Montes formiter non deduxerit in pro-
ceſſu qualitatē agnationis, vel cognationis, adeò
quòd vigore ſtatuti eſſet locus compromiſſo.

Potuiſſet † enim eſſe diſſoluta affinitas, quæ
& ſi duret quoad impedimentum matrimonij,
non tamen durat, quòd poſſit cogi ad compro-
mittendum ea diſſoluta, Bartol. & Bald. in l. cui
corum



corum. §. affinitatis. ff. de poſtul. gl. & Alex. in l.
ſed hoc ita ff. de iud. Tiraq. in tract. de cauſ. ceſſ.
in 1. par. in prin. nu. 31. Pet. Duen. d. reg. 36. in 3.
limit.

Et quemadmodum compromiſſum fuit nul-
18 lum, ita laudum ſubſecutum, † cùm laudum pen-
deat à tenore compromiſſi. l. non diſtinguemus.
§. de officio. ff. de arbit. Soc. conſ. 95. col. 4. lib. 3. &
conſ. 121. num. 3. eod. lib. Dec. conſ. 434. num. 2. Go-
zad. conſ. 72. num. 5. Roland. à Vall. conſ. 76. num.
2. lib. 1. Crott. conſ. 114. nu. 1. Pariſ. conſ. 45. num. 31.
32. & 61. lib. 1. & conſ. 24. nu. 96. & nu. 147. lib. 2. &
19 tantò magis eſt † dicendum nullum, cùm conti-
neat expreſſam læſionem. Pariſ. d. conſ. 45. num.
47. lib. 1. vbi dicit non firmari iuramento. Idem
voluit Bero. conſ. 22. nu. 68. lib. 2. immo continet
20 expreſſum iuris † errorem, vt infrà demonſtrabi-
tur, & ſic tantò magis erit iudicandum nullum,
ad not. per Paris. conſ. 124. num. 144. lib. 2. & ex de
monſtratione laudi nulli ſubſequuti, diſſoluen-
tur duo vltima dubia.

Primò, principaliter fuit dictum laudum nul-
lum, quia nō appparet fuiſſe latum, inſpectis ver-
21 bis dicti teſtamenti, nam quemadmodum † ad
validitatem tranſactionis eſt neceſſe inſpicere
verba teſtamenti. l. de his. ff. de tranſact. l. 1. §. 1. ff.
quemad. teſtam. aper. ita etiam ad validitatem
compromiſſi. ita arguit Ruy. poſt Aug. conſ. 11.
22 num. 11. lib. 4. ſubdens poſt Ang. in d. l. de his † hoc
vendicare ſibi locum, etiam quòd teſtamentum
fuerit partibus lectum, quia potuerunt legere
perfunctoriè, &c. potéſtque ſecundū Ruy. vbi ſu-
prà, nu. 12. opponi de nullitate non obſtan. ſtatu-
23 to, quia † non intelligitur reiecta nullitas proue-
niens ex defectu poteſtatis arbitrariæ.

Secundò, principaliter fuit nullum laudū, quia
non interuenerunt ſolennia requiſita in faciendo
24 compromiſſo, quæ † quidem ſolennia requirun-
tur in compromiſſo, veluti requiruntur in alie-
natione. Rolan. à Val. qui alios cumulat. d. conſ.
76. num. 16. & ſeq. lib. 1.

Tertiò, principaliter dictum laudum fuit nul-
25 lum, † quia fuit latum contra expreſſam volun-
tatem teſtatoris, licèt enim teſtator in ſecundo
teſtamento ad fauorem filij condito, non appo-
26 ſuiſſet † clauſulam derogatoriam, nihilominus
cenſetur in dubio appoſita ad fauorem filiorum.
doct. com. in auct. hoc inter liberos. C. de teſtam.
Rom. conſ. 179. colum. penul. verſ. 2. dico. Crott. in
mem. in ver. amor. in princip. Crauett. conſ. 25. du-
bia plura. num. 10. Paris. conſ. 34. nu. 55. lib. 2. conſ.
24. num. 10. eod. lib. Crauett. conſ. 143. nu. 7. & 157.
num. 12. Soc. Iun. in l. ſi quis in prin. num. 26. 27. &
28. de leg. 3. & conſ. 124. num. 31. vſque ad nu. 57. lib.
1. Didac. Couarr. in rub. ext. de teſt. 2. par. ſub num.
19. ver. ex præmiſſis, vſque ad verſ. ſeptimo eadem
ratione. Bero. conſ. 3. num. 8. lib. 2. Gugl. Benedict.
in cap. Rayn. in ver. Teſtamentum. num. 75. extrà.
de teſtam. vbi dicit dictam clauſulam ſubintelli-
27 gi in teſtamento inter liberos. etiam † ſi in pri-
mo teſtamento fuiſſent inſtituti ſucceſſori ab in-
teſtato exceptis liberis, & ſic non obſtat quòd
dictus Montes eſſet nepos ipſi teſtatori, & aliàs
ei ſuccedere debuiſſet, excepto d. Annibale filio,
& hanc opinionem tenuit nouiſſimè elegans
moder. Ludo. Zunt. in Reſpon. pro vxor. nu. 706.
28 vſque ad num. 710. qui quidem † modern. maximè
debet eius aduerſariis, qui ei præbuerunt anſam
oſtendendi ſubtile ipſius ingenium, vt ex Re-
ſponſ. illo maximum honorem, & laudem fuerit
29 apud omnes aſſecutus. Ardor † enim liciti amo-
ris paterni erga filium operatur vt perinde va-
leat ſecundum teſtamentum, ac ſi in eo eſſet ex-
preſſè appoſita dicta clauſula derogatoria, adeò
quòd credatur voluiſſe, quòd omnino, & aliquo
non obſtante, valeat vltimum poſtremò condi-
tum teſtamentum. Rom. dicto conſ. 179. col. pen.
verſ. 2. dico. In eo enim concurrit equidem ratio
30 naturalis, quæ dictat, commune votum † paren-
tum eſſe parare diuitias filiis. l. ſcripto. ff. vnd. li-
31 ber. Ad quorum † quidem teſtamentorum vali-
ditatem, doct. voluerunt cenſeri ineſſe clauſulam,
ſi non valet vt ago, valeat omni melio. modo, quo
poteſt, & clauſulam codicillarem. Bal. l. ſi iure. C.
de teſtam. manum. Alexan. conſ. 105. num. 6. lib. 7.
Grat. reſponſ. 112. num. 28. libro. 2. Soc. Iun. conſil.
144. nu. 36. lib. 2. Gugliel. Benedict. in d. capit. Ray-
nutius. in ver. Teſtamentum, nu. 32. extrà. de teſt.
Trigon. ſing. 104. Tiraq. in tract. de pen. Cauſ. 22.
nu. 26. & 27. Boer. deciſ. 240. nu. 6. ver. & ſi nō va-
* leat. Clar. qui hanc opin. communem * eſſe teſta-
tur in §. teſtamentum q. 8. ver. vnum tamen. Vaſq;
in tract. ſucceſſ. creat. §. 21. nu. 65. & in tract. de ſuc
ceſſ. progreſſ. §. 30. num. 43. & 45.
32 Intelligitur † etiam appoſita clauſula dero-
gatoria fauore liberorum, quando in teſtamen-
to fuiſſet dictum, annullans, &c. quia illa clauſu-
la extenditur ex conſuetudine notariorum ſiue
iudicis, cum clauſula derogatoria: aliorum teſta-
33 mentorum. Bero. conſ. 3. nu. 14. lib. 2. † vbi idem
dicit, quando teſtator mandaſſet extendi teſta-
mentum ad conſilium ſapientis, quia ad hoc vt
ſecundum teſtamentum valeat, debet extendi
cum clauſula derogatoria: aliorum teſtamento-
rum, immo ſufficit fieri mentionem de primo
teſtamento. Bero. conſ. 106. numer. 32. libr. 1. & hu-
34 iuſmodi teſtamenta † inter liberos ſunt adeò fauo
rabilia vt valeant facta etiam à teſtatore cæco (ceſ-
ſante ſuſpicione fraudis) non ſeruata forma. l. hac
conſultiſſima. C. qui teſtam. face. poſſ. Crott. in
conſ. 121. num. 16. & num. 20.
35 Ideo enim † requiritur mentio prioris clau-
ſulæ derogatoriæ, appoſitæ in primo teſtamento,
vt omnino appareat de vltima voluntate teſta-
toris, ne dici poſſit inſtigatus, vel ſubornatus, in
faciendo ſecundum teſtamentum, cuius ſubor-
nationis timore, conſueuerunt apponi huiuſ-
modi clauſulæ. Bartol. in extrauag. ad reprim. in
verb. non obſtan. & propterea teſtamentum ſe-
quens non caret ſuſpicione, quando aliud teſta-
mentum præcedit cum clauſula derogatoria.
Soc. in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis, col. 4. cir. med.
36 de leg. 1. & propterea dictam † clauſulam non po-
teſt apponere niſi rogatus. Soc. in l. Gallus. § idem
credendum, in 2. not. de lib. & poſthum. quæ ratio
ſubornationis ceſſat in caſu noſtro, tum ob præ-
ſumptam mentem teſtatoris fauore filij, vt ſuprà
dictum fuit. Tum etiam, quia tempore conditi
ſecundi teſtamenti d. Annibal erat infans, nec in
ipſo cadebat timor ſubornationis, arg. l. 1. C. de

falſ. monet.& eorum, quæ in terminis not. Cra-
37 uert. in d.conſ.25.num. 12. vbi d. quòd † quando
inſtituitur abſens etiam maior, ceſſat timor ſub-
ornationis,de qua ſuprà.

Nec illi duo teſtes examinati ad fauorem dicti
Montis aliquid faciunt contra prædicta, quia &
ſi deponant audiuiſſe dici à dicto teſtatore, eius
intentionem fuiſſe,valere primum teſtamentum,
quia per multos plures teſtes ad fauorem d. An-
nibalis filij, examinatos probatur in proceſſu. d.
teſtatorem velle ſubſiſtere ſecundum teſtamen-
tum.

Præterea etiam,quòd teſtator ita dixiſſet per a-
liquot dies poſt perfectum ſecundum teſtamen-
38 tum, nihil eſt, ſed† requirebatur, quòd tempore
conditi ſecundi teſtamenti, Teſtator fuiſſet pro-
teſtatus,velle ſubſiſtere primum teſtamentum.ar.
l.ſi iure,de leg.3.& not. per Soc.Iun. in conſ. 145.
num.9.lib.2.immo intentio iſta prætenſa teſtato-
ris nihil operatur, etiam ſi fuiſſet probata per d.
teſtes, quia eſſet quodammodò nouum condere
39 † teſtamentum, quòd non valet abſque hæredis
inſtitutione, Bald. in l.ſancimus. C.de teſtam. A-
* lex. qui d.hanc opin.com.*in l. ſi ita ſcriptum. §.
regula,de teſtam.Ruy. in puncto conſ.6.ſuper ca-
ſu,num.1.lib.2. Ampliùs dico,& ſi dictus teſtator
ſolennè condidiſſet aliud teſtamentum non ap-
poſita clauſula reuocatoria, ex quo vltimo loco
erat inſtitutus Annibal filius d. teſtamentum vl-
timo loco factum non ſubſiſtere,d.auth. hoc in-
ter liberos. & per Iaſ. in l. ſancimus,num.7.C. de
teſtam.

40 Vlteriùs dicti† teſtes reproducti coram me, &
ad fauorem dicti Montis examinati nō probant,
cùm fuerint examinati coram arbitris,& ſic non
probant in iudicio ordinario, niſi ſint mortui.l.
fin. C. de teſtib. ex alio etiam non probant, quia
non fuerunt iurati.l.iuriſiurandi.C.de teſtib.c.de
teſtib. c. tuis. extrà eod. nec ſemiplenam faciunt
probationem, vt deferri poſſit iuramentum ſu p-
pletorium.Crauett.conſ.25.num.15.

Cùm ergo dictum laudum fuerit latum con-
tra expreſſam voluntatem teſtatoris, non venit
41 confirmandum†ſed reuocandum.l.ſi quis cùm a-
liter. de verb. oblig.Soc.Paris.& alij,vt per Rolā.
d. conſ. 76. num.26 27.28.& 29.libro 1.vbi dicit,
quòd ſicut euidens iniuſtitia reddit ſententiam
nullam.c.cùm Bertoldus,&c.inter cæteras.extrà,
de re iudicat. Ita etiam laudum.

Sententiaui igitur, nec compromiſſum, nec
laudum ſubſecutum ſubſiſtere, & per ſecundum
teſtamentum ad fauorem Annibalis filij condi-
tum, fuiſſe reuocatum primum, etiam non adhi-
bita clauſula derogatoria, manu ſer Franciſci
Gualterotti Peruſini Not. Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Lud. Aud.*

## DECISIO TERTIA.

### SVMMARIVM.

1 *Actus exigendi collectas,eſt actus voluntarius,tam ex parte imponentis,quàm ex parte cui imponitur.*

2 *Collectarū à ſolutione,vt quis præſcriptione ſe tueri poßit, non requiritur, quòd fuerit requiſitus, dummodo collectas non ſoluerit per triginta annos,quod tamen inferiùs declaratur,num.3.*

3 *Ad hoc,vt quis poßit ſe tueri præſcriptione in materia collectarum, & ſimilium impoſitionum, eſt neceſſe,quod fuerit requiſitus,& contradixerit, deinde per triginta annos non ſoluerit.*

4 *Immunitates concedere ſpectat ad ſupremum principem.*

5 *Spoletana ciuitas recognoſcit in ſuperiorem ſummum pontificem.*

6 *Intereſt Reip. & principis, ne delicta remaneant impunita.*

7 *Soluere pecuniam quis non poteſt,ne grauetur muneribus publicis,& ſi eam ſoluit,amittit.*

8 *Communitas, quando poßit concedere immunitatem.*

9 *Aſſertioni decurionum eſt ſtandum,etiam nō probatis meritis.*

10 *Immunitas conceſſa per viam contractus, extenditur ad onera bellica, præterquam belli diuini.*

11 *Hieronymus Gigas Foroſempronienſis Authoris Affinis.*

12 *Immunitas conceſſa contra mentem principis,etiā ex curſu longi temporis, non præiudicat aliis.*

13 *Conſuetudo debet formiter probari.*

14 *Lauretus Brancaleo I.C.Spoletanus,& alij Aduocati Spoletani laudantur.*

15 *Inter conſuetudinem, & præſcriptionem eſt differentia.*

16 *Statutum Spoletanum poſitum,ſub cap.25. declaratur.*

17 *Ciues dicuntur illi, qui naſcuntur in ciuitate, & in ea inhabitant.*

18 *Ciues, qui non habitant in ciuitate, non gaudent priuilegiis.*

19 *Commodum qui ſentit, debet etiam ſentire incommodum,etiam in materia collectarum.*

20 *Commodum declaratur ex qualitate, & quantitate oneris iniuncti.*

21 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

22 *Conſtitutio Marchiæ Ancon. arctat communitates, & vniuerſitates ad creandum ſyndicos, qui habeant deferre maleficia.*

### Argumentum.

Collectarum materia diſcutitur, & immunitatis.

Et, an ſolutioni collectarum præſcribi poſſit, talique præſcriptione quis valeat ſe tueri.

Et, quis poſſit immunitatē concedere.

MAGNIFICA Communitas Spoleti, annis ſeptuaginta, & vltrà elapſis, creauit ciues Spoletanos nonnullos Ruſticos de Villaſi Egij Comitatus Spoleti, cum omnib. prærogatiuis, quæ habent ciues originarij Spoletani & cum particulari liberatione ab oneribus perſonalibus, poſt quam creationem nūquam exercuerunt ſiue ſupportauerunt onera perſonalia, & præſertim officium ſyndicatus,& maſſariatus, quando enim erant requiſiti talia onera ſuſcipere, dicebant de aliis de dicto loco, ecco li noſtri contadini, & balij, quæ verba ægreferentes, alij de dicta villa, habito priùs maturo colloquio decreuerunt adire magnificam Communitatem Spoleti, prout adiuerunt, à qua omnes de dicta Villa fuerunt creati ciues Spoletani,ſoluentes dictæ Communitati ſummam florenorum trium milium in circa,quæ quidem ciuilitas fuit confirmata à ſanctiſſimo D.N.Pio Papa V.ac etiam in Camera Apoſtolica, prout eſt videre in proceſſu.

Eueniente tempore creandi maſſarios, illi primi effecti ciues recuſabant talia onera ſuſcipere, & cauſa fuit commiſſa per S.D.N.d.Gubernatori Spoletano eius Auditori,ac Poteſtati d. Ciuitatis, qui d. d. Auditor, & poteſtas,ſententiauerunt ad fauorem d. Vniuerſitatis Egij, & contra illos primos particulares recuſantes talia onera ſubire licet,d.Gubernator fuerit in contrario voto, à qua ſententia per dictos particulares extitit appellatum, & per Breue Sanctiſſimi cauſa commiſſa Reuerēdiſſimo Domino Gubernatori huius prouinciæ,& mihi ſubdelegata,

Pro dictis particularib.faciebat,Iudicio meo,
1 Conſ.Crauett.III. nu.22. vbi d.quòd † actus exi-
gendi collectas,non eſt actus merè voluntarius,
immo neceſſarius,tā ex parte imponentis,quàm
etiā ex parte illius,cui imponuntur. l. 4. §. actor.
ff. de re iud. & ſic non requiritur, quod fuerit
prohibitus, & poſtea per 30. annos acquieuerit,
ad hoc,vt præſcribat, quemadmodum de volen-
te ædificare furnum & molēdinum, dicimus ad
not. per Iaſ.& Rip. in l. quò minus. ff.de flumin.
2 & p Boſſ. in tit.de reg.nu.41. Sed † ſufficit, quòd
per tempus ad præſcribendum ſufficiens non ſol
uerit collectas abſq; eo,quòd fuerit requiſitus,vt
ibi dicit Crauet. & tradit Nat.conſ. 627. num.1.
lib.3.vbi d. quòd libertati non ſoluendi onera,
præſcribitur ſpacio 30. annorum.l. ſi.C. de fund.
patrim. lib.11.c.de quarta. extrà, de præſcript. &
ſic non videtur fuiſſe neceſſe,quòd iſti particula-
res fuiſſent requiſiti, & per 30.annos poſtea ſte-
terint ad ſubeundum talia onera ad hoc, vt poſ-
ſent ſe tueri præſcriptione, ſed ſat fuit abſq; ali-
qua interpellatione,quòd talia onera non ſubie-
rint per 30. annos, iſti autem particulares de di-
cta villa Egij,non ſolùm nō ſubierunt dicta mu-
nera perſonalia per 30. annos,ſed per 70. annos,
& vltrà, & ſic non videbantur poſſe moleſtari.
Bart. Ang. & Caſtrenſ. in l. licitatio. §. earum.ff.
de public. Cor. conſ.162.litera V,lib 3.& conſil.
268.lib.4.Pariſ.conſ.25.nu.26.& ſeq.lib.1. Bartol.
in cōceſſione immunitatis, conceſſæ à Commu-
nitate Spoleti,conſ.69.incip.Commune Spoleti.
cùm ergo iſti particulares non exercuerint di-
ctum officium, videntur tuti præſcriptione, &
hoc fundamentum me detinebat ancipitem, ad
fauorem dictorum particularium.

Nihilominus iſtud fundamentum rectè con-
3 ſiderando nihil facit,quia † regula eſt trita,quòd
ad hoc, vt quis poſſit ſe tueri præſcriptione, in
huiuſmodi caſibus eſt neceſſe, quòd fuerint ex-
tracti ſyndici illi particulares,& contradixerint,
& deinde per 30. annos talia onera nō ſubierint.
ad not. per doct. in d. l. quò minus.ff. de flumin.
per Boſſ.vbi ſuprà.Pariſ. in terminis conſ. 25. nu.
109.lib.1.poſt Alex. & Fel.& licet Crauett. in ca-
ſu,de quo ſuprà,dicat,nō requiri prædicta, tamē
dictum ipſius eſt intelligendum de collectis or-
dinariis quæ imponi poſſunt à communitatibus,
& à quibus cōmunitates poſſunt eximere ſubdi-
tos, nō autē de huiuſmodi immunitatibus, cùm
4 †ſpectet ad principes,dictas immunitates conce-
dere. l.ſunt munera. ff. de vacat. mun.l.vacuatis.
C. de Decurion. lib.10. Bar.in l.1.C. de decret.ab
ord.fac.lib.10.Pariſ. conſ.69.poteſt, in prin.lib.1.
5 Crott.conſ. 64.nu.3. cùm ergo † ciuitas Spoleta-
na recognoſcat in ſuperiorem ſummum pon-
tificem, non potuit dictos particulares à dicto
officio ſyndicatus eximere.Paris. conſ. 25.in prin.
& ſeq.lib.1.exercitium autem dicti ſindicatus re-
ſpicit vtilitatem publicam, nempe, vt deferant
maleficia Iudici prouinciæ infra octo dies, ſub
pœna florenorum mille pro qualibet vniuerſi-
tate,vt cauetur in conſtitutione Marchię Ancon.
lib.4. cap.5. quæ conſtitutio pro lege ſeruatur in
toto ſtatu eccleſiaſtico, & ſic nec communitas
Spoleti potuit talem immunitatem concedere,
nec ipſi particulares poſſunt ſe tueri aliqua præ-
ſcriptione.arg.l.competit.C. de præſcript. 30.vel
6 40.an.& † intereſt principis,& reipub.ne delicta
remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff.ad leg.
Aquil. & non ſolùm d. communitas non potuit
dictos particulares eximere ab officio ſyndici gra
7 tis, immo nec interueniente pecunia,quum†quis
non poſſit ſoluere pecuniam, ne grauetur mune-
ribus publicis, & ſi eam ſoluit,amittit.Bart.in l.
in priuatis.§.1.ff. de pollicit.Deci. pedē. 95.nu.16.

Sublatis igitur obiectis facientibus pro dictis
particularibus,vel eſt fatendum neutrā dictarum
immunitatum valere,reſpectu dicti officij ſyndi-
ci,prout non valere exiſtimo, vel quatenus veli-
mus dicere dictas immunitates ſubſiſtere,nega-
ri non poteſt,quin præualeat immunitas conceſ
ſa toti vniuerſitati,quum eam non ſolùm obti-
nuerint à communitate Spoleti,ſed etiam confir
mari obtinuerint à Summo Pontifice,& à Reue-
renda Camera Apoſtolica. Præferri etiam debet
8 immunitas † cōceſſa toti vniuerſitati,quia pro ea
obtinenda perſoluerunt ſummam florenorum
trium milium, & vltrà,quo caſu admittunt iura
communitatem concedere poſſe immunitates.
gl. in l.vacuatis.C.de decurion.libr.10. Bartol. in
l.ſi qui. ff. de iur. immunit. Fel. in c. accedentes.
extrà, de præſcript. Pariſ.conſ.68. num.4.& ſeq.
lib.1.quæ quum fuerit conceſſa,ob prædictā ſolu
tionē,tranſitum fecit in cōtractum,nec reuocari
poteſt.Natt.conſ.65.num.10.lib.1.Ruyn.conſ.217,
9 num.1.libr.1.&†aſſertioni decurionum eſt ſtandū
quòd dictam immunitatem conceſſerint ob meri
ta,etiam non probatis meritis.Rolan.à Vall.con
10 ſil.22.num.8. libr.1.quæ † conceſſio immunitatis
facta per viam contractus facit, quòd extendatur
etiam ad onera bellica,nouiſſimè Roland. à Vall.
conſ.76. num. 13.26.& 28.libr.2.& conſil.13.num.
51.lib.3.non tamen debet extendi ad onera, quæ
11 imponerentur ratione belli diuini,† vt poſt Affi-

nem meum honorandum d. Hyeronym. Gigant. tradit Nouiſſimè Caualcan. Fiuizan. in tract. de vſufructu. numer.105. verſic. ſed vbi diceretur, car.489.

21 Immunitas † autem illorum particularium cũ intereſit principis, vt deputentur dicti ſyndici, qui habeant deferre maleficia, quum fuerit conceſſa inſcio d.principe, videtur quodammodò contra mentem ſuam obtenta, & ſic ex curſu longi temporis non debet præiudicare aliis. Bero.conſ. 152. num.12.lib.3.

13 Nec etiam iſti † particulares poſſunt ſe iuuare conſuetudine, quum non fuerit formiter probata, ad not.in l. de quib. ff.de legib.c.fin. extrà. de conſuetud. nec obtenta in contradictorio iudicio. Alexand.conſil.132. ad finem primi dub.lib. 1.prout etiam aduertit excellens aduocatus Spo-
14 letanus d. Lauretus Brancaleo † qui non degenerat ab aliis excellentiſſimis doctoribus dictæ ciuitatis, fama enim audiueram eſſe doctiſſimos, & annis proximè elapſis dum ibi eſſem Commiſſarius Summi Pontific.in cauſa quorundam de Caſtro vallis comitatus Spoleti, ob fractionem treuguarum & pacis, meliùs eorum ſcientia mihi innotuit, & redeundo ad rem, vt dicebam, non poſ
15 ſunt ſe iuuare conſuetudine, extat † enim differẽtia inter conſuetudinem, & præſcriptionẽ.Ruyn. conſil.34.num.16.lib.1.Obeſt etiam prædictis particularibus (ſecundùm prędictum d.Aduocatum)
16 ſtatutum † Spoletanum poſitum ſub capit.25. vbi & ſi ſimpliciter det exemptionem ciuibus Spoletanis ab huiuſmodi oneribus, intelligi tamen debet de ciuibus originariis d. Ciuitatis, gl.in l.1.in fi. ff.de tut. & cur. dat.ab iis. & Boer. deciſ. 13. numer.24.

Et vltra d. aduocatum, dici poteſt, quòd prædicti particulares effecti ciues, non poſſunt potiri priuilegiis d.immunitatis, ex quo ſemper ruri,
17 non autem in ciuitate habitauerunt, † ciues verò dicuntur illi, qui naſcuntur in ciuitate, & in ea ha
18 bitant.l.1. C.ne ruſt.ad vll. obſeq.libr.11. & † qui non habitat in ciuitate, non gaudet priuilegiis. Boer.deciſ.272. num.2.& eſt text.in terminis in l. ſemper. §. negociatores.ff.de iur.immu. & ponit nouiſſimè Egid. Thomat. in tract.de collec.nu.1. mihi, car.308.

Vlteriùs mouebar contra dictos particulares, quia ipſi potiuntur introitibus dictæ Villæ, in paſculando & lignando, quemadmodum alij,
19 † quo fit, vt quemadmodum ſentiunt commoda. Ita etiam debeant ſentire incommoda, ita in indiuiduo in materia collectarum notant.Baldus in leg.1.col.7.C. de ſent.quæ pro eo, quod inter. Caſtren.conſ.329.col.pen.num.7.ver. 10.poſt prædicta.Curt.Iun.conſ.60.num.2.& num.8. & conſil.61.num.5.& num.8.& conſil.68.num.4.& numer.5. Amic.conſil.8. numer.6.Dec. conſil. 694 num.6.Iaſ.conſ.83.col.fin.lib.3.& nouiſſimè Nicolaus Feſtas. in Tract.de extimo, & collect.in 2. part.in cap.incip.2.lim.num.4.mihi.car.34. Bene facit.Ruyn.in conſ.116.num.15.lib.4.vbi d.quòd
20 † commodum declaratur, ex qualitate, & quantitate oneris iuncti, etiam ex qua parte ſpectare debeat.

Cùm igitur tam iſti particulares, quàm tota vniuerſitas d.Villæ Egij fuerint effecti ciues Spo-
21 letani, ſeccedit regula, quòd † priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. ad not.in auth.quas actiones.C.de ſacr.ſanct. eccleſ.Pariſ.conſ.53. num.64.lib.3.Cæph.conſil.16. num.1.libr.1.& ſunt magis priuilegiati iſti, de vniuerſitate ob motum proprium. S.D. N.Innocen. in c. 2.de iur. immun. Deciſ.pedem.95. per totã. quæ quidem vniuerſitas licèt ſemper exercuerit.d.officium ſyndicatus, illi autem particulares non exercuerint, non propterea illi dę vniuerſitate cenſentur renunciaſſe eorum priuilegio, niſi etiam iſti particulares fuiſſent requiſiti, vt talia onera ſubirent, eáque ſubire recuſaſſent, tranſieritque longiſſimum tempus 40.annorum. Pariſ.conſ.25.nu.109.lib.1. exercitium ergo dicti officij cùm interſit principis, vel non potuit aliquib. ipſorum concedi dicta immunitas, à dicta Communitate prout firmiter credo, vel quatenus potuerit concedi: cùm ad præſens fuerint effecti ciues, & immunes omnes de dicta vniuerſitate, eſt neceſſe fateri ipſos ad imparia non
22 eſſe iudicandos, & † vigore d. cõſtitutionis Marchiæ dictam vniuerſitatem teneri ad deputan. ſyndicum, qui habeat referre maleficia Curiæ. Propterea ſententiaui ad fauorem dictæ Vniuerſitatis, & contra dictos particulares, declarando malè appellatum, & bene iudicatum per dominos Iudices, à quibus, videlicet D. Io. Antonio Victorio de firmo Auditore magnifici.d. Gubernatoris Spoleti, & d. Lælio Feſtæ poteſtate dictæ Ciuitatis, non obſtan. contrario voto magnifici d. Gubernatoris dictæ ciuitatis Spoleti. manu ſer Raynaldi de Rubeis Peruſini Not. Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Tutores non poſſunt creare actores, niſi ob imminẽtes cauſas, puta infirmitatis, & abſentiæ, vel nobilitatis.*

2 *Pupillus habet etiam obnoxia bona actoris, quãdo intuitu ipſius pupilli fuiſſet cõſtitutus actor, ſecus quando inſtante tutore, vel curatore, quia habet actionem contra eos.*

3 *L.1.§.ex off.ff. de tut. & rat.diſtrahẽ.habet locum in quocunque adminiſtratore.*

4 *Ampliatur etiam habere locũ in ſummo Pontifice, vt per Bero.hic allegatum.*

5 *Quãdo plures adminiſtrauerunt, ante omnia ſunt conueniendi qui adminiſtrauerunt.*

6 *Huiuſmodi adminiſtratores tenentur inuẽtarium conficere, & quando eis eſſet remiſſa cõfectio inuentarij, nihilominus tenentur conficere librum.*

### Argumentum.

Tutores nõ poſſunt cõſtituere actores, niſi propter neceſſitates.

Pupillus, an & quãdo habeat regreſſum contra



cõtra actorem, vel tutorem hîc explicitè declaratur.

Et quãdo plures adminiſtrauerunt, prius ſunt conueniendi qui adminiſtrauerunt, quàm alij, qui quidẽ adminiſtratores tenentur ſaltem conficere librum, & ſi eis eſſet remiſſa confectio inuentarij.

ILLVSTRISSIMVS dominus Aſcanius Corneus Peruſinus, fuit, decretus tutor dominę Victorię filiæ Capitanei Ioan. Frãciſci de Mõte Melini de Peruſia, quæ domina Victoria ingreſſa fuit monaſterium ſanctæ Catherinæ, & ad preſens nuncupatur ſoror Eufraſia, ob abſentiam dicti Illuſtriſſimi domini Aſcanij, Capitaneus Euerardus de Monte Sperello, ex dicta ciuitate adminiſtrauit quædam bona dictæ ſororis Eufraſiæ, maximæ importantiæ, ſita in cluſio Peruſino, in vocabulo la Machia Tonda, nec probatur, niſi per vnicum teſtem, quòd præfatus Illuſtriſſimus dominus Aſcanius conſtituerit actorẽ dictum Capitaneum Euerardum.

Voléſque dicta ſoror Eufraſia, ac monaſteriũ prædictum, vt eis redderetur ratio adminiſtrationis per dictum Capitaneum Euerardum factę, inſtituerunt iudicium contra eundem Capitaneum Euerardum pro reddenda adminiſtratione, probauerunt q; omnia incumbentia, prout eſt videre in proceſſu.

Ego autem ſententiaui contra dictum Capitaneum Euerardum, quem condemnaui ad reddendam adminiſtrationem rerum, ad eius manus peruentarum, & in proceſſu liquidatarum, motus fui infrà ſcriptis rationibus, & fundamentis.

Primò, quia in proceſſu non probatur, niſi per vnicum teſtẽ, quòd Illuſtriſſimus dominus Aſcanius demandauerit huiuſmodi adminiſtrationem prædicto Capitaneo Euerardo, conſequenter actoria non dicitur formiter probata. l. vbi numerus. ff. de teſtibus, & dato, quòd probare-
1 tur, quia † tutoribus non eſt ſimpliciter permiſſum creare actores, ſed ob imminentes cauſas, puta infirmitatis, abſentiæ, nobilitatis, & ſimilibus aliis cauſis. §. fi.inſt.de curat.Bart.in l.actor. verſ. 3. quæro. ff. rem rat.habe. & licèt Bart.in l.decreto. ff. de admi. tut. dicat poſſe conſtitui actorem ex mera voluntate tutoris, & abſque expreſſione cauſæ, conſultiùs tamen eſt, quòd aliqua cauſa quantumcunque generalis exprimatur, vt quia negotia pupilli ſint diffuſa, vel ob impedimentum rei familiaris, abſentiam futuram, vel ſimilia.l.Thais.§.1.ff.de fideicommiſſa.libert. l. ſi longiùs.ff.de iudic. Vãt. poſt alios in tract. nullit. in tit.de nullit.ex defec.num.147.
requiritur etiam decretum.l.decreto ff.de admin. tut.in huiuſmodi actoria nullum ex prædictis requiſitis interuenit, vltra quod non probatur, niſi per vnicum teſtem, meritò, &c.

2 Ad hoc † enim, vt pupillus, vel minor habeat obnoxia bona actoris, Doct. diſtinguunt, quòd aut conſtituitur intuitu pupilli, & tunc pupillus habet hypothecata bona ipſius actoris, aut actor conſtituitur à iudice intuitu tutoris, & tunc tutor, non autem pupillus, habet obnoxia bona ipſius actoris.Bart.in l.actor.num.7.ff. rem ratã haber. Angel.Aret. in §.præterea. num.41. inſtit. de except. & in §.fin. nu.7.inſt.de curat.Iaſ.in l.properandum.§.fin. num.5.C.de iudic.

In caſu noſtro iſte Capitaneus Euerardus non poteſt excipere negando, non teneri in aliquo præfatę ſorori Eufraſiæ, & monaſterio ſanctæ Catherinę, ex eo, quòd fuerit conſtitutus à prædicto Illuſtriſſimo domino Aſcanio, & ipſius intuitu, quum hoc non probauerit, ſaltem ſufficienter, ergo eſt neceſſe fateri ipſum Capitaneum Euerardum teneri ad reddendam adminiſtrationẽ prædictæ ſorori, & monaſterio .l.1.§. ex officio. ff. de
3 tut.& rat.diſtra. quæ † lex licèt loquatur in tutore, vendicat tamen ſibi locum in quocunque adminiſtratore. Dec.conſ.464. in princip.Ruyn. conſ.29.num.10.& ſeq.lib.5.Boer.deciſ. 59. Bero.
4 59.Bero.quæſt.famil.15.vbi d.† etiã ſummum Pontificem teneri ad reddendam adminiſtrationis rationem, vt per eum.

Si tamen eſſemus in caſu, quòd plures admini
5 ſtraſſent, tunc vtique † eſſent conueniendi, qui primò adminiſtraſſent, ratione ordinis. Marant. in tract.iud.in præfatione, num. 18. Ronchegall. qui materiam ſubtiliter, & doctè explanat, in l. eandem, num. 218. de duob.reis, quæ difficultas non cadit in caſu noſtro, cùm tantummodo præfatus Capitaneus Euerardus adminiſtrauerit.

6 Et † huiuſmodi adminiſtratores tenentur inuentarium conficere, quemadmodum tutores, & curatores.Bart.in l.cùm ſeruus.ff.de condit.& demonſtrat.Iat.Plot.in repet.l.ſi quando nu.233. C. vn.vi.

Immo, licèt eis eſſet remiſſa factio inuentarij, nihilominus tenentur facere librum rationum. Idem Plot.poſt alios in d.repet. l. ſi quando, nu. 244.C.vn vi. Capitaneus tamen Euerardus fecit fienda, & in hoc non poteſt imputari ei, licèt explorati iuris ſit (vt dixi) ipſum teneri ad redditionem adminiſtrationis præfatæ ſorori Eufraſiæ, & monaſterio ſanctæ Catherinæ, & ita eum per ſententiam definitiuam condemnaui, manu ſer Ludouici Alexij Peruſini. Not. Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Commodum ad eum ſpectat, ad quem ſpectat incõmodum.*

2 *Vſufructuarius non poteſt vti arboribus, vi ventorum eiectis, niſi pro reficiendis, & reſarciendis edibus, & in ſubſidium pro vſu lignorum.*

3 *Lex Proculus.§.fi.ff.de vſufruct.enucleatur.*

4 *Quando quis promittit retrouẽdere ſyluã, non poteſt eã extirpare, & ſi aliter faceret teneretur ad intereſſe, quod tamen non haberet locum in ſylua cedua.*

5 *Determinatio authoris in cauſa arborum, vi ventorum eiectarũ in territorio Peruſino, anno 1569 menſe Octobris.*

## Argumentum.

Arbores vi ventorum eiectæ, & euulſæ in agris emptis cum pacto redimendi, debent incidi, & fieri ligna, vel tabulæ, & facta extimatione conſignari emptori.

Cuius vẽditoris eſſe debent ſi redemerit fundum, aliàs ipſarum extimationem debet reſtituere emptori, poſt tranſactum tempus ad redimendum.

NOCTE decimatertia, menſis Octob. 1569. hora. 6. in circa, in territorio Peruſino extitit tam magna tempeſtas ventorum, & grandinis, vt non ſolùm quamplurimas arbores euulſerit, & extirpauerit, verumetiam homines interemerit, & domos in terram proiecerit. Quidam qui emerant terras cum pacto reuendendi, volebant dictas arbores deiectas, qui autem vendiderant cum pacto redimendi, ſe opponebant.

Pro emptoribus faciebat Conſ. Caſtrenſ. 378.
videtur dicendum in antiquis, quem refert Ca-
gnol. in l. 2. num. 189. C. de pact. int. empt. & ven-
1 dit. vbi † dicit, quòd ad eum ſpectat commodum
in iſta materia, ad quem ſpectat incommodum.

Pro venditoribus verò in materia iſta facit. l.
2 arboribus. ff. de vſufruct. vbi † vſufructuarius
arboribus vi ventorum eiectis non poteſt vti, ni-
ſi pro ædibus reficiendis vel reſarciendis, vel in
3 ſubſidium pro vſu lignorum, facit pariter † l.
Proculus. §. fin. ff. de vſufruct. vbi. I. C. dicit, ſi ar-
bores vento deiectas dominus non tollat, per
quod incommodior fit vſusfructus, vel iter, ſuis
actionibus vſufructuario, cum eo experiendum
erit: quæ verba videntur expreſſè probare dictas
arbores ad dominum, non autem ad vſufructua-
rium pertinere, quia poteſt tollere dominus: ita
arguit Pic. per dicta iura, in repet. l. Titia. §. Titia
cùm nuberet, num. 118. de leg. 2. Cagnol. in dicta l.
2. quæſt. 54. numer. 181. vbi ſe remittit ad Veron. in
tract. de montib. quæſt. 6. numer. 11. vbi Veronen.
4 dicit, quòd † quando quis promittit retrouen-
dere ſyluam, non poteſt illam extirpare, quia non
poſſet ſeruare pactum, & ſi aliter faceret tenere-
tur ad intereſſe. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſtament.
lib. eſſe iuſſ. fuer. vt latiùs ibi per Veronen. qui di-
ſtinguit, vt ibi per eum, & licèt non dicat, credo
dicta ipſius non habere locum in ſylua cedua.

Verùm, quia in materia pacti de retrouenden-
do hoc expreſſè non inueni deciſum, & tantum-
modo coram me inſtabatur pro reuocatione præ
ceptorum, & hincinde erãt fortes rationes, nam
ſi emptor priuatur commodo fructuum dictarũ
arborum, debebat releuari in alio, & ſuperlucrari
ligna, ex aduerſo ſi emptor intra tempus redimen
di, redimeret abſque dictis arboribus, haberet fun
dum nudum, & infructuoſum: propterea mediam
5 viam ſequutus fui, † per quam iudicio meo am-
babus partibus fuit conſultum, impartitus enim
fui licentiam venditoribus cum pacto redimẽdi,
incidendi dictas arbores, & fieri faciendi ligna,
vel venundari facta deſcriptione, & extimatione
de valore dictorum lignorum, vel tabularum, da
ta per ipſos venditores cautione de reſtituendo
precium dictorũ lignorum ipſis emptoribꝫ. qua-
tenus non redemerint, argumento dictarum. ll.
arboribus, & Proculus. §. ſi. cum gl. ff. de vſufr. Iſti
enim venditores habent intentionem eorum fun
datam redimendi, velit, nolit emptor. l. 2. C. de
pac. inter empt. & vendit. qui quidem vendi-
tores ſi redimerent abſque dictis arboribus,
recuperarent fundum nudum, & minoris valo-
ris, & potiùs abſtinerent à redimendo, niſi habe
rent ligna, vel eorum precium ad eos ſpectans
duranti tempore redimendi, ſic ergo decreui.
& ita executum fuit Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Executio quãdo fieri debet ſuper eadẽ re, ſuper qua fuit ſententiatũ, partis citatio non requiritur, declara tamen vt infrà, nu. 3.*

2 *Et quod non requiratur eſt magis cõmunis opinio.*

3 *Fallit iſta opinio, quãdo executio eſt fienda per ſucceſſorẽ in officio, & ſic per aliũ Iudicẽ, quàm per eum, qui ſententiam tulerat.*

4 *A ſententia quando fuit appellatum, & appellatio eſt deſerta, & elapſa ſunt fatalia, talis ſententia non poterit exequi, niſi citata parte ad opponen. quicquid vult, & poteſt.*

5 *Declaratur an in huiuſmodi executione fienda, ſufficiat citatio Procuratoris, vel requiratur citatio ipſiuſmet principalis.*

6 *Opinio Authoris, quòd tutiùs ſit citare etiam Dominum, & Procuratorẽ, ſi hoc cõmodè fieri poßit.*

7 *Limitatur tribus modis, nec Procuratorẽ poſſe citari, etiam abſente principali.*

8 *Intellectus ad doctr. Bart. in l. meminerint. num. 4. 5. C. vn vi.*

## Argumentum.

In executione ſententiæ fienda ſuper eadẽ re, ſuper qua fuit ſentẽtiatum regulariter, nõ requiritur citatio partis, niſi ſentẽtia eſſet exequẽda per iudicem ſucceſſorẽ in officio, vel quòd à ſententia fuiſſet appellatum, & elapſa eſſent fatalia, quia tũc partis citatio requiritur, & regulariter in huiuſmodi executione fienda ſufficit citatio procuratoris, præterquam tribus caſibus hîc enumeratis.

FVIT actũ actione perſonali cõtra quẽdam, & deinde fuit condemnatus ad relaxandum, & reſtituendũ rẽ illã, fuítq; poſtea petita executio dictæ ſententiæ coram me, & dubitatum, an in executione fienda, ſiue in mandato de immitten. in poſſeſſionem, eſſet citanda pars, & an deberet citari prĩcipalis an autẽ procurator.

Circa quam quæſtionem Doct. licèt aliquali-
ter



ter perplexè loquantur, nihilominus concluden-
do conſtituunt regulam, in ſententię executione,
partem non eſſe citandam, ita Bartol. in l. à diuo
Pio. §. in venditione. de re iudic. nu. 2. vbi licèt di-
cat, debere aſſignari terminum parti ad dicẽdum
cauſam, quare ſententia exequi non debeat ex
1 mente aliorum Doctorum. Tamen contrarium
ipſe concludit ibidem in verſ. ego dico, quòd in
dicto caſu partis citatio minimè requiratur, præ-
cipuè quando ſuper eadem re, ſuper qua fuit ſen-
tentiatum, executio fieri debet, per text. quem al-
legat in l. qui reſtituere. de rei vendicat. vbi latè
Nicol. col. 1. & licèt contraria opinio, quòd im-
mo in huiuſmodi caſu requiritur citatio, à quam-
pluribus ſequatur, moti, quia quandocunque Iu-
dex interloquatur, pars citari debeat. l. de vno-
quoque cum materia. de re iudic. præſertim cùm
pars lædi poſſet. l. nam ita diuus. de adop. cùm plu
res exceptiones poſſent opponi contra ſenten-
tiam. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & tradunt Alex.
Iaſ. & alij in d. §. in venditione, prout eſt in com-
petentia iudicis, & quòd ſententia fuerit lata die
feriata, & ſimiles, vt ibid. Et hęc opinio videtur
nunc forſan verior per ſupradicta, & per multas
alias rationes allegatas, & relatas ab Alex. in d. §.
in vẽditione, num. 30. prout etiam veriorem eam
affirmat ibid. Alexand. & Iaſ. num. 9. & Cyn. qui
principaliter eam eſt ſecutus in l. ab executione.
C. quo. app. non recip. & Marian. Socyn. in tract.
citatio. art. 7. num. 22. & latiſſimè Pet. Duc. in reg.
94. citatio. Tamen quòd in huiuſmodi caſu, quã-
do in reali actione ſecuta eſt condemnatio, & ſu-
per eadem re executio fieri debet, ſiue in perſona-
li, quando agitur ad ſpeciem extantem, nunquam
2 citatio requiratur † magis communiter * cum
* Bartol. in d. §. in venditione, pertranſeunt omnes
Doct. vt ibid. fatetur Alexa. & Iaſ. quos ſecutus eſt
etiam Bald. in l. terminato. col. 3. C. de fruct. & lit.
expen. Rot. deciſ. 355. in noui. Ant. de Bnt. & Imol.
in c. ex ratione. de app. & Calc. in conſ. 85. & Gui.
Papæ. in q. 319. & nouiſſimè Neuiz. conſ. 20. num.
36. à qua opinione in conſulendo, & iudicando
iniquum eſſet recedere propter Bart. & aliorum
ſuprà nominatorum authoritatem.

Sed quia cauſa ipſa non coram principali ipſo
Iudice, qui ſententiam tulerat, agitabatur, ſed co-
ram me, qui (licèt indignè) Auditor ciuitatis Pe-
ruſiæ, & Vmbriæ deputatus fueram, & ſucceſſor
D. Decij Florentij Auximani, quo caſu omnes fa-
tentur intrepidè, in ſententiæ executione coram
tali ſucceſſore in officio citationem partis requi-
ri, quia coram hoc ipſo Iudice exequente nihil a-
ctum fuit, nec deciſum, ex quo ei aliquid parte
præſente ad cauſam pertinens liquerit, cùm cau-
ſa cognita executio fieri debeat, quæ quidem cau
ſæ cognitio, licèt coram primo Iudice interuene-
rit, ſicque propterea alia citatio, vt ſuprà non re-
3 quiratur, tamen cum coram me ſucceſſore † nulla
prorſus parte legitimè præſente cauſæ cognitio
interuenerit, meritò partis citatio requiri debere
omnino videtur, prout expreſsè in terminis tra-
dit Alexand. in d. §. in venditione, numer. 30. verſ.
tertio limit. & in conſ. 30. colum. fin. verſ. quo-
ad ſeptimum. lib. 1. & Marant. in tractat. de iud.
par. 6. in titul. de execut. ſent. num. 18. & commu-
* niter * ſequi tradit Port. Imol. in tractat. comm.
concl. in lib. 1. concl. vltima. in 30. Ampl. verſ. ter-
tia fuit opinio. cum pluribus aliis ab eo ibidem
relatis.

4 Quemadmodum etiam traditur à Doctor.
quòd † quando à ſententia fuit appellatum, &
appellatio eſt deſerta, & elapſa fatalia, talis ſen-
tentia executioni demandari non poterit, niſi
partis citatio interuenerit, quia poterit eſſe, quòd
appellans legitimè impeditus, ſuam non fuerit
proſecutus appellationẽ, quòd ipſi iudici omni-
no liquere debet, quòd abſque citatione minimè
fieri poterit, ſicque cauſæ cognitio, & cõſequen-
ter citatio, prout in ſuperiori caſu interuenire
debet, quemadmodum in terminis iſtis tradit
Bart. in l. 1. in fin. ff. nil noua. app. pend. vbi dicit,
quòd tunc pars citari debet ad opponendum
quidquid vult, ne dicta ſententia exequatur. Et
ita etiam tradit & ſequitur. Bald. in l. ſi contra. C.
de appell. & in l. 2. §. fin. C. de temp. app. & Dec. in
conſ. 97. col. 2. & Marant. vbi ſuprà, nu. 16. quod in
practica obſeruari tradit Apoſtill. ad Alexand. in
conſ. 72. lib. 7. & in d. §. in venditione, num. 32. tra-
dit idem Alexan. & eſt tex. vbi hoc notatur in cap.
ex ratione, de appel. & in l. fin. in fin. vbi not. Bal.
C. de temp. appell. quòd communiter etiam tradi
à Doct. in l. ſi contra. C. de Appel. dicit Marant. in
loco ſuprà proximè citato: & faciunt in materia
conſimili, nouiſſimè tradita per Mitiguer. obſer-
uatione 73. cent. 3.

Propterea ſuper hoc cauſæ Patroni concorda-
bant, & in vnum concurrere videbantur, ſed prin
cipaliter dubitabatur, an procurator, vel princi-
palis ipſe cauſæ citari deberet. Dominus Petrus
Iacobus Cauſidicus Peruſinus afferebat ſufficere
citationẽ Procuratoris, per doctr. Bart. in l. memi-
nerint. nu. 5. C. vn. vi. Vbi Bart. dicit, quòd quando
5 † producitur ſentẽtia, & executioni mandari pe-
titur corã iudice, debet citari Dominus, vel Pro-
curator, ergo videbatur ſimpliciter dicendum
Procuratoris citationẽ ſufficere. Et licèt punctus
iſte de citando procuratore non tangatur, neque
à Doctorib. in d. §. in venditione, nec à Maran. vbi
ſuprà, neque etiam à Mari, Soc. in d. tract. citatio.
præſertim in ſuprà allegato, art. 7. nu. 22. vbi Ma-
6 teria executionis ſententiæ examinatur. † Nihilo-
minus putabam tutius fuiſſe, & Dominum, &
Procuratorem citari. Verùm quia principalis Pe-
ruſiæ non degebat, hoc exequi minimè poterat.
Et ſic dubiũ remanebat, an procurator ipſe citari
deberet, & poſſet, & dubium faciebat, quia cùm
iam eſſet finita lis per ſententiam, & Procurator
ex aduerſo ad bancum iuris fuerit proteſtatus,
nolle ampliùs in cauſa cõparere, videbatur prin-
cipalem, non procuratorem eſſe citandum. Nam
licèt procurator ad omnem actum citari poſſit
regulariter. l. 1. §. vſus. de Procurator. c. 1. de iud.
lib. 6. cùm non cogatur quis perſonaliter compa-
rere, niſi ex cauſa. l. pen. C. de procurat. regula ta-
men iſta fallit tribus caſibus.

7 Primò, † quando procurator eſſet abſens. Se-
cundò, quando eſſet aliter impeditus. Tertiò,
quando declarauerit procurator, nolle ampliùs
in cauſa comparere. Ita poſt Domi. de S. Gemin.
Philipp. Franc. Bal. Iac. de S. Georg. Felin. & alios

tradit Boer. in deciſ. 28. num. 5.

Præterea quando Procurator ſimpliciter conſtituitur in prima inſtantia, etiam remota proteſtatione illa, non debet Procurator ſed Dominus citari. Nam cum per ſententiam diffinitiuam expirauerit officium Procuratoris, tantummodo appellare tenebatur, & non appellationem proſe-
* qui. Doctor. communiter* in l. inuitus. C. de procur. Felin. in c. cauſam quæ, col. 3. verſ. ſic etiam, de re iudi. & latiſſimè Boer. poſt alios, quos allegat in d. deciſ. 285. num. 9. & velle exequi ſententiam eſt quodammodo nouum iudicium, cùm debebant interuenire requiſita à Doctoribus in d. §. in venditione, meritò in caſu iſto dominus, non procurator, citari debere videbatur.

8 Nec obſtat † Doct. Bar. in d. l. meminerint, quia doctr. illa procedere poteſt, quando Procurator eſſet conſtitutus etiam in ſecunda inſtantia, ſed cùm D. Antonius Nutius de Caſtro Paſſignani procurator fuerit tantùm conſtitutus in prima inſtantia, vt præſupponitur, meritò ipſe procurator citandus non erat. Præterea doctr. illa non arctat, ſed dicit, ſufficere citationem incipere à Domino, vel à Procuratore, vt ibi: Præterea & tertiò illud intelligitur ſimpliciter, non ſi per procuratorem eius officio fuerit renunciatum, prout in præſenti caſu contingit.

Ex quibus elicitur concluſio, quòd quando procurator fuit conſtitutus in prima inſtantia, ſeu in ſecunda inſtantia, & renuerit velle in cauſa patrocinari, ſemper in executione ſententiæ dominus ipſe principalis eſt citandus, & non Procurator, & ſic eſt intelligendus Bart. in d. l. meminerint, & aliæ doctrinæ ſuprà allegatæ, pronunciaui dominum, non Procuratorem, fore citandum ex præmiſſis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura ad quam, & ſcriptura ex qua, quæ dicatur.*

2 *Scriptura ad quam, debet habere ſubſcriptionem trium teſtium, quando ſcribens eſt peritus, quando autem ſcribens eſt imperitus, requiritur ſubſcriptio quinque teſtium.*

3 *Libram auri hodie conſtituunt centum, & ſeptem aurei.*

4 *Teſtes ſubſcripti ad hoc vt probẽt, neceſſe eſt, quòd viuant ratione hîc aßignata.*

5 *Cõparatio ad hoc vt fiat, requiritur, quod alia probatio haberi non poßit.*

6 *Scriptura ex qua, debet pariter eſſe adnotata tribus teſtibus cum eorũ ſubſcriptione, quorũ duo ſaltem de eorum ſubſcriptione atteſtentur.*

7 *Comparatio prædicta quando eſt fienda, requiritur quòd ſaltem duo periti adhibeantur.*

8 *Peritorum iuramentum nõ debet eſſe veritatis, ſed credulitatis.*

9 *Hoc tamen eſt intelligendum, ſi dicti periti cõmodè haberi poſſunt, quemadmodũ in inſigni iſta ciuitate Peruſiæ, & alijs ſimilib. locis, aliàs ſecus.*

10 *Cõparatio quæ fit de ſcriptura ad qua, de ſcriptura ex qua debet habere literas, & caracteres ſimiles, arbitrio tamen iudicis.*

11 *Teſtes, qui recognoſcunt, eorum ſubſcriptiones ex communi doctorum ſententia omninò probant.*

12 *Teſtes qui negant, eorum ſubſcriptionem non probant, ad hoc tamen, vt eorum ſubſcriptio aliquã præſumptionem faciat, arbitrio iudicis debet fieri talis comparatio literarum.*

13 *Teſtes qui deponunt de contentis in ſcriptura, & ſic de veritate negotij, omninò probant, & duo teſtes ſufficiunt, & probatio iſta æquipollet inſtrumento iurato.*

14 *Si autem non deponunt de contentis in ſcriptura, ſed tantùm vidiſſe ſcribi, & præſentes fuiſſe, tũc arbitrio iudicis probant.*

15 *Quidam ſuſpenſus Romæ in principio Pont. S. D. N. Pij Papæ V. eò, quia adulterauerat manum, & caracteres Summi Pontif. præfati, in quibuſdam bullis cum tali ſimilitudine, vt Pontifex ipſe, & Archiepiſcopus Maffeus Datarius vix eam recognoſcerent.*

16 *Iudex ex cauſa poteſt induci ad plenè credendum teſtibus.*

17 *Teſtes licèt deponant habere notam manum, & caracteres alicuius, ſi tamen non fuerunt præſentes, nihil probant, relinquitur tamen arbitrio iudicis.*

18 *Tempus, ætas, atramentũ, languor, & alia ſimilia ſæpe diuerſitatem literarum inducunt.*

19 *Opinioni vniuerſitatis, & collegij magis adhærere debemus, quàm opinioni particularis Doctoris.*

20 *Cæpal. conſ. 270. num. 9. lib. 2. nouiter enucleatur, atque declaratur.*

21 *Scriptura ad hoc, vt probet, debet fieri literarũ cõparatio, & per dipoſitionem teſtium recognitio coniunctim, quando dicta ſcriptura negatur ex comm. doctorum calculo.*

## Argumentum.

Scripturæ priuatæ authoritas, & fides, & comparatio literarum, quomodo, & qualiter ſit facienda, hîc enucleatur.

HIERONYMVS, & Leander filij, & hæredes q. Antonij Pergentilis de Aſiſio habitatores Peruſij, diu litigauerunt cum Bartolomæo Bectulo de Peruſia, ſuper quadam pecuniarum ſumma, & tandem d. Batholomæus fuit condemnatus per Dominum Sebaſtianum Donatum Bobienſem, tunc temporis Peruſij Auditorem, & introducta cauſa coram me per viam appellationis, fuit per me ſententiatum prout in notula iuxta ſtilum curiæ dictæ ciuitatis Peruſinæ, & dum cauſa ventilaretur prædictus Batholomæus, confitebatur debitum, verùm dicebat particulam debiti prædicti, videlicet florenos octo ſoluiſſe Antonio Pergentilis patri ſuorum aduerſariorum, prout de dicta ſolutione in proceſſu conſtabat in quadam charta ſcripta manu cuiuſdam Notarij, ad præſens præmortui, & ſubſcripta manu dicti Antonij.

Replicabatur per Agentes chartam illam non fuiſſe ſubſcriptam ab Antonio eorum patre, & èconuerſo plures teſtes examinati fuerunt ad illas literas, & manum dicti Antonij recognoſcendam, & comprobandam.



Ego autem in hac facti ſpecie, & controuerſia dicebam potiora eſſe iura ex parte dictorum Agentium, & ex infraſcriptis mouebar.

Namque ſcriptura priuata manu tertij confecta à debitore tãtùm ſubſcripta, & nulla teſtium ſubſcriptione munita in iudicio producta, & à parte negata, qualis illa fuit, de qua ſuprà altero de tribus modis probari poteſt, nempe, vt per comparationem literarum ſolùm, vt per teſtium depoſitionem ſolùm, vt per vtrunque coniunctim.

Primò caſu quando ſcriptura negata per literarum comparationem probari nititur, in primis, & ante omnia literarum ipſa comparatio legitimè fieri debet, quæ quidẽ tunc legitimè fieri dicitur, quando duæ afferuntur ſcripturæ, vna ad
1 quam, & altera ex qua comparatio fit. † Et ſcriptura ad quam eſt illa, quæ in iudicio producitur, vt ei fides adhibeatur, cõtinens illud, ad quod debitor eſt obligatus, & ſcriptura ex qua eſt illa, quæ in iudicio producitur, vt ex ea ſimilitudo accipiatur, cũ alia ſcriptura in iudicio porrecta, debitum continetur, de cuius tamen fide dubitatur. Ita enim dicit Cy. in l. comparationes. C. de fid. inſtr. & Angel. in aut. ſiquis. C. qui pot. in pignor. hab. & refert Curt. in repet. l. admonendi. nume. 114. & ibid. Lud. Roma. num. 50. de iureiur. & Rolan. à Vall. in conſil. 26. lib. 1. & tradit etiam glo. in auth. de inſtr. caut. & fid. in princ. in verb. ex collatione. & gloſ. in l. comparationes præallegata, in verb. ſubſcriptiones, & tradit Barthol. in l. ſcripturas. nume. 2. C. qui potior. in pignor. hab. Alexan. conſil. 76. col. 2. lib. 3. Dec. conſil. 615. col. 2. verſ. ſimiliter. Crauet. in tract. de antiquit. tem. par. 1. num. 74.

2 Et ſcriptura † ipſa ad quam, ſubſcriptionem trium teſtium continere debet, quando peritus literarum in ſumma excedente libram vnam auri ſeſe obligauit. Alexan. conſil. 181. num. 5. libr. 2. Pet. Io. Anchar. quæſt. famil. 10. num. 7. par. 1. quando autem imperitus, quinque teſtium ſubſcriptionem requirit, ita eſt text. & ibi not. iunct. glo. in l. fin. & in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. & tradit Alber. in d. l. comparationes. quam quidem
3 libram auri hodie conſtituunt † centum, & ſeptẽ aurei, vt tradit Roll. à Vall. in tract. de lucr. dot. q. 53. in fin. diminutus eſt enim valor hodie antiqui aurei, vt atteſtatur Port. Imol. ſiue quiſquis is fuerit, in tract. comm. opin. in lib. 1. conc. 40. in 12. limit. & ſuper materia iſtius comparationis literarum, & ſcripturæ priuatæ ſemper eſt videndus Crauett. in tractat. de antiquit. temp. par. 1. nu. 64. & ſeq.

4 Secundò † requiritur quòd teſtes ſubſcripti viuant, ratio autem aſſignari poterit, quia ſi teſtes præmortui eſſent, ſcriptura illa nuda remaneret, & ex illa nullum bonum poſſet ſumi argumentum, ad not. per glo. in l. 1. & 2. C. de teſta. & per Fulg. in conſil. 79. col. pen. & vlt. & per Boſſ. in tit. de falſ. num. 26. & facit optimè tex. in c. 2. de fide inſtr. & in §. ſi verò moriãtur. in auth. de inſtr. caut. & fid. & tradit idem Rol. à Vall. in conſil. 84. num. 4. libr. 3.

5 Tertiò, † requiritur ad hoc, vt comparatio legitimè fiat, quòd alia probatio haberi non potuerit, & ſic iureiurando affirmetur. ita probatur in d. auth. de inſtr. caut. & fid. in §. ſi verò nihil, & ita quoque tradit Apoſtil. ad Barth. in l. nuda. col. pen. de donat. & glo. in d. l. comparationes. §. omnes.

6 Quartò † quòd ſcriptura ex qua, tribus teſtibus ſit adnotata cum eorum ſubſcriptione, quorum duo ſaltem de eorum ſubſcriptione atteſtentur, ita eſt tex. in §. ſiquis igitur. Aut. de inſtru. caut. & fid. & not. in d. l. comparationes. Niſi pars confiteretur ſubſcriptiones illas eſſe eorundemmet teſtium, vt dicit Ang. in aut. ſi quis. C. qui potior. in pignor. hab. & niſi etiam talis ſcriptura ex qua, fuerit pars in iudicio vſa. vt eſt tex. vbi not. in aut. ad hæc. C. de fid. inſtrum. quia talis vſus inducit approbationem, vt dicit Alber. ibid. & niſi etiam eſſet publicum inſtrumentum talis ſcriptura ex qua, quia publicum inſtrumentum maximum robur habet. vt not. in §. ſed ſi inſtrumenta. in Aut. de inſtr. caut. & fid. Namque vt ait Curt. in d. l. admonendi. nu. 114. comparatio fieri poteſt etiam de ſcriptura publica ad priuatam, quemadmodum de priuata ad priuatam habentem teſtium ſubſcriptiones, & de priuata ad publicam, & ècõuerſo. Et hoc dicit ibid.
* Curt. quod cõmuniter* à Doctoribus eſt receptũ.

7 Quintò, † in dicta comparatione fienda requiritur quòd periti in arte ſcribendi adhibeantur, & ſaltẽ duo eſſe debent per not. per Alex. in conſil. 148. excellentiſſime Domine. num. 1. & 6. lib. 2. & per Campeg. in tractat. de teſti. reg. 302. verſ. ſecundò fallit, & per Barth. in prooem. ff. or. in fin. & l. ſemel. C. de re militari. lib. 12. & probat etiã text. in d. l. comparationes. in §. omnes, quemadmodũ vidi poſteà aduertiſſe doctiſſimũ Menoch. in tractat. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 2. in caſu 114. nume. 26. & 27. vbi per alias authoritates hoc idem in iis terminis comprobauit.

Inſuper oportet, quòd tales periti iurati deponant, vt eſt text. in d. l. comparationes. in d. §. omnes in princip. prout etiam tradit Rip. in d. l. admonendi num. 3. & Menoch. vbi ſuprà nu. 27.
8 quod quidem iuramentum † non debet eſſe iuramentum veritatis, ſed credulitatis, cùm ipſi non tanquam teſtes, ſed vt periti in arte deponãt, quo caſu credulitatis ſatis eſt iuſiurandum interuenire, vt dicit Rip. in d. l. admonendi, nume. 196. cùm non de iis, quæ ſub ſenſum cadunt, ſed quæ ſub intellectu eorum deponere debeant, vt dicit Cæp. in conſil. crim. 61. num. 9. & faciunt tradita ab eodem in conſ. 28. num. 19. & à Bart. in l. 1. in fi. princ. de ventr. inſp. & latiſſimè à Iaſ. in rub. de iureiur. num. 4. & per Camp. in d. tract. de teſtibus. d. reg. verſ. 4. fallit, & facit text. in c. fin. de frig. & maleficiat.

Et quòd dictum eſt quod duo periti adhiberi
9 debent, ita erit intelligendum † ſi commodè haberi potuerint, vt puta ſi caſus in inſigni ciuitate, vt eſt Peruſina, eueniret, vbi ſimiles, & aliarum quarumcunque liberalium artium peritio-

res non deſunt, alioquin vnus tantum ſufficeret,
per ea, quæ tradit Bart. in d.l.1.& Cæp. in d.conſ.
61.num.5.& ſeq.quod à dicto Menoch. viro alio-
quin eruditiſſimo, non fuit conſideratum in lo-
co ſuperiùs proximè citato.

Eo autem ordine tales periti ſuper dicta com-
paratione fienda debebunt ea obſeruare, quæ à
d. Menoc.ibid. n.29. & ſeq. tradita ſunt, quæ bre-
uitatis cauſa hîc non inſerere mihi viſum fuit.

10 Sextò, & vltimò † requiritur, in ipſa literarum
comparatione fienda quòd ſcriptura ad quam, &
ſcriptura ex qua, & literę & characteres in eis cō-
tentæ ſint omnino ſimiles, circa quod plurimùm
iudicis arbitrio tribuitur, ita dicit Cur.in d.l.ad-
monendi.nu.di.114.& Menoch. vbi ſuprà, qui per
multa allegant, quæ videri poterunt.

Nec omitto quòd quamplurima alia, ad hanc
ſimilem comparationem literarum ſpectantia à
Doctor. in locis ſuperiùs citatis pertractantur,
quæ conſulto prætermittēda duxi, cùm ad caſum
præpoſitæ quæſtionis noſtrę parùm facere videā-
tur, & ſcilicet, quæ ad illam literarum cōparatio-
nem ſpectant, quæ per ſcripturam ad quam, ex
ſcriptura ex qua fieri ſolet.de qua ſuprà cùm dicta
Apocha, vt ſuprà coram me producta, & negata
per huiuſmodi literarum comparationem mini-
mè nec probata, nec conata fuerit probari.

Capiendo igitur ſecundum caſum, quando ſci-
licet per teſtium depoſitionem ſolùm ſcriptura
negata probari nititur, qui eſt caſus noſter, cùm
aduerſarij dictam ſcripturam, vt ſuprà negatam,
plurimorum virorum teſtimonio comprobare
fuerint conati. Dicebam, nec ex hoc capite dictā
ſubſcriptionem eſſe probatam.

Nanque teſtes, qui volunt probare aliquam
ſcripturam manu alicuius fuiſſe ſcriptam, prout
dictus Bartholomæus dictam ſubſcriptionem,
manu dicti Antonij probare intendebat, per di-
ctorum teſtium depoſitiones, aut illud probant,
quia erant in dicta ſcriptura, ſeu Apocha, & apo-
diſſa ſubſcripti, & tunc, aut eorum ſubſcriptiones
recognoſcunt, aut non, aut illud probant, quia
præſentes fuerint, quando talis ſcriptura ſcribe-
batur. & illam ſcribere per ſcribentem viderunt,
& tunc, aut deponunt de contentis quoque in di-
cta ſcriptura, aut ſimpliciter vidiſſe ſcribere, &
fuiſſe præſentes, aut, & vltimò illud probant, di-
cendo quòd manum, literas, & characteres illius,
qui ſcripſit notiſſimam habent, quia pluries illū
ſcribere viderunt, & hic eſt caſus noſter.

11 Primo caſu † de omnium veritate breuiter vi-
debatur dicendum, quando dicti teſtes erant ſub-
ſcripti, aut dicebam eorum ſubſcriptionem re-
cognoſcunt, aut non, ſi recognoſcunt, communis
* eſt * & ab omnibus approbata concluſio, quòd
plenè probant manum, & literas. Ita probat tex.
in §.ſi quis igitur. Aut.de inſt.caut.& fin. & tradit
Bart.in l.ſcripturas. C.qui potior. in pignor.hab.
& Curt.in d.l.admonendi.nu.109.& 120. & ibid.
Cacc.nu.55.& nu.60. Vbi dicunt hoc eſſe verum,
etiam quòd dicti teſtes nihil de contentis in dicta
ſcriptura deponant.

12 Si autem † eorum ſubſcriptionem non reco-
gnoſcunt, quia corū ſubſcriptiones negant, tunc
nullam inducent probationem, niſi legitima ſua-
rum literarum cōparatio interueniat, dictorum
ſcilicet teſtium, quo tamen caſu non niſi qualem
qualem probationem inducēt. Ita tradit Caccial.
vbi ſuprà nu.61.& allegat idem tenere Saly.in d.l.
admonendi. Eſt enim diuerſus hic caſus ab eo,
quando teſtes nō recognoſcunt, quia mortui, aut
abſentes, quo caſu locum habent ſuperiùs tradita
in ſecundo caſu principali. & à Caccialup. vbi ſu-
prà, num. 61. nanque nos loquimur de probanda
ſcriptura, & ſubſcriptione teſtium per eorum re-
cognitionem, nō autem in caſu, quo probari non
poſſet, & faciunt etiam ad prædicta tradita ab eo-
dem ibid.in 18.concluſ.num.66.

Secundo caſu principali, quando teſtes fue-
runt præſentes, & ſcribere viderunt, & tunc di-
cebam, quòd aut deponunt etiam, præter præ-
ſentiam, de contentis in dicta ſcriptura, & circa
eius ſubſtantialia, aut ſimpliciter tantùm præſen-
tes fuiſſe, & ſcribere vidiſſe dicunt. Si de con-
13 tentis † in dicta ſcriptura, & ſic de debito etiam
* deponunt, tunc ex communi * omnium Docto-
rum calculo plenè dicitur probata ipſa ſcriptura,
immo tunc etiam debitum plenè probatum di-
cetur, & duo teſtes ſufficiunt, qui cùm deponant
de veritate negocij faciunt creditorem præfer-
ri, etiam contra habentem inſtrumenta publica,
ad tradita poſt alios per Petr. Io. Ancar. quæſt.fa-
mil.10.nume.2. par.1. per Ruyn. conſil.46.nume.
8.libr.4. Barth.Soc.conſil.274. libr.2. Crauett. in
tractat.de antiq.temp.par.1.nume.58.ob quas do-
ctrinas ego hîc Peruſiæ iudicaui ad fauorem d.
Io.Marię Valeriani de Peruſia, contra alios credi-
tores magiſtri Herculani ſcalcinæ, phyſici manu
ſer Petri Franciſci Tāciolini Peruſini notarij Cu-
rialis, & eſt ratio, cū teſtes inſtrumentis æquipa-
rentur quo ad fidem faciendam, l. in exercendis,
cum materia. C. de fid.inſtr. & faciunt ad prædi-
cta tradita principaliter à Bart. in auth. ſi contra-
ctus num.6.C.de fid.inſtr.& in l.nuda.col.pen.de
donat. & hoc ſequutus eſt Curt. in d.l.admonēdi
* num.110. hócque communiter * obſeruari tradit
ibidem Iaſ. num.85. & Rip. nu.107.cum aliis ibi-
dem relatis. & Caccialup. num.62. quod diligen-
ter notari mandat.

14 Si autem † de contentis in dicta ſcriptura non
deponunt, ſed tantùm præſentes fuiſſe, & ſcribe-
re vidiſſe atteſtentur, tunc communiter decidi-
tur arbitrio iudicis relinqui, an plenè, an verò ſe-
miplenè dicta ſcriptura fuerit probata, an ſcili-
cet ſit manu dicti Debitoris ſcripta. namque li-
cèt teſtes præſentes fuerint, & viderint, quando
talis Debitor ſcribebat, tamen facillimè in dicta
recognitione decipi poterunt, cùm continuò ho
minum malitia excreſcente, non pauci reperian-
tur, qui ita rectè aliorum manum, literas, & cha-
racteres in ſcribendo imitantur, vt vix alteram
ab altera peritiſſimus etiam quiſq; recognoſcere
15 poſſet, quemadmodum quandoq; † ego propriis
oculis vidi, præſertim Romæ annis proximè e-
lapſis in princ. Pontif. Sanctiſſ. D. N. Pij Papæ
V. tunc enim aderat Romæ quidam, qui ita adul-
terabat manum Summi Pontif. in his, quæ expe-
diri ſolent per Datarium, vt etiam ſanctitas ſua
vix recognoſcere poſſet manum ſuam ab illa, nec
etiam Reuerendiſſimus Datarius Maffeus, quod
tamen



tamen ſcelus fuit detectum, & ille talis captus, &
laqueo ſuſpenſus Romæ, prope pōtem S. Angeli,
prout hiſce oculis vidi, & ſic niſi in hoc plurimū
iudicis arbitrio tribueretur, facilè eſſet quòd ſcri-
pturæ tales perſæpe vitiarentur, & qui eſt credi-
tor, quandoque debitor euaderet: cùm hominem
homini lupum eſſe à natura compertum ſit. Et
propterea non immeritò Doctor. ita conſtituere
voluerunt, prout in primis voluit Barth. in d.l.
admonendi, num. 26. & ſequutus eſt Curt. ibid.
num.110.& Caccialup.num.62.vbi hoc perpetuò
16 mandat non tradi obliuioni, † quia quandoque
poterit eſſe tāta teſtium fides, vt iudex ipſe ad ple-
nè credendum eis inducatur. argum. l.3. §.eiuſdē
quoque, de teſtib.& huius quoq; opin.fuit Ruyn.
in conſil.79.num.3.lib.4. & hoc nouiſſimè auda-
cter tradere non fuit veritus Menoch. in d. tract.
de arbitr. iud.in d.caſ.114.num.20. Et quia hic nō
eſt caſus noſter, ideo ad tradita per doct.in locis
ſuprà citatis, pro iis, quæ ad latiorem prædicto-
rum cognitionem pertinent, me remittere ſatis
erit. Non prætermittendo quòd præſentia trium
teſtium requiritur. Didac. cap. 22. car.341. pract.
* quæſt.vbi de communi * atteſtatur, & Alciat.cōſ.
14.lib.5.tomo 2.

Capiendo igitur tertium, & vltimum caſum
præpoſitæ quæſtionis, quando ſcilicet teſtes ſcri-
pturam eſſe manu alicuius probare nituntur, di-
cendo quòd notam habent manum illius, licèt
præſentes non fuerint, vt ſuprà, qui eſt caſus no-
ſter, & qui tunc in controuerſia verſabatur. Di-
cebam Bartholomæum ipſum obtinere minimè
17 poſſe, cùm teſtes deponēdo † habere notam ma-
num, literas, figuras, & characteres alicuius ſim-
pliciter abſque alio minimè propter hoc talem
ſcripturam, ſeu etiam chirographum, illius eſ-
ſe probent, pro quo deponere voluerunt, niſi
etiam fuerint præſentes, quando ille ſcribebat,
quo caſu nec etiam plenè probant, niſi arbitrio
iudicis, vt ſuprà. Et optimam veriſſimámque ra-
tionem huius concluſionis aſſignauit Impera-
tor in auth. de inſtru. caut. & fid. circa princ.
quam etiam diligentiſſimus quiſque accurata ex-
perientia potuit obſeruaſſe, de qua meminit e-
tiam Grauatius ad praxim Veſtr. libr. 6. cap. 1.
18 num.26. † Nempe quia tempus ipſum quàm ſæ-
piſſime literarum diſſimilitudinē inducit, quādo
quidem non ita quis iuuenis, & robuſtus quēad-
modum ſenex, & vt plurimum tremens, vt expe-
rientia docet, ſcribere poſſit. Nam prætereundo,
quòd quandoque languor, quandoque calami, &
atramenti mutatio literarum ipſam diſſimilitu-
dinem perſæpe inducere poſſunt, vt etiam expreſ
ſè traditur in loco ſuperiùs proximè citato. Et
quod plus eſt, vno, & eodem die quiſmet etiam
inuitatus haud ſimiles literas ſcribere poterit, vt
quando manus aliquo ex opere eſſet defatigata,
& ſimilibus ex cauſis. Ex quibus facillimè colligi
poteſt, quàm fallax ſit illorum teſtium iudicium,
qui ex notitia ſolùm alicuius literarum identita-
tem comprobare nituntur. Non immeritò igitur
* communi * omnium calculo conſtitutum fuit.
quòd licèt quis pluries aliquem ſcribere viderit,
& qualitatem eius ſcripturæ notam habere pro-
fiteatur, cùm tamen facillimè decipi poſſit, licèt
deponere audeat ſe literas illas, & manum il lius
recognoſcere, quia pluries illum ſcribere vidit,
& propterea iudicat, talem ſcripturam manu il-
lius ſcriptam fuiſſe minimè nihilominus probat,
& teſtes ita deponendo nullam prorſus fidem fa-
cere poſſunt. Quod principaliter notatur in §.ſi
quis igitur. ibi, præſentes teſtes. in aut. de inſtr.
caut.& fid.& in gl.magna in aut.& ſi contractus.
ibi, vel quod eis præſentib. C.de fid. inſtr. & hoc
idem tradit Barth.in l.nuda ratio. nu.6. de donat.
& in l.admonendi. nu.26. & Bal.in aut.ſed nouo
iure. C.ſi cert.pet. Et ſequutus eſt Rip. in d.l. ad-
monendi, nume.104.& nume.106. & Caccialup.
ibid.num.55. verſ.profectò, & Curt. num.109. &
113. & nullos profectò habet hæc opinio contra-
dictores, nanque eam ſequutus eſt Roman.in d.l.
nuda.Bart.in d.auth. & ſi contractus. col.2. verſ.
oppono.Fely.in c.2.de fid.inſtr. & ibi etiam But.
& Panor.& Bart.in l.ſcripturas.C.qui pot.in pig.
hab.Crauett.in loco ſuprà allegato, de antiq.tēp.
Alex.conſil.150. col.7. lib.5.& conſ. 80. libr.4.&
conſ.76.col.1.lib.3.& in conſil.181.num.3.lib.2.&
in conſil.58.lib.7.& in conſil.103.num.4.& nu.2.
eod.lib.7.& in conſil.150.num.16.libr.5.& in con
ſil.123.num.4. & ſeq. lib.1. & in conſil.114.libr.7.
Ideóque Dec.in conſil.615.col.2.dicit Ang.in aut.
ſi quis vult cautè.C.qui pot.in pig.hab. aduertiſ-
ſe mercatores vt cauti ſint, & ne confident in his
ſimplicibus apodiſſis propter earum periculum,
ſi à partibus negarentur. Et ibid. ſubdit hanc opi-
nionem ſequutum fuiſſe Cæſareum ſenatū Nea-
politanum, prout etiam refert Afflict. in deciſ.
181. & propterea tantò magis hæc concluſio in-
19 dubitata reducitur, cùm † magis opinioni vni-
uerſitatis alicuius, & collegij, vbi plurimi doctiſ-
ſimi viri interuenire ſolent, adhærere debea-
mus, quàm conſilio alicuius particularis. iuxta
no. in c.prudentiam. & ibi Abb.in princ. de off.
deleg. & not. in 20. diſtin. c.fin. per plures enim
melius veritas inuenitur c. per hoc, §. verùm vbi
Dom. de S. Gem.de hære. in 6. Hanc etiam opi-
nionem intrepidè veriſſimam eſſe dixit Stephan.
Bertr.in conſil.140.lib.2.Soc.iun.in conſil.57.nu.
18.lib.2.Ruyn.in conſil.46. lib.4. vbi in terminis
loquitur in pulcherrimo caſû.& Soc.ſen. in con-
ſil.274.col.10.lib.2.& Pariſ. in conſil.55. nume.13.
libr.4. Et nouiſſimè ferè poſt omnes idem tradit
Menoch.in tractat. de arbitr. iud. in lib.2.cent.2.
in caſ.114.nume.22.& Rolan. à Valle in conſil.26.
num.5.lib.1.

20 Et hoc † notandū eſt pro declaratione eorum,
quæ tradit Cæphal. in conſil. 270. nume.9.libr.2.
vbi producebatur ſcriptura priuata quatuor te-
ſtium ſubſcriptione munita, quorum duo morte
præuenti eorum recognitionem facere non po-
tuerunt, & ſic videbatur quòd ſcriptura ipſa nul-
la redderetur, per ea, quæ ibid. tradit Cæphal. &
à nobis ſuperiùs ſuo loco fuſiùs traditum fuit,
nihilominus conſultò reſpondit, quòd dicta ſcri-
ptura valebit, quia licèt præmortui teſtes eorum
ſubſcriptionem recognoſcere non potuerint, ta-
men alij duo loco illorum dictorum teſtium præ
mortuorum ſubſcriptiones recognoſcere pote-
runt, ratio eſt, quia viuentes teſtes præſentes
fuerunt, & viderunt alios pręmortuos ſubſcribe-

re,à contrario ergo ſenſu niſi fuiſſent præſentes dictam recognitionem facere minimè potuiſſent, ita igitur intelligi debent tradita ibid. à Cæph. prout ipſe plenè intelligere voluit, ne videatur à tam receptiſſima omnium ſententia recedere voluiſſe. Quam copioſè etiam exornauit Gram.deciſ.84. & deciſ.103.num.13.& ſeq. & deciſ.106.num.33.& ſeq.

21 Tertiò,†& vltimò ſcriptura poteſt probari con
iunctim, nempe per literarũ comparationem, &
per teſtium depoſitionem.Rom.in l.admonendi.
nu.49.verſ.vlt. & ibi Bar.nu.26.Rip.nu.116. Caccialup.nu.62.concluſ.9.& Crauett.vbi ſuprà,qui caſus nullam habet difficultatem.

Prædictis igitur rationibus, & cauſis motus ego iudicaui ſatis non fuiſſe probatum, dictã ſubſcriptionẽ ad dictam apocham & apodiſſam fuiſſe manu dicti Antònij ſcriptam,manu ſer Cęſaris Paulini Peruſ.not.Curialis.Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO VIII.

### SVMMARIVM.

1 *Poſitiones adinuentæ ſunt, vt pars releuetur ab onere probandi.*
2 *Probatio per teſtes graue onus dicitur.*
3 *Reſpondens,credo vt ponitur,ſi inſtrumentum,vel ſcriptura appareat, talis reſponſio in curia Romana non admittitur.*
4 *Reſpondens poſitioni non credo, niſi inſtrumentum appareat,non dicitur rectè reſpondere,quia ex tali reſponſione pars non releuatur ab onere probandi.*
5 *Simpliciter illud fieri dicitur, quòd ex verbis nullam habet modificationem.*
6 *Reſpondere illud dicitur poſitioni,qui nihil addit, vel detrahit poſitioni.*
7 *Poetarum dictum, ſemiuirúmque bouem, ſemibouémque virum, non dicitur nec ſimpliciter vir, nec ſimpliciter bos.*
8 *Reſpondens, credo ſi inſtrumentum appareat, vel prout in inſtrumento continetur,non dicitur ſufficienter reſpondere,quia pars non releuatur ab onere probandi.*
9 *Poſitionibus qui tenetur reſpondere, & dubitat de reſponſione per eum fienda,danda eſt ſibi dilatio ad deliberandum.*
10 *Franciſcus Cantuccius doctor Peruſinus, & iuuenis maximæ expectationis.*
11 *Reſpondens poſitioni in qua ſit mentio de aliquo inſtrumento,ſi dicit, credo prout in inſtrumento apparet, valida eſt iſta reſponſio ex comm. doct.opin.*
12 *Reſpondens poſitioni mentionem facienti de aliquo inſtrumẽto, credo prout in inſtrumento continetur, perinde eſt, ac ſi expreßiſſet ea, quæ in inſtrumento continentur.*
13 *Exprimere aliquid expreßè, vel per relationẽ ad aliud idem eſt.*
14 *Poſitio quando facit mentionem de aliquo inſtrumento, & reſpondens dicat, credo prout in inſtrumento continetur, reſponſio dicitur conformis poſitioni, & partem releuat ab onere probandi.*
15 *Reſpondere debens poſitioni certitudinariè,reſpondere non tenetur, quando reſponſio concernit factum alienum.*
16 *Speculatoris dictũ in §.nunc dicimus.in tit. de inſt. edit.verſ.quid ſiquis in libello declaratur.*
17 *Reſponſio certitudinariè,& ſimpliciter eſt facienda, quando adeßet ſtatutum, aliàs ſecus, & eſt comm.opinio.*
18 *Bart. dictum & aliorum in d.§. ſiquis ſimpliciter. procedit,quando quis interrogatur de facto proprio,non de facto alieno.*
19 *Pract. Papienſ. in loco hîc annotato reprehenditur.*
20 *Reſpondens, ſi inſtrumentum appareat, eſt diuerſa reſponſio ab illa,prout in inſtrumento continetur.*
21 *Doctor eſt intelligendus ſecundùm leges quas allegat.*
22 *Quãdo quis abſque ſumptu ſe informare poteſt, de veritate tenetur reſpondere præcisè, ſecus ſi cum ſumptu.*
23 *Appellatus regulariter tenetur tradere copiã ſententiæ, fallit ſi appellans poſſet aliunde copiam habere.*
24 *Poſitiones adinuentæ ſunt ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi.*
25 *Probandi onus non conſideratur circa expenſas, quæ in probando fieri contingunt, vt in extrahendis inſtrumentis, ſed ſolùm circa difficultates probandi.*
26 *Poſitiones hodie loco interrogationum, quæ olim fiebant ſucceſſerunt.*
27 *Interrogationes olim fiebant ad liberandum actorem ab onere probandi.*
28 *Poſitionum cauſa finalis fuit litium expeditio.*
29 *Reſpondere debens poſitioni debet habere terminum ad deliberatè reſpondendum, quandò reus dubitat ſuper reſponſione fienda.*
30 *Ampliatur eſſe dandam talem dilationem etiam quando quis interrogaretur ſuper facto alieno, hoc tamen ſemper intelligitur,ſi talis informatio poteſt haberi abſque ſumptu.*
31 *Poſitio quando eſt inuoluta, vel inſtrumentum eſſet inuolutum,vel plura capita contineret, tunc quis non tenetur, ſed ſufficit vt ſe remittat ad inſtrumentum.*
32 *Inſtrumentum,ſiue ſententia,ſi nõ ſunt apud acta, & factum non ſit inuolutũ,quis præcisè reſpondere tenetur.*
33 *Inſtrumentum ſiue ſententia, ſi eſt apud acta, admittitur reſponſio, credo prout in inſtrumento, vel ſententia continetur.*
34 *Iudex ex æquitate poteſt admittere reſponſionem, etiam qualificatam ad euitandum calumniam ponentis.*

### Argumentum.

Poſitionum materia hîc latiſſimè explicatur, & nouis conſiderationibus contrarietates doctorum conciliantur, an & quando, quomodo, quis ſimpliciter vel per relationem ad acta ſiue inſtrumenta, aut ſententias reſpondere valeat, vel præcisè reſpondere cogatur.



DVBITABATVR an magnifica D. Hippolita teneretur reſpondere cuidam poſitioni, productæ nomine magnificæ D. Virginiæ, in qua quidem poſitione continebatur tenor cuiuſdam ſententiæ inter dictas partes, latæ per D.Franciſcum Boninſegnum, tunc temporis Peruſię Auditorem.Et dubium erat,an certitudinariè d.Domina Hippolita reſpõdere teneretur, affirmando, vel negando dictam ſententiam, an verò ſua reſponſio ſuſtineatur per eum, quæ aliàs per ipſam facta fuit,dum reſpondendo dictæ poſitioni dixit credere eſſe latam ſententiã; ſed eam non habere prę manibus,& illius tenorem ignorare,& ad illam ſeſe referre.

Et aſſumendo partes dictæ D. Virginiæ pro ea allegabatur, quòd D. Hippolita tenebatur certitudinaliter reſpondere.

1 Primò, † quia poſitiones adinuentæ ſunt, vt
pars ponens releuetur ab onere probandi c. ſta-
tuimus. de confeſſ. lib.6. l.eum, qui. in princ. de
iureiur.Rol.à Vall. conſ.90.num.6.lib.3. Spec.in
tit.de poſitio.§.ſecundo,dicens, commodiùs eſſe
2 aduerſarium ad onera petitoris compelli, † cùm
graue ſit onus probandi per teſtes. l.is, qui deſti-
nauit.de rei vendicat.ſed ſi talis reſponſio admit-
teretur,ponens ab onere probandi non releuare-
tur, igitur. Secundò, adducebatur doctrin.Spec.
in titu.de inſtrum. edit.§. nunc dicimus, nume.5.
3 verſ.quid ſi aliquis in libello,ubi dicit,quòd † in
curia Rom.non admittitur talis reſponſio. Cre-
do,quòd ponitur, ſi inſtrumentum appareat vel
ſcriptura,de cuius tenore ponitur. dicit enim ibi
Spec. oportere ſimpliciter negare, vel affirmare,
alioquin pars in nihilo releuaretur, quia ſi in-
ſtrumentum produceretur in iudicio, fidem fa-
ceret, nec alia poſitione opus eſſet. Tertiò, præ-
dicta comprobantur ex doctrina Mattheſ.in not.
37. Nota, quòd ſi quis, vbi poſt Barth.dicit de fa-
4 cto obtinuiſſe † ſtante prædicto ſtatuto, quòd
poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur, non ad-
mitti reſponſionem illam,Non credo niſi inſtru-
mentum appareat, quia tunc pars non releuare-
tur ab onere probandi.per not. in l.2. §.quod ob-
ſeruare. de iuram.calum.& ibi Mattheſ.ſequutus
eſt Barth. & alios in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.in fin.
vbi hanc materiam pertractant. de verb.obligat.
cuius quidem concluſionis ratio illa aſſignari
5 ſolet, † quia illud dicitur ſimpliciter fieri, quòd
ex verbis nullam habet modificationem. l.2.§.ſi-
quis à Principe, verſ.ſimpliciter. ne quid in loco
6 publ.& † ille ſimpliciter reſpondere dicitur, qui
nihil addit, vel detrahit poſitioni, vt eſt text. &
ibi ad hoc not. Bald.in l.fin. in verb. ſimpliciter.
C.de dot. promiſſ. & not. Iaſ. vbi etiam multa a-
lia tradit de hac dictione, ſimpliciter, & in hac
materia, in l.1.in 4.not. nume.8.& ſeq.de vulg.&
pupill. & Butrigell. in d. §.ſiquis ſimpliciter.nu-
7 me.23. vbi Pònit de illo Poetarum dicto, † Semi-
uirúmque bouem, ſemibouémque virum, qui
non erit nec ſimpliciter vir, nec ſimpliciter bos.
Sic ſuprà dicta reſponſio ex prædictis ſimplex
non diceretur, & propterea ſtante dicta doctrina
Mattheſ. non admittenda videbatur. Quemad-
modum etiam in terminis prędicta decidi viden-
tur à pract.Pap.inform. excip. contr. poſitiones,
verſ. pono, quòd publica vox, & fama, nume.5.
vbi ſi actor fecerit poſitionem, quòd reus eſt ſibi
obligatus in decem per publicum inſtrumẽtum,
vel quòd iudex condemnauit eum in decem per
ſententiam, & dictæ poſitioni reus reſpondendo
8 dicat, † credo,ſi appareat inſtrumentum, vel pro-
ut in inſtrumento continetur dicit non ſufficien
ter reſponſum, quia ſic pars non releuaretur ab
onere probandi, per ea,quæ allegat. Et ſtantibus
prædictis inſtabatur pro hac ipſa parte dictę Do-
minæ Virginiæ, quòd quatenus dicta Domina
Hippolita ex improuiſo reſpondere non poſſet
allegando, ſe non bene eſſe informatam de con-
tentis in dicta ſententia, & ſic quòd certitudina-
riè affirmando, vel negando ſimpliciter minimè
poſſet reſpondere, ei terminus aſſignaretur, ad
hoc,vt deliberatè ad reſpondendum magis acce-
deret.iux.doctr.Specul.in titu.de poſitio.§.ſextò.
9 ver.quòd ſi interrogatur,nu.9. vbi dicit. † quan-
do interrogatus dubitat de eo, de quo interro-
gatur, danda eſt ſibi dilatio ad deliberandum. Sic
in iſto caſu, quando nobilis iſta mulier, vel non
recordaretur, vel dubitet, ſuper reſponſione per
ipſam fienda de dicta ſententia, & ipſius teno-
re, ei terminus aſſignetur ad deliberandum, &
deinde ad clarè,& ſimpliciter reſpondendum, vt
pars ab onere probandi releuetur, & ſumptus fa-
ciendi in extrahendo dictam ſententiam in pu-
blicam formam, vt præter Specul.vbi ſuprà, vo-
luiſſe videtur Bald. in l.2.§. obſeruari, num.16. C.
de iuram.calum.& Lanfranc. in c.quoniam con-
tra.in verb.reſponſiones, col.2.verſ.quarta regu-
la.de probat.

Pro alia verò parte, ſcilicet dictæ D. Hippo-
litæ dicebatur eam ſufficienter reſpondiſſe, nec
teneri dictæ poſitioni clariùs, aut certiùs re-
10 ſpondere.Et Dominus Franciſcus Cãtucius†Do-
ctor excellens & iuuenis, propter ſuam doctri-
nam magnæ expectationis in ciuitate Peruſiæ
patria ſua,infrà ſcriptas rationes, & fundamenta
11 pro hac parte adducere ſolebat. † Nam commu-
* niter * volunt ſcribentes,quòd quotieſcunque in
poſitione habetur mentio de aliquo inſtrumen-
to vel ſcriptura, prout in caſu præmiſſo, vel de
tenore ipſius,& pars reſpondeat, ſe credere pro-
ut in inſtrumento ipſo ipſo apparet, valida ſatis,
& ſufficiens ſit huiuſmodi reſponſio per doctr.
Spec.in tit.de teſt. §.qualiter. col.2. nume. 5.verſ.
quid ergo, & verſ.cæterum, quod ſequitur Bald.
in d.l.2.§.quod obſeruari. in vltima col. num.27.
vbi dicit,id eſſe quotidianum. C. de iureiur. pro-
pter calum. & in l.de ætate. §.nihil. verſ. an hæc
reſponſio.de interrog.actio.& ibi in addi.dicitur
id ita practicari. Rip. in l.ait Prætor. §.ſi iudex.
num.3. de re iudic. Felyn. in c. inter cæteras, nu-
me.2.verſ.quòd autem paria ſint.de ſent. & re iu-
dic. Curt. in tractat.de poſitio. in pen. breuiloq.
Campeg.in tractat. de teſtib.regul. 437. in 2.fall.
latiùs Guido Papæ, deciſ. 334. vbi in fin. aſſerit

ſe ita obtinuiſſe dum practicabat,& vidiſſe etiam
in illa curia parlamenti huiuſmodi reſponſiones
tollerari etiam in cōtradictorio iudicio,refert,&
ſequitur Gabr.ſar.in add. ad Mattheſ. in ſuprà al-
legato ſingulari 37.in fin.nu.18. Adeò quòd abſq;
dubio iſta eſt communis opinio.

Hæc autē ſententia probatur profectò ex men-
12 te Guid.Pap.vbi ſuprà, † quia reſpondēs poſitio-
ni mentionē facienti de aliquo inſtrumento, ſeu
illius tenore verbis credo prout in inſtrumento
continētur,perinde eſt,ac ſi expreſſiſſet ea,quę in
13 ipſo inſtrumento continētur, †cùm paria ſint ex-
preſſè exprimere,vel per relationem ad aliud.l.ait
Prætor.§.ſi iudex.vbi Bart.Alex.Iaſ.& alij,& prę-
cipuè Ripa,nu.1.& ſeq.de re iudic.l.hęc venditio.
§.huiuſmodi.de contrah.empt.l.inſtitutio talis.de
cond.inſtit.l.ſi ita ſcripſero, vbi Bar.Bal.Soc.& a-
lij de cond.& demonſt.Guid.Papæ deciſ.459.Hę-
res vniuerſalis, verſic. quia paria ſunt,& alia iura
allegat latè,& pulchrè Felyn.in d.c. inter cæteras,
nu.2.verſ.quòd autem paria,& latiſſimè more ſuo
Tiraq. in tractat. de leg. connub. in gloſſ.7. in
genere expreſſi.num 182.cum ſeq.

14 Præterea ſuprà dicta † reſpōſio, credo prout in
inſtrumento continetur, quādo in poſitione ipſa
fit mentio de ipſo inſtrumēto, vel eius tenore, vt
in caſu noſtro,dicitur eſſe certa, conformis poſi-
tioni,& partem ab onere probandi releuare.Bald.
in d.l.de ætate.§.nihil,& Campeg.vbi ſ. Quòd e-
tiam procedere videtur, & ſi in dicta poſitione
nulla fieret mentio de dicta ſententia,quia de ipſa
in actis cōſtat,& proceſſu, prout expreſsè volue-
runt Bal.in d.§.nihil,in verſ. an hæc reſponſio. &
Campeg.in d.reg.437.in tertia fallent.

Ad obiecta in contrarium reſponderi poſſe vi-
debatur,quòd licèt poſitiones inuētæ ſint,vt po-
nens releuetur ab onere probandi, & quòd cùm
dicta domina Hippolita certitudinariè nō reſpō-
derit,pars aduerſa non dicetur ab onere proban-
15 di releuata per ſuprà dicta, nihilominus † prædi-
cta procedunt,quando poſitio, cui pars reſpōde-
re debet, concernit factum propriū ipſius reſpon
dere debentis, ſecus ſi factum alienum cōtineret,
in quo vnuſquiſq; ignorare præſumitur. l.veriùs.
de probatio.l.ſi.pro ſuo.cùm ſimil.quia tunc quis
certitudinariè reſpōdere non tenetur. glo. eſt ſin-
gularis in c.fin.in verſ.rationabili. de confeſſ. lib.
6.Et quia dicta poſitio factum alienum contine-
bat,quia dicta ſententia lata fuit per iudicem, nō
per ipſam D.Hippolitam,idcirco magis clarè reſ-
pondere non tenebatur.

Ad ſecundum de doctrin.Specu.in d.§.nunc di-
camus in titu. de inſtr. edit. in dicto verſ. quid ſi
16 quis in libello,facilis videtur eſſe reſpōſio, † nam
diuerſus eſt caſus Spec.à caſu noſtro,quia præſup
ponit ibi,quòd ita fuerit reſponſum per hæc ver-
ba, Credo quod ponitur, ſi inſtrumentum appa-
reat, & dicit quòd curia Romana nō admittit ta-
lem reſpōſionem, & meritò quidem, quia huiuſ-
modi reſponſio eſt prorſus inanis, & ſuperflua,&
per eam ponēs in nihilo releuatur,nam dicta ver-
ba,ſi inſtrumentum appareat, idem ſonant, quòd
ſi inſtrumentum producatur, vel exhibeatur, vt
colligitur ex verbis ſubſequētibus eiuſdem Spe-
cul.ibi.quia ſi inſtrumentum in iudicio produce-
retur,fidē faceret abſque alio, vt ibidem ipſemet
Specul.deducit, & ſic ponens in nihilo releuare-
tur.vt ſuprà.

Præterea reſponderi etiam poſſet, prout qui-
dam excell.aduocatus dictæ D.Hippolitæ reſpon
deb[illegible] ad doct.Spec.ibid. quòd ibi loquatur Spec.
quando quis de aliquo ſuo inſtrumento interro-
gatur,non alterius, quia tunc bene certitudinali-
ter poteſt quis reſpondere, cùm in facto ſuo non
cadat probabilis ignorātia, vt not.in l.ſi.pro ſuo.
ſuperiùs allegata,& tradit Bart.in l.ſi res obligata.
de leg.1. In caſu autem præpoſitio verſatur in fa-
cto alieno,vt ſuprà,meritò, &c.

Ad tertium reſpondebant aduocati dictæ D.
Hippolitæ, quòd Doct. Mattheſ.in dicto not.37.
17 & Bar.& aliorum in d.§.ſi quis ſimpliciter. † pro-
cedit, quando extat ſtatutum in loco, quòd ſim-
pliciter reſpondeat, prout re vera ita loquuntur
& intelligunt, ſed Peruſij huiuſmodi ſtatutum
non extat, igitur habebit locum iuris communis
diſpoſitio. l.ſi extraneus. de Noxalib. actio. cum
ſimil.de quo quidem communi iure dictā reſpon
ſionem ſufficientem eſſe dicebatur per rationes
ſuperiùs adductas,pro hac ipſa parte. Et ita quo-
que profectò ego poſtea inueni fuiſſe ad prædi-
cta,& ſimilia fundamenta reſponſum per Alciat.
in d.§.ſi quis ſimpliciter, num.30.verſ.ſtante verò
ſtatuto, vbi vult, quòd de iure communi ſimiles
reſponſiones admittantur, ſed quòd ſtante dicto
ſtatuto comm. opin. ſit, quòd ſimpliciter debeat
reſponderi,vt per eum,& tradit Natt. in conſi.59.
nu.12. vbi dicit, quòd quando ſtatutum mandat
reſponderi per verba, credit, vel non credit, dat
formam,quæ omnino eſt ſeruanda.

18 Reſpondebant etiam †quòd Bart.& alij in d.§.
ſi quis ſimpliciter loquuntur,quando quis de ali-
quo facto proprio interrogatur, ſecus ſi de alie-
no, vt ſuprà dictū fuit, quo caſu etiam Natt.in d.
cōſ.19.lib.1. ferè per totum per plura per eum ad-
ducta concludit, interrogatū de facto alieno non
teneri certitudinaliter reſpōdere, ſed quòd pote-
rit reſpondere per verb.ignoro, & etiam dubito.
Et eodē modo, & iiſdemmet reſponſionibus tol-
lebant doctr.Prac.Pap.in d.verſ.primo, quòd pu-
19 blica vox,& fama ſuperiùs allegata. Immo † for-
tiùs dicebant Papien. per errorem adiecisse dicta
verba.Vel prout in inſtrumento continetur,quia
allegat Bart. in d.§. ſi quis ſimpliciter. & in l. 1. de
vulgari,& pupill.in quibus locis ſolummodo lo-
quitur,quando dictum,& reſponſum fuit ( credo
20 † ſi inſtrumētum apparet)non autem quando re-
ſponſum fuit,credo prout in inſtrumento conti-
netur,quo caſu valida,& ſufficiens eſt reſponſio,
21 vt ſuprà abundè dictum fuit. Vnde † intelligēdus
erit Papie. ſecundū allegata per eum, iuxta doctr.
Bart.in l.non ſolùm.§.liberationis verba.de liber.
leg.& tradita à Gramm.in not.11.num.2. vt tradi-
ta per ipſum procedant quando reſponſum fuit,
credo ſi inſtrumentum appareat, reiecto illo, vel
prout in inſtrumento continetur.

Ad id autem, quod dicebatur,dandam eſſe di-
lationē dictæ Dominæ Hippolitæ, vt infrà illum
terminum deliberatè reſpondere poſſet, & certi-
tudinaliter, nō autem per verbum ignoro, & per
relationem ad dictam ſentētiam, vt fecit, reſpon-
debatur



22 debatur illud procedere,†quando quis facilè in-
formari poſſet,& abſque aliquo ſumptu, ſeu im-
penſa,ſecus autem eſſet, quando pro habenda hu
iuſmodi informatione talis reſpondere debens
onere aliquo expēſarum grauaretur,prout in ca-
ſu propoſito accidere videbatur, quia dicta do-
mina Hippolita non poterat aliter informari, e-
tiam quòd mille dilationes habuiſſet,niſi dictam
ſententiam extrahi feciſſet à notario in publicam
formā,& eam vidiſſet,& legiſſet, circa quod ma-
gna erat merx dicti Notarij, quia tunc non tene-
tur ipſa pro inſtruenda cauſa aduerſarij ſumptus,
& expenſas facere, prout in ſimili dicitur, quòd
23 licèt † appellatus teneatur tradere copiam ſen-
tentiæ,tamen hoc fallit, ſi appellans poſſet aliun-
dè copiam habere, vt per Doct. & præcipuè Fe-
lyn. in c.G.perpetuus. de fid.inſtr. & per Iaſ. in l.
ſiquis,num.12. C.de eden. licèt enim poſitiones
adinuentæ ſint, vt ponens per confeſſionem ad-
24 uerſarij ab onere probandi releuetur, † vt ſupe-
riùs in princ.dictum fuit,& facit,præter ſuperiùs
allegata, text.in l.2. §. quòd obſeruare, cùm ibi
not.C.de iureiur.propter calum.& gloſſ.in clem.
ſæpe.de verb.ſignificat. & tradit Rolan.à Vall. in
25 conſil.90.num. 6.lib.3. Tamen † iſtud onus pro-
bandi non conſideratur circa expenſas, quæ in
probando fieri contingunt, vt in extrahendis in-
ſtrumentis,& huiuſmodi,ſed ſolùm circa difficul
tatem probandi,quia ponenti ſit difficilè proba-
re id,quod ponit,puta, quia nō poſſit habere co-
piam teſtium propter eorum abſentiam, vel quia
teſtes ipſi nolint teſtificari, vel quia non ſint ido-
nei, ſiue legitimi, vel quia inſtrumenta, & ſcri-
pturæ non reperiantur, vel alia ſimili cauſa diffi-
cultas obſiſtat. Et prædicta probantur, vel potiſ-
26 ſimùm ex eo. † quia poſitiones hodie loco inter-
rogationum ſucceſſerūt,quæ olim fiebant, vt tra-
dit glo.poſt Gofr. in d.c. ſtatuimus. in glo.1.poſt
prin. & Neuiz.in conſ.5. nu.7. ſed interrogatio-
27 nes † olim fiebant ad liberādum Actorem à diffi-
cultate probādi. l.2. ibi, quia ſciebat difficile eſſe.
3.ibi,quia plerunque difficilis probatio. de inter-
rog.action.meritò,&c. Atque huius declaratio-
28 nis ratio in prōptu eſſe videtur, ſi quidem † cùm
cauſa finalis introductiua poſitionum fuerit ipſa
litium expeditio, vt d. clem.ſæpe.§. & quia, non
mirum ſi quando difficilè eſt ponenti proba-
re id,quod ponit, debet ab onere probandi rele-
uari,aliàs lites in longum protraherentur contra
tex. in d. §. & quia, vt ſuprà, quæ ratio omnino
ceſſat,quando nulla ſubeſt difficultas in proban-
do, ſed ſolummodo impenſæ aliquæ faciendæ
ſunt,quia tunc litis expeditio nullo modo impe-
ditur, vt per ſe ſatis conſtare videtur,& propter-
ea nulla dilatio dictæ D.Hippolitæ conced.vide-
batur, quia alia informatio per ipſam haberi non
poterat,niſi ex lectura dictæ ſententiæ penes no-
tarium exiſtentis, vt ſuprà dictum fuit, pro hac
habenda multum per ipſam expendere oporte-
bat, adeo quòd ſi talis dilatio conceſſa fuiſſet, &
propterea d.D.Hippolita ſuis ſumptibus copiam
dictæ ſententiæ habuiſſet, potiùs poſitio ipſa fa-
cta fuiſſet per d. Dominam Virginiam ad rele-
uandum eam ab expenſis, quàm ab onere pro-
bandi,contra naturam, & cauſam finalem dictæ
poſitionis,vt ſuprà.

Et huc ſpectat quod tradit Natt.in ſuperiùs al-
legato conſ.59. num.3. lib. 1. & Iacob. Gentil. in
tract. de ord. iudiciar.num.35. & 36. vbi dicunt,
29 †quòd quando reus dubitat ſuper reſpōſione per
eum fienda poſitionibus, danda eſt ei dilatio ad
deliberatè reſpondendum, per doctr. Bal.Sal.&
Paul.de Caſtr.in d.§.obſeruare. & Natt.ſub.d.nu.
30 3. † idem tenet etiam ſi quis ſuper facto alieno
interrogaretur, quando veriſimiliter dato dicto
termino certitudinaliter reſpondere poſſet, &
tantò magis concludit ibi, debere reſpondere
reum per verbum credo, ſimpliciter, quando ſu-
per facto proprio interrogatur, quo caſu,inquit,
quòd concedit ei ſolet dilatio ad reſpondendum
ita demum,ſi factum,ſuper quo interrogatur, eſt
intricatum,vel antiquum,non aliàs.Nam ita prę-
dicta intelligi debent, ſi dicta informatio haberi
poſſet abſque ſumptu dicti interrogati, & reſpon
dere debētis, ſed dicta Domina Hippolita aliun-
de informationem capere non poterat,niſi ex di-
cta ſententia, vt ſuprà, meritò alia dilatio ei dari
non videbatur.

Tandem ſæpe,ac ſæpiùs prædicta cauſa diſcuſ-
ſa,& hinc,inde pluribus allegatis, pro vera ipſius
quæſtionis deciſione infrà, ſcripta capita diſtin-
guebam.

31 Primò,†quando poſitio eſſet inuoluta,vel ſen
tentia,ſiue inſtrumentum, cui reſponderi petitur
eſſet inuolutum,&plura capita contineret,prout
allegata ſententia continebat, tunc dicebam re-
ſpondere quem non teneri præcisè, ſed ſufficere
per relationem reſpondere,dicendo, credo prout
in inſtrumento,&c.pro quo faciunt not.in l.em-
ptor. §. Lucius. de pact. per quem text. ita deter-
minat Curt.in tractat.poſit.in 7.breuiloq.

32 Secundò, † quando inſtrumentum ſiue ſentē-
tia,de cuius tenore petitur reſponderi, non eſt a-
pud acta cauſæ,& tunc præcisè reſpondere tene-
tur,& ita procedant ſuperiùs allegata contra di-
ctam D.Hippolitam.

33 Tertiò, † & vltimò,quando ſentētia,ſeu inſtru
mentum eſt apud acta cauſæ, & tunc admittitur
reſpōſio illa, credo prout in inſtrumēto,ſiue ſen-
tentia.Ita enim tenet Cāpeg.poſt alios,quos alle-
gat in allegata reg.437.in 3.fall.& Bal.in l.de æta-
te.§.nihil.de interrogat.actio.Et ita ferè cum hac
diſtinctione,an reperiatur apud acta vel nō, vide-
tur profectò trāſire Mattheſ. in d.not.37. licèt di-
uerſa fuerit reſponſio in eo caſu,& illa præpoſitæ
quæſtionis noſtræ, vt facillimè videri poteſt.

Cùm ergo dicta allegata ſententia eſſet nimis
inuoluta,& penes acta reperiretur. Ideo iudicaui
dictam D. Hippolitam bene,& ſufficiēter reſpō-
diſſe, per prędicta. Ad quod etiam me non parum
mouit doctr.Alciat. in d.§.ſiquis ſimpliciter. nu.
34 29.verſ.& facit.vbi dicit, † quòd iudex ex ęquita-
te admittere poteſt reſponſionem, etiam qualifi-
catam ad euitandā calumniam ponētis, per text.
in l.iuſiurandum, & ad pecunias. §. non ſemper.
vbi Bald. Rom. & Iaſ. de iureiur. Sciebam enim
quòd ex parte dictæ D. Virginiæ inſtabatur, vt
præciſiùs Domina Hippolita reſpōderet, nempe
vt ab expenſis extractionis dictæ ſententiæ rele-
uaretur,ideo ita vt ſuprà,pronūciare volui. idem

etiam ex æquitate talem,& ſimilem reſpõſionem eſſe admittendam, tradidit Menoch.in tractat. de arbitr.ind.lib.2.cent.2.caſ.251. nume.5.per multa, quæ allegat.Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

# DECISIO IX.

### SVMMARIVM.

1 *Cõfeßio extraiudicialis probatur per duos teſtes, & ſi fuerit facta parte præſente inducit ſemiplenam probationem,& eſt comm.opin.*
2 *Confeßio prædicta extraiudicialis non ſolùm ſemiplenè probat, vt ſuprà, ſed etiam facit indicium veritatis.*
3 *Quod maximè procedit, quando dicta confeßio eſſet geminata.*
4 *Confeßio extraiudicialis geminata æquiparatur Iudiciali confeßioni.*
5 *Confeßio geminata plenè præiudicat, ſicut confeßio iudicialis.*
6 *Confeßio ſimplex,etiã nõ geminata de æquitate canonica in terris eccleſiæ plenè probat, quãdo per duos teſtes fuerit probata, & eſt magis com.opi.*
7 *Teſtes ſingulares non probant.*
8 *Teſtis vnus ſingularis tantum probat, quantum mille.*
9 *Teſtes quando tendunt in eorum dictis ad eundem finem, non poſſunt tanquam ſingulares reprobari.*
10 *Teſtes variantes de loco, & tempore non poſſunt dici ſingulares, quòd declara, vt infrà.*
11 *Singularitas obſtatiua dicitur, quando de vnico actu tantùm probando agitur inter teſtes, inter quos interueniat variatio loci, aut tẽporis, prout euenit in teſtibus Suſannæ.*
12 *Singularitas diuerſificatiua eſt, quæ in actu reiterabili conſideratur, & ex ipſa neceſſariò diuerſitas factorum inducitur, iuxta exemplificationes homini adiectas.*
13 *Multiplicatio actuũ magis eſt præſumenda, quàm contrarietas.*
14 *Singularitas cumulatiua, ſeu adminiculatiua eſt illa, quando ex ipſis ſingularibus teſtibus nulla reſultat repugnantia, obſtantia, ſiue diuerſitas factorum: ſed omnes ſuper principali facto concordant, & ad eundemmet finem tendunt ad probandum, & coadiuuandum actoris intentionem ſuper eo, quod per ipſum actorem probatum fuit, licèt in loco, aut tempore diuerſificetur.*
15 *Teſtes ſingulares deponentes de pluribus, & diuerſis confeßionibus plenè probant, & hæc eſt com.opin.*
16 *Confeßio extraiudicialis facta præſente parte, & probata per duos teſtes plenè probat.*
17 *Confeßio prædicta ( licèt facta abſente parte ) ſi probetur per vnum teſtem, inducit ſemiplenam probationem.*
18 *Confeßio geminata magis operatur.*
19 *Dixiſſe nemo præſumitur, quod quis non mẽte cogitauerit.*
20 *Confeßio geminata operatur, licèt fuerit facta abſente parte, & eſt communis opinio cõtra Ruyn. qui aliter ſentit in conſ.72.lib.4.*
21 *Confeßio, & oblatio niſi fuerit acceptata à parte, ſecũdùm cõ.opi.nihil operatur, declara vt infrà.*
22 *Confeßio facta præſente parte, & tacente, quando eſt fauorabilis, cenſetur acceptata, & eſt magis comm.opin.vt hìc nouißimè deducitur.*
23 *Confeßio, quæ tendit ad fauorem præſentis, & tacentis cenſetur acceptata.*
24 *Tacere eſt medium inter cõſenſum, & diſſenſum, applicatur tamen ad alterum extremorum ex præſumpta voluntate tacentis.*
25 *Iuramentum ſuppletorium in materia pacti, de retrouendendo ſecundùm comm. opin. eſt deferendum.*
26 *Pactum nudum de iure canonico parit actionem ſecũdùm comm.opin. quod procedit etiam in foro ſeculari in terris eccleſiæ.*
27 *Pactum eſt duorum, vel plurium conſenſus, pollicitatio eſt ipſius offerentis promißio.*
28 *Pollicitatio ſi ſieret præſẽti reſoluitur in vim pacti,*
29 *actum nudum de iure canonico, parit actionem ſecundùm comm.opin.*
30 *Statutum facit, vt nos recedamus à diſpoſitione iuris communis.*
31 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.*
32 *Statuta recipiunt interpretationem à iure comm.*
33 *Promiſſa ſunt ſeruanda.*
34 *Statutum Peruſinum, quòd teſtes ſint conteſtes nouiter explanatur.*

## Argumentum.

Confeſſionis extraiudicialis materia tractatur, quem ſcilicet effectum operatur contra confitentem, & ad fauorem eius, cui facta eſt.

Et an ille cui facta eſt, tacendo, non acceptando, nec expreſſè oblata renuendo, ſibi præiudicet.

Et an iuramentum ſuppletorium vigore dictæ confeſsionis deferendum ſit.

BLASIVS Andreæ de villa ſancti Iuliani, annis proximè elapſis vendiderat D. Iuliæ Mariani Bernardini de dicta villa vnam petiam terrę, cum pacto eã redimendi infra triènium, quo termino pendente, & antequam laberetur dicta Domina Iulia dixit, & confeſſa fuit, ſe velle reuendere dictam petiam terræ Blaſio præfato, etiam elapſo dicto termino triennij, ipſo etiam Blaſio præſente, quod per tres teſtes probabatur. Verùm quia verba illa prolata per dictam Dominam Iuliam fuerunt extra iudicium emanata. Dubitabatur quid nã operarentur dicta verba ad fauorem dicti Blaſij, &, quatenus ex illis ſemiplena probatio induceretur, an prædicto Blaſio iuramentum ſuppletorium eſſet deferendum.

Quod attinet ad primum indubitata eſt iuris
1 deciſio, † quòd confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes, & parte abſente inducit ſemiplenam probationem. l. cùm de indebito. §. fin. de pro-



de probat. & l. quoniam. iunct. gloſſ. de his, qui
not.infam.& ita tradit Bart. Alex. Iaſ. & Rip.in l.
admonendi.de iureiur.Butr.& Imol.in c.fi. de iureiur. Alex.in conſ.24. num.40. lib.2. & in conſ.
212. num.22. lib.6. etiam in conſ.115. nu.2. lib.7.&
conſ.183.num.4.eo.lib.& in conſ.39. num.8. lib.
5.& in conſ.85. num.4. lib. 7. Paul. de Caſtr. & in
conſ.82.& in conſ.255. & facit glo. in l.quid ſenatus.in princ.de liber.agno.& gloſ.fin. in l.1.de interrogat. actio. idem quoque tenet, & ſequitur
Natt. in conſ.260. in fin. lib.2.& Emilian. Ferrar.
in conſ.20. num.5. & iſta profectò eſt indubitata,
* & cõmunis opinio * omniũ, vt atteſtatur Corn.
in conſ.113.in litera G.lib.1.& Io.de Graſſ.in tract.
arb.iudiciar.§.alia, & ab iſta opinione in iudicando, & conſulendo dicit, non eſſe recedendum Iaſ.
in d.l.admonendi, num.149.verſ.tenendo tamen,
& iſtam ſequuntur, & communi omnium calculo amplectuntur moder. repetent. in d. l. admonendi, & nouiſſimè Io.Crot.in conſil.85. num.10.
dixit, quòd confeſſio extraiudicialis probata per
duos teſtes ſemiplenam omnino inducit probationem, quando abſente parte fuerit emanata,
quod etiam exornat Petr.Duen.in reg.4.& in reg.
120.& Marant. in 6.par. in tit. de confeſſ. §.quintus actus.circa princ.
2 Immo verò † non ſolùm ſemiplenè probat, vt
ſuprà, ſed etiam facit indicium veritatis, vt voluit Socyn. iun. conſil.32. num.17. lib.1. & Cæph.
3 conſil.297.num.2 lib.2. †præſertim quando confeſſio ipſa eſt geminata. Soc. iun. conſil. 8. nume.
20. lib.2. & conſil.89. nume. 2. eod. lib. & tradit
Cæphal. etiam vbi ſuprà. & ſequutus eſt Curt.
iun.in conſil.168.num.8. & Afflict. deciſ.337. nume.5.& Felyn. in cap. ſi cautio.de fi.inſtr. & ante
eos Cyn.in l.1.C.de confeſſ.& Aret.in conſ.2. col.
4.& nouiſſimè Port. Imol. ſiue quiſquis is fuerit
in tract.comm.opin.lib.1.concluſ.22.vbi permultos alios allegat.
4 Æquiparatur enim talis † extraiudicialis confeſſio geminata iudiciali ipſi confeſſioni, ſicque
pleniſſimè probat, vt præter prædictos tradit
Marant. vbi ſuprà, num.15. verſ. tertiò limit. Iaſ.
in l.triticum, nume.10. de verbor. obligat. Dec.
conſil.163. nume.2. Iaſ.in d.l. admonendi, nume.
149. verſ. pro iſta opinione, vbi dicit, quòd talis
5 † geminata confeſſio plenè præiudicat, ſicut confeſſio ipſa iudicialis, & ſequutus eſt ibid. Pet.de
Ptolom. nume.110. & Franc. Curt. num. 142. Im-
6 mo etiam † quòd non fuerit geminata, ſed ſimplex, tamẽ de æquitate canonica plenè probabit,
etiam parte abſente, quòd ius canonicum in ciuitate Peruſij omnino eſt ſeruandum, cùm ſanctæ Eccleſiæ ipſa ciuitas ſuppoſita reperiatur, per
tradita à Barth. in l.priuilegia, verſ.aut loquimur
in temporalibus.C.de ſacroſanct.eccleſ.& à Dec.
in conſ.452.nume.6.verſ.& iſta æquitas, vbi ſimiliter de æquitate canonica in terris eccleſiæ ſeruanda pertractat. Quòd autem de æquitate canonica talis cõfeſſio etiam abſente parte plenè probet, præcipuè quando per duos teſtes fuit probata, vt in propoſito caſu, tradunt Ant.de Butr.&
Felyn.in d.c.ſi cautio.in 7.col.verſ.fallit ſecundò,
de fid.inſtr.vbi allegant.gl.in 1.q.7. c.quoties cordis oculus, & idem tradit Caccialup.in d.l.admonendi, num.190. & ibid.Lanfranc. num.36.Et eſt
* communis * opinio, vt atteſtatur Ruyn. conſ.161.
nume.9. & Soc. iunior.in conſil.5.num.10. lib.3.
& Dec.in conſil.163. num.2.& Corn. in conſ.113.
ſuprà allegato. in litera G.lib.1. & Rip.in titul.de
ſponſ. reſpon.2. num.5. verſ. ſecundò nec obſtat,
in quibus locis omnes vno ore hanc eſſe magis
communem opinionem atteſtantur. Adeò quòd
qui contrarium tenere nixi ſunt, quòd ſcilicet dicta confeſſio abſente parte non plenè probat, aut
fuerunt in caſu, quo talis confeſſio non fuit geminata, vt poſt alios voluit Natt.conſil.101. nume.14. lib.1. aut non loquuntur de æquitate Canonica, prout fuit Alciat. poſt alios in conſil.2.
num.5. & Cæphal. in conſil.225. nume.29.& ſeq.
lib.2. Namque idem Cęphal.inſpecta dicta Canonica æquitate tenuit expreſſè dictam confeſſionem, extraiudicialem etiam abſente parte plenè
probare, vt ſuprà allegato conſ.297.num.5. prout
etiam tenuit Marant. vbi ſuprà, num.19.ver.ſeptimò limita. & Iaſ. in l. tale pactum, col. 2. de pact.
& cùm ſit magis communis opinio per ſuprà dicta, ab ea nequaquam eſſet in iudicando, & conſulendo recedendum.

Attamen procurator dictæ D.Iuliæ ex duobus
capitibus plurimùm inſurgebat contra dictum
Blaſium, dicebat enim quòd teſtibus illis deponentibus ad fauorem dicti Blaſij, de extraiudiciali
confeſſione dictæ D.Iuliæ, nõ erat fides adhibenda, tum quia erant ſingulares in omnibus, tum etiam quia nullibi apparebat dictam oblationem,
& confeſſionem per dictam D. Iuliam vt ſuprà
factam, fuiſſe per dictum Blaſium acceptatam,
prout de iure requiri dicebatur, nihil tamẽ dictus
procurator in iure allegabat.

Propterea ego dicebam, quod ad primum aſſumptum pertinet de teſtium ſingularitate, illud
probari in cap.licèt cauſam. de probat. & in cap.
7 bonæ.& in cap. dilecti.de electio. † vbi habetur,
quòd teſtes ſingulares non probant, prout latè
plures doctrinas, & authoritates congerit Port.
Imol. in ſuprà allegata concluſ. 34. Adeò quòd
dixit Bald. in l. vt iuſiurandi, col. 3. verſ. deinde
8 not. rationem. C. de teſtib. † tantum probare
vnum teſtem ſingularem, quantum mille teſtes,
quod etiam refert, & ſequitur Alex. conſ.168.lib.
2.& Pariſ.in conſil.57.colum.2.lib.2.& paſſim per
doctor.habetur.

Ad hoc autem ego reſpondebam, quòd teſtes
ſingulares reiici non debent, quando dictum vnius teſtis cum alterius coadiuuatur: immo di-
9 cebam † quòd quando teſtes tendunt ad eundem
finem in eorum dictis, non poſſunt tanquam ſingulares reprobari, & allegabam Dec.id dicentem
in d.c.licèt cauſam, num 6.& Lanfranc. in c.quoniam contra, num.30. in verb. teſtium, de proba.
& nouiſſimè Cęphal.in conſil.141.nu.12.lib.1. ſed
iſti teſtes in eorum depoſitionibus ſimul coadiuuabantur, meritò tanquam ſingulares non erant
repellendi.

Nec obſtare dicebam, quòd de loco, & tempore variarent, nanque per hoc ſingulares minimè
10 dici poterant, † ad cuius quidem deciſionis clariorem enucleationem, tres eſſe in teſte ſpecies
ſingularitatum affirmabam, nempe obſtatiuam,

diuerſificatiuam, & adminiculatiuam, prout in terminis tradunt Crauett. in conſil. 267. col. 2. & 3. & Emilian. Ferrar. in conſil. 20. nume. 5. licèt ibi Emilian. non ponat niſi de obſtatiua, & adminiculatiua.

11 Et obſtatiua † ſingularitas eſt, quando de vnico tantùm actu probando agitur inter teſtes, in quo variatio loci aut temporis inter ipſos interuenerit, prout in teſtibus Suſannæ accidiſſe conſtat, nam de vnico tantùm crimine Adulterij Suſanna ipſa arguebatur, quia ſenes illi teſtes non dicebant pluries Suſannam in adulterio vidiſſe, ſed vnica tantùm vice, & nihilominus quia variabant in loco, vnus enim dicebat ſub pinu, alter verò ſub cino, idcirco obſtantia, & contrarietas inter ipſos inducebatur, ex qua contrarietate ſingularitas reſultabat. Et hæc quidem ſingularitas in hac ſpecie nihil omnino probat, ad latiùs tradita, & cumulata per Crauett. in tractat. de antiquit. temp. 4. par. teſtium triplex ſingularitas incip. ſed enim. immo teſtes ipſi in crimen falſi incidiſſe dicantur, prout tenet Boſſ. vbi loquitur de iſtis teſtibus Suſannæ in tit. de falſ. nume. 23. & de iſta obſtatiua ſingularitate loquutus eſt Bald. in l. de quibus col. antepen. de leg. & alibi ſæpe doctor.

12 Diuerſificatiua † verò ſingularitas eſt, vt dicit Crauett. præcitato loco, quæ in actu reiterabili conſideratur, & ex ipſa neceſſariò diuerſitas factorum inducitur, prout (exempli gratia) quando actor dicit mutuaſſe decem, & teſtes inducit, quorum aliqui dicunt vidiſſe mutuare decem in platea, aliqui verò in alio diuerſo loco, vel quòd aliqui dicant vidiſſe mutuare decem de menſe Auguſti, aliqui verò de menſe Septembris. Iſti teſtes profectò ſunt ſingulares, & in loco, & in tempore, non tamen dicuntur contrarij, quia cùm agatur de ipſo mutuo reiterabili, poterunt plura mutua conſiderari diuerſis locis, & temporibus, & ſic ex tali diuerſificatiua ſingularitate plura mutua conſiderabuntur, quia ex ipſa non ſemper idem factum, ſed nouum inducetur, mutuum enim factum vno loco, & vno tempore erit diuerſum ab illo facto in alio loco, & in alio tempore. Inducet igitur iſta ſingularitas diuerſitatem actuum, non contrarietatum. Et propterea iſti teſtes ſic diuerſificatiuè ſingulares non coniunguntur ad faciendam nec plenam, nec ſemiplenam probationem, vt tradit idem Crauett. in d. tractat. de antiquit. temp. ſuprà allegato nume. 4. ratio eſt, quia actor vnum tantùm mutuum propoſuit, de pluribus autem eſt probatum, ideo iudex non poterit cognoſcere quid, & quale mutuum fuerit petitum. Sícque ex tali diuerſitate mutuorum, actoris intentio, & probatio remanet dubia, & incerta, & conſequenter nullius erit momenti. l. non hoc. C. vn. legit. l. neque natales. C. de probation. & c. in præſentia. extra, eod. titul. prout in terminis iſtius ſingularitatis, quòd diuerſitatem tantùm actuũ inducat, voluit principaliter Salyc. in l. teſtium. in 9. q. C. de teſtibus, & Bald. in l. vt iuriſiurandi. in verſ. deinde nota rationem. C. eod. tit. quod etiam tradit. & ſequitur Alexand. in conſil. 94. nume. 2. & ſeq. libr. 6. vbi dicit, quòd ſtante dicta diuerſitate teſtium in loco, au tempore ſuper actu ſui naturæ reiterabili, ita debent eorum dicta iuuari, ne in falſum 13 incidant, vt potiùs † multiplicatio actuum, quàm contrarietas inducatur. Et in iſta diuerſificatiua ſingularitate propriè procedũt allegata per procuratorem dictæ Dominæ Iuliæ, & tradita à Bal. in d. l. vt iuriſiurãdi, in allegato verſ. deinde nota rationem, vt tantum probent mille teſtes, quantum vnus, & alia etiam ſuperiùs allegata pro parte dictæ Dominæ Iuliæ, quia non coniungunt ad faciendam nec plenam, nec ſemiplenam probationem, vt etiam dicit Alexan. in proximè citato loco, ſed iſta ſingularitas non pertinet ad caſum noſtrum.

14 Eſt igitur † & alia ſingularitatis teſtium ſpecies, quæ cumulatiua, ſeu adminiculatiua, vt dicebam, appellatur. Et hæc ipſa eſt, quando ex ipſis ſingularibus teſtibus nulla reſultat repugnantia, obſtantia, ſeu diuerſitas factorum, ſed immo omnes ſuper ipſo principali facto concordant, & ad eundemmet finem tendunt, ad comprobandum, & coadiuuandum actoris intentionem, ſuper eo ſcilicet, quod per ipſum actorem petitum fuit, licèt in loco, aut tempore diuerſi reperiantur, de qua adminiculatiua eſt videndus idemmet Crauet. in d. tract. de antiq. temp. in ſuprà citato loco, num. 3. vt in propoſito caſu contingit, quia omnes teſtes contra partem dictæ Dominæ Iuliæ inducti teſtificabantur, & fatebantur, quod dicta Domina Iulia confeſſa fuit, ſe velle retrouendere dictam petiam terræ dicto Blaſio, in loco autem, & tempore non concordabant, & ſic ſingulares eſſe videbantur, tamẽ cùm iſta ſingularitas, quæ conſiſtit ſuper vno, & eodemmet facto comprobando, ſcilicet confeſſionem dictæ Dominæ Iuliæ, coadiuuat, & adminiculatur intentionẽ ipſius Blaſij, quia omnes probant factum ipſum principale, ſuper quo depoſuerunt, & ſic dictam confeſſionem. & licèt non concordent in loco, aut tempore, non tamen inducitur diuerſitas, quia omnes deponunt de dicta confeſſione reuendendi dictam petiam terræ, & ſuper dicta cõfeſſione, & ſuper dicta, & eademmet petia terræ concordabant, non enim aliam petiam terræ promiſerat dicta Domina Iulia reuendere dicto Blaſio, niſi illam, de qua agebatur, & ſic nõ diuerſitas in fundo, aut petia terræ inducebatur, ſed tantummodo plures confeſſiones ſuper vna, & eadem re, cùm vnuſquiſque pluries vnum, & idem factum, ſeu debitum fateri poſſit coram etiam diuerſis perſonis, & in diuerſis locis, & temporibus, & tamen non erit niſi vnum factũ, aut debitum, cùm vnum & idem debitum non poſſit contrahi in diuerſis locis, aut temporibus, & ſic diuerſitas, aut pluralitas confeſſionum non inducit diuerſitatem factorum, aut debitorum, nec ex ipſa diuerſitate, aut pluralitate confeſſionũ inducitur aliqua dubietas, aut incertitudo circa tale factum, aut debitum, ſeu illorum probationem, immo ex tali pluralitate confeſſionum inducitur clarior, & certior dicti facti, & debiti probatio. Ideo cùm tales teſtes in caſu noſtro in hac ipſa ſingularitatis ſpecie adminiculentur alter alterius eorum dictum, meritò coniunguntur ad plenam probationem



15 faciendam, quemadmodum in terminis † teſtium ſingularium deponentiũ de pluribus, & diuerſis confeſſionibus, quod plenè probent, tradit Alex. in conſ. 53. col. fi. nu. 4. verſ. ergo etiam præpoſito. lib. 1. Dec. in conſ. 650. nu. 10. Paul. de Caſt. in conſil. 38. in fi. lib. 1. & nouiſſimè Emil. Ferrar. in d. conſil. 20. nu. 5. & Crauett. in d. conſil. 267. nu. 3. & ſeq. & in conſil. 73. col. 11. num. 34. & Port. Imol. in dicta cõcluſ. 34. verſ. decimo nono, quoad, & Curt. iun. in conſ. 168. colum. 7. adeo quòd hæc eſt com- * munis * & receptiſſima opinio, vt ex prædictis auctoritatibus, & aliis per eoſdem relatis manifeſtiſſimè apparet, & ita tenet, & cõmunium dicit Cæphal. in conſil. 141. num. 12. lib. 1.

Præterea dicebã, & communis tollebatur difficultas, quòd nos non ſumus in confeſſione facta abſente parte, prout ſuprà aſſeri videbatur, ſed potiùs in confeſſione facta præſente parte, nempe dicto Blaſio, cùm pluries dicta D. Iulia dixerit, & confeſſa fuerit in præſentia dicti Blaſij velle quandocunque retrouendere dictam petiam terræ dicto Blaſio, quo caſu aſſertio vnius teſtis cum præſentia ipſius Blaſij, vel plenè probat de æquitate Canonica, cùm ſimus in terris Eccleſiæ vt ſuprà, vel ſaltem nulli dubium vide- 16 ri debet, quin ſemiplenè ſaltem probet. † Nam ſicut confeſſio facta in præſentia partis plenè probat, ſi fuerit per duos teſtes probata. l. Publia. §. fin. vbi Barth. & Paul. de Caſtr. ff. depoſit. & l. generaliter. C. de non num. pecun. & tradunt com- * muniter * ſcribentes in ſæpiùs allegata. l. admo- 17 nendi. Sic † ſi probetur per vnum teſtem tantùm adhibita præſentia partis facit ſemiplenam probationem. Ita in ſpecie poſt Barth. in d. l. admonendi, & alios tradit Paul. de Caſtr. in conſil. 280. & in conſil. 333. quem refert, & ſequitur Ruy. in conſil. 72. num. 4. & ſeq. lib. 4. Et ſic non minùs probat vnus teſtis, qui deponit de confeſſione, facta parte præſente, quàm probent duo de confeſſione, facta in abſentia partis. Quæ quidẽ confeſſio, facta in abſentia partis, & per duos teſtes probata, quemadmodum de æquitate Canonica in terris Eccleſiæ plenè probat, & ſæpiùs ſuprà dictum fuit, ita etiam plenè probare dicebam debere in caſu iſto, cùm confeſſio emanata per dictam Dominam Iuliam fuerit parte præſente, & probata per vnum teſtem, licèt ſingularem. Præ- 18 ſertim cùm dicta † confeſſio, vt dicebam etiam ſuperiùs, fuerit geminata, vt in proceſſu extitit probatum, & ſic magis operari debet, vt præter prædicta voluit Bart. in l. cùm ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & Caſtr. in d. l. publia. §. fin. ff. depoſ. & Felyn. in c. Bonæ. de reſcript. & Afflict. d. deciſ. 337. & Iaſ. in rubr. de verb. obligat. num. 2. ad quod non parùm confert, quod dixit Labeo de mente Tuberoris referente Iuriſconſ. in l. labeo. de ſup- 19 pellect. leg. † quod nemo exiſtimandus eſt dixiſſe quod non mente cogitauerit, propterea, ſi quis aliquid non ſemel tantùm dixerit, ſed ſæpe, ac ſæpiùs, tantò magis ita voluiſſe firmiter cõſtare debet, cùm de æquitate canonica mens, & voluntas attendatur, vt not. ſcrib. in c. 1. de pact. & in rubr. de verb. oblig.

Et licèt nouiter & ſubtiliter deducat Ruyn. 20 † tunc confeſſionem geminatam operari, quando eſſet facta in præſentia partis, vt per eum in conſ. 72. libr. 4. per totum, dicens, ita debere intelligi doctr. Bart. in d. l. cùm ſcimus, & aliorum ſuperiùs allegatorum, quæ opinio (ſi eſſet vera) deſtrueret opinionem omnium aliorum, & communẽ, nihilominus in caſu noſtro non eſt opus hanc difficultatem ingredi, cùm (prout in proceſſu apparebat) fuerit dicta confeſſio facta præſente dicto Blaſio, & ſic opinio Ruyn. non obſtabat caſui noſtro, & ex iis ſaltem de æquitate canonica videbatur ſatis probata intentio dicti Blaſij.

Remanebat tamen alia difficultas ex parte dictæ D. Iuliæ excitata, dicebatur enim, quòd etſi dicta confeſſio per dictam D. Iuliam præſente dicto Blaſio facta fuerit, tamen ex quo Blaſius tacui non acceptando, neque expreſsè renuendo dictam oblationem ſibi ipſi præiudicaſſe videbatur. In quo quidem caſu ego dicebã duas eſſe doctorum opiniones.

21 Prima, † quod confeſſio, & oblatio illa nihil ei profuerit, ex quo tacuit, nec eam expreſsè acceptauit. Quam opin. ſequutus eſt Cin. in l. vni. in 6. q. C. de confeſſ. & ibi Saly. in 15. opp. idem Saly. in l. iubemus. C. de liber. cau. & in l. generaliter. in 6. q. C. de non num. pecun. Alex. in conſil. 20. num. 1. lib. 4. & in conſ. 111. num. 7. lib. 3. & in conſil. 174. num. 2. lib. 6. Marſ. in rubr. de probat. nu. 96. & in l. de vno quoque. n. 124. de re iud. Fely. in ca. capitulum ſanctæ Crucis. nume. 22. de reſcrip. Iaſ. in l. poſtquam liti. C. de pact. vbi idem firmat Alciat. Rip. in rubr. de verb. oblig. nu. 22. Pariſ. conſil. 34. nu. 29. lib. 1. Curt. iun. in l. 1. num. 41. C. de pactis, & * hanc communem * atteſtatur Iaſ. in l. error. nu. 3. C. de iur. & fact. ignor.

22 Contrariam † opinionem, quòd immo ex taciturnitate partis, ex quo ad eius fauorem tendit, cenſeatur acceptata, ſequuti fuerunt quampluri mi alij, & numero, & authoritate ſuperiores, prout tradit Alciat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 21. nu. 6. & nu. 10. Abb. poſt. Butr. in ca. vlt. num. 15. de cõfeſſ. & in c. cùm dilectus, de ſucceſſ. ab inteſtat. Dec. in c. at ſi clerici. nu. 137. de iudi. Aret. in conſ. 60. Seueri. in allegata. l. admonẽdi. nu. 67. vbi dicit hanc opinionem eſſe approbatam à Canoniſtis, & nouiſſimè hanc ipſam opinionem ſequutus eſt Emilian. Ferrar. in conſil. 20. num. 6. vbi expreſsè dicit, quòd quando confeſſio eſt facta in præſentia partis, quæ taceat, ſi illa confeſſio eſt fauorabilis, tali tacenti cenſetur per ipſum acceptata. Et ab iſta non recedit, ſed amplectitur vti veriorem, Cott. in memor. ſuis in ver. confeſſio. num. 2. Alex. ſibi contrarius in l. 3. num. 3. C. de repud. hæred. Marant. vbi ſuprà, num. 2. verſ. & li- * cet Alex. vbi dicit hanc cõmuniorem * Curt. iun. in conſil. 49. & multos concordãtes allegat. Petr. Duen. in reg. 119. confeſſio. verſ. contrariam opinionem, quam ipſe quoque approbaſſe videtur, ex quo vltimo loco eam referre voluit. iux. not. per gloſ. in l. qui filium. circa fin. ad Trebell. & latiſſimè Euerar. in cent. leg. in loco ab authoritate. car. mihi. 163.

Quæ quidem opinio quemadmodũ præualet alteri maiori numero doctorũ, & maioris authoritatis, vt perquirere potui, ita mihi viſa fuit magis communis & æqua, & propterea ſequenda.

Fundatur autem hæc opinio ex illa potiſſimùm
23 ratione, † quia cùm confeſſio iſta tendat ad fauo-
rem præſentis, ex eius parte acceptatio præſumi-
tur. l. qui patitur. ff. mand. l. Publia. §. fin. depoſ. &
tradunt Bart. & alij in l. quæ dotis, ſoluto matr.
vbi optimè Iaſ. num. 70. & Dyn. in reg. is, qui ta-
cet, de reg. iur. lib. 6. vbi dicunt, quòd in reſpicien
tibus fauorem, & commodum tacentis, ſemper
24 tacens, & præſens conſentire videtur. Et † licèt
ſui natura, tacere, medium teneat inter conſen-
ſum, & diſſenſum, aliquando tamen ad alterum
extremorum applicatur ex præſumpta voluntate
tacentis, vt quando eius commodum conſidera-
tur. Aret. conſil. 161. col. 7. & tradit eleganter Ca-
gno. in l. qui tacet. nu. 2. de reg. iur. Propterea cùm
ex præſumpta mente dicti Blaſij, vt ſuprà tacent
is propter eius commodum acceptatio præſumi-
tur, meritò eius taciturnitas ad alterum accepta-
tionis extremum applicabitur, ex quo ita magis
ipſi expedire dicebatur.

Quæ omnia, & ſatis ſufficere videbantur ad
victoriam dicti Blaſij, nihilominus ad cautelam
Dominus Ludouicus Gherardus cauſidicus hu-
ius curiæ Peruſinę, petebat dicto Blaſio iuramen-
tum ſuppletorium deferri. Et licèt nihil in iure
25 allegaret, nihilominus æquũ videbatur † dictum
iuramentum in ſupplementũ ſemiplenæ proba-
tionis, quando tamen ſemiplenè eſſet tãtùm pro-
batum, eſſe deferrendum, vt in terminis noſtris pa
cti de retrouendendo tradit Caſt. in conſ. 287. in
antiquis, & in conſ. 331. & Dec. in conſ. 18. col. fin.
Et in puncto iſto tradit Cagnol. vbi prædictos, &
alios concordantes allegat, in l. 2. num. 180. C. de
pact. int. empt. & vẽdit. vbi dicit prædicta proce-
dere etiã ſi ex interuallo, non in continenti iuxta
contractum tale pactum interuenerit, & fatetur
* hãc eſſe communem * opinionem, & in practica
obſeruan. licèt ibid. q. 79. diſputationis gratia cõ-
trariam opinionem conatus fuerit tueri.

Et profectò dicebam ego quòd difficile eſſet
26 contra hanc opinionẽ in practica obtinere, † ſal-
témq; per pactum nudum, quod de iure canoni-
co actionem producere nemini dubiũ eſſe vide-
tur, doct. præſertim moder. Hiſpani in l. iurisgen-
tiũ. §. igitur nuda. de pact. Alciat. in rubr. de verb.
oblig. num. 9. verſ. quartò fallit, vbi dicit commu
* nem * eſſe opinionem, & ibid. etiam Galia. nu. 16.
& tradunt latè ſcribẽtes in c. 1. & 3. extra de pact.
Quòd nõ ſolùm procedit in foro Canonico, ſed
etiam in foro ſeculari, in terris Eccleſiæ ſubiectis,
* & inter ipſos laicos, & eſt communis * opinio vt
tradit, & ſequitur Iaſ. in d. l. iuriſgentiũ. §. ſed cùm
nulla. num. 6. ver. ſecundò extende, Et in propriis
terminis pacti de retrouendendo tradit idem Ca-
gnol. in d. l. 2. in d. q. 70.

Nec refragatur quatenus dicatur, prædicta lo-
cum habere in pacto nudo, ſed nos, non in pa-
27 cto, ſed in pollicitatione verſari. Namque † pa-
ctum eſt duorum conſenſus, pollicitatio autem
eſt ſolius offerentis promiſſio. l. pactum. in princ.
de pollicitat. & l. 1. §. pactum. de pact. Cùm enim
dicta Domina Iulia obtulerit dicto Blaſio tacen-
ti, & nihil dicenti, ſe velle dictum fundum ei re-
trouendere, nullus dicti Blaſij conſenſus conſide-
rari poteſt, ſed ſola promiſſio dictæ D. Iuliæ, igi-
tur pollicitatio, non pactum erit, & conſequẽter
nullum effectum, aut actionem contra ipſam D.
Iuliam producere poterit, vt dicunt doctor. in d.
rubr. de verbor. obligat. quando quidem illud ha-
bet locum, quando dicta pollicitatio fieret abſen
28 ti, † ſed ſi fiat præſenti, vt in caſu noſtro, & pro-
miſſio per dictum offerentem facta reſultet in v-
tilitatem talis præſentis, & tacentis, omnes com-
* muniori * calculo tenent, ex tali promiſſione non
29 cauſari pollicitationem, ſed pactum nudũ, † quod
de iure Canonico parit actionem, vt ſatis ſuprà
dictum fuit, & huius opinionis fuit Cyn. in l. 1. in
4. opp. ad fin. C. de pact. & ita declarat Imol. in c.
cùm contingat. de iureiur. & expreſſiùs tradit A-
lex. in l. 1. in fi. de pact. & Alc. in d. rub. de verb. o-
* blig. vbi dicit, hanc eſſe communem * opinionẽ,
& ibi. Iaſ. num. 6. verſ. quarto eſt pollicitatio, vbi
hoc dicit, communiter teneri per legiſtas, & ca-
noniſtas, qui omnes mouentur per tex. in d. l. qui
patitur. & in l. ſi verò non remunerandi. §. qui paſ
ſus. ff. mandat. vbi traditur, quòd tacens & præ-
ſens fauorabilia acceptare videtur, & cum iſta o-
pinione omnes pertranſeunt nemine diſcrepante
in d. rubr. de verb. oblig.

Allegabant quoq; Procuratores dictæ D. Iulię,
contra dictum Blaſium diſpoſitionem cuiuſdam
ſtatuti Peruſini, ſub Rub. 63. in 2. volum. vbi iſta
formalia verba leguntur.

Quòd iudex poſſit cogere partes ad retrouen-
dendum, dummodo ſibi conſtet per inſtrumen-
tum manu Notarij, vel per ſcripturam priuatam
manu emptoris ſcriptam, vel atteſtationem duo-
rum fidedignorum teſtium, in eorum dictis con-
teſtium de tali promiſſione. Cùm igitur teſtes
dicti Blaſij non eſſent conteſtes, ſed ſingulares
ſaltem in tempore, meritò (dicebant ipſi) con-
tra dictam D. Iuliam nullam probationem facere
30 videntur: per † ſtatutum enim à diſpoſitione iu-
ris communis receditur. l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. de his, qui notan. infam. & l. qui cum vno. §.
qui poſt, & ibi not. de re milit. & latè tradit Marſ.
in conſ. 61. num. 19.

Et licèt dictum ſtatutum prima facie non pa-
rùm obſtare videretur, tamen vlteriùs cogitanti
mihi viſum fuit nullo modo refragari, præſup-
ponen. quòd teſtes prædicti licet videantur ſin-
gulares in tempore, tamen cùm ſuperfacto prin-
cipali, & de quo agebatur concordarent, & ad
eundemmet finem tenderent, non ſingulares, ſed
cõteſtes dici debebant, vt abundè ſatis ſuprà de-
monſtratum fuit. Etſi igitur dictum ſtatutum di-
ctet, teſtes debere eſſe conteſtes, non tamen diſ-
ponit modum, & formam, qua teſtes conteſtes
31 eſſe dicantur, remanebit ergo hic caſus † tanquam
omiſſus ſub diſpoſitione iuris communis. l. com-
modiſſimè. de lib. & poſthum. cum ſimil. de quo
iure tales teſtes ſunt optimè conteſtes, vt dictum
fuit. Præcipuè cùm ſtatuentes cenſeantur ſe vo-
luiſſe regulare cum diſpoſitione iuris commu-
nis. arg. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. Et
32 † cùm ſtatuta recipiant interpretationem à iure
communi. Doct. in l. 1. §. lex Falcidia. ad l. Falcid.
Et ita interpretari debeant, vt minus corrigant
ius commune, quàm ſit poſſibile. l. 2. & ibi Bart.
33 C. de noxal. act. præcipuè cùm † ſapiant æquita-
tem,



tem, vt quis promiſſa obſeruet. l. iuris gentium.
§. prætor ait. de pact. maximè, quando quis nullis
allectus ſtimulis, aut perſuaſionibus, ſed vltrò ſe-
ſe obligare, & aliquid promittere voluit, vt ele-
ganter conſiderauit Hieronymus Butig. in Rub.
de verb. obligat. num 19. verſ. præterea dico, quòd
immo.
34 Quòd etiã magis ſuffragari videbatur, † quia di
ctum ſtatutum dicit, per atteſtationẽ duorũ teſtiũ
in eorum dictis conteſtiũ, ſed dicti teſtes in eorũ
dictis ſatis erant conteſtes, licèt in tempore diſ-
cordarent, quod tamen non erat de ſubſtantia, vt
ſatis ſuprà dictum fuit, idcirco dicto ſtatuto ſatis
factum eſſe dicebam, quia ſolum ſtatutum voluit
eos eſſe conteſtes in eorum dictis, de tempore i-
gitur non curauit, nec dixit, igitur, nec nos dicere
debemus. l. ſi quis ſeruum. §. non dixi. de acquir.
hæredit. l. ſi rem. §. final. iunct. gloſſ. de euict. cum
vulgarib.

Pronunciaui ergo dictam D. Iuliam teneri, &
obligatam eſſe ad retrouendendum dicto Blaſio
fundum petitũ, & nihilominus ambas partes ab
expẽſis abſolui. Quam ſententiam aperui die 23.
Martij. 1569. manu ſer Amici de Amicis Notarij
Curiæ generalis huius prouinciæ. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio facit, quòd dominium transferatur in eum cui res traditur æſtimata.*
2 *Periculum ſpectare dicitur ad eum, cui res traditur æſtimata.*
3 *Damnum contingens inter ſociũ & Dominũ cõmune eſſe debet, quemadmodum vtilitas eſt communis.*
4 *Aeſtimatio fit aliquando ad finẽ, non vt conſtituat emptionẽ, aut venditionẽ, ſed vt ſciatur, quãti ea res erat, quãdo tradita fuit, ita vt ſi fiat deterior, ſciatur quid agendum.*
5 *Non omnis æſtimatio transfert dominiũ, ita, vt cenſeatur venditio.*
6 *Pactũ inter Dominũ & Paſtorẽ, eſt omnino ſeruandum.*
7 *Aeſtimatio, quæ fit de rebus, quæ traduntur in ſocitam non transfert dominiũ, neque conſtituit emptionem, ſed fit, vt ſciatur, quanti ea res erat, & valeret tempore initæ ſocietatis.*
8 *Aeſtimatio tunc facit emptionẽ, quãdo omne cõmodũ, & incommodũ rei æſtimatatæ, tranſit in cuſtodem ſiue ſocium, ſecus, ſi non tranſiret.*
9 *Aeſtimatio facit emptionem in his contractibus, de quorum natura eſt, vt dominium tranſeat.*
10 *Capitale eſt Domini in iſtis ſocietatibus beſtiarũ, fœtus autem, & melioramenta beſtiarũ ſunt cõmunia inter Dominum, & ſocium.*
11 *Damnũ quod ſit commune, procedit, quãdo ſocius vel Paſtor, nõ eſt in culpa, ſi verò reperiatur in culpa, damnum in totũ ſpectat ad Paſtorẽ, ſiue ſocium.*
12 *Cuſtos, qui cuſtodit, gratis, nõ tenetur de culpa leui vel leuiſſima.*
13 *Negligẽs quis eſſe poteſt in rebus propriis, ſecus in alienis.*
14 *Equus, ſi dimittatur in paſcuis, ſi illud dimittere cadat in culpã, quod diligens paterfamiliàs non hoc feciſſet, tunc dimittens tenetur.*
15 *Ragatius, ſi lumẽ in ſtalla tenuerit, & ob id domus locata combuſta fuerit, pater ſiue dominus dicti ragatij tenebitur, quia culpa ei tribui poteſt, cũ lumen ſimili perſonæ commiſerit.*
16 *Mulio, qui eius culpa ſacculum, in quo erat argẽtum, & aurum amiſit, tenebitur.*

### Argumentum.

**Societatis, ſiue ſocidæ materia tractatur, an damnum ita commune eſſe debeat vtrique, ſicut & lucrũ, vel tãtùm illud ſentire debeat ille ſolus, cuius culpa dictum damnum euenit.**

**An & quãdo per æſtimationem animalium datorum in ſacidam dicatur translatum dominium vt cenſeatur venditio.**

DOMINA Lucretia vxor q. ſer Flo-
rauantis de Peruſio, dedit in ſocidã
cuidam Millo de Caſtro Ramaxani
agri Peruſini vnã equã cũ pulla, quæ
nouem ſcutis æſtimatæ fuerunt, eo
pacto adiecto, quòd capitali libero remanẽte, fœ-
tus communiter diuideretur, qua ſocida durante
quædam filiola dicti Milli dictam equã ad quen-
dam fontem duxit ad bibendum, ibi cõuicinum,
ad quem eundum plures ſtratæ videbantur & a-
derant. Nihilominus cum puellula illa timeret di
ctam equam, ſinit eam à ſemetipſa ad dictum fon
tem ire, quæ cum in ſua libertate eſſet, cœpit iter
per indirectam viam, prope quandam rupem, de
qua poſtea cecidit, & mortua fuit. Quę omnia re
ctè in proceſſu probabantur. Propterea, prædicta
domina Lucretia egit coram me contra dictum
Millum, tam pro precio dictæ equæ, quàm pro fœ
tu ex ea naſcituro. Dubitabatur ergo an damnũ
illius equæ pręmortuæ commune eſſet inter Mil
lum, & d. Lucretiam prædictos, quemadmodum
lucrum commune eſſe videbatur, an verò dam-
num in totum ad alterum eorũ tantùm ſpectare
deberet.

Pro parte dictæ D. Lucretiæ cõtra dictũ Millũ
1 poterat allegari, † quòd cùm dictæ beſtiæ fuerint
datæ æſtimatæ, dominium illarũ ex eo in dictum
Millum tranſlatum fuerit. l. quoties. C. de iur. dot.
l. cùm dotem. C. eod. titul. l. litis æſtimatio. ff.
pro empt. l. ex conuentione. C. de pact. cum ſimi-
lib. in quibus iuribus probatur, quòd æſtimatio
venditionem facit, prout in iſtis terminis tenere
videtur Ang. de Perig. in tract. de ſociet. §. circa ſe
2 cundum, & conſequenter † periculum in totum
ad dictum Millum ſpectare dicendum videbatur,
l. pignus. C. de pignor. actio. prout eſt de natura
ipſius venditionis. l. neceſſario, & tot. tit. de peri-
culo & commo. rei vend.

Pro alia verò parte, ſcilicet Milli pręcdicti, dice
batur damnum debere eſſe commune, ex quo

etiam vtilitas communis erat, nihil tamẽ pro hac parte allegabatur.

Vnde ego partibus hincinde pro more meo, auditis ſæpius pro reſolutione dicebam. Quòd et ſi in ſocida beſtiæ eſtimatæ traditæ fuerint, ni-
3 hilominus † damnum in ea contingens, commune eſſe debet inter ſocium, & dominũ, ex quo etiam vtilitas inter eos eſt cõmunis. l. cum duobus. §. dãna. Pro ſocio. Bald. in l. 1. in 8. q. C. eod. idẽ Bal. Sal. & Iaſ. in l. ſi paſcenda, num. 2. & ibi Dec. num. 16. & ſeq. C. de pac. & tradit Ang. de Peru. vbi ſuprà, & latiùs, & clariùs Pe. de Vbal. in tract. de duobus fratr. in 8. par. prin. numer. 21. quæſt. 20. Nec referre dicebam, quòd beſtiæ datæ eſſent æſtimatæ, & propterea dominium videatur eſſe tranſlatum, prout ſuprà dicebatur, quandoqui-
4 dem illud fallit, quando † æſtimatio fit ad finem, vt ſciatur, quanti ea res erat, quando tradita fuit, ita, vt ſit deterior ſit effecta, ſciatur ad quid ſit agendum, ita enim tradit gloſ. in l. ſi inter virum. in verb. æſtimatæ. C. de iur. dot. & gloſ. in inſt. quib. alien. lic. in princ. in verb. dotale prædium, vbi idem aiunt eſſe de prędio dotali, æſtimato in dotem marito tradito, cuius nihilominus in maritum non eſt ita dominium tranſlatum, vt illud poſſit per ipſum alienari, & de eo ad ſuum libitũ diſponi, vt in dictis iuribu. no. & tradit, & not. Bart. in l. cùm vir prædium. de vſucap. ſed hæc nõ
5 eſt materia noſtra. Ad propoſitum, quòd † non omnis æſtimatio transferat dominium, ita vt cenſeatur venditio, tradit Hieronymus Butig. in l. mutuum. §. creditor. nu. 20. ſi cert. pet. per text. in d. l. ex conuentione. C. de pact. & in l. ſi æſtimatis. ſolut. mat. Et caſus præmiſſus non videatur habere dubitationẽ, quia ita pacti fuerunt inter eos dicti domina Lucretia, & Millus, vt ſcilicet capitale liberum remaneret, & fœtus æqualiter diuideretur, vt ſuprà ergo dominium tranſlatum non fuit, & illud pactum omnino ſeruari debet, prout in terminis dicit tex. in d. l. ſi paſcenda. vbi dicitur
6 quòd † partũ inter Dominũ, & Paſtorẽ de fœtu diuidendo omnino ſeruandum eſt, & ibi gloſſ. fin. dicit, idem eſſe inter ſocios, quod eſt inter Dominum, & Paſtorem, immo dicebam, quòd etiã ſi non conſtaret de dicto pacto (prout conſtabat)
7 nihilominus in dubio talis † æſtimatio non præſumitur facta, vt dominium transferatur, & venditio conſtituatur, ſed tantùm vt ſciatur, quanti ea res erat tempore initę ſocietatis, vt ſuprà, & not. in d. l. ſi inter virum. C. de iur. dot. & tradit Fab. de Mon. in tract. de emp. & ven. in 4. q. prin. num. 15. per ea, quæ allegat, & in terminis noſtris, Alex. in d. l. ſi paſcenda. col. fin. quod etiã ſequitur Dec. ibid. nu. 14. Adeò, quod vellet dicere eſſe conſtitutam venditionem illud probare deberet tanquam ſuæ intentionis allegatum fundamentum. l. 2. & l. actor. de probat. ca. ſciant. 2. quæſtio. 8. & tradit Bart. in l. ſi verò. §. qui pro eis. ff. qui ſatiſd. cog. & Alexand. in conſil. 24. numer. 2. lib. 2. & in conſ. 150. num. 18. libr. 5. & Rip. reſ. 17. in tit. de reſcrip. num. 3.

Præterea, & aliam prædictis dabam reſponſionem ex mente Curt. in repetit. d. l. ſi paſcenda, nu.
8 7. quòd tunc † æſtimatio faciat emptionẽ & venditionem, quando omne commodũ, & incommodum rei æſtimatæ tranſit in cuſtodem ſeu ſocium, ſecus vbi tranſirer, vt in caſu noſtro, & iſtud etiam eſt de mente Bal. & Dec. in d. l. ſi paſcenda. Nam in illis contractibus, de quibus na-
9 tura eſt, vt dominium tranſeat † æſtimatio facit vtique emptionem. arg. l. cum manu ſata. §. nemo. de contrahen. emptio. & tradit Bart. in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. & ſequitur in iſtis terminis Alex. in d. l. ſi paſcenda. & Pet. de Vbal. in d. tract. de duob. fratr. in 8. part. princ. num. 20. quæſtio. 19. ſed in ſocietate ſtat in ſuſpenſo ratione lucri, & damni. l. ſi idẽ in princip. & §. item Celſus. Pro Soc. igitur dominiũ non dicetur traſlatum, nec venditio conſtituta.

Præterea, & tertiò dicebã, nequaquam tranſlatum eſſe dominium, nec venditionem conſtitutã, quia ex pacto expreſſo inter dictos ſocios, apparet, quòd dominium transferre noluerunt, & capitale liberum remanere voluerunt, vt dictũ fuit, quod etiam facere potuerunt, vt not. in l. cum duob. §. ſi in coeunda. pro ſocio. & de iſta ſocietate locutus eſt Petrus de Vbal. in d. 8. part. princ. nume. 2. q. 10. vbi dicit, quòd capitale eſt domini, ſed melioramenta beſtiarum, & deterioramenta ſunt communia, & ponit ibi. de modo adueniente tempore. Cùm ergo hoc ex dictis verbis expreſſè conſtet, fruſtrà de eorum intentione dubi-
10 tare debemus. l. ille, aut ille. §. fi. de leg. 3. cùm † expreſſè faciat ceſſare præſumptum. Dec. in l. 1. nu. 39. ſi cer. pet. & in aut. ex teſtamẽto. col. 3. verſ. ſed certè. C. de coll.

11 Verùm prædicta † quoad damnũ, quod commune eſſe debeat, vt ſuprà dicebam tunc locum habere, quando ſocius, ſiue paſtor in culpa non fuiſſet, aliàs totum damnũ ad ipſum ſocium ſpectare affirmabam, per not. in l. cum duobus. §. dã-
* na fatalia. pro Soc. & tradunt communiter * ſcribẽtes, & præcipuè, Bal. Sal. Alex. Iaſ. & Dec. in d. l. ſi paſcenda. poſt alios, quos allegat, & in terminis decidit hunc caſum Petr. de Vbal. in d. 19. q. v. ſi. interuenit culpa. vbi dicit, quòd ſi interuenit culpa ruſtici, tenetur totam quantitatem emendare, non repugnando, quòd fuerint beſtiæ æſtimatę, quia, vt ipſe inquit, ante tempus ſocietatis diuidẽdæ, totæ beſtiæ domini principalis erant. Præſertim, cùm nõ vt gratis cuſtos dictas beſtias dictus Millus cuſtodiret, ſed vti ſocius, & partẽ lucri ha-
12 bens ex prædictis. † Nam tunc non teneretur de culpa læui, vel læuiſſima, quando gratis cuſtodiret, ad not. in l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ff. cõmodat. & tradit Cor. in conſ. 242. in princ. libr. 1. quod conſ. eſt ſubſcriptio ad conſ. D. Mathæi de Piſauro, & in terminis ferè noſtris, idem Corn. in cóſ. 108. co. lib. 1. & tradit Ang. de Perig. in d. tract. de ſociet. in 2. part. numer. 15. per plura iura, quæ allegat.

Sed negari non poterat, quin dictus Millus fuiſſet in culpa, in dimittendo dictam equam ſub cuſtodia illius puellulæ, quæ propter eius imbecillitatem quicquid videt, ignorare præſumitur. l. 1. circa finem. C. de falſ. monet. poterat enim illud præuidere meritò dicendum, videbatur ipſum teneri de illo caſu equæ præmortuæ, & ad illius æſtimationem. ad not. in l. ſi quis fundum. §. ſi colonus. ff. loca. & in l. ſi ſeruus. §. Proculus. ad l. Aquil. & in l. 1. fur. aduer. naut. Neque enim dictus Millus in dicto actu illam diligentiam adhibuit, quam quilibet diligens Paterfamiliàs ad-
13 hibuiſſet in rebus ſuis, qui † licèt in rebus propriis negligens eſſe potuerit, iñ alienis tamen negligens eſſe non poteſt. arg. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ſolut. mar. & facit l. ſi vt certo. verſ. ſed verius. ff. commod. & faciunt not. à Bart. poſt Cyn.
14 in l. ſi negocia. nu. 1. de neg. geſt. vbi † tradunt de equo dimiſſo in paſcuis, & dicunt, quòd ſi illud dimittere cadit in culpam, vt quia diligens paterfamilias non feciſſet, talis dimittens tenetur, aliàs ſecus. Sed profectò, vt dictum eſt, nullus diligens paterfamiliàs dimiſiſſet dictam equã ſub cuſtodia dictę puellulæ, meritò dicendum erat dictum Millum teneri.

Et inſuper allegabam in ſimili, & in terminis damni, per tales pueros cauſati ex negligentia domini ſeu patris, quod tradit Cagnol. in l. contractus. nu. 70. verſ. quartò infertur, de reg. iur. vbi di-
15 cit, † ſi ragatius, vt eius verbo vtar, in ſtalla lumẽ tenuerit, & ob id domus locata exuſta fuerit, Dominus, ſeu pater dicti ragatij tenebitur, quia culpa in eo argui poteſt, cùm lumen ſimili ſeu tali perſonæ commiſerit. Et idem in iſtis terminis de igne ſuccenſo per pueros ex culpa, & negligẽtia patris, tradit Petr. de Vbal. in d. 8. part. prin. nu. 19. in fin. in 18. q. vbi allegat quoddam conſiliũ Bal. quod incipit ſi domus propria ex modica cuſtodia, prout etiam in terminis culpæ, & negligentiæ probandæ, ex igne ſuccenſo arguit Corn. in conſ. 318. in litera e. in fine libr. 4. vbi ponit d † mu-
16 lione, qui ſua culpa & negligentia quendam ſacculum amiſerat, in quo erat argentum & aurum.

Ex iſtis propter culpam, & negligentiam dicti Milli in permittendo dictam equam duci per dictam Puellulã ſententiaui, & pronunciaui ipſum teneri totum damnum emendare dictæ Dominę Lucretię, manu ſer Rinaldi de Rubeis die 30. Martij 1569. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*



## DECISIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſuccedunt in locũ patris, quando tractant de ſucceſſione Patrui carnalis, tunc enim filius ſubintrat locum patris.*
2 *Quod maximè procedit, quando ſumus in ſucceſſione legis, nec venit conſideranda mens teſtatoris, & eſt commun. opinio.*
3 *Pater, & filius cenſetur vna, & ea demnet perſona.*
4 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina.*
5 *Poſſeſſio, quando eſt iunior, non admittit ex aduerſo dominij exceptionem, & eſt com. opinio.*
6 *Banniti de iure communi ſuccedere non prohibentur, immo ad ſucceſſionem admittuntur.*
7 *Banniti noſtri temporis æquiparantur deportato.*
8 *Bannitus nõ poteſt ſuccedere in bonis exiſtentibus in illo territorio, à quo eſt bannitus.*
9 *Bannitus priuatur ſucceſſionibus ſibi prouenientibus in territorio, etiã de iure cõmuni, ſtante prædicto ſtatuto.*
10 *Bannitus ſuccedit in bonis exiſtentibus extra territorium, à quo fuit bannitus.*
12 *Filius ſuccedit patri de iure poſitiuo, non de iure diuino, nec naturæ.*
12 *Bannitus ergo filius, quòd non ſuccedat, potuit tolli per ſtatutum.*
13 *Bannitus & deportatus, non poſſunt præſcribere.*
14 *Bannitus, nec etiam naturaliter poßidet.*
15 *Poſſeßio in genere eſt ſumpta de iure gentiũ, diſtinctio tamen eſt de iure ciuili.*
16 *A poſſeßione, quando quis cadit culpa ſuâ, non petit remedium recuperandæ poſſeßionis.*
17 *Bãnitus, quemadmodum poteſt occidi, ita pariter poteſt in bonis condemnari, declara, vt infrà, num. 2.*
18 *Bannito nõ competit remedium poſſeſſorium, cùm bona ipſius poßint licitè occupari.*
19 *Effenſio quando eſt permiſſa, multò magis eſt permiſſa damnificatio, declara, vt infrà, num. 20.*
20 *Bãniti bona non licet occupare, & dãnificare, ſed ſi in eis damnum fuerit datum, non debet audiri, nec ſibi ius reddi.*
21 *Prædo eſt etiam reſtituendus in poſſeßione ſua, & ad eam amiſſam eſt reſtituendus.*
22 *Poßidere qui nõ poteſt legitimè, dicitur iure familiaritatis poßidere, ſi poßidet.*
23 *Spoliatus non eſt reſtituendus, quando ex actis cõſtat agentem eſſe prædonem.*
24 *Legitima in vita patris, filiis nõ debetur, nec ei auferri poteſt.*
25 *Legitima filiorum auferri, & confiſcari poteſt, ita diſtante ſtatuto, ſeu conſtitutione, prout eſt Peruſiæ.*
26 *Satutũ, quòd pater teneatur ad ſolutionem legitimæ, valet, & eſt com. opinio.*
27 *Legitimam pater non tenetur ſoluere, etiam ſtãte prædicto ſtatuto, quando pater vltra filium, ex dicto filio haberet etiam nepotes, quia ſecundùm Doctor. legitima reſeruatur nepotibus ſuperſtitibus.*
28 *Legitimam, quòd pater non teneatur ſoluere pro filio bannito, quando ille filius bannitus habet filios, & ſic nepotes patris, procedit duabus nouiſſimis rationibus hic conſideratis per authorem, quia pater bis teneretur ad ſolutionem legitimæ, nẽpe filio, & nepoti, vel, quia nepos abſque facto ſuo, & ſua culpa priuaretur legitima.*
29 *Natus reputari debet, qui in vtero eſt, quò ad ea, quæ ſibi commoda ſunt.*
30 *Legitimam pater non tenetur ſoluere, ſtante prædicto ſtatuto, non ſolùm, quando ex filio bãnito adſunt nepotes, ſed etiam, quando ille filius bãnitus haberet vxorem prægnantẽ, tunc enim eſt expectandum tempus partus, & interim bona nõ ſunt confiſcanda, quia ſi conciperet abortum nulla poſſet conſiderari legitima, & ſic iſto caſu pater teneretur, ſi verò ederet partum, tum legitima debetur poſthumo illi nato poſt bannum, & pater non venit moleſtãdus, caſus notabilis, à Doctor. non conſideratus.*

### Argumentum.

Filius, an, & quando ſuccedat in locum

patris.

Et, quid in bonis bannitorum, in quibus eorum *filij*, vel nepotes ſucceſſionem prætendunt.

Et multa in materia bannitorum circa eorum habilitatem, in ſucceſſionibus, tam de iure communi, quàm de iure municipali.

Et, an ſicut poſſunt damnificari in perſona, ita etiam poſſint damnificari in bonis.

Et diſcutitur materia. l. colonus. & l. cũ fundum, de vi & vi armata.

Et, an poſſit confiſcari legitima filij bãniti, & pater eam ſoluere cogi poſſit.

FVIT in humanis quidam Leonardus de caſtro Paſſignani, comitatus Peruſij, qui habuit tres filios, Angelum, Philippum, & Baldũ. Baldus in vita ſui patris fuit capitaliter bannitus in curia Peruſina, prout de dicta condemnatione in proceſſu apparebat, eò, quia ipſe interuenerit anno 1527. cum multis aliis ſicariis, homicidiis Domini Hieronymi de Oldis nobilis Peruſini, & duorũ filiorum infantium. Moritur dictus Leonardus relictis tribus filiis. Baldus poſt mortem Leonardi patris, procreauit ex legitimo matrimonio Sanctem eius filium, & licèt dictus Baldus eſſet bannitus, ſemper continuauit poſſeſſionem bonorum hæreditariorum poſt mortẽ Leonardi, prout in proceſſu apparebat. Moritur deinde Baldus relicto Sancte eius filio, demum moritur Angelus alter filius dicti Leonardi abſque filiis, relictis poſt ſe Philippo carnali, & Sancte nepote ex Baldo, qui quidem Sanctes mouit iudiciũ aduerſus dictũ Philippũ, ex eo, quòd occupauerit ratam bonorum ſpectantium ad ipſum Sanctem per mortem dicti Angeli, ac etiam bonorũ Baldi patris ipſius Sanctis. Dubitatur, an in bonis Angeli præmortui æqualiter ſuccederet, tam dictus Sanctes nepos, quàm prædictus Philippus. Deinde, an bona dicti Baldi banniti poſſeſſa per dictum Philippum, veniant reſtituenda dicto Sãcti eius filio necne, quandoquidẽ probabatur in proceſſu bona prædicta fuiſſe poſſeſſa, non ſolùm per dictum Baldũ, ſed etiã per dictum Sanctem.

Circa primum intrepidè mihi dicendum videbatur, bona prædicti Angeli æqualiter ſpectare ad Philippũ eius fratrem, & ad Sanctem filium Baldi, & eius nepotem, vt ſuprà, per textum. in §. cùm autem. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.
1 æquum enim eſſe videtur, dicit text. † nepotes, neptéſve in locum patris ſuccedere, & in aut. ceſſante. C. de leg. hæred. & ita tradit Dec. in conſ. 1. col. 2. num. 2. vbi dicit de mente Angel. in §. reliquum. in 3. not. in auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer. quòd, quando tractatur de ſucceſſione patrui carnalis, vt in caſu noſtro, filius omnino ſubintrat locum patris, prout quoq; tradit Bart. per illum text. in aut. poſt fratres. in prim. verb. C.
2 de legit. hæred. Et profectò, † quando ſumus in ſucceſſione legis ab inteſtato, & nulla teſtatoris mens conſideranda venit, nulli dubium eſt, quòd æqualiter ſuccedunt frater, & fratris filij præmortui, vt dictum eſt, ita enim tenet Bal. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. poſt declarationem gloſ. ibi de leg. 2. Ruyn. conſ. 171. nu. 2. lib. 2. Alex. conſ. 204. libr. 2. Soc. Iun. conſ. 133. libr. 1. vbi dicit, quòd de iure communi pariter admittuntur fratres & fratrum filij, immo quòd ſuccedunt fratres, & fratrũ filij, nulla habita differentia ſexus, & agnationis d. §. reliquum. in aut. de hæred. ab inteſt. venient. & idem Soc. Iun. in conſ. 73. nu. 1. lib. 1. & in conſ. 38. nu. 21. lib. 3. & faciunt ad hoc tradita etiã à Marſ. in ſin. 33. & à Capy. in deciſ. 21. circa princ. & num. 6. vbi volũt, quòd neptis ex fratre ita intret in locũ patris, ſicut nepos ipſe maſculus, quod etiam ſecutus eſt Nat. conſil. 424. libr. 2. Et ita tradunt paſſim Doctores, & dicunt hanc eſſe cómu
* nem* & receptiſſimam opinionem, cuius quidẽ concluſionis illam rationem excogitari poſſe di-
3 cebam, quia † pater, & filius vna eadem perſona eſſe cenſentur. l. fin. C. de impub. & aliis ſubſiſtit. & ſunt veluti vna caro, & vna perſona. Rol. à Vall. conſ. 28. nu. 10. lib. 3. propterea leges voluerunt etiam mortuo patre, filium eius locum ſubintrare, quia cùm ſint vnũ, & idẽ, quod eſt filius ipſe. Et hanc concluſionem nullũ dubiũ habere mihi viſum fuit, propterea dicebam ratam dicti Angeli præmortui æqualiter eſſe diuidendam inter dictũ Philippũ, & Sanctem fratrem, & nepotem reſpectíve dicti Angeli præmortui.

Circa ſecundum dubium, ad quem ſpectent bona dicti Baldi bãniti, & per eum poſſeſſa, & an ad dicta bona veniat reintegrandus Sãctes, filius dicti Baldi, poterat dici pro parte illius, quòd poſſeſſio dicti Baldi, quò ad eius ratam, ſaltem eſſet antiquior, & poſſeſſio Philippi iunior, intentio-
4 nem ipſius ſatis eſſe fundatam, cùm † iunior poſſeſſio ſit clandeſtina, c. licèt cauſam. de probat. Bar. in l. ſi duo. in princ. vti poſſidet. Docto. com-
* muniter* in c. ſæpe de reſtitut. ſpol. & in c. cùm ad ſedem. eod. ti. Doctor. etiam communiter in l. naturaliter. §. nihil commune. & in l. rem, quæ nobis. de acq. poſſ. Menoch. latè in tract. recup. poſſ. in 15. remed. quæſt. 31. nu. 383. & ſeq. & quæſt.
5 13. num. 68. immo dicebam, † hoc caſu non poſſe dominij exceptionem opponi, per not. in l. ſi de eo. §. fin. de acq. poſſ. Soc. in d. l. rem quæ nobis, nu. 20. Paul. de Caſt. in conſ. 105. in fin. lib. 1. & latè tradit Menoch. in d. tract. d. 15. remed. quæſt. 37. nu. 471. & ſeq. Et hoc remedium reintegrandum dari etiam contra titulo poſſidentem, vt in præcitatis locis habetur, & eſt magis communis
6 † opinio, vt per Ruyn. in conſ. 49. lib. 4. & Beninten. deciſ. 33. per totam vbi communem dicit, & Plot. n rep. l. ſi quando, nu. 65. verſ. remediũ poſſeſſoriũ. C. vn. vi, vbi dicit, hanc eſſe magis cõmunem opinionẽ legiſtarũ, & canoniſtarũ, & Rub. in d. §. nihil commune, num. 72. Rolan. à Vall. in conſ. 6. nu. 40. lib. 3. vbi dicit, ſimiliter magis eſſe communem opinionem, idem tradit Socin. Iun. in conſ. 34. numer 12. libr. 3. vbi dicit, ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, & ſequutus eſt Crott. hanc eandem opinionem in conſ. 47. num. 3. & ita fuit obſeruatum, & iudicatum in Camera Imperiali, vt atteſtatur Ioachin. in obſeruat. 85.



Nec de banno videbatur eſſe curandum, quia †
6 banniti de iure communi ſuccedere non prohibẽtur, immo ad ſucceſſionẽ admittuntur, vt voluit Bart. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. de cap. diminut. & Alex. in l. 1. C. de hæred. inſt. & ibi latè Iaſ.

Ego autem ſuper iſtis matura habita conſideratione, in ea fui, in ꝑpoſito caſu, opinione, quòd immo dictus Sanctes non veniret reſtituendus, ad bona poſſeſſa per dictum Baldum eius patrẽ, & ex perſona ipſiuſmet Bald. particulariter. Et mouebar, quia dictus Baldus erat bannitus, & condemnatus in cõfiſcatione omniũ bonorum, & ꝑpterea in bonis exiſtentibus in territorio Peruſino, dictus Baldus minimè ſuccedere potuit, veluti incapax, etiam ſi de iure communi admitti voluerit. Cumq; hoſtis ciuitatis reputaretur, non debuit coram eo iudice audiri, à cuius iuriſdictione alienum eſſe conſtabat, & ſic de iure communi ſuccedere minimè potuit, ſicut nec depor-
7 tatus, cui deportato, † bannitus noſtri temporis æquiparatur, vt voluit gl. communiter recepta in §. relegati. in verb. retinent. Inſtit. quib. mod. ius. patr. pot. ſol. & tradunt Alex. Iaſ. & alij in l. 1. C. de hæred. inſtit. & optimè Corn. in conſ. 55. in litera R. lib. 2. & quòd propterea de iure etiã communi dictus Baldus ſuccedere non potuerit, faciũt tradita à Paul. de Caſtr. in d. l. 1. C. de hęredib.
8 inſtit. vbi voluit, quòd taliter † bannitus, vt nos dicimus, de iure cõmuni ſuccedere minimè poſſit, præcipuè in bonis exiſtentibus in territorio illo, à quo bannitus fuit, vt in propoſito caſu, & dicit, hoc in facto habuiſſe, & Florentiæ conſuluiſſe, & hoc idem ſequutus eſt Imo. in l. ex facto. §. ex facto. ad Trebell. Alex. in conſ. 23. col. 6. lib. 1. & in conſ. 75. col. 5. eod. lib. 1. & in l. ex facto. §. ex facto ad Trebel. & Iaſ. clarè in d. l. 1. C. de hær. inſtit. & latè Boſſ. vbi optimè declarat in titul. bannit.
* quid amit. nu. 14. vbi dicit, ita communiter * teneri, præcipuè, quãdo is, cui ſucceditur mortuus eſt in ciuitate banni, vt in caſu præmiſſo Baldus bannitus ſuccedere volebat Leonardo eius patri, in caſtro Paſſignani præmortuo, à quo erat bannitus dictus Baldus, vt ſuprà. Et hanc opinionem vti veriorem approbauit etiã Ruy. in conſil. 49. num. 4. lib. 4. Parum enim difficultatis hanc quæſtionem habere dicebam, quando bannitus, & condemnatus in cõfiſcatione bonorum, & capitalem, qui ex forma ſtatuti impunè occidi poteſt, prout eſt Peruſij, ſuccedere intendit in bonis ſitis in territorio, à quo eſt bannitus, quia tunc etiam de iure communi ad dictam ſucceſſionem admitti minimè poteſt, cùm ſit hoſtis dicti territorij, & cõſequenter priuatus omni beneficio, ſibi in illo territorio proueniente etiam de iure communi, vt omnes prædicti Doct. in præcitatis locis audacter affirmarunt, & ſuper iſto caſu toties Pau. de Caſt. Florẽtiæ vt ſuprà, cõſuluit. Et cũ iſta opinione eam dilucidè declarando, & cõmuniorem affirmando pertranſit Alex. in conſ. 75. libr. 1. & hanc veriſſimã etiam affirmauit Bart. in ſũa 1. queſt. quæ incipit Lucanæ ciuitatis, & Alex. in l. ex facto. §. ex facto. nu. 7. & ſeq. ad Trebel. vbi
9 expreſſè dicit, quòd talis † bannitus priuatur ſucceſſionib. ſibi in territorio banni prouenientibus, etiam de iure communi, ſtante dicto ſtatuto, quòd profectò poteſt derogare etiã iuri communi in loco ſuo, vt tenent Bart. Iaſ. & alij, in l. omnes populi de iuſt. & iur. & tradit Alex. in d. conſ. 75. nu. 8. & in d. §. ex facto. nu. 7. verſ. ſed im-
10 mo. hîc † Si autem quæreretur de bonis ſitis extra territorium dicti banniti, & à quo fuit bannitus, vt puta, fuit bannitus Peruſiæ, & ſucceſſio ſibi obuenit de bonis, quæ in territorio Florentino ſita erant, tunc aliter eſſet dicendum, quia forſan ad illam admitteretur, ſed tamen pro conſtanti non ponebam, quia non erat caſus noſter, & propterea remittebã me ad tradita circa hoc à Nell. de Sanct. Gem. in tract. banni. in 1. par. ſecundi tempor. quæſt. 17. vbi latiſſimè hanc quæſtionem examinat, & à Boſſ. in tit. de bonor. pub. nu. 62. & ab Ang. Aret. in tract. malef. in verb. & cuius bona publicamus. in verſ. quæro bona, & à Iul. Clar. in libr. 5. recep. ſent. §. fin. quæſt. 78. verſ. ſed hîc quæro. In caſu ergo præmiſſo, ſtante incapacitate dicti Bald. ſequitur durante banno, eum non potuiſſe acquirere ciuilem poſſeſſionem dictorum bonorum paternorum, per prædicta, quę procedere dicebam, etiam, quòd Baldus eſſet fi-
11 lius dicti Leonardi, quia iure † ciuili poſitiuo inductum eſt, quòd filius patri in bonis ſuccedat, non de iure diuino, & voluit Dyn. in reg. indultum. de reg. iur. libr. 6. nec de iure naturæ, vt tradit Alex. in d. conſ. 75. lib. 1. & facit tex. in l. lege 12. tab. C. de leg. hæred. & in §. 1. Aut. de trient. & ſemis. & in § 1. & in §. ſi quis autẽ. Aut. de hæred. & Falcid. idcirco optimè per ſtatuta diſpoſitio illa,
12 quòd † bannitus patri non ſuccedat, tolli potuit, per tradita à Bart. Iaſ. & aliis latiſſimè in d. l. omnes populi. de iuſt. & iure.

13 Et ex prædictis, † vllo tempore dictũ Baldum dictam poſſeſſionem præſcribere potuiſſe dicebam, quemadmodum de deportato traditur vt voluit Bal. in tit. de pac. conſt. in verſ. Imperialis, in prin. quia à iure ciuili eſt penitus alienus. l. 1. §. ſi quilibet de leg. 3. & ſuprà dictum fuit, & pro mortuo habetur. l. 1. §. qui habebat. de bon. poſſ.
14 cont. tab. Nec potuit † Bald. naturalem poſſeſſionem quærere, pro qua daretur interdictum recuperandæ. l. 1. §. deiicitur. de vi & vi armo. Nam
15 † licèt poſſeſſio in genere ſumpta ſit de iure gentium, diſtinctio tamen dictarum poſſeſſionum eſt de iure ciuili Bar. & Doct. in l. 1. de acq. poſſ. ex quo ſemper dicebam, quòd dictus bannitus non potuit quærere dictam naturalem, cùm ſit de iu-
16 re ciuili, præcipuè cùm dictus † Baldus videatur facto ſuo cecidiſſe à dicta poſſeſſione, & ſic ei nõ competit remedium recuperandæ. Bart. in l. fin. col. vlt. C. vn. vi. & Doctor. latè in d. l. rem, quę nobis, & Menoch. in d. tract. de recup. poſſ. in remed. 15. quæſtio. 21. num. 247.

Inſuper etiã dicebam, quòd durante banno
17 dicti Baldi, quemadmodũ poterat ipſe † Baldus ex forma ſtatuti impunè occidi, multò magis potuit in bonis damnificari, moleſtari, & expelli, per gl. in cap. 1. de milit vaſall. qui contum. eſt, & per tradita à Bart. in d. l. vt vim. circa principiũ, de iuſt. & iure. & ab Alex. in l. fin. C. de hær. inſti. & à Ruyn. in d. conſ. 49. num. 6. lib. 4. vbi ſubdit
18 † non competere remedium poſſeſſorium ban-

nito,cùm bona ipſius potuerint licitè occupari,
eũ facto ipſius videatur à ſua poſſeſſione cecidiſ-
19 ſe. Et,†quando permiſſa eſt offenſio inperſonã à
ſtatuto,cenſetur etiam, & multò magis permiſſa
damnificatio in rebus.Bart.in l.licitatio.§. quòd
illicitè.de pub.Ruyn.d.conſ.49.verſ.in quantum
ergo.nu.6.vbi in terminis propriis videtur con-
ſuluiſſe.Et hanc quæſtionem,an liceat bannitum
damnificare in rebus,poſuit etiã Iaſ.in l. vt vim.
nu.17.de iuſt.& iu.circa quem tamen non multũ
inſiſtebam propter tradita à Seyſell. & à Curt. in
20 d.l.vt vim.vbi voluiſſe vidẽtur,†non licere bona
banniti occupare,ſed bene ſi in eis damnum fue-
rit datum, quòd talis bãnitus non debeat audiri,
nec ſibi ius reddendum ſit propter eius delictũ,
& contumaciam,quod etiam ſatis ſufficere vide
batur ad caſum propoſitum. Verùm quia ſatis in-
tentio dicti Philippi fundata videbatur,ex diſpo
ſitione dicti ſtatuti, contra dictum agentem , ad
eum repellendum à ſuprà dicta ſucceſſione , ex
prædictis , ideo vlteriùs de hoc quæſitum non
fuit.

Obiiciebatur præterea ex parte dicti Agentis,
contra dictum Philippum regula,l. colonus.& l.
21 cùm fundum de vi,& vi arm.quòd ſcilicet † etiã
prædo eſt tuendus in eius poſſeſſione, & ad eam
amiſſam eſt omnino reſtituendus, cap. in literis.
de reſtit. ſpol. cum ſimil. & ſic dicebatur ſaltem
dictum comparentem in hoc poſſeſſorio obtine
re potuiſſe,cùm in proceſſu probaretur poſt mor
tem dicti Leonardi patris, dictum Baldum vnà
cum aliis fratribus , etiam poſt bannũ dicta bo-
na poſſediſſe.

Cui tamẽ obiecto,ego reſpondebam ex men-
te Ruy. in d.conſ.49.nu.13.ver.quia ergo Domi-
nus Hieronymus poſt Caſtr. quem ibi allegat , †
22 quòd, ex quo dictus Baldus legitimè , cùm eſſet
bannitus, dicta bona capere non potuerit, aut
poſſidere,ſi cœpit,au poſſedit,cenſebitur iure fa-
miliaritatis poſſediſſe.

Aut , & ſecundò dicebam, † dictam regulam
23 non habere locũ,quando cõſtat agentẽ eſſe præ-
donem.ex mẽte Cagno.in l.nemo Prædo.de reg.
iur.ex mẽte Menoch.in d.tract.de recup.poſſ.in 1.
remed. in quæſt.15.num.113.vbi dicit,dictam re-
gulam non habere locum,quando ex actis cõſtat
ſpoliatum eſſe prædonem,per multa,quę allegat.
Sic cùm in propoſito caſu ex actis conſtaret,dictũ
Baldũ fuiſſe bannitum, manifeſtiſſimè apparebat
eum vti prædonem poſſediſſe,cùm contra muni-
cipalia iura dictam poſſeſſionem acceperit , per
prædicta,meritò audiendũ minimè eſſe dicebam,
vt ſatis ſuprà oſtenſum fuit.

Bene verum eſſe dicebam,quòd Baldus ex eo
capite tueri ſe potuiſſet, quia tempore, quo ipſe
fuit bannitus , bona ipſius non erant in conſide-
ratione,neque cõfiſcari poterant, etiam vſque ad
legitimam, cùm eo tempore Leonardus eius pa-
24 ter viueret. Vnde † cùm legitima in vita patris
non debeatur. l.1.§. ſi impuberi. de collat.bono-
rũ.l.2.§.interdũ de vulg.& pup. ſub.l.lex Corne-
lia, vbi Bald. eod.tit.l.fin. vbi Bart.& Bald. de li-
ber.agnoſcen.l.ſi quando. §.illud.vbi Bald. C. de
inof. teſtam. & facit aut. ſi qua mulier.C. de ſacr.
ſanct.Eccleſ.& tradit Dec.in conſ.438.num.13. &
habetur in c.Raynutius.in ver.legitima.circa me
dium. de teſtam. & voluit Benint. in deciſ. 89. in
prin.non potuerunt dicta bona pro hac parte au-
ferri,aut occupari.

Verùm rectiùs conſiderando , nec iſta dicto
Agenti opitulari animaduerti, quia prædicta lo-
cum habere dicebam,quando de iure ipſo com-
muni loqueremur, ſed ſecus eſſe, quando vigore
25 † ſtatuti pater teneretur ad ſoluendũ legitimam
pro filio bannito, prout tale ſtatutum Peruſiæ vi
gere conſtabat,quia tunc bene legitima filiorum
auferri,& cõfiſcari poteſt.c.2.vbi Io.de Anan. &
26 Anchar. de delict. pueror. & † tale ſtatutum va-
let,& tenet,& pater cogitur omnino dictam legi
* timam ſoluere,& eſt magis communis* opinio,
& ita ſemper in practica obſeruatur,vt tradit Iaſ.
in aut.nouiſſima,nu.8.C.de inoff.teſta. quod ante
eum tradidit etiam Bal. in l.1. C.ne fil.pro patr.&
Alex. in d.l.lex Cornelia, num.8.verſ. & hæc fa-
ciunt,& Marſ.in ſing.362.ſtatutum volens,& hãc
opinionem,vt cõmmunem ſecutus eſt nouiſſimè
doctiſſimus Iul.Clar.in pract. cri.§.fin. quæſt.86.
verſ. valebit igitur. & Dec. in reg.356. in 2.ampl.
vbi plures limitationes accommodat ad dictam
regulam , quæ ad propoſitum quæſtionis noſtræ
minimè faciunt , vnam autem limitationem ad
caſum propoſitum pertinentem præteriit, quæ
maximi eſt momenti, & multoties in palatiis eue
nire ſolet, & in terminis per dictam limitationẽ
27 deciditur caſus noſter,†ſtatutum enim prædictũ,
quòd pater teneatur ad ſoluendum legitimam
pro filio condemnato, quod viget Peruſij, & per
totam ditionem eccleſiaſticam, nõ vendicat ſibi
locũ,quando pater vltra filiũ haberet etiam nepo
tes ex filio,prout erat iſte Sanctes, qui erat nepos
dicti Leonardi,ex dicto Baldo filio ipſius Leonar
di,& pro quo Baldo Leonardus,vt ſupra legitimã
ſoluere tenebatur. Nam iſto caſu pater non
tenetur ad ſoluendum legitimam pro filio banni-
to, quia illa reſeruatur nepotibus ſuperſtitibus.
Ita enim in his terminis tradit Ruyn.in conſil. 8.
numer. 6. libr.5. poſt Bald. virtualiter.in l. ſi qua
pœna.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.vbi Bald.di-
cit, illud ſtatutum debere intelligi, niſi ſit alius in
medio ante fiſcum, qui debeat rationabiliùs ſuc-
cedere. ar.l.1.C.de pœ.fiſ.cred.præfer.li.10.moue
túrque Ruynutius aliis rationibus, de quibus ibi
per eum.
28 Atque ego præter ipſum † aliam vrgentem ra-
tionem conſiderari poſſe dicebam , quia ſi pater
ſtantibus nepotibus cogi poſſet ad ſoluendum le
gitimam pro filio bannito, bis teneretur ad legi-
timam ſoluendum , nempe, & pro filio , & ne-
pote,abſq; eo, quòd iam ſemel à patre ſoluta pro
filio,imputaretur in legitimam ipſi nepoti,quod
eſſet maximum inconueniens, & abſurdum , &
propterea non dicendum.arg. not.per Bald. in l.
ſcimus. col.2. in fin. C.de inoff.teſtam.& not. per
Doctor. in l. ex facto,de vulg.& pup. vel ſaltem
aliud abſurdum ſequeretur , quòd ſcilicet nepos
abſq; facto ſuo,& abſq; culpa ſua legitima priua-
retur, quòd etiam minùs eſt dicendum. arg. l. ſi
quis ſuo.§.legis & l. quoniam in priorib. C. de i-
noff.teſtam.

Et adeò veram eſſe dicebam opinionem Ruy.
in d.conſ.8.quòd pater non poſſit cogi ad ſoluen
dam legitimam pro filio bannito,ſtantibus nepo-
tibus, vt ipſa fuerit quodammodo canonizata, in
omnibus curiis ſtatus Eccleſiaſtici . Et quemad-
modum ſecundùm dictum conſilium ego vidi iu
dicatum fuiſſe hîc Peruſij , ita ego quoque annis
proximè præteritis,ſub Pio 4. Pont.max.iudica-
ui,vt pluries iudicari vidi in Prouincia Marchiæ
in ciuitate Maceratenſi , vbi tunc temporis dua-
bus vicibus fui Auditor , tempore legationis il-
luſtriſſimi Cardinalis Tridentini , & tempore le-
gationis illuſtriſſimi Cardinalis ab Altaemps.

Immo,quòd plus eſt,anno 1567.habui in facto
in Ciuitate Firmi , dum ibi eram , locum tenens
in cauſa cuiuſdam de caſtro Petrioli,qui commi-
ſerat homicidium viuente patre, & relicta vxore
ipſius homicidæ prægnante , fuit dubitatum , an
pater eo caſu potuiſſet cogi ad ſoluendum legiti-
mam pro dicto filio homicida , ex quo vxor de-
linquentis erat prægnans. Cauſa tamen fuit com
poſita , quia pater dicti homicidæ habebat pro
quibuſdã aliis cauſis intereſſe cum curia, & pro
dicto filio nihil ferè ſoluit , prout verè iſto caſu
minimè tenebatur.

Quia prædictum conſilium Ruyn. etiam iſto
caſu iudicio meo maximè ſibi locum vẽdicabat,
29 cùm illi etiam , qui† in vtero eſt legitima debea-
tur , cùm in vtilibus pro nato habeatur. l. qui in
vtero,de ſta.hom.Igne.in auth.ex cauſa,num.278.
C. de lib. præter.per ea, quæ allegat,& facit text.
in §.pen.inſt.qui teſtam. tut. da. poſſ.Sed quia di-
ci poterat , quod ex quo poſthumus , qui eſt in
vtero, animal dici non poteſt,ergo nec filius. l. 1.
§.ſi quis proximior.vnd.cogna.l.fin.de collat.
30 bonor. † propterea ad tollendam omnem diffi-
cultatem,eo caſu iudicio meo,erat expectandum
tempus partus mulieris , ſi enim abortus ex di-
cta muliere natus fuiſſet , nulla tali abortui legi-
tima debita fuiſſet. l. 2. C. de poſthum. hæred. &
iſto caſu pater ad legitimã fiſco teneretur. ſi verò
partus viuens ederetur, tunc vtique dicto nepoti
legitima deberetur , cùm poſthumi ſuccedant. §.
poſthumi. inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat.defer.
l.inter cætera.de lib.& poſth.Et iſto caſu auus,ſi-
ue pater, non veniret moleſtandus pro legitima
filiorum. Et ita profectò iudicaſſem in dicta ciui-
tate Firmi, niſi pars cum curia ſe compoſuiſſet,
ob quaſdam alias cauſas patris ipſius delinquen-
tis.Et ampliando Ruy. in d.conſ.8. ſic eſt conclu-
dendum , quando caſus occurreret,patrem ſcili-
cet non poſſe moleſtari pro legitima filij banniti,
etiã extante dicto ſtatuto,quando filius bannitus
vxorem prægnantem haberet, deberétque expe-
ctari tempus partus, vt ſuprà, quod quidem nul-
libi adhuc inueni tactum à doctoribus.

Quod autem facit ad præpoſitæ quæſtionis
noſtræ caſum, dicebam, quia in proceſſu non ex-
titit probatum , nec deductum dictum Sanctem
filium Baldi prædicti banniti fuiſſe natum tem-
pore commiſſi homicidij , & viuente dicto Leo-
nardo , nec etiam dictum Baldum reliquiſſe tunc
temporis commiſſi homicidij,vt ſuprà,nec in vi-
ta Leonardi vxorem prægnantem : ideò Sanctem
prædictum filium dicti Baldi banniti reſtituen-
dum non eſſe ad ratam bonorum , ſibi tangen-



tium per Philippum eius fratrem prædictum oc-
cupatorem.Non refragando , quòd aliquis obie-
ciſſet bona illa non ad Philippum , ſed ad fiſcum
ſpectare , quia Philippus quo ad Sanctem liberas
ædes habere dicebam , præterea etiam quia po-
tuiſſet dictus Philippus redimere partem dicti
Baldi , vel ſecundum Ruy . in dict. conſil. 49. &
alios ſuprà allegatos , quia bona prædicta potue-
runt à quocunque occupari, vel bannito erat de-
neganda audientia , vt ſuprà deductum fuit . Sed
ex quo condemnatio dicti Baldi non bene ape-
riebat,quis nam eſſet dictus Baldus, ſed tantum-
modo dicebatur Baldrachia Leonardi , non ap-
poſito nomine patriæ,neque nomine proprio. I-
deo ſententiaui pro nunc dictum Sanctem fore
reſtituendum ad medietatem bonorum prædicti
Angeli patrui dicti Sanctis diuidendorum inter
ipſos Sanctem & Philippum.Reſeruato dicto Sã-
cti iure rectiùs agendi in alio iudicio, quò ad bo-
na dicti Baldi banniti eius patris , manu ſer Ray-
naldi de Rubeis Not.Peruſini, in Curia generali.
Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO XII.

### SVMMARIVM.

1 *Mors eſt probanda per eum,qui ſe fundat in ea.*
2 *Viuere vnusquiſq; præſumitur vſque ad centum annos, niſi contrarium probetur.*
3 *Mortem,ſeu vitam,quando quis ſe fundat in eis, tenetur probare.*
4 *Mortuum aliquem eſſe cum liberis, ſi allegetur, debet per allegantem probari.*
5 *Mors aliquando eſt probanda per teſtes, aliquãdo per famam.*
6 *Mors eſt probanda per certum nuntium, quando agitur de re maximi præiudicij.*
7 *Mulier de iure Canonico,non poteſt ſecundum virum accipere , niſi certum nuntium habuerit de morte viri,quod ius canonicum correxit.l.vxor. & auct. hodie. C. de repud. vbi diſponebatur, quòd ſi vxor per quinquennium nouam de marito non habuerit,impunè alteri nubere poterat.*
8 *Mortis probatio per famam non ſufficit,quando tractatur de opulenta hæreditate,& ſucceſſione alicuius.*
9 *Mortis probatio per famam non ſufficit , quando tractatur de irreparabili præiudicio,puta,quod dicatur hominem ab aliquo veneno occiſum:exactiſſima enim tunc requiritur probatio, ſaltem per relationem officialium ex conſuetudine totius Italiæ.*
10 *Vbi agitur de maximo præiudicio,tunc ibi plenè probationes requiruntur.*
11 *Ampliatur hoc procedere in cauſis pecuniariis maximi momenti, niſi eſſemus in antiquis.*
12 *Mortuus præſumitur miles, qui ingreſſus eſt bellum,& non reperitur,& ideò iſto caſu mors probatur per famam.*
13 *Mors probatur per famam, quando tractatur de commodo pecuniario leuis momenti,quod quãdo ſit,relinquitur arbitrio iudicis.*

14 *Mors probatur per famã, quando tractatur de apertura tabularum, & eſt communis opinio.*
15 *Cadauer, quod ſit alicuius, probatur per ſigna Bar. in l. ſtigmata. C. de fabricẽs. lib. 11. vbi Bart. docet practicam recognoſcendi homines, tam viuos, quàm mortuos.*
16 *Mors quando probatur per vnum teſtem, licèt nõ plenè dicatur probata, facit tamen ceſſare præſumptionem, qui dicatur viuere vſque ad centũ annos, & ſic transfert onus probandi in aduerſarium.*
17 *Mors probatur per libros rectorum alicuius Eccleſiæ, in quibus deſcribitur mors ſepultorum in eorum eccleſiis, quando agitur de modico præiudicio, ſecus ſi agatur de magno præiudicio.*
18 *Vxor poteſt retinere bona mariti, donec ei integra dos reſtituatur.*
19 *Vxores præſumuntur in dubio acquiſiuiſſe de bonis virorum.*
20 *Ampliatur hoc procedere etiam in vidua.*
21 *Vxor non præſumitur acquirere de bonis viri, quãdo apparet per confeſſionem viri, acquiſiuiſſe de bonis vxoris.*
22 *Vxor, ſi emat in præſentia viri, non contradicentis, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis ipſius vxoris, & non viri.*
23 *Emptio, ſi fiat per virum de pecuniis viri, nomine tamen vxoris, vir non habet actionem ad conſequendam rem emptam, ſed tantummodo ad precium rei emptæ.*

## Argumentum.

Hominis vita quantum durare præſumatur, & quomodo mors alicuius probetur.

An vxor mortuo marito, poſſit incumbere bonis, donec ſibi reſtituatur dos.

An terra empta à muliere, præſumatur de ſuis pecuniis, vel de pecuniis mariti empta.

DOMINVS Petrus Durantius de Caſtro Durantis ſtatus Vrbini, & habitator terræ caſtri Plebis, vti frater, & coniuncta perſona Sebaſtiani eius fratris carnalis, habitantis olim in dicta Terra, egit contra dominam Portiam vxorem dicti Sebaſtiani, pro reſtitutione bonorum dicti Sebaſtiani eius fratris, tunc temporis poſſeſſorum per dictam D. Portiam, vnà cum petia terræ per dictam D. Portiam empta durante matrimonio, prout in inſtrumento, in proceſſu producto, legebatur, vna etiam cum quibuſdam bonis mobilibus, Aſſerens dictus dominus Petrus prædictam petiam terræ, & ſi fuerit empta nomine dictæ D. Portiæ, & Franciſcæ eius famulæ, nihilominus præſumi emptam ex pecuniis Sebaſtiani eius viri, ad euitandam ſuſpicionem turpis quæſtus. In proceſſu dominus Petrus probauit ſe eſſe fratrem dicti Sebaſtiani mortui ſine filiis, & conſequenter bona dicti Sebaſtiani ad ipſum, tanquam ad proximiorem ſpectare. Probauit etiam per vnum teſtem de viſu mortem dicti Sebaſtiani, & per alios de fama. Ex parte dictæ Portiæ replicabatur, non ritè fuiſſe probatam mortem dicti Sebaſtiani, & quatenus fuiſſet probata, ipſa tenere dicta bona, tanquam ſibi hypothecata pro florenis trecentis, quos ab ipſa habuit in dotem dictus Sebaſtianus, prout apparebat per inſtrumentum in proceſſu productum, & petiam terræ prædictam emptam nomine ſuo, & nomine Franciſcæ eius famulæ, non teneri ad reſtituendum, cùm illam emerit de pecuniis ſuis propriis cum præſentia, & conſenſu Sebaſtiani eius viri, prout iſta omnia in inſtrumento coram me in iudicio legebantur producta.

Vnde de tribus dubitatum fuit. Primò, an mors dicti Sebaſtiani legitimè probata fuerit. Secundò, an dicta Domina Portia poſſet incumbere bonis dicti Sebaſtiani, donec ei dos reſtitueretur. Tertiò, & vltimò, an petia terræ empta à dictis domina Portia, & domina Franciſca eius famula, intelligeretur empta de pecuniis dicti Sebaſtiani, an de pecuniis dictarum mulierum.

Quòd attinet ad primum, dicebam, dictum D. Petrum, qui in morte dicti Sebaſtiani ſuam fundabat intentionem, ad illam probandam omnino teneri, cùm vnuſquiſque ſuæ intentionis allegatum fundamentum probare teneatur. l. 2. de
1 probat. l. actor. C. eo. tit. & in terminis iſtis † mortis probandæ facit text. iunct. gl. in l. ſiquidem. C. ſolut. matrim. & in l. 2. §. ſi dubitetur. iunct. gloſ. quemadmod. teſta. aper. & quòd tunc mors probari omnino debeat, voluit Bart. in d. l. ſiquidem, circa finem, & Alex. in l. ſed & ſi de ſua, in fin. de acqui. hæred. & in conſ. 25. nu. 2. lib. 4. & in conſ. 117. nu. 3. eod. tit. quod ſecutus eſt etiam Zuccard. in l. fin. num. 248. & ibid. Sapi. nu. 23. C. de ædict. diui Adr. toll. & Barbat. in rubr. C. qui admitt. num. 118. Et eſt ratio, quia qui fundat ſe in morte, vt dicunt Doctores in præcitatis locis, habet præ
2 ſumptionem contra ſe † quia vnuſquiſque præſumitur viuere ſaltem vſque ad centum annos. l. fin. C. de ſacr. ſanc. Eccleſ. l. ſi vſusfructus. leg. mancipij. de vſufr. leg. & not. gl. in d. l. ſed, & ſi de ſua. & in d. §. ſi dubitetur. propterea niſi contrarium probauerit, obtinere non potuerit, quòd ſcilicet is, de cuius bonis, & ſucceſſione agitur mortuus fuerit, vt in terminis voluit etiam Alex. in conſ. 27. col. fin. lib. 7. Quemadmodum èconuerſo, † quando quis fundaret ſe in vita alicuius,
3 vt ſi diceretur, aliqua bona, puta, ad Titium ſpectare, ſeu ſpectaſſe, qui Titius iam eſſet mortuus, talis agens obtinere non poterit, niſi probauerit Titium tunc tempore delationis dictorum bonorum vixiſſe, ita enim dicunt doctores in præcitatis locis, & Alex. præcipuè in d. l. ſed & ſi de ea, & in d. conſ. 27. Ita igitur in propoſito dicebam dictum dominum Petrum mortem dicti Sebaſtiani ad proban. adſtrictum fuiſſe, cum ſuorum bonorum ſucceſſionem conſequi intẽderet.

Et non ſolùm mortem dicti Sebaſtiani dictus D. Petrus probare tenebatur, vt dicebam, ſed etiã quòd ei ſuperſtitit ipſe D. Petrus tanquam proximior, vt concludit Alexand. in l. is poteſt. num. 15. de acquir. hæred. & in d. l. ſed & ſi de ea. in fin. reiecta opinione illorum, qui voluerunt probandum eſſe talem defunctum, mortuum eſſe abſque



4 abſque liberis, quia, inquit ipſe, † alleganti contraria, quòd ſcilicet mortuus fuerit cum liberis, onus probandi incumbet, vt per eum, vbi loquitur in terminis propriis, quando frater vult in bonis alterius fratris ſuccedere, vt in caſu præmiſſo, & huiuſmodi opinionis fuit etiam Dec. in conſil. 652. num. 7. per alia, quæ allegat. Et in proceſſu quoad proximitatem rectè per dictum D. Petrum in proceſſu extitit probatum.

Circa modum autem, quo mors ipſa probari
5 debeat, dicebam quòd mors † in aliquibus caſibus debet plenè, & ſpecificè probari per teſtes. In aliquibus verò caſibus ſufficere probationem per famam, & per alias conſimiles leuiores probationes. Ita enim tradit Bart. in d. l. ſiquidem. C. ſolu. matrim. & in d. §. ſi dubitetur, quemadmodum teſtam. aper. & vtrobique idem etiam
6 gloſſ. ibidem ſenſerunt. † Quando enim de rebus maximi præiudicij tractatur, & ſumus in facto de recenti, & in loco propinquo, tunc mors per nuntium probari debet. Ita enim probatur in
7 c. in præſentia. de ſponſal. vbi † mulier de iure canonico non poteſt ſecundum virum accipere niſi certum nuncium habuerit de morte primi viri, vt optimè etiam declarat Roland. à Vall. conſil. 93. num. 12. verſ. non obſtat modo. lib. 3. vbi propterea dicit eſſe correctam diſpoſitionem l. vxor. iunc. Authent. hodie. C. de repud. vbi diſponebatur, quòd ſi mulier nouam per quadriennium de marito abſente non habuerit, impunè alteri nubere poterat, quod tamen de iure canonico eſt correctum, vt d. c. in præſentia. & d. auth. hodie vbi expreſsè diſponitur mulierem certum nuntium de morte mariti expectare debere, prout
* ibid. etiam not. Salic. & eſt communis * opinio, vt nouiſſimè voluit Iul. Clar. in lib. 5. recept. ſent.
8 §. fornicatio. ver. ſed pone, ſimiliter quando tractatur de opulenta hæreditate, ſeu de alicuius ſtatus ſucceſſione, ſola probatio mortis per famam non ſufficiet, quemadmodum poſt alios, quos allegat, tradit Boer. in deci. 288. & Alex. in conſ. 25. num. 4. lib. 4. & conſ. 117. num. 7. eod. lib. 4. & Bart. in trac. de teſta. in ver. mortuum, verſ. in cauſis verò magnis, vbi dicit ſaltem ab omnibus grauioribus, & ex cauſis rationalibus tunc famã ortum habuiſſe oportere, & ſic innuit quod fama ſimplex non ſufficit, & idem tenet Campeg. in tract. de teſtib. reg. 351. in vlt. fall. Quemad-
9 modum etiam dicitur, quòd † quãdo tractatur de maximo, & irreparabili præiudicio, vt quia dicatur, hominem ab aliquo vulneratum, ſeu illum, cui venenum datum fuit, eſſe mortuum, ex quo talis delinquens, ſi illud verum eſſet, capitis pœna plecteretur, tunc omnes vno ore dicunt non ſufficere talem mortem per famam probari, ſed pleniſſimis & exploratiſſimis probationibus illam probari debere, nempe, aut per relationem officialium, qui ex iudicis cõmiſſione de delicto notitiam habentis ad interempti cadauer acceſſerunt, & eum eſſe mortuum retulerunt, quemadmodum per totam Italiam, & totum orbem obſeruari tradit in huiuſcemodi caſibus exquiſitiſſimus Iul. Clar. poſt alios, quos allegat in lib. 5. recept. ſen. §. fin. quæſt. 4. in ver. quando verò, & Boſſ. in tit. de delict. num. 2. aut per teſtium clariſſimas depoſitiones, vt rectè voluit ibid. Bar. & ſequutus eſt Corſet. in ſing. ſuis in ver. mors. incip. ſi quæratur de morte, col. fin. & Campeg. in d. reg. 351. numer. 3. fallent. & Bar. in d. §. ſi dubitetur. & Fel. in c. quoniam frequenter. §. porrò. col. fin. vt lit. non conteſt. & Maran. in leg. is poteſt, num. 147. verſ. prædictos autem modos de acqu.
10 hæred. & ratio prædictorum eſſe poterit, † quia vbi agitur de pleno præiudicio, ibi quoque plenæ requiruntur probationes. l. iudices, cum ibi not. C. de iud. & not. in l. 1. C. quor. bono. & facit reg. l. 1. §. ſed & ſi quis. de carb. edict. & c. vbi periculũ, de elect. lib. 6. in quibus locis notatur, quod vbi maius eſt periculum, ibi cautiùs eſt agẽdum, & ita etiam in terminis iſtis tenet Alex. in d. conſ. 117. num. 7. lib. 4.

11 Prædicta † autem de cauſis pecuniariis, etiam maximi momenti locum habere limitantur, quãdo nos eſſemus in antiquis, quia tunc per famam etiam in cauſis maximi momenti, & præiudicij mors ipſa probaretur, vt de morte Caroli magni Regis Vngariæ, & ſimilibus, vt poſt alios tradit Boer. in d. deciſ. 288. num. 2. & Marant. in d. l. 18. poteſt. numer. 146. verſ. decimononò probatur.
12 † Vel, ſi probaretur militem intraſſe bellum, & non reperiretur, vt ſæpe numero his temporibus, Veh Reip. Chriſtianæ, propter immanes ſæuiſſimi Tyranni crudelitates accidiſſe fertur, nam iſto etiam caſu propter famam mors probaretur, etiam in caſibus pecuniariis maximi momenti. Ita enim eſt tex. & ibi Bar. not. in l. fi. §. fin. de his, qui not. infam. & tradit Moncad. in addit. ad Crot. in tract. de teſt. in 4. par. nu. 156. & Campeg. vbi ſuprà, in reg. 316. verſ. ſecundo, & Bart. in d. tract. de teſti. in d. verbor. mortuum. verſ. quid etiam ſi in magno. num. 2. & Fel. in d. §. porrò. col. fina. & Marant. in d. l. is poteſt, nu. 145. verſ. nono probatur. Et latiſſimè qualiter probetur mors, & diffuſiùs cæteris tradit Petrus Duen. in regul. 399. in 9. limit. in quibus locis omnes cõcludunt,
13 † quòd, quando tractatur de commodo pecuniario læuis momenti, quòd quando ſit, relinquitur arbitrio iudicis, vt is qualitatem perſonarum inſpiciat, vt voluit Bart. in l. admonendi. col. 14. & ibid. Iaſ. num. 222. & Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 52. num. 2. & ibid. caſ. 72. vbi limitatas, & certas quantitates ex diuerſorum opi-
14 nionibus recenſet, vel † de apertura tabularum, tunc mortem per famam probari, vt etiam conſenſit Cephal. in conſ. 65. nu. 45. lib. 1. & Soc. Iun. in conſ. 26. num. 15. lib. 2. & Bar. in d. tract. de teſt. in d. ver. mortuum. in princ. & Alexan. in conſ. 4. num. 7. lib. 2. & in conſ. 172. col. 3. lib. 6. & in conſ. 27. col. 1. lib. 7. & Corn. in conſ. 10. col. 3. lib. 1. & in conſ. 96. in litera, e. lib. 4. Crauett. in conſ. 127. nu. 17. Alex. in d. l. is poteſt. num. 16. & ibid. pleniùs Marant. num. 146. & Deci. conſ. 83. numer. 5. & in conſ. 652. in princ. Adeò, quòd hæc eſt communis
* * & indubitata omnium opinio, vt ex prædictis facillimè colligi poteſt, eam enim ſequutus eſt etiam Gand. optimus practicus in tit. qui ad famæ probat. nu. 15. verſ. vnde probari.

In caſu igitur præmiſſo, vt ad propoſitum redeamus, & ſi de aliquali præiudicio tractaretur, non ſolùm tamen de morte per famam proba-

batur, dicti ſcilicet Sebaſtiani, verùm etiam per
teſtem de viſu, meritò concludenter mors ipſius
Sebaſtiani probata videbatur. Nam quidam Ale-
xander teſtis ſuper hoc examinatus, depoſuit vi-
diſſe cadauer dicti Sebaſtiani Romæ, tempore,
inundationis Tyberis, quod fuit extractum, vt
ipſe teſtis dicebat, à quodam Barcarolo ex dicto
flumine Tyberis, & quòd vidit, & cognouit di-
ctum cadauer eſſe dicti Sebaſtiani, quem priùs
optimè cognoſcebat, & cum eo conuerſabatur,
& reddebat rationem etiam cognitionis, quia
erat mancinus, & gobbus, dum erat in humanis.
Ex quo ego dicebam, rectè probatum fuiſſe per
15 depoſitionem dicti teſtis, † cadauer illud fuiſſe
dicti Sebaſtiani, quia per talia, & ſimilia ſigna ho
mo mortuus recognoſcitur, vt probatur in l.
ſtigmata.C.de Fabricenſ. lib. 11. vbi Bartol. ponit
practicam recognoſcēdi homines, tam mortuos,
quàm viuos, & concludit in effectu, quòd ex ſi-
gnis, puta, ex cicatricibus in tali loco ſuæ per-
ſonæ, & ſimilibus ſignis homines recognoſcun-
tur, quod etiam ſequutus eſt Corſet. in ſingu. in
ver. teſtis.19. quod incip. dictum teſtis. vbi etiam
practicam tradunt recognoſcendi mulos, equos,
& alia animalia.

Ex prædictis igitur dicebam, rectè fuiſſe pro-
batam mortem dicti Sebaſtiani, adeò, quòd de
ea non videbatur eſſe vlteriùs dubitandum.
16 †Quia, quoties conſtat, etiam per vnum teſtem,
quòd aliquis ſit mortuus, vt, quia deponat talem
hominem mortuum vidiſſe, licèt non plenè pro-
baret, tamen facit ceſſare præſumptionem il-
lam, quòd quis præſumatur viuere vſque ad cen-
tum annos, vt ſuprà, & ſic, qui contrarium dice-
re vellet, illud probare oporteret, prout in iſtis
terminis tradit Fel.in d.§. porrò, col. fin. & Bald.
in c.1.§. notandum, de his, qui fi.dar.poſſ. & Ma-
ran.in d.l.is poteſt.numer.147.verſi.limita etiam,
quod tamen in caſu iſto tantò magis dicen. vide-
batur, quia præter dictum teſtem de viſu con-
currebat etiam fama, ex quo dicta mors pleniſſi-
mè probata videbatur per tradita à Dec. in conſ.
163.nu.7.verſ.ſeptimò, allegatur poſt alios, quos
17 ibid. allegat. † Alio etiam caſu probatur mors,
videlicet per libros rectorū eccleſiarum, in qui-
bus deſcribitur mors ſepultorum in eorum ec-
cleſiis, nam ſtante conſuetudine iſti libri pro-
bant, ſi agitur de modico præiudicio, ſecus, ſi de
magno præiudicio. Crauett. poſt alios in tra-
ctat. de antiquit. temp. 1.par. incip. vidimus. in
Rub. quando credatur libris rectorum alicuius
eccleſiæ.

Circa ſecundum agitur, an dicta D.Portia vxor
poſſet incumbere bonis ſui viri, donec ei de dote
eſſet ſatisfactum, quia aduerſarij circa hoc non
contradicebant, breuiter dicebam clarum eſſe in
18 iure, † quòd vxor poteſt retinere bona mariti,
donec ei integrè dos reſtituatur. Nam cùm iure
familiaritatis domum viri habitauerit, ipſo vi-
uente viro, poteſt ratione hypothecæ vti reten-
tione bonorum viri. Bald.in l.vni.in fin.C. de rei
vxor. act. habetur in l. quæ iure familiaritatis. de
acquir. poſſ. & tradit Gram. poſt alios. deciſ.58
num.3.& Bar.in l.ſi filiofamiliâs.ſol.mat. & Bald.
in l.pen.C. de non num. pecun. & in l. ſi tibi. C.
qui potior.in pignor.hab.& Iaſ.in §. item ſeruia-
na.inſt.de actio.& Alexan.in l.ſi non ſortem. §. ſi
centum.de cond. indeb. & Gramma. in deciſ. 92.
num. 14. vbi dicit, hoc non ſolùm habere locum
in vxore, ſed etiam in ipſius filiis, & hoc idem in
terminis tradit Dec.in conſi. 232.numer.2.verſ.&
hoc idem not.Bal.& in conſ.400.num.5. & Bald.
nouell.in tract.de dote in priuileg.6. num.11. ver.
& ex hoc apparet.& Neguſ.in tract. de pigno. in
4.memb.5.part.num.5.& egregiè Iaſ.in d.§.ſi cen-
tum.in fi.vbi hoc mandat bene menti tenendum,
quia eſt quotidianum, quod ſequutus eſt etiam
Roland.à Val.in conſ.77.num.27.lib.1.Ex quibus
liquidiſſimè apparere dicebam, dictam Dominā
Portiam legitimè, & iure medio potuiſſe retinere
bona dicti Sebaſtiani eius viri, donec ei dos reſti-
tueretur. Quod etiam ab aduerſariis propterea
concedebatur.

Tertium igitur, & vltimum erat, de quo du-
bitabatur, an petia terræ empta per dictam do-
minam Portiam, & dominam Franciſcam eius
famulam viuente dicto Sebaſtiano, videatur em-
pta ex pecuniis dictarum mulierum, an verò ex
pecuniis dicti Sebaſtiani. Circa quod dicebam,
quòd licèt ad euitandam ſuſpicionē turpis quæ-
19 ſtus † acquiſita per vxores viuentibus viris, præ-
ſumātur acquiſita de pecuniis ipſorum virorum.
l.Quintus.de donat.inter virum, & vxorem. l. e-
tiam.C.eo.tit. & vtrobique Bald. Salyc. & Caſtr.
& tradit latè Boer.in deciſ.81.num.1.& 2. & Cre-
20 men.in ſing.6.tu ſcis. † Vbi regulariter id firmat,
non ſolùm in vxore, ſed etiam in vidua, & tuto-
ribus, declarando tamen, vt ibi per eum. & latiſſi-
mè poſt alios tradit Port.Imo. ſiue quiſquis is fue
rit in lib.1.comm.concluſ.in concluſ. 14. & vltra
cum nouiſſimè materiam pertractat. Nouel.in 2.
par. regul.poſt regulas, Pet.Duen.reg. 96. & Ioa-
chim. in obſer. iud.imperial. Camer. in obſerua.
26.vbi dicit, ita fuiſſe obſeruatum in Camera im-
periali, quòd niſi mulier probet bona eſſe ſua pro
pria, præſumuntur eſſe mariti.per tex.in d.l.Quin
tus, & in d.l.etiam. Tamen propoſitio iſta pluri-
mas patitur limitationes, & fallentias, prout ſu-
prà dicti Doctores aduerterunt in dictis locis, &
vltra eos etiam Gerar. de Pet. ſan.in ſing. 99. In-
ter quas ad propoſitum caſum pertinens eſt,
21 † quando appareret per confeſſionem partis, &
viri pecuniam eſſe mulieris. Ita enim tradit Boer.
in d.deciſ.81.& Ruyn. in conſil.96.col.5.libr.5.&
in conſil.44.col. 2. eod.lib. & tradit dictus Port.
Imo.in d.concl.14.in 5.limit. & magis ad propo-
ſitum noſtrum Alciat.in reg.3.præſumpt. 26. vbi
22 dicit, † quòd, ſi emptio fiat à muliere marito ex-
preſsè confitente, vel tacente, quia erat præſens
& non contradicebat, tunc acquiſita præſumitur
ex bonis vxoris, non autem viri, ſed in caſu pro-
poſito emptio dictæ petiæ terræ fuit huiuſmo-
di, quia dicta emptio dictæ petiæ terræ fuit facta
in præſentia dicti Sebaſtiani confitentis, eſſe pe-
cunias dictæ D.Portiæ eius vxoris, & D. Franci-
ſcæ, propterea dicebam illam ſpectare ad dictas
mulieres. Immo quatenus etiam re vera empta
23 eſſet cum pecuniis dicti Sebaſtiani, † nihilomi-
nus cum nomine dictarum mulierum empta eſ-
ſet, illas cogi non poſſe dicebam, niſi ad reſtitu-
tionem



tionem dictarum pecuniarum, dictam autem pe-
tiam terræ omnino illarum mulierum eſſe debe-
re, ad not. per Bart. in l. & ſi tempore. C. de fid.
inſtr.lib.11.& per Boer.d.deciſ. 81. & per Crauett.
in conſ.81.& Alciat.in conſ.47.Tomo.3.num.14.
& ſeq.& per Port.Imo.in d.concluſ.14. in 4.limi.

Et ſic ex iſtis ego iudicaui, dictum D. Petrum fore immittendum in poſſeſſionem bonorum Sebaſtiani eius fratris, reſtituris priùs trecentis florenis dictæ D.Portiæ pro ſuis dotibus. Et dictam petiam terræ emptam nomine dictarum mulierum Portiæ, & Franciſcæ, ad ipſas mulieres pertinere, niſi pretium ſolutum eis fuerit reſtitutum. Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, quando patri quæritur vſusfructus.*
2 *Conſenſus prædictus, debet interuenire tempore litis conteſtatæ.*
3 *Cautela ad irritandum proceſſum, factum cum filiofamilias.*
4 *Proceſſus factus cum filiofamilias irritabitur, etiā quod poſt litis conteſtationem pater ratificauerit acta, facta per filiumfamilias.*
5 *Quæ omnia procedunt, etiam in ſummariis.*
6 *Prædicta procedunt in realibus, in quibus patri quæritur vſusfructus, ſecus in perſonalibus*
7 *Procedunt inſuper prædicta in ciuilibus, ſecus in criminalibus.*
8 *Pater non dicitur legitimus adminiſtrator in his, in quibus ipſi non quæritur vſusfructus.*
9 *Patria poteſtas non attenditur in his, quæ publici iuris ſunt.*
10 *Minori debet dari curator in criminalibus de rigore iuris, ad hoc, vt poſſit ſtare in iudicio, de conſuetudine tamen non ſeruatur.*
11 *Pater, non ſimpliciter poteſt alienare bona filij, in quibus habet vſumfructum, ſed vrgente neceſſitate, qua neceſſitate vrgente poteſt alienare ſine iudicis decreto, & eſt commun.opinio.*
12 *Pater vrgente neceſſitate, debet alienare bona filij, in quibus habet vſumfructum, aliàs teneretur filio ad intereſſe, & in primis debet alienare mobilia, deinde immobilia, ſi mobilia non ſufficerent.*
13 *Filiusfamilias, quemadmodum non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ita nepos non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſine conſenſu aui.*
14 *Filij, quando ſunt ſub patria poteſtate, nō poſſunt alios habere ſub eorum poteſtate.*
15 *Filio, an ſit danda actio pro bonis alienatis per patrē, in quibus bonis pater habet vſumfructū.*
16 *Agens ante aduentum diei, non eſt audiendus.*
17 *Pater ſi male vtitur dote, puta, quòd dotalem fundum vxoris filij alienauerit, filij aliquid dicere non poſſunt, viuente patre, ſed poſt mortem patris, declara, vt infrà, num.18. & ſeq.*
18 *Filius admittitur ad recuperationem bonorum alienatorum per patrem, etiam ipſo patre viuente.*
19 *Nouus intellectus authoris, quòd filius admittatur ad recuperationem bonorum alienatorum per patrem, etiam viuente ipſo patre.*
20 *Filiusfamilias officio iudicis implorato, poteſt cogi facere patrem ad ſibi agere volenti conſentiendum, quando ſpontè conſentire recuſaret.*

### Argumentum.

**Filius, & nepos, an, quomodo, & quo caſu, poſsint ſtare, & agere in iudicio ſine cō ſenſu patris, vel aui.**

**Et, an actio ad recuperandum fundum dotalem filij alienatum à patre competat ipſi filio, viuente patre.**

EMANAVIT præceptum ad inſtantiam Franciſci Petri Nardi, de caſtro Corciani, comitatus Peruſij, patris, & legitimi adminiſtratoris Gori Michelangeli, & Iacobi ſuorum filiorum, ac etiam filiorum, & hæredum dominæ Lucretiæ eius vxoris, & matris prædictorum, cōtra Valentinum Thomæ della Baſſetta, & Hieronymum Sanctis de caſtro Capitis caballi, vt dimittant domum, & alia bona ſpectantia ad ipſos, tanquam hæredes dominæ Lucretiæ eorum matris, & perperam alienata per dictum Nardum auum prædictorum. Probantur omnia requiſita in proceſſu. Pro parte conuentorum replicabatur, dicta bona empta fuiſſe à prædicto Nardo adhuc viuente, prout de prædictis etiam conſtabat, & cùm in dictis bonis haberet vſumfructum, bene fuiſſe vendita per dictum Nardum, & in vita dicti Nardi nullum ius competere prædictis, perperámque fuiſſe actum in iudicio ſine conſenſu, & licentia dicti aui. Ex qua facti ſpecie duæ eliciebantur dubitationes ex proceſſu.

Prima, an abſque licentia dicti Nardi aui prædictorum, & patris dicti Franciſci fuerit bene actitatum.

Secundò, an actio iſta competierit prædictis viuente patre.

Circa primam, claram in iure dicebam extare
1 propoſitionem, † quòd filiusfamiliâs non poteſt
ſtare in iudicio, abſque conſenſu patris, quando
patri quæritur vſusfructus. ita enim tradit Bar.in
l.fin.§.neceſſitate. C. de bonis, quæ lib. per illum
tex. Aret.in §.actiones, col.7. inſtit.de actio. Fran.
Aret.in conſ.72.Guid.Papæ, deciſ.54.& 410. Dec.
in l.1.in 2.lect.num.61. C. qui admitt. & ibi etiam
Iaſ. Aret.in §.æquè, col.8.verſ.trigeſimo ſeptimo,
ſi dico, inſtit.de excep. vbi connumerat hanc ex-
ceptionem inter alias, quæ ſunt litis finitæ, & im
pediunt litis ingreſſum, & in inſtitut. de tutel. in
princ. col.2.verſ.ex his infertur.& Alexa.in conſ.
59.lib.2.& Coras.in l.qui liberos.num.19. de ritu
nupti. & diffuſiùs concordantes allegans, tradit
Vant.in tract.de nullit.in tit. de nullit. ex defect.
inhibit. ſeu mand. num.39.& ſeq.Specu.in tit. de
actor. §. expedito.col. 10. verſ. quòd ſi filiusfami-
liâs Alciat.conſ.50.in princip.lib.5.& Neuiz.cle-

ganter in conſ. 18. in princ. † Qui quidem con-
ſenſus ſaltem tempore litis conteſtatæ interue-
nire debet, vt omnes præcitatis locis vnanimi-
ter ſenſerunt. Et propterea Neuiz. ibid. numer. 2.
refert cautelam ex mente Angeli in l. ſed & ſi de
ſua. vbi etiam Alex. de acquir. hæred. & aliorum,
3 quos allegat, † quòd reus expectet vſque ad finẽ,
& poſtea alleget actorẽ filiumfamiliâs eſſe, quod,
quia ita præſumetur, vt inquit ipſe, & ſi conſen-
ſus patris non fuerit interuentus, proceſſus, irri-
tabitur.
4 Et id inquit procedere, † etiam ſi pater poſt li-
tis conteſtationem acta per filium ratificauerit,
quòd etiã voluit Aret. in §. ius autem, col. 1. inſt.
5 de patr. pot. † Et prædicta inquit etiam procede-
re in ſummariis, & executoriis, vt eſt etiam de
mente aliorum ſuprà citatorum, prout voluit
quoque Bertachin. in tract. de epiſcop. in 4. par. 5.
lib. in quæſt. 44 nu. 81. verſ. & circa prædicta, vbi
6 materiam iſtam ſatis latè declarat. Quæ † autem
omnia vera eſſe dicebam in realibus, in quibus
patri quæritur vſusfructus, vt ſuprà, non autem
in perſonalibus, quando filius conuenitur in iis,
in quibus patri non quæritur vſusfructus, per
tex. in c. 1. de iud. lib. 2. vt dicit Aret. in d. verſ. ex
his infertur, & Coras. vbi ſuprà. & Bart. in l. fin.
§. 1. de verb. obliga. & optimè declarat Aret. in §.
pupillus. col. 3. num. 5. verſ. ex his habes practi-
cam. Inſt. de inutil. ſtipul. vbi quando dicatur pa-
ter legitimus adminiſtrator filij, & quando da-
tur talis curator, an detur cauſæ, & liti, an perſo-
næ, & quando pater non eſt legitimus admini-
ſtrator, an poſſit nihilominus adminiſtrare bona
filij, vel alius ſit dandus curator, & an poſſit pa-
ter in aduentitiis conſtituere procuratorem abſ-
que conſenſu filij, quæ omnia videnda & no-
7 tanda, quia vtilia in practica. † Et inſuper prædi-
cta locum hobere dicebam in ciuilibus, non in
criminalibus, vt expreſsè voluit Aret. vbi ſuprà,
& Bart. & Coras. in locis proximè citatis, & præ-
ter eos Bal. in l. ſi infanti. col. 2. C. de iur. delib. &
Marant. in par. 4. diſt. 16. numer. 55. In quibus locis
volunt, in criminalibus non ſufficere conſenſum
patris in cauſa, contra filium mota, nec patrem
ſuam poſſe authoritatem præſtare, ſed opus eſſe
filio curatorem decernere, quando ſcilicet talis
filius in minori ætate reperiretur. Atque euidens
ratio eſt, vt dicit Neuiz. in d. conſ. 18. poſt alios
8 prædictos. & Coras. vbi ſuprà, † quia in iis, in qui
bus patri non quæritur vſusfructus, pater non
dicitur legitimus adminiſtrator filij. per text. in
l. 1. C. de bon. mater. & in l. fin. §. vbi autem, C. de
9 bonis, quæ liber. † & in iis, quæ publici iuris ſunt,
non attenditur patria poteſtas, l. 1. §. inter liberos,
vbi Bart. ad l. Iul. de adul. & in l. nam quod. ad Tre
bell. & in l. clarum, C. de author. præſtant. ideó-
que. curator ei dari debet, prout expreſsè tradit
Bart. in d. l. final. §. 1. de verbor. obligat. & Bald. in
conſ. 68. lib. 4. & Aret. in d. §. ius autem, col. 1. nu-
mer. 1. verſ. & prædicta. præter alios ſuprà addu-
10 ctos. † An autem de neceſſitate tali minori cu-
rator in criminalibus dari debeat, adeò quòd ſi
ei non daretur, proceſſus non valeret, quia non
pertinet ad inſtitutam materiam, ſatis erit me
ad criminaliſtas remittere, & præcipuè ad nouiſ-
ſimum Iul. Clar. in lib. 5. §. fi. recep. ſent. in quæſt.
55. verſ. vlteriùs poteſt. vbi dicit, hoc de conſue-
tudine non ſeruari, & eſſe quaſi ridiculum, qui
contrarium practicaret, & idem ſentit Boſſ. in tit.
de confeſſ. num. 69. vbi dicit, quotidie obſeruari,
quòd minor etiam abſque curatore, ſtare poſſit
in iudicio in criminalibus, & quòd eius confeſſio
valet, contra d. l. clarum. C. de auctor. præſtan. Et
ſimilis caſus mihi obuenit, dum præeſſem in ci-
uitate Tiferni ſub Paulo 4. Pont. max. anno 1558.
in quo nolui à communi obſeruantia recede-
re, licèt de rigore iuris contrarium potuiſſet at-
tentari.

Ad rem noſtram redeundo, quia in præmiſſo
caſu patri vſusfructus quærebatur, cùm talia bo-
na eſſent materna, l. 1. C. de bon. mater. cum ma-
teria, meritò concludebam, dictum Agentem in
tali iudicio ſtare, & illud mouere ſine conſenſu
patris non potuiſſe.
Secundò, dubitabatur, an viuente patre ſuprà di-
ctus filius agere potuerit, quod quia eſt dubium
maioris roboris, & momenti, ideò pro intelli-
11 gentia præmittebam, quòd pater † non ſimpli-
citer bona filiorum, in quibus habet vſumfru-
ctum, & illorum eſt legitimus adminiſtrator, alie
nare poteſt, ſed vrgente neceſſitate, qua poſtea
neceſſitate vrgente poteſt alienare ſine iudicis de
creto, licèt regulariter illud requiratur l. magis
puto. §. ne paſſim. de reb. eo. & l. ob æs. C. de præd.
minor. cum ſimili. quod dictum fuit originaliter
Azo. in ſum. C. de bon. quæ liber. verſ. nec puto,
& illud ſequutus eſt Paul. de Caſt. in l. præſes. vbi
dicit ſingulare, & menti tenendum. C. de tran-
ſact. & Bald. in l. 1. de reb. eorum. vbi dicit, tale di-
ctum alibi non reperiri, & Marſ. pro ſing. nota-
uit in ſing. 498. bona minorũ. & ſecutus eſt Dec.
in conſ. 209. colum. 1. num. 3. & Tiraq. vbi quam-
plurimos allegat in l. ſi vnquam. in præfatio. nu-
mer. 28. ver. ſine quoque. C. de reuo. donat. & Nat.
conſ. 179. numer. 7. lib. 1. & tradunt Bald. Alexand.
Iaſ. & Sal. in d. l. præſes. circa prin. & Iaſ. in l. filius-
familiâs, ad fin. de leg. 1. vbi tale dictum Azo. in-
telligit verum non ſimpliciter, vt dicebam, ſed
vrgente neceſſitate, prout omnes intelligunt, &
voluit ipſemet Azo. ibid. quòd communiter ab
omnibus ſeruari tradit Couar. in lib. 1. cap. 8. nu.
5. & 6. verſ. verùm materiam. Variar. reſolut. &
temerarium eſſe in iudicando: & conſulendo ab
iſta opinione recedere inquit Iaſ. in d. l. præſes.
num. 5. & ſecundùm iſtam opinionem Azo. aſſe-
rit iudicatum vidiſſe. nouiſſimè elegans, & do-
ctiſſimus modernus Pinell. in l. 1. in par. 3. num. 21.
verſ. ex hac autem regula. C. de bon. mater. vbi
infinitas authoritatis allegat, & rationem aſſi-
gnant, præcipuè Dec. & Marſ. vbi ſuprà. quia lex
multum de patre confidit, nec præſumit, quòd
pro filio velit malum conſilium capere. iuxt. l.
patre furioſo. de his. qui ſunt ſui, vel alien. iur. &
l. nec in ea. ad l. Iul. de adul.

Et pro dicta Azo. propoſitione facit optimè
tex. in l. fi. §. ſin autem æs alienum. vbi hoc etiam
not. Bal. C. de bon. quæ liber. vbi talis authoritas
patri datur, vt dictante neceſſitate poſſit bona
aduentitia, in quibus habet vſumfructum alie-
nare, primò mobilia, & ſi non ſufficiunt, etiam
im-



12 immobilia, vt ibi. † immo vrgente neceſſitate, pa
ter dicta bona alienare cõpellitur, aliàs ad inter-
eſſe ſuis filiis teneretur. vt expreſsè dicit text. ibi,
dum dicit, quòd ſi pater hoc facere ſuperſederit,
ipſe vſuras, vel ex redditibus, vel ſubſtantia ſua
omnino dare compellitur. Nec circa iſta Docto-
res diſcrepare inueni, declarando tamen, vt per Pi
nell. in loco ſuprà citato. num. 23.
13 Et quemadmodum iuxta prædicta † filius non
poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, ita
nepos ſtare non poteſt in iudicio ſine conſenſu
aui, ſiue pater viuat, ſiue mortuus ſit, cùm auus
habeat in poteſtate non ſolùm filios, ſed etiam
nepotes & pronepotes. §. ius autem. ver. qui igi-
14 tur. inſtit. de patr. poteſt. quia cùm filij † ipſi ſint
in poteſtate, non poſſunt alios habere in poteſta-
te. l. ſic eueniet. de adulter. & cùm ipſi auo quæra-
tur vſusfructus dictorum aduentitiorum bono-
rum. l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.
Secundò, aduertendum eſſe dicebam, quia, etſi
quàmplures non negligendi Doctor. dixerint,
15 † filio non eſſe ſtatim dandam actionem pro recu-
peratione rerum, per patrem alienatarum, ſed in
ſubſidium, quando pater nihil poſſideret, ad tra-
dita per Bar. Bal. & alios, in l. ſi quis prioris. §. in il
lo. C. de ſecun. nupt. cũ elegãter relatis per Couar.
in d. cap. 8 nu. 6. verſ. eſt & alia eiuſdem Azo. Ni-
hilominus idem Couar. ibid. in fin. artic. conclu-
dit, quòd licèt pater diues ſit, poteſt nihilominus
filius bona per ipſum patrem malè alienata ven-
dicare, quia igitur de euincenda re, quæ aliàs pro-
priè ad filium ſpectat, qui verè eſt dominus, non
ad patrem, & huius opinionis fuit quoque Pinel.
in d. l. 1. in 3. par. nu. 74. verſ. ſed an filius. C. de bo.
mater. poſt alios quamplures, quos allègat, & vl-
tra eum Natt. in conſ. 214. nu. 1. lib. 1.
Quibus præmiſſis pro intelligentia præpoſiti
caſus, ad rem noſtram redeundo, an iſti agentes
potuerint agere ad bona alienata, viuente Nardo
auo prædicto, pro reſolutione dicebã, quòd mul-
ti dicunt, quòd viuente patre, non competit ius
filio reuocandi dictam alienationem, cùm nondũ
vſusfructus, qui patri competit, eo viuente ſit fi-
16 nitus, & propterea † ante diem agendo nemo au-
diri poſſe videtur. l. 1. §. dies. quando dies vſufru.
leg. ced. & ipſi filio non valenti agere, non currat
præſcriptio l. 1. in fin. cum materia. C. de annal. ex-
cept. ex quo non agit, cùm non poſſit, dum eſt ſub
patria poteſtate conſtitutus, vt ex ſuprà dictis ap-
paret prout huius opinionis fuit Bar. in terminis,
in l. ſi conſtante. num. 62. verſ. ſed ſi pater malè v-
17 titur. ff. ſolut. matri. vbi dicit, quòd † quando pa-
ter malè vtitur dote filij, puta, quòd dotalem fun
dum alienauerit, tunc filij aliquid dicere nõ poſ-
ſunt, ſed mortuo patre potuerunt dicta bona ven-
dicare, per text. in l. 1. C. de bon. mater. & in §. ſed
quod ſancitum. in aut. de nup. declarando tamen,
vt per Iaſ. in l. fin. §. in computatione, num. 9. C. de
iur. delib. & à Natt. in d. conſ. 179. libr. 1. & idem
tradit Crott. in d. l. ſi conſtante. in 2. lect. num. 118.
& latè materiam tractat ſuprà dictus Couar. in d.
c. 8. numer. 5. & ſeq. & diffuſius cæteris prædictus
modernus Pinel. luſitan. in d. l. 1. in par. 3. ſub. num.
73. verſ. ſed an filius, & in aut. niſi tricennale. nu.
44. C. eo. de bon. mater.
18 Contrariam † tamen opinionem tenuiſſe dice-
bam, Fabian. de Monte in aut. nouiſſima, numer.
239. & ſeq. C. de inoff. teſtam. & ibi Cor. num. 6. &
latiſſimè poſt Iaſ. Paris. & alios hanc partem de-
fendit Pinellus prædictus in d. aut. niſi tricenna-
le. ſub nu. 44. verſ. ego vltra ea, quæ dixi, & in d.
l. 1. in 3. par. num. 74. Dicens, quòd aut. niſi tricen-
nale. tantummodo fauet liberis, ne durãte patria
poteſtate præſcriptio curat. Similiter reſpõdetur
ad auth. allegatam, per Bartol. in d. l. ſi conſtante,
quòd ibi agatur de quibuſdam bonis parenti ac-
quiſitis, quæ ob ſecundas nuptias à lege liberis re-
ſeruantur. Ita pariter dicit, non obſtare. d. l. 1. in fi.
C. de annal. excep. & inquit, quod ibi non dicitur
patrem alienaſſe aduentitia filiæ, ſed quòd intelli-
gatur de alia præſcriptione circa alia bona ad fi-
lium ſpectantia. Verùm pace tanti viri, iſte intel-
lectus ad l. primam. in fi. non multum literæ cõue
nire videtur, cùm nimis ſenſum illius reſtringere
videatur. cùm generaliter, & indiſtinctè de om-
nibus bonis ad filium ſpectantibus, & in quocũ-
que caſu loquatur, quo dicta bona fuerint aliena-
ta, vel non, generaliter ſemper intelligendo. iux.
l. de precio. de public. cum ſimil. & quòd filius vi-
uente patre, poſſit agere ad recuperationem bo-
norũ alienatorũ per patrem, tenuit Couar. in d. c.
8. in fin. Pinell. in d. 3. par. num. 74. vbi dicit, con-
ſultiùs eſſe, vt filius quamprimum audiatur, ne la-
pſu temporis difficilior fiat reuocatio, præcipuè
propter arduã illam difficultatem, an mortuo pa-
tre filius hæres admittatur ad d. reuocationẽ, quod
ad præſentis caſus indagationẽ minimè pertinet,
ſed de ea latè Pinell. eo loci. Iaſ. in d. §. in compu-
tatione. Dec. & Cagnol. poſt alios in l. ex qua per-
ſona. de reg. iur. & ego etiã ſum huius opinionis,
vt poſſit cogi viuente patre, ſed alia veriori, & no
ua ratione à Doctoribus hactenus non excogita-
19 ta. † Et propterea ego dicebã, nouiter verum in-
tellectum d. l. 1. in fin. eſſe non prohibere filium,
quin viuente patre ad bona per ipſum alienata
agere poſſit, quia nimis eſſet reſtrictio ad illum
tex. ſed dum dicit, minimè adimplere lege obui-
ante valebant, eſt intelligendum filium non po-
tuiſſe agere ex ſe in iudicio ſine conſenſu patris
voluntario, ſiue coacto, & propterea vllam præ-
ſcriptionem ei currere, tunc ſanciuit Imperator.
Et quod dicit de voluntario, eſt tex. in d. §. neceſ-
ſitate. cũ aliis latè ſuprà, in prin. adductis. Quod
autem eſt dictũ de coacto conſenſu, ſimiliter pro-
batur in d. §. neceſſitate, ibi, neceſſitate per officiũ
iudicis patri imponenda, tantũmodo filio cõſen-
tire, vel agenti, vel fugienti, ne iudicium ſine pa-
20 tria voluntate videatur conſiſtere, &c. Et ſic † fi-
lius iure medio officio iudicis implorato, poteſt
cogi facere patrem ad ſibi agere volenti conſen-
tiẽdum, prout in terminis tradit Bal. in d. §. in cõ-
putatione, nu. 7. vbi dicit, remedium eſſe pro filio,
quando pater nollet conſentire, vt ipſe agat, & pa
trem cogi faciat ad conſentiendum. Sic d. l. 1. in
fin. dum prohibet filiis agere, intelligitur, quando
ſimpliciter agerent. Tunc vtique ex defectu con-
ſenſus patris, ſiue voluntarij, ſiue coacti, iudicium
eſſet nullum, ſed cum conſenſu ipſius patris, ſiue
voluntario, ſiue coacto, bene filius agere poteſt,
etiam viuente patre. Et ſic ita nouiter intellectam

illam legem nihil obſtare dicebam, quæ opinio mihi magis placet, & tunc etiam illam magis placere dicebam, ratione præſertim euitandæ fraudis, & iſte eſt nouus, & verus intellectus, d.l. à nemine adhuc conſideratus.

Cùm itaque prædicti Agentes in vita patris, ſiue Nard. aui eorum conſenſum voluntarium non habuerint. Nec iudicis officium implorauerint ad illud obtinendum, iux. practicam Bald. in d. §. neceſſitate. nu. 6. ſicque cùm iudicium fuerit nullum, ratione conſenſus ſaltem coacti, Pronunciaui contra actores, rogitu ſer Bernardini Sanctis Notarij curialis, &c. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus nobilioribus, & reddentibus rationẽ, eſt magis credendum.*

2 *Teſtibus veriſimiliora deponẽtib⁹ magis creditur.*

3 *Conſuetudo pro lege eſt obſeruanda.*

4 *Conſuetudo in loco dicitur habere tacitum cõſenſum hominum illius loci.*

5 *Conſuetudo eſt ſeruanda inter Dominum, & Colonum.*

6 *Colonus, & Dominus dicuntur contraxiſſe in ſimul ſocietatem.*

7 *Colonus tenetur de ſuo proprio parare victũ bobus.*

8 *Colonus, & Dominus non ſunt propriè, ſed impropriè ſocij.*

9 *Paleæ appellatione fructuum continentur.*

10 *Paleæ inter dominũ, & Colonũ ſunt diuidendæ, quemadmodũ alij fructus ſemota conſuetudine.*

11 *Conſuetudo noua veterem tollit.*

### Argumentum.

Explanatur exactiſſimè licèt ſuccinctè, an, & quando paleæ ſint diuidendæ inter dominum, & colonum, tam de iure communi, quàm ex cõſuetudine, quódque teſtibus nobilioribus reddentibus meliorẽ rationem, & veriſimiliora deponentibus eſt magis credendum.

DARIVS, & fratres, de terra caſtri Plebis coloni Iacobi Orlandi, de dicta terra, obtinuerunt præceptum ex ritu curiæ, contra dictum Iacobum Orlandum eorum dominum, ne moleſtarentur prædicti, quin ſubmouerent vltimo anno de fundo, quem tenebant ad laboritium à dicto Iacobo, paleas in dicto fundo recollectas, fuit reuocatum præceptum, & reducta cauſa ad viam iuris, & cauſa diſcuſſa, fuit per me ſententiatum, prout in cedula, iuxta tunc ſtylum curiæ Peruſinæ.

Et viſo proceſſu, cauſæ inueni decem, vel vndecim teſtes fuiſſe hinc inde examinatos, ad probandum conſuetudinem in loco, quòd paleæ in totum ſpectent vltimo anno ad colonum, quando in ingreſſu laboritij prædictus colonus paleas non inuenerit in fundo. Quæ conſuetudo in multis locis vigere percepi, quemadmodum etiam viget Aſſiſij patria mea.

Aperui ſentẽtiam ad fauorem dicti Iacobi Orlandi, & condemnaui dictos Darium, & fratres ad dandam ei medietatem palearum in dicto fundo recollectarum.

1 Motus fui ex infrà ſcriptis, † Quia illi teſtes ad
fauorem dicti Iacobi examinati, erant nobiliores
teſtibus pro alia parte examinatis, & meliorem
reddebant eorum diſpoſitionis rationem, vnde
maior eis quoque fides erat adhibenda, ad tradita
in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & à Fely. & Abb. in
c. noſtra. de teſtibus, & not. in l. ob carmen. iunct.
gloſſ. in §. fin. de teſtib. & à Port. Imo. in concluſ.
24. lib. 2. comm. concl. vbi latè ponit, quando teſtibus
nobilioribus credatur. Et quòd teſtes meliorem
rationem allegantes. magis probent, facit
Gramm. in conſ. 81. col. pen. & in conſ. ſeq. in fin.
libr. 2. vbi dicit, quòd tunc tales meliùs informati
præſumuntur, & propterea maior eis fides adhibetur,
quemadmodum in ſimili dicitur, quòd
2 †teſtibus veriſimiliora deponẽtibus magis creditur,
de quò latè per Crauett. conſ. 75. col. 5. & per
Alex. in conſ. 156. num. 18. lib. 5. & per Rip. in tit. de
ſponſ. reſpon. 4. nu. 5. & 6.

Præterea ad fauorem dicti Iacobi fuit mihi præ
ſentata fides communitatis caſtri Plebis, in qua
aſſerebatur conſuetudinem vigere in dicto loco,
quòd vltimo anno paleæ diuiduntur inter dominum,
& colonum, etiam, quòd colonus eas non
inuenerit à principio in ingreſſu fundi, ab eo la-
3 borandi. Quæ quidem † cõſuetudo pro lege ob-
ſeruari debet, §. ex non ſcripto. inſt. de iur. nat. &
quòd fit conſuetudine permittente rectè fieri dicitur.
l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ibi,
quia id facit. de ædi. edict. & quòd locorum conſuetudo
ſit attendenda, facit. text. in l. apud Iulianum.
§. 1. de leg. 1. & tradit Rol. à Vall. in conſ. 69.
4 nu. 34. lib. 3. vbi dicit, quòd † talis conſuetudo in
loco eſt tacitum pactum hominum illius loci, &
propterea inter eos obſeruari debet.

5 Et in propriis terminis † conſuetudinis ſeruã-
dæ inter dominum, & colonum, eſt text. vbi not.
in l. licet. & in l. excepto. & in l. circa. C. loca. & in
l. ſi tibi polienda. de præſcr. verb. cũ aliis adductis
ad hoc propoſitum ab Ang. de Perigl. Peru. in tra.
de pal. & oliu. car. 12. vbi dictam conſuetudinem
omnino obſeruãdam eſſe affirmauit, quòd voluit
etiam Pet. de Vbal. Peruſ. in tract. de duob. fratr. in
11. par. quæſt. 9. ad quartum reſpondeo.

Et propterea ceſſat illa difficultas, an colonus
debeat relinquere fundum in eo ſtatu, in quo à
principio inuenit, circa quod dictus Angel. de Periglis
ibid. affirmatiuam partem tenere videtur,
6 de iure communi loquendo, quia † cùm dominus,
& colonus ſimul ſocietatem contraxiſſe videantur.
l. cum duobus. §. ſi in coeunda. pro ſocio.
& l. ſi merces. §. vis maior. eo. tit. & vtrobique
gloſſ. vbi de colono partiario, & domino loquuntur.
ideo lucrum, & damnum inter eos participare
tenentur, vt dicit tex. in d. §. vis maior. Sed
ſi à principio colonus proprias paleas pro victu
boum conſumauit, & damnum propterea ipſe ſolus
paſſus fuit, debet ab ipſo D. reſarciri, & ſic



vltimo anno paleas ipſe ſolus totas habere debebit.
Ita dicebat Angel. prædictus, in proximè citato
loco. Verùm iſta opinio etiam de iure communi
loquendo reprobatur à Petr. de Vbald. in d.
tract. de duob. frat. in d. 9. quæſt. car. 119. verſ. tamẽ
7 in contrarium, vbi voluit, quòd † colonus prædictus
teneatur ex ſuo proprio victum parare dictis
bobus. per tex. in l. 2. §. ſi conſeruatis. ad l. Rod. de
iac. vbi faber, & alij, qui operas præſtare tenentur
debent cum ſuis inſtrumẽtis, & propriis ſumptibus
operari, vbi dicit, hoc voluiſſe etiam in indiuiduo.
Bald. in d. §. ſi in coeunda, & reſpondet ad
8 contrarium, quòd † colonus, & dominus, nõ ſunt
propriè ſocij, ſed quaſi ſocij, & ſic, quòd non in
omnibus æquiparantur, cùm impropriè ſocij dicantur.
ad tex. in l. ſi quis, quaſi, de cond. indeb. &
propterea nihil dominus reſarcire tenetur, cùm
colon⁹ id fecerit, ad quod tenebatur, per prędicta.

Cùm ergo dominus fundi, & colonus partiarius,
de iure etiam debeãt fructus æqualiter inter
ipſos diuidere, vt l. ſi non fuerint. in prin. pro ſoc.
& gloſſ. in l. domini prædiorum. C. de agr. & cenſ.
9 lib. 11. Et paleæ † appellatione fructuũ contineantur.
l. ſi vſufructuarius meſſem. in verb. ſi ſtipula.
quæ in meſſe iacet. quib. mod. vſusfru. amit. & voluit
Specul. in tit. de decimis. §. 1. in verſ. ſi. & Rom.
ſing. 555. palea, vbi Apoſtill. allegat. l. fin. §. fin. in
fin. C. de ſeru. & acq. & Aug. Bero. poſt alios. in c.
10 grauis, de reſt. ſpol. Meritò dicta † palea æqualiter
inter dictũ Iacobum, & Darium diuidenda erat,
præcipuè, cùm in proceſſu nihil fuerit probatum,
de proiectione lætaminis per dictum colonum
in dicto fundo, quod ſi feciſſet, arbitrio boni viri
palea diuidenda fuiſſet, vt expreſsè voluit Petrus
de Vbal. in d. q. 9. ver. ſi ergo boues.

Et licèt teſtes examinati ad fauorẽ dicti Darij,
etiam ipſi ſuper conſuetudine deponerent, tamen
dicta cõſuetudo per eos depoſita erat primæua, &
ſublata per aliam, & nouam conſuetudinem, vt in
proceſſu probatur, meritò attendenda non erat,
11 quia † noua conſuetudo veterẽ tollit. gloſ. in l. nemo.
§. temporalis, de reg. iur. Abb. in c. fi. nu. 10. de
conſuet. Iaſ. in l. beneficiũ. nu. 58. de conſt. prin. &
expreſsè repetent. incerto authore in l. de quibus.
nu. 34. de leg. & Ptolomæus. in l. admo. nu. 108. de
iur. iur. vbi dicit, quòd ſecunda cõſuetudo tollit
primam, & quòd vltima cõſuetudo attẽdatur. voluit,
& latè declarauit Roch. de Cur. in tra. de cõſ.
nu. 406. & nouiſſimè poſt alios Pe. Duen. reg. 142.

Ex præmiſſis itaque pronunciaui ad fauorem dicti Iacobi Orlandi, & ambas partes ab expenſis abſolui, propter aliquam iuſtam cauſam litigandi, quam habuiſſe mihi videbantur dicti Darius, & fratres. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum intentionis ſuæ tenetur vnuſquiſque probare.*

2 *Hæredem alicuius qui ſe facit, & tanquam hæres audiri deſiderat, ante omnia debet docere ſe eſſe hæredem.*

3 *Filius, qui vult admitti ad hæreditatem patris vt filius, non debet audiri, niſi ſe filium illius eſſe probauerit.*

4 *Hæres non poteſt aliquem in mora conſtituere, niſi priùs doceat ſe eſſe hæredem.*

5 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur inuita parte.*

6 *Fallit, quando dicta compenſatio fieret ex voluntate expreſſa, ſiue præſumpta diſponentium, ſiue contrahentium.*

7 *Compenſatio non admititur ex credito non iurato ad aliud creditum iuratum.*

8 *Compenſatio non admittitur, vbi adeſt iuramentũ creditoris.*

9 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*

10 *Compenſatio non admittitur in debito iurato, & eſt magis comm. opinio.*

11 *Compenſatio vbi adeſt iuramentum, non poteſt opponi, nec etiam ab hærede illius, qui iurauit.*

12 *Iuramentum ligat hæredes, quò ad obſeruantiam promiſſorum per defunctũ, ſecùs autem quò ad incurſum periurij.*

13 *Obligatio defuncti eo modo, quo erat, ad hæredes tranſmittitur cum omnibus ſuis qualitatibus.*

14 *Iuramenti vinculum ſpirituale non tranſit ad hæredes, ſecùs, quò ad obligationem temporalem.*

15 *Compenſatio non admittitur de liquidis ad non liquida.*

16 *Cõpenſatio quãdo non admittitur vigore iuramẽti, minus dari debet terminus ad liquidandum.*

17 *Compenſationem obiicere non poteſt, retinens iniuſtè poſſeßionem alicuius.*

### Argumentum.

Quando hæres, filius, ceſſionarius, vel aliquis alius vult haberi tanquam talis, debet ante omnia probare ſe talem, aliàs nõ auditur.

Compenſatio non admittitur de ſpecie ad quãtitatẽ, nec in debito iurato, niſi ex præſumpta voluntate contrahentiũ, quã compenſationem non poteſt opponere retinens iniuſtè poſſeſſionem alicuius.

Iuramentum ligat hæredes, quò ad obſeruantiam contractus, ſecùs, quò ad reatum periurij.

NOBILES Peruſini Capitaneus Bigazinus, & D. Ioannes de Bigazinis tanquam filij, & hæredes Domini Hieronymi de Bigazinis eorum patris, produxerunt coram me inſtrumentum emptionis, factæ per dictum eorum patrem de quadam vinea cum domo, pretio inibi conuento, à quadam Domina Eliſabetta in præſentiarum vxore Domini Fabritij de Antignola de Peruſia, in quo inſtrumento apparebat pactum de retrouendẽdo infra octo annos, quod tempus adhuc non erat effluxum. Cúmque prædicti inſtarent declarari prædictum inſtrumentũ purum eſſe liquidum, & exequendum, & debere immitti in poſſeſſionẽ dictarum rerum, dicta D.

Eliſabetta tanquam hæres cuiuſdam Io. Baptiſtæ.
eius primi viri, produxit multa credita dicti Io.
Baptiſtæ contra dictum Dominum Hieronymū,
& contra eius filios.
Et diu cauſa diſcuſſa pronunciaui tandē, pro-
ut in cedula manu ſer Ludouici Aleſſij Notarij
Curialis Peruſini, quam ſententiam aperui poſtea
ad fauorem Bigazinorum, & ex infrà ſcriptis
mouebar.
Primò, quia cùm dicta domina Eliſabetta in iu
dicio prædicto comparuerit ad dictam executio-
nem dicti inſtrumenti impediendam, vti hæres di
cti Io.Baptiſtæ in ſalutari ſuo, vt dicunt, defeciſſe
videbatur, quia ſe eſſe hæredem dicti Io. Baptiſtæ
1 erat totum ſuæ intentionis † fundamentū, illud i-
gitur ab ipſa firmiter probari oportebat. arg. l. a-
ctor. C.de probat. & c.ſciant cuncti. 2.q.8. aliàs à
iudicio repellendam, & non eſſe audiendā diceba
tur ad not.per Bar.in l.non ignorat.C. qui accuſ.
2 non poſſ. † vbi quis vt talis admitti non debet, ni-
ſi probet ſe eſſe talē, & ad tradita in terminis latè
per Boer.in deciſ.10.circa prin. vbi voluit hæredē
alicuius audiri non debere, quando vti hæres il-
lius audiri deſiderat, niſi priùs ſe talem eſſe, nem-
pe hæredē illius, cuius ſe eſſe dicit, apertè docue-
rit. vbi etiam propterea ſimiliter ad ceſſionariū,
& ad conſimiles alios huiuſce qualitatis infert, &
idem eſſe proponit, per quamplurimas authori-
tates, quas allegat. Quemadmodum & in ſimili
3 dicitur, † quòd ſi filius vult admitti ad hæreditatē
patris vti filius, audiri non debet, niſi ſe filium il-
lius eſſe probauerit, ad tradita per Dec. in conſil.
54.in princ.& in conſil.576.num.10.colum.fin.Et
per Bar.in l.ſi quis inficiatus.in princ.ff.depoſ.vbi
4 † noluit hæredem poſſe debitorem in mora con-
ſtituere, niſi priùs ſe hæredē eſſe cōſtituerit, quod
ſequutus eſt etiam Boer. in d.deciſ.10.in fi.vbi di-
cit, quòd aliàs diceretur malè proceſſum, & Corſ.
in ſing.in ver.procurator.el. 1. & in terminis iſtis
præter alios, ita etiam tradit Rol.à Val.in conſ.32.
nu.11.& ſeq.lib.3.Et facit text.in cap.ex parte De-
cani, vbi Fel.de reſcript. Quorum profectò om-
nium illa potiſſimum ratio aſſignatur, quæ ſupe-
riùs à me aſſignata fuit, nempe, quia quando ali-
quid eſt fundamentum intentionis alicuius, illud
omnino probari oportet, vt eſt dictū. Quòd cùm
nō fecerit dicta D.Eliſabetta, meritò illam ab eo,
quod ad ſe ſpectabat, defeciſſe manifeſtum erat.
Præterea cùm dicta D.Eliſabetta compenſatio
nis exceptionem opponeret contra executionem
petitam ex dicto inſtrumēto, pro parte Bigazino-
rum, vt ſuprà, occaſione, quorum debitorū in cer
ta quātitate conſtitutorum, pro quibus dicto Io.
Baptiſtæ (vt ipſa dicebat) tenebatur. Ego in ea e-
ram opinione, quòd dicta compenſatio admitti
neutique deberet, quòdque ex illius allegatione,
& oppoſitione dicti de Bigazinis nequaquam im
pediendi erāt, quin in poſſeſſionē dictæ vineæ im
mitterentur. Cùm creditum dictorum de Bigazi-
nis in ſpecie, vt ſuprà, illud autem per dictā D.Eli-
ſabettā allegatum in quantitate conſiſteret. Pete-
bant enim Bigazini vineam, & ſic ſpeciē, domina
autem Eliſabetta quādam ſummam pecuniarum,
& ſic quātitatem. Vnde clarum eſt in iure, vt pro
5 ponebam, quòd † compenſatio de ſpecie ad quan-
titatem fieri minimè debet.per tex.in l.ſi conuene
rit.de pignor.act.& in l.ſi non ſortem.§. ſi cētum.
de cond.indeb.& per gl.in l.fi.in ver.actionibus.
C.de compenſ. prout etiam voluit Socin. Iun. in
conſ.11. num.10.lib.2.& in conſ.10.num. 12. lib. 3.
& Aret.in §.in bonæ fidei. num.7. Inſtit.de actio.
& Neg.in tract.de pign.in 5.memb.5.part. num.2.
& latè declarat Butig. in d. l. cùm fundus. §. ſer-
6 uum, num.51.ſi cert.pet. † præcipuè, cùm iſta com
penſatio in iudicio parte in vita eſſet fienda, non
ex aliqua mente præſumpta, ſeu voluntate teſta-
toris, quæ voluntas nō interuenit in caſu noſtro,
nam ſi interueniſſet, vtique eſſet admittenda, iux-
ta latè tradita à Dec.in aut.præterea.nu.10.C. vn-
de vir, & vx.& à Bart.Bal.& Paul.Caſt.in l.huiuſ-
modi.§.ſi pater.de leg.1.& in leg. quoniā in prio-
ribus. C.de inoff.teſtam.cùm latè deductis à Ruy.
in conſ.137.num.8.lib. 5. & vltrà per eos allegata,
ita etiam voluit Natt.in conſ.111.numer. 8.lib.1.&
in conſ.109.num.12.eod.lib.1.vbi dicit in hac coa
cta, non voluntaria compenſatione, quæ in iudi-
* cio fieri petitur, vt ſuprà, & in caſu præſenti, * cō-
munis eſt opinio, quòd ea de ſpecie ad quantita-
tem non admittatur, & dicit, quòd ita communi-
ter à modernioribus tenetur, quod ante eum quo
que voluit Tindar. in tract.de compenſ.in 3.art.
Et eò magis me in hac opinione cōfirmabam,
& ad ita, vt ſuprà pronuntiandum adductus fui,
quia creditum per dictam Dominam Eliſabettam
contra dictos Bigazinos prætenſum, & quòd cō-
penſari inſtabatur, erat ſimpliciter in quibuſdam
ſimplicibus libris rationum dicti. Ioan. Baptiſtæ
conſcriptum, & adnotatum, illud autem dictorū
de Bigazinis erat in publico inſtrumento cōſtitu-
tum, & iuramento vallatum, emptio ſcilicet dictę
vineæ, vt ſuprà. Vnde præterquam, quod de ſpecie
ad quantitatem non fiat compenſatio, vt ſuprà, ex
7 cludebatur etiam d.D.Eliſabetta, quia † ex ſimpli
ci credito non iurato contra aliud creditum iu-
reiurando munitum compenſatio admitti mini-
mè debet.c.ad noſtram.de iureiur. ſecundùm vnā
lect.gloſ.vbi habetur, quòd fructus percepti ex re
pignorata, qui ipſo iure in ſortem computantur.
8 l.1. & 2. C. de pignor. † ex quo tamen ibi debitor
ſoluere iurauerat, compenſatio non admittitur,
vt ibi dicit. Glo.Et eſt ratio, quia iuramentum in
forma ſpecifica adimpleri debet, vt dicit tex.in d.
cap.ad noſtram.Sed ſi d.D.Eliſabetta voluiſſet di-
ctam compenſationem opponere contra dictum
iuramentum, vtique non in forma ſpecifica iura-
mentum adimpleuiſſet, cùm vinea non ſit eadem
ſpecies cum ſumma, & quantitate pecuniarum,
quam compenſari intendebat, vt ſatis omnibus
9 notum eſſe poteſt, quod comprobatur, † quia cō-
penſatio vicem obtinet ſolutionis, l.vel permuta-
uit.de liber.cauſ. & l.ſi debitor.qui potior.in pig.
hab. ſi ergo loco vineæ tradendæ illam quantita-
tem ſoluiſſet pecuniarum, ſequeretur profectò,
quòd in ſua eſſet poteſtate iuramentum, & eius
virtutem commutare, quod tamē ei nequaquam
licuiſſe poterat, ad tradita per Inno. in c. ſcriptu-
ræ. de vot. & à Butr.& Abb.in cap.peruenit. el 2.
de iureiuran. Et hanc opinionem vti veriſſimam,
ſequutus eſt Afflict. in deciſion.381. vbi dicit, eſſe
* communem * Cæphal.in conſ.47.numer.50.lib.1.
Marſ.



Marſ.in ſing.208.Rol.à Vall. in conſ. 6.nu. 31.lib.
1.Alex.in conſ.91.nu.5.lib.2. idem Rolan. in conſ.
17.num.14.eod.lib.1.Natt. in conſ.54.col. 1. libr.1.
Crott.in conſ.139.nu.6.Ant. de Petruc. vltra alios
in l.1.num.265.de iureiur.& num. 257.& denique
hanc ipſam ſententiam amplexus fuit Tindar. in
10 tract.Compenſ.in 7.art.num.10. in † quibus om-
nibus præcitatis locis omnes vno ore affirmant,
* hanc eſſe magis receptam * ſententiam ne contra
iuramentum admittatur compenſatio, quicquid
dixerit Bart. in l. ampliùs non peti.ff.rem rat.hab.
quia omnes contra eum dixerunt eſſe commu-
niorem opinionem.
Nec refragari dicebam, quatenus dictum fuiſ-
ſet, prædicta tantum locū habere, quando princi-
palis ipſe creditor compenſationem opponeret,
11 ſed ſecus eſſet in hærede, † cùm iuramentū teſtato
ris, ſeu defuncti hæredem afficere non videatur,
quia immo & in iis propriis terminis tale iuramē
tum hæredem afficere, & ipſum etiā à dicta cōpē-
ſatione repelli ratione iuramēti voluerunt. Rol.à
Vall. in d.conſ.17.nu.15.& Crot.in d.conſ.139.nu.
8.vbi in propriis terminis propoſitæ cōpenſatio-
nis loquuntur, quòd nec etiā ab hærede propter
iuramentū defuncti obiici illa poſſit. Atque ea ra-
12 tione adducūtur, † quia quòd iuramētū nō liget,
aut afficiat hæredem, illud quò ad periurij reatū
procedere conſtat, ſed ſecus eſt, quò ad iuramenti
obſeruātiam, vel eius, quod ſub iuramēti vinculo
obſeruari promiſſum fuit, quia iſtud proculdubio
ad hæredes tranſit, & ad illius obſeruantiā omni-
no teneri hæredes, certiſſimum eſt, vt volunt Do-
ctores in c. veritatis, de iureiur. & expreſsè Bart.
in l.cùm quis decedens.§ codicilli. nu.10. de leg.
3. nam ex quo obligatio dicti Io. Baptiſtæ, vt ego
vltra alios dicebam, circa dictā vineam ex vendi-
tione, vt ſuprà facta tradendam à principio iſtam
aſſumpſit qualitatē, atque priuilegium propter iu
ramentum, vt in ea compenſationi locus eſſe non
poſſet, iuxta ſuperiùs tradita, nō debet, nec poteſt
iſta qualitas, quæ iam dicto inſtrumento vēditio-
nis adhæſit, poſſe mutari, aut variari, ſeu alterari
in perſona ipſius hæredis, immo illud idē inſtru-
mentum eaſdē ſemper vires habebit, contra quoſ
cunque hæredes, quas ſemel à principio aſſum-
pſit.iuxt. notan.in l.cui fundus, & ibi Bartol. de
13 condit.& demonſtr. vbi † obligatio defuncti eo
modo, quo erat, ad hæredes tranſmittitur. Præ-
cipuè, cùm illud inſtrumentum ſit confirmatiuū
contractus. iuxt.c. cùm contingat. de iureiuran.
&c. licet, eodem tit. in 6. & iuxt. aut ſacramenta
puberum. C. ſi aduerſus vendit. quia tunc con-
tractus tranſit ad hæredes cum omnibus ſuis ef-
fectibus, & qualitatibus, quas à principio tem-
pore præſtiti iuramenti aſſumpſit, prout voluit
in indiuiduo Ant.de Petruc.in d.l. 1. num.265.de
iureiuran.per plura, quæ allegat. Et hoc eſt, quod
voluit Aret.in inſtitut.de excep.in princ.num.32.
14 vbi dixit, quòd † ſpirituale vinculum iuramenti
morte iurantis ſuppoſitum eſt. iuxt. d. c. verita-
tis. ſed virtus iuramenti, quò ad obligationem
temporalium tranſit ad hæredes.cap.quamuis. de
pact. in 6. & propterea bene dicebat Petru. pro-
ximè citato loco, quòd affectus ipſius iuramenti
ad hæredes tranſmittitur, prout etiam voluit
Dec.in conſ.679.numer. Non immeritò igitur
dicebam, dictam dominam Eliſabettam, etiam
quòd eſſet hæres dicti Io. Bapt... propter dictū
iuramentum dictam compenſati... exceptio-
nem opponere minimè poſſe.
Inſuper ex alio etiam capite dictam c...
ſationem reiiciebam. Nanque aſſerta allega... en-
dita per dictam dominam Eliſabettam non erā
liquida, immo altiorem requirebant indaginem
ad ea legitimè liquidanda. Vnde abſonum mihi
videbatur illam eſſe admittendam cōtra dictū iu-
ratum inſtrumentum, quod nullam prorſus inda
ginem requirebat, ſed immo probationem proba
tam, propterea eſſe dicebatur, ad tradita per Dec.
in conſ.423.nu.10.& in conſ.682.circa princ. Præ-
15 cipuè cùm clara ſit, & ab omnibus nota deciſio, †
quòd de liquidis ad non liquida minimè fieri de-
beat compenſatio, vt eſt tex. expreſſus in l.fin.ſu-
prà allegata.C.de compen.& tradit Rom.in conſ.
73.nu.3.& Cæph.d.conſ.47.nu.51.lib.1.& Ruy. in
conſ.106.nu.1.lib.4.& Natt.in conſ.54.in fi.lib.1.
16 vbi voluit, quòd † tunc compenſatio non admit-
tatur, & minus dari debeat terminus ad liquidan
dum, propter iuramentum, & ſequutus eſt Rol.à
Val.in d.conſ.17.nu.18.& Crott.in d.conſ.139.cir-
ca fin.& nouiſſimè voluit Menoch.in tract. de ar
bit.iud. lib.2.cent. 1.caſ.14.& eſt materia c.ſubor-
ta, vbi latè Fel. de re iud. Accedebat etiam, quod
dicta aſſerta credita erant, vt dictum fuit, in quo-
dam libro rationum dicti Io. Baptiſtæ conſcripta
cui neſciebam quanta fides eſſet adhibenda, in e-
ius, ſeu eius hæredis fauorem, iuxta materiam l.ad
monendi, & ibi Doctores de iureiur.
Tandem tex.in terminis allegebam in d. l. fin.
in fin.C.de compenſ.ad impediendam dictā cōpē
ſationem contra dictos de Bigazinis, per dictā D.
17 Eliſabettam illam fieri petentem. † cùm retinens
perperam poſſeſſionem alicuius, non poſſit oppo
nere exceptionem compēſationis, dicit enim tex.
infrà ſcripta verba formalia, quæ limitant regulā
etiam in liquidis non admitti compenſationem,
odio iniuſtè retinentis poſſeſſiones alienas, verba
text. ſunt quæ refero, quia decidunt in terminis
caſum iſtum. Poſſeſſionem autem alienam perpe-
ram occupantibus compenſatio non datur. Cùm
igitur iſta Eliſabetta perperam occupauerit, &
retinuerit poſſeſſionem dictæ vineæ, poſt factam
dictam venditionem dicto D. Hieronymo, & re-
cuſauerit eam reſtituere, vt ſuprà, meritò ea diſpo
ſitione illius text. condemnaui eam ad reſtituen-
dum dictam poſſeſſionem, reſeruato iure ei ad pe
tendum contra prædictos aſſerta credita dicti Io.
Baptiſtæ, cuius ſe hæredem eſſe prætendebat. Et
reſeruato etiam iure dictis de Bigazinis, petendi
fructus dictæ vineæ, &c. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Filius nō poteſt ſtare in iudicio ſine cōſenſu patris.*
2 *Hoc procedit etiam in ſummarijs iudicijs.*
3 *Pater tenetur conſentire filio volenti agere, aliàs iudex ſupplet.*

.*ia,quando partes non ſunt*

4 *Stipulatio redditur,tem notarius,quo caſu requiri præſentes,ſificatio.*

*tur poſt,m pacto quemadmodum poteſt rem*

5 *Venditam redimere,ita pariter poteſt cui volue it,ius illud redimendi cedere.*

*.iliusfamiliàs,quemadmodum non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, ita nec depoſitum facere.*

7 *Cui negatur,quod eſt plus,cenſetur negatum quod eſt minus.*

8 *Iudex debet eſſe protector pauperum.*

## Argumentum.

Filiusfamiliâs quòd non poſſit ſtare in iudicio,quomodo procedat,breuiter deducitur.

DOMINA Armelina de Tuderto, annis proximè elapſis, emit quandam vineam,& aliã petiã terrarum, à quodam Ioan. Angelo de Tuderto pro pretio ſcutorum centum. Tranſacto aliquali tempore,eademmet D. Armelina ſponte repromiſit eidem Io. Angelo, & ſuis etiam filiis reuendere dicta bona eiſdem, pro eodemmet pretio infra quinquennium. Moritur dicta D. Armelina relictis tribus hæredibus,de quibus in proceſſu. Non tranſacto adhuc quinquennio,prædictus Io. Angelus venditor liberauit dicta bona prædictis hæredibus D. Armelinæ, pro pretio ſcutorum ſexaginta quinque vltra alios cẽtum, priùs habitos per ipſum Io. Angelum à D. Armelina,vt ſuprà, Io. Baptiſta filius dicti Io. Angeli eo viuente,ſcilicet ſuo patre conuenit dictos hæredes dominæ Armelinæ pro recuperandis dictis bonis, tanquam ipſi ſpectantibus vigore promiſſionis dictæ dominæ Armelinæ. Et obtinuit ipſe Io. Baptiſta ſententiam ad fauorẽ,à magnifico domino Fabritio Gentile Auditore, quam petebat confirmari.

1 Diſcuſſa cauſa,Ego dicebã,dictũ † Io. Baptiſtam perperam egiſſe in eo iudicio,abſque ſui patris viuentis cõſenſu,cùm in eius poteſtate eſſet,per tex. in l. fi. §. neceſſitate. & ibi Bar. & alij. C. de bo. quæ lib.
2 Quod etiam in ſummariis procedit, † Bal. in l. nequicquã. §. de plano, verſ. ſed nunquid. de off. proconſ. Rol. à Vall. in conſ. 46. nu. 3. lib. 2. Neuiz. in conſ. 18. nu. 3. & Viuius in tract. com. op. 122. op.

3 Et † quatenus pater recuſaſſet conſentire,cogi poterat per iudicem ad ſuum conſenſum præſtandum,iux. text. in terminis in d. §. neceſſitate,quod etiam tradit Bald. docendo practicam in l. final. §. in computatione, numer. 7. C. de iure deliberandi. Et quotidie in palatiis practicant,quòd vel patres coguntur conſentire, vel per iudices talis conſenſus patris ſuppletur.

Immo aduertebam inſtrumentum rogatum per ſer Io. Baptiſtam Aſtacollum de Tuderto, ad fauorem dictorum filiorum dicti Io. Angeli eſſe defectuoſum, quò ad ipſum Io. Baptiſtam, quia conſtabat tempore dictæ promiſſionis, factæ per dictum Io. Angelum, fuiſſe abſentem, nec inter-
4 ueniſſe contractui, vnde † ſtipulatio, & promiſſio nulla redditur. iuxt. tex. l. 1. in princ. cum materia de verb. oblig. & §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtipulat. Præcipuè cum neque pater ipſius, neque Not. pro eo ſtipulati fuerint, nec acceptauerint dictam promiſſionem prout de iure requirebatur ad tradita (quò ad patrem) per Iaſ. & Alex. in l. quod dicitur. la. 2. de ver. oblig. & (quò ad notarium) per Bart. in l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler. eod. tit. & in terminis tradit Cagnol. in l. 2. num. 48. C. de pact. int. empt. & vend. vbi num. 49. dicit,quòd requiritur etiam ratificatio abſentis. poſt Caſtr. conſ. 195. & Dec. conſ. 226. & conſ. 661. col. fin. quæ quidẽ ratificatio in præſenti caſu minimè interuenerat, propterea meritò cõtra dictũ Agentem inclinabam. Quò autem ad dictum Io. Angelum patrem dicti Agentis,incidenter dicebã quòd ipſe optimè potuit cedere ius ſuum redimẽdi dictis hæredibus dom. Armelinæ,immo,quòd omnibus aliis,quibus voluiſſet, illud cedere po-
5 terat:quia, † quemadmodum venditor poteſt rem venditam redimere, ita & ius illud redimẽdi aliis cedere poteſt,arg. l. 1. §. ſi. vbi Iaſ. de nou. op. nunc. & tradit Alex. in conſ. 10. lib. 1. Caſt. conſ. 45. in antiquis. & Dec. in conſ. 164. & conſ. 614. & conſ. 680. & conſ. 648. & Paris. in conſ. 92. col. fin. lib. 3.

6 Nec † depoſitum, factum per dictum Io. Baptiſtam, de ſcutis centum pro dictis rebus redimendis quicquam ei opitulabatur, quia ſi ipſe in iudicio eſſe non poterat abſque conſenſu patris, vt ſuprà, minus debuit poſſe illud depoſitum facere,quod fieri non poteſt,quin in iudicio interue-
7 niatur in præiudicium ſaltem aliorum, † cùm illi cui negatur, quod plus eſt, intelligatur etiam eſſe negatũ,quod minus eſt. arg. tex. in aut. multò magis. C. de ſacroſan. eccl. & facit text. in l. nominationum. C. de decur. lib. 10. vbi Bartol. not. quòd actus,factus eo modo, quo fieri non poteſt inualidus reputatur,ſic cùm dictum depoſitũ, factũ fuerit abſque conſenſu patris, & ſic eo modo quo fieri non poterat, inualidum reputari debet. Præterea factum fuit illud depoſitum. non citatis hæredibus dictæ D. Armelinæ, qui intereſſe prætendebant,& habebant in cauſa,meritò etiam dicto Io. Baptiſtæ illud nihil prodeſſe poterat. l. de vnoquoque. cum materia,de re iud.

Pronunciaui tandem prout in cedula, & ſententiam aperire decreueram ad fauorem conuentorum,& contra dictum Io. Baptiſtam, nihilominus, quia erant miſerabiles perſonæ redegi eos
8 ad concordiam,cùm partes eſſent pauperes, † quorum pauperum iudex debet eſſe protector. Bald. in l. illicitas. de off. præſid. & Gerard. in ſing. 73. pauperes. num. 6. & ſequ. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

# DECISIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus debet ante omnia reſtitui.*

2 *Iunior poſſeſſio præſumitur clandeſtina.*

3 *Exceptio iſta ſpolij eſt litis finitæ, & impedit litis ingreſſum.*

4 *Remedium reintegranda. 3. q. 1. Competit etiã pro rebus emphyteuticis & eccleſiaſticis.*



5 *Dictum remedium competit etiam,quando emphyteuta priuatur re emphyteutica finita emphyteuſi abſque citatione.*

6 *Spoliatus debet ſe probare tempore ſpolij.*

7 *Res emphyteutica reuertitur ad dominũ,finita emphyteuſi.*

8 *Dominus directus finita emphyteuſi,poſt emphyteutam expellere propria auctoritate. & num. 9. declara,vt num. 13.*

10 *De priuatione ad habitum non datur amplius regreſſus.*

11 *Citatio partis non requiritur, quando pars ſi comparuiſſet,nihil allegare poſſet.*

12 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

13 *Dominus directus, tunc poteſt emphiteutam propria authoritate expellere, quando non eſt timor rixæ,ſiue ſcandali.*

14 *Inquilinus ſi diu abfuerit, domino conceditur licẽtia rem locatam ingredi, & alteri locare.*

15 *Prælatus poteſt rem ad ſe reuerſam alteri concedere, non citato primo conductore, immo eo contradicente.*

16 *Spolium non cadit, quando dominus poteſt rem propria autoritate accipere.*

17 *Confeſſione partis nulla maior probatio.*

18 *Et ſuprà citato caſu, non competit reſtitutio ſpoliatis.*

19 *Spoliatus non debet reſtitui, quando notoriè cõſtat de non iure ſuo.*

20 *Notorium inducitur per confeſſionem partis.*

21 *Dominij exceptio nõ debet admitti in hoc iudicio poſſeſſorio.*

22 *Limitatur quando proceditur facti veritate inſpecta.*

23 *Dominus directus tenetur confirmare rem emphyteuticam primis conductoribus.*

24 *Fallit quãdo eccleſia, vel dominus directus vellet rem emphyteuticã pro ſe retinere, & eſt magis comm. opinio.*

## Argumentum.

Explicatur, quando dominus directus poſſit propria authoritate emphyteutam expellere.

Et quando dicatur ſpolium in hac materia.

Declaratur inſuper, an & quãdo dominus directus finita conditione teneatur, necne confirmare rẽ emphyteuticam primis conductoribus.

ANTONIVS Michaelis de Perúſio nomine ſuo, & nomine Iacobi eius fratris carnalis, tanquam hæredes eorum patris, egerunt aduerſus magiſtrum Petrum Maſcioli detto il Capitanio di Perugia, reintegrari ad quandam domum ſitam in ciuitate Peruſij,in loco detto la Conca. Pro parte dicti Antonij fuerant inducti quidam teſtes, qui deponebant antiquiorem eſſe poſſeſſionem dicti Antonij,quàm illam dicti magiſtri Petri conuenti. Ex aduerſo per Magiſtrum Petrum fuerunt producta capitula,in quibus nõ ſolùm conabatur contrarium probare, verùm etiam domum illã eſſe emphyteuticam Eccleſię Sãcti Laurenti Cathedralis ciuitatis Peruſij, & eſſe ſolitam locari de viginti nouem in viginti nouẽ annis. Quæ omnia in reſponſione facta dictis capitulis confeſſus fuit d. Antonius.

Cauſa iſta fuit mihi commiſſa ſummariè terminanda, & demum fuit in ea per me proceſſum vſque ad ſententiam,prout in notula, incluſiuè. Et diſcuſſa pluries cauſa antequam ſententia aperiretur fuit dubitatum, an prædictus Antonius deberet reſtitui ad dictam domum.

Aduocati illius pro hac parte allegabant clariſſimam illam, & nemini ignotam in iure pro-
1 poſitionem † ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendũ. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. c. 1. de reſtit. ſpolia. l. ſi maritus. C. de do. int. vir. & vxor. c. reintegranda. 3. qu. 1. D D. comuniter* in
* l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. & in l. rem, quæ nobis. vbi latiùs cæteris. Soc. eo. titul. Soc. Iun. in conſ. 68. num. 129. lib. 3. vbi dicit dictã regulam etiam in prædone locum habere, & in eo,qui cum vitio poſſidet, dummodo antiquior
2 ſit poſſeſſio ſpoliati, † quia iunior poſſeſſio clandeſtina præſumitur, iuxt. c. licèt cauſam de probat. & tradit Afflict. latiſſimè in deciſ. 362. num. 3.
3 Quod quidem remedium † eſt litis finitæ, & propterea impedit litis ingreſſũ,adeò quòd lis vlla fieri nõ poſſit,ſed ante omnia ſpoliatus reſtitui debet, & voluit etiam vltra dd. aduocatos. Aret. in §. æquè. col. 8. verſ. trigeſimo nono, ſi quis dicat de inſtit. de excep. Et ſubdebant etiã d. Domini aduocati,quòd quemadmodũ remedium illius c. reintegranda. competit pro rebus prophanis, & Eccleſiaſticis, vt deducunt ſuprà allegati Doctores
4 paſſim, † ita etiam competit pro reſtitutione rerum emphyteuticarum prout voluit Soc. in d. l. rem quę nobis, nu. 8. & Rip. in l. 1. num. 34. de acq. poſſ. & Bart. in l. 3. §. ex contrario. eo. tit. & tradit nouiſſimè ornatiſſimus, & doctiſſimus Menoch. in ſuo eleganti tract. de recup. poſſ. in primo remed. num. 75. & ſeq. quod quidem remediũ datur, vt etiam prædicti domini aduocati ſubnectebant, non ſolùm ſi emphyteuta fuiſſet ſpoliatus durãte emphyteuſi, & conductione, verùm etiam ſi fuerit ſpoliatus illa finitima abſque citatione, & de facto. † Cùm dominus directus non
5 poſſit priuare emphyteutã poſſeſſione rei emphyteuticæ, etiã finito tempore propria authoritate, ſed citatio requiratur, & iudicis authoritas ſecundum eos, Guid. Pap. quæſt. 107. Afflict. deciſ. 97. in fi. Crauett. in conſ. 212. num. 7. & Dec. in conſ. 146. in quibus locis tradunt requiri tunc ſententiam declaratoriam iudicis, qua mediante dominus in poſſeſſionem imitatur dictæ rei emphyteuticæ, aliàs iniuſtè diceretur talem dominum dictam poſſeſſionem de facto, & propria auctoritate apprehẽdere,quemadmodũ ego etiã vltra per d. D.D. Aduocatos allegata adducebã Crott. in iis terminis idem dicentẽ in conſ. 22. nu. 7. Et hanc partẽ profectò ſequi etiã videtur, licèt cogitandũ reliquerit, ſuprà dictus Menoch. eod. tract. in 5. remedio. nu. 49. & ſeq.

Iſta erant, quæ per d. dominos conſulentes al-

legabantur ad fauorem dicti Antonij contra di-
ctum Magiſtrum Petrum. Ex quibus profectò nõ
ita facilè forſam diſceſſiſſem ab opinione ipſorũ,
niſi in contrarium quædam ex meipſo collegiſ-
ſem, quæ contra dictos Agentes mihi plurimùm
facere videbantur, & me in aliam ſententiam tra-
hebant.

Primò quidem, quia dictus Antonius nõ dedu
xit in proceſſu, nec allegauit quo tempore fuerit
ſpoliatus, an. ſ. tempore, quo durabat conductio
dictorũ 29. annorum, an verò ea finita. Namque
licèt in remedio reintegran. non ſit opus probare
6 tempus præciſum, quo ſpolium cauſatur, † debet
nihilominus allegari ſpoliatũ poſſediſſe tempo-
re, quo dictum ſpolium contingit, & poſtea pro-
bare ſe olim poſſediſſe, vt de ſua antiquiori poſ-
ſeſſione faciat apparere. Sic tradit Rip. in c. cum
eccleſia Sutrina. num. 32. & ſeq. de cau. poſ. & pro
priet. vbi hanc communem* aſſerit eſſe omnium
ſententiam, & tradit Abb. in c. cùm ad ſedem. de
reſtit. Spol. & Socin. in d. l. rem, quæ nobis. num.
16. & Corn. in conſil. 247. circa medium. lib. 2. &
Rol. à Vall. in conſ. 6. nu. 36. libr. 2. Et nouiſſimè
poſt alios Menoch. in d. tract. de recup. poſſ. in d.
15. remed. nu. 386. & ſeq. Cùm ergo hoc non alle-
gauerit, & deduxerit d. Antonius minimè co-
gnoſci potuit, an durãte adhuc conductione præ
dicta, vel ea finita ſpoliatus fuerit, quod maximũ
fuiſſet abſurdum, & maximus defectus, niſi aliun
de veritas ſuper hoc comperta fuiſſet, meritò igi
tur illum in agendo, & iudicium inſtruendo defe
ciſſe conſtabat.

Præterea illud in facto ſemper cauſæ patroni
præſupponebant, quòd ſcilicet canonici S. Lau-
rentij, ſeu quiſquis alius fuerit, ad quem domi-
nium directum dictæ rei ſpectaret, tradiderint
dictam rem in emphyteuſim dicto magiſtro Pe-
tro demum finito tempore locationis dictorum
Agentium. Vnde nemini dubium videri poteſt,
quòd iure meritò canonici prædicti potuerunt
dictos Agentes expellere, & dictum magiſtrum
7 Petrum in d. re inueſtire, † cùm finito tẽpore res
reuertatur ad dominum directum. §. hæc igitur.
Aut. de non alien. & tradunt Doctores in l. 1. C.
de iur. emphyt.

Nec refragatur, quòd pro parte dicti Antonij
dicebatur, tunc eſſe neceſſariam authoritatem iu
dicis cum partis citatione, & non potuiſſe pro-
pria authoritate Dominum directum, & ſic Ca-
nonicos illos ſpoliare dictos agẽtes. Quia immo
8 contraria opinio, † quòd Dominus directus fini-
to tempore locationis rei emphyteuticæ, poſſit
propria auctoritate, & de facto abſque vlla partis
citatione ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticę
* eſt verior, cõmunior, *& magis approbata. Quæ
quidem fundatur in opinione gl. in verb. repelle-
re. in l. 2. C. de iur. emphyt. & in gl. c. potuit in ver.
expelli de locat. vbi id dd. gloſſ. affirmauerunt, &
voluiſſe videtur text. in d. l. 2. ibi, licere eum à præ
diis emphyteuticis repellere, & hoc euenire ra-
tione directi dominij, & iuris quod habet Domi
nus directus in re ipſa emphyteutica, vt voluit
Bal. in c. 1. in fi. per quos fiat inueſt. & in cap. 2. de
feud. ſin. culp. non am. & refert Crauett. vbi hanc
partem veriſſimam intrepidè fatetur in conſ. 18.
num. 6. Et hanc ipſam ſententiam ſecutus eſt De-
ci. in conſil. 146. nu. 7. vbi dicit communiorem, &
Alex. in conſil. 105. num. 2. & ſeq. lib. 3. & in conſ.
117. numer. 12. & in conſ. 131. nu. 2. lib. 4. & Corn. in
conſ. 193. col. pen. & fin. & cõſ. 263. in litera E. lib.
3. & Iaſ. apertiſſimè in d. l. 2. nu. 100. adde ꝓ ampli
ficatione. C. de iur. emphy. vbi in propriis termi-
nis loquitur, quando ſcilicet finitum eſt tempus
locationis, quo caſu receptiſſima, & communior
* *eſt opinio, † quòd dominus directus propria au
9 thoritate poſt emphyteutam expellere, & rem
emphyteuticam de facto ingredi, & alteri locare.
Ita etiam affirmauit Gozad. in conſ. 39. num. 25. &
in conſ. 86. num. 2. & nouiſſimè pro receptiſſima
opinione recenſuit clariſſimus Iul. Clar. in lib. 4.
recept. ſent. §. emphyteuſis, quæſt. 44. & in termi-
nis Crauet. in conſ. 302. col. fin. ibi. ſed dominus di
rectus. Quodque tunc quando dominus ob tem-
pus finitum alteri locare intendit, nulla partis ci
tatio requiratur, tenuit Marſ. in d. l. de vnoquo-
que num. 126. de re iudic.

Huius autem concluſionis rationem illã ego
eſſe poſſe excogitabam, licèt ita clarè à Doctori-
bus tactam non inuenerim. Quia finito tempo-
re locationis, nullum ius remanet ampliùs apud
dictum emphyteutam, cùm neque ciuiliter, neq;
naturaliter ampliùs poſſidere dicatur, quia extin
cto tẽpore, quo erat cauſa iuris ipſius emphyteu-
tæ, debet etiam dictum ius eſſe extinctum. arg. c.
cum principale. de reg. iuris in 6. & l. non dubiũ.
C. de legib. cùm ergo dictum tempus ſit finitum,
non poteſt emphyteuta ampliùs ad dictam rem
10 habere regreſſum † quia de priuatione ad habitũ
non datur ampliùs regreſſus iuxta Philoſophum.
& textus in iure noſtro in l. qui res. §. arcam. de ſo
lut. & in l. ſi cùm quis. §. fi. de furt. qualitas enim
non poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. eius qui in Prouin
cia. §. fin. ſi cer. pet. ſi ergo dictus Antonius finito
tempore locationis abſens erat, vt in facto præ-
ſupponebatur, naturaliter, nec ciuiliter, poſſidere
minimè poterat, cùm tempus eſſet cauſa ſuæ poſ
ſeſſionis, ſed tempus erat finitum, ergo & poſ-
ſeſſio finita eſſe debet, quæ cùm ſit finita, & extin
cta quò ad ipſum emphyteutam, nullũ ius ei am-
pliùs in re emphyteuticã remanſit, propterea igi
tur meritò debet poſſe à domino ratione directi
dominij, & eo iure etiam propria authoritate ex-
11 pelli, abſque etiam vlla penitus citatione, † quia
fruſtra partis citatio requiritur, quando pars (e-
tiam ſi citata fuiſſet & comparuiſſet) nihil allega-
re poſſet, ex quo actus ipſe impediretur, cùm nul
lam haberet defenſionem. Bart. in l. 3. §. ſi cauſa co
gnita. col. fin. verſ. ſed hodie. de bon. poſſ. Iaſ. in l.
ſi quãdo, col. 3. in fin. C. vnde vi. Rott. in deciſ. 299
& deciſ. 58. in nouiſ. & latè tradit poſt alios Por.
Imo. in lib. 1. comm. concluſ. in reg. 43. in limit. 16.
Stante itaque quòd Antonius prædictus abſens
eſſet, & ſi omnino potuiſſet citari, etiam quòd
dicta citatio fuiſſet requiſita, quòd negatur, vt
ſuprà, nulli dubium videri poteſt ex prædictis,
quòd dominus directus de facto, ac propia au-
thoritate potuerit dictam rem ingredi capta poſ
ſeſſione, & illam dicto magiſtro Petro locare, &
in emphyteuſim tradere.

Quod quidem in ſe adeò verum eſt, quando
eſt fi-



nitum tempus, quòd pauci contrarium auſi
fuerint affirmare: licèt enim permulti in contro-
uerſiam poſuerint, an dominus directus ob non
ſolutum debitum canonem poſſit propria autho-
ritate, & de facto emphyteutam expellere, & per-
multi etiam negatiuã partem approbauerint, vt
inter alios fuerint ſuprà allegati pro parte dicto-
rum Agentium per dominos Aduocatos, nihilo-
* minus, etſi verior, & * communior ſit contraria,
& affirmatiua opinio, vt voluit Dec. in d. conſil.
146. & voluerunt alij ſuperiùs pro hac ipſa parte
per me allegati, longè tamen diſtat à præſenti pro
poſita ſpecie facti, quia ſatis controuertitur inter
Doctores, an emphyteuta ob non ſolutum cano-
nem naturaliter ſaltem, amittat poſſeſſionem, &
id eſt, ꝙ alquid difficultatis præbet huic ipſi con
cluſioni, quæ tamen reſoluitur, vt per Iaſ. in d. l. 2.
& huic, & aliis obiectionibus reſpondetur, vt per
d. Iaſon. ibid. num. 106. de quo tamen in caſu præ-
ſenti dubitari non contigit, quia eſt extinctum
illud quod poſſeſſionis cauſa erat, vt ſuprà fuit dẽ
monſtratum, quo extincto ſcilicet tempore di-
ctorum 29. annorum. extincta etiam propriè eſt
poſſeſſio ipſa, & ciuilis, & naturalis, vt ſuprà, &
propterea nullum ius remanſit dictis Agentibus,
quo mediante ſe tueri poſſint, vt tanquam ſpo-
12 liati reſtituantur. Si enim † eſt extincta poſſeſſio,
nulliter intentatur ad eam reſtitutio, quia non en
tis nullæ ſunt qualitates. d. l. eius qui in prouin-
cia, & facit l. 1. de ſerui. leg. & l. 4. de actio. emp. &
ſatis per ſeipſum patere videtur. Et ſic ex iis cla-
riſſimè conſtare poteſt, quòd vera eſt opinio illa,
ſaltem in propſito caſu, canonicos prædictos iu-
re meritò potuiſſe propria authoritate ingredi
poſſeſſionem ſuprà dictæ rei emphyteuticæ, & de
facto illã potuiſſe abſq; vlla penitus citatione di-
cto magiſtro Petro locare, cùm eſſet finitum tem
* pus, quo caſu ex cõmuni* Doctorum ſententia, nõ
requiritur citatio, licèt Doctores dubitent, quan-
do ius emphyteuticum debet reuerti ad dominũ
directum, ob non ſolutum canonem.

Corroboratur dicta opinio mea, quia tempo-
re, quo facta fuit dicta locatio dicto magiſtro Pe-
tro, prædictus Antonius degebat in ciuitate Ful-
ginei, vt in proceſſu fuit probatum, ex quo nul-
lus aderat ſcandali timor, vnde optimè potuit il-
lud per dictos Canonicos effici, pręcipuè, cùm
ius directi dominij dictorum Canonicorum in
dubium non reuocaretur, immo per dictos Agen
tes in iudicio in reſponſionibus, factis ad capitu-
la partis, confeſſi fuerunt, prædictam rem eſſe em
phyteuticã, & iure directi dominij ad dictos Ca-
nonicos ſpectare, ſic enim dicit Crauett. in d. cõſ.
13 18. num. 7. † quòd vbi ius directi dominij in du-
bium non reuocatur, & non ſubeſt timor rixæ,
aut ſcandali, poteſt dominus directus propria au
thoritate rem emphyteuticam, quę ex aliqua cau
ſa rediit ad ipſum capere, & illius poſſeſſionem
apprehendere, & etiam emphyteutam expellere,
quod ſequutus eſt Cor. in d. conſ. 193. col. 2. verſic.
vbi ergo Dec. & Cagnol. in l. non eſt ſingulis, de
reg. iur. Dec. in d. conſ. 146. num 7. verſ. & ita ſe-
cundùm ea, vbi dicit, hanc* opinionem ſic intel-
lectam eſſe magis communem, & ab ea in iudicã
do non eſſe recedendum, idem dicit, & tradit
Plot. in l. ſi quando, num. 587. C. vnd. vi. & voluit
Alber. in l. 2. col. 1. in fin. vbi dicit, etiam commu-
nẽ. C. de iure emph. & Troil. Maluit. in tract. de o-
blationib. in 2. dub. circa fin. & ipſemet Menoch.
in d. 5. remedio. num. 46.

Additur etiam & illud ſuprà dictis, quòd ſtan-
te longa abſentia dicti Antonij à ciuitate Peruſij
(prout in proceſſu probatum fuit) non conue-
niebat, quòd finito dicto tempore locationis di-
cti Canonici diu re propria maximo cum detri-
mento carerent, & propterea ex hoc quoque ca-
pite eis licuerit dictam rem propria authoritate
14 alteri locare, † quemadmodum in ſimili de inqui
lino, & conductore dicitur, qui abſit, & diu viſus
non fuerit, nam ex eo licentia conceditur domi-
no rem locatam ingredi, & eam alteri etiam lo-
care, ſi voluerit, ne cum ſuo detrimẽto re propria
careat, prout de inquilino, & cõductore dixit Al-
ber. in l. extat. quod met. cauſ. & de vtroque tam
inquilino, quàm emphyteuta, ita de vno ad aliud
argumentando voluit Menoch. in d. 5. remed. d.
num. 47.

Quod etiam in terminis propoſiti caſus vo-
luit Soc. Iun. in conſil. 3. nu. 7. lib. 2. vbi poſt Caſtr.
15 Corn. Rom. & alios dicit, † prælatum poſſe bona
eccleſiæ ad ſe reuerſa alteri concedere, non cita-
tis, immo penitùs ignorantibus primis conducto
ribus, quia cùm id fieri poſſit ipſis inuitis, multò
magis ipſis ignorantibus. l. qui poteſt. de reg. iur.
& per alia, de quib. ibi per eum.

Nihil igitur proficiebant prædicti domini ad-
uocati, dum pro parte dictorum agentium inſi-
ſtebant, eos tanquam ſpoliatos eſſe reſtituendos
ad poſſeſſionem dictæ rei emphyteuticæ, † quia
illa regula non procedit, quando quis poteſt pro
pria authoritate poſſeſſionem ingredi, & illam ſi-
ne vitio retinere, quemadmodum de domino di-
recto, & de dictis Canonicis ſatis ſuprà demon-
ſtratum fuit. Ita enim dicit & arguit Crauett. in
terminis quæſtionis propoſitę in d. conſ. 302. col.
fin. poſt alios quos allegat. Quod eò magis pro-
cedere affirmat, quando non eſt facta reſiſtentia,
& res non negatur eſſe emphyteutica, tunc abſq;
dubio, inquit, dominus directus propria authori
tate Poſſeſſionem rei emphyteuticæ apprehende-
re poterit, quæ omnia profectò in caſu præmiſſo
interuenerunt, quia nec reſiſtentia facta fuit, cùm
Antonius prædictus abeſſet, nec negatum fuit di
ctam rem eſſe emphyteuticam, immo Antonius
ipſe (vt ſuprà dictum fuit) cõfeſſus fuit in iudicio,
vt ſuprà, dictam rem eſſe emphyteuticam, prop-
terea nullo modo dictus magiſter Petrus teneba-
tur ad reſtituendũ poſſeſſionem dictę rei dictis a-
gentibus, cùm iuſtè illius poſſeſſio ad dominum
directum peruenerit, ob finitum tempus locatio
nis, & etiam ſine vitio, quia nulla facta fuit reſi-
ſtentia, vt ſuprà prout in propriis terminis loqui-
tur Crauett. vbi ſuprà, & citat Soc. ſen. idem cre-
dentem in conſ. 87. col. fin. lib. 4.

Inſuper dicti Agentes repellebantur, & impe-
diebantur, quando tanquam ſpoliati venirent
reſtituendi, quia ſtante probatione directi do-
minij ex parte conuentorum, regula prædicta lo
cum habere non poteſt, maximè quando incon-
tinenti probatur, prout fuit in caſu iſto, quia in-

continenti dictá dominij exceptio per partis i-
pſius cõfeſſionẽ probata fuit, vt ſæpius eſt dictũ.
17 Quæ † quidem probationis ſpecies, nempe per
partis confeſſionem, eſt maior quocunque alio
publico inſtrumento, & quibuſcunq; teſtium de-
poſitionibus vt dicit Rol. à Vall. in conſ. 6. nu. 26.
lib. 3. & eſt efficacior quacunque alia probatione
de mundo, vt dicit idem Rolan. in conſ. 54. nu. 18.
18 eo. lib. & quòd tunc † reſtitutio nõ competat ſpo
liatis, voluit Soc. in d. l. rem quæ nob. num. 20. &
Menoch. in d. 15. remed. nu. 471. & ſeq. poſt alios
quamplures, quos allegat.
19 Quia † etiam notoriè conſtabat de non iure
ipſorum agentium, ideo reſtituendi non erant,
vt voluit Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune,
col. 7. de acq. poſſ. Paul. de Caſtr. in l. fin. in fin. C.
de edict. D. Adr. toll. deciſ. Tholoſ. 15. & Bald. in l.
vni. col. 2. C. ſi demon. poſſ. & Dec. in conſ. 449.
20 nu. 20. Quòd † notorium inducit, præcipuè con-
feſſio ipſa partis, vt tradit in iis terminis Port. I-
mo. in lib. 1. comm. concl. reg. 44. vbi dicit, quòd
talis notorietas impedit ſpoliato reſtitutionem,
per multas authoritates quas allegat.
Et licèt pro parte dictorum Agentium dictum
21 fuiſſet quòd dominij † exceptio nõ deberet admit
ti in hoc iudicio poſſeſſorio, iuxta tradita à ſcri-
bẽtibus latiſſimè in d. §. nihil commune. Nihilo-
minus ego dicebam prædictam exceptionem eſ-
ſe admittendam, & dictam regulam limitari,
22 † quãdo in cauſa proceditur ſola facti veritate in-
ſpecta, pront cauſa ipſa mihi commiſſa fuit, cum
dicta clauſula, ſola facti veritate inſpecta. Vnde
virtute dictæ ſalutiferæ clauſulæ optimè in iudi-
ciis poſſeſſoriis dominij exceptio admittitur, &
excluditur Agens etiam remedio. c. reintegranda.
vt deducit Rubeus Alexandrin. in conſ. 4. num.
12. Dec. conſ. 499. num. 20. & ſeq. & Crauett. in
conſ. 299. col. fin. in prin. verſ. quartò reſpondeo,
declarando, vt ibi per eum, & refert (licèt cogitã-
dum reliquerit) Menochi. in d. 15. remed. nu. 667.
verſ. declaratur tertiò.
Et ſic ex iſtis omnibus ſuprà dictis ego ſenten
tiaui ad fauorem dicti magiſtri Petri contra di-
ctum Antonium, & Agentes. Non eſſe ſcilicet re-
integrandos in iſto iudicio. Reſeruaui tamen ius
ipſi Antonio Agenti contra dictum Magiſtrum
Petrũ pro intereſſe, ſiue penſione dictæ domus,
quatenus non ſoluiſſet penſionẽ infra illud tem-
pus, quo retinuerit dictam domum. Ac etiam re-
ſeruaui ius agendi contra dictos Canonicos, vt
petere poſſet ſe reintegrari, & confirmari, quate-
23 nus ius vellet. † teneri enim videntur dicti Cano
nici ad eam illis confirmandã, per tradita à Bart.
in l. 1. §. permittitur. de acq. quot. & æſt. Et à Dec.
dicente, hanc eſſe communẽ opinionem, in conſ.
55. & conſ. 73. & conſ. 321. & cõſ. 78. & à Roma. in
conſ. 70. num. 3. & à Bart. & Iaſ. in l. ſi mihi, & Ti-
tio. in fin. quæſt. de verb. oblig. & nouiſſimè à Cæ
pha. in conſ. 9. num. 25. libr. 1. Et licèt contrarium
tenuerint Ruyn. in conſ. 152. lib. 1. Gozad. conſ. 39.
& conſ. 71. Soc. Iun. in conſ. 9. lib. 3. & Pariſ. in cõſ.
28. lib. 1. Verior tamẽ & communior eſt ſuperior
opinio, adhibita præcipuè diſtinctione Staſil. in
42 tract. de lit. grat. poſt Abb. quòd, † ſi eccleſia vult
pro ſe confirmare, non tenetur, ſecùs, ſi non velit
pro ſe Benin. qui magis de com. teſtatur poſt mul
tos, quos allegat, deciſ. 19.

Et quia in præſenti caſu apertè apparebat, quòd eccleſia pro ſe dictã domum nolebat, cùm illam conceſſerit pro viginti nouem annis dicto magiſtro Petro, meritò iure optimo reſeruaui, dictum ius ipſi magiſtro Antonio agendi contra dictos Canonicos, & Eccleſiam. Videnda tamen ſunt tradita à Port. Imol. in lib. 1. com. concluſ. in reg. 12. vbi latè materiam pertractat, quando Emphyteuta iuſtè petere poſſit ſe confirmari, quæ ad præſentis caſus inueſtigationem minimè pertinent.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Aeneas de Vbaldis, Conſtantius Florens, & Marcus Antonius Oradinus, Doctores excellentiſſimi Peruſini.*
2 *Raynaldus Rodulphius, & Marcus Antonius Eugenius, Peruſini Doctores excellentiſſimi.*
3 *Citatio partis non requiritur, quando quis abſoluitur à iuramento ad effectum agendi.*
4 *Libertus, & filius volẽtes vocare in ius dominum, ſiue patrem, tenentur impetrare veniam.*
5 *Citatio partis in tali relaxatione à iuramento ideo non requiritur, quia pars quò ad eius iura non læditur.*
6 *Enucleatur dictum Imol. in cap. debitores de iureiuran.*
7 *Euentus, qui nihil operari poteſt fruſtra expectatur.*
8 *Citatio partis, quòd in tali caſu non requiratur, latiſſimè demonſtratur, & eſt magis communis opinio.*
9 *Citatio partis quòd non requiratur, de ſtylo ſeruatur.*
10 *Abſolutio tamen à iuramento eſt omnino neceſſaria ad hoc, vt quis poſſit agere.*
11 *Vulgò quæſitus propter incertitudinem patris ſuccedere non poteſt.*
12 *Spuriorum ſunt duo genera, nam aliqui ſunt ſpurij nati ex damnato coitu, aliqui verò ex non damnato coitu.*
13 *Filij nati ex damnato coitu, nõ poſſunt ſuccedere, nec eis poteſt aliquid relinqui.*
14 *Spurij dicuntur omnes illi, qui ſunt nati inter eas perſonas, inter quas non poteſt contrahi matrimonium, & ab omni ſucceſſione repelluntur.*
15 *Spurij de iure canonico appellantur manſeres & nothi.*
16 *Spurij ſunt abominabiles, & exoſi omni iure infames infamia facti repellũtur ab honoribus, & dignitatibus, non ſunt legitimi teſtes, & inſucceſſibiles, tam maſculis, quàm fœminis.*
17 *Spurij, quòd poſſint ſuccedere à ſtatuto, diſponi non poteſt.*
18 *Spurij inſucceſſibiles, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*
19 *Spurij ex eo, à legibus fuerunt facti inſucceſſibiles, ad hoc, vt refrænaretur concupiſcentia parentum.*

20 *Spu-*



20 *Spurij incerti penitùs, & nati ex meretrice publica ex quo certũ patrẽ oſtendere non poſſunt, nihil eis relinqui poteſt, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato.*
21 *Spuriis ea ratione nihil relinqui poteſt, quia quẽadmodum pater per fatuitatem errat, recipiẽdo tales pro filiis, ita etiã errat, eos inſtituendo ob falſam cauſam, quæ vitiat diſpoſitionem, cùm ſi ſciuiſſet, eum non eſſe eius filium, non eum inſtituiſſet.*
22 *Nemo de ſua vxore poteſt tantùm polliceri, quòd poſſit aſſeuerare nullos alios viros illam expertam fuiſſe.*
23 *Spurij nati ex libero, & libera ſuccedunt patri in ſexta parte totius hæreditatis, dummodo tempore mortis dicti Patris, non ei reperiatur legitima vxor.*
24 *Spurij nati ex libero, & ancilla, ſi tempore mortis non reperiantur manumiſſi, ſuccedere non poſſunt, & remanent ſerui.*
25 *Spurij nati ex libero, & ancilla, ſi fuerunt manumiſſi poſſunt ſuccedere in ſolidum, vnà cum aliis legitimis liberis, & naturalib⁹, ſi ſuperſint.*
26 *Spurij nati ex ſeruo, & libera, ſunt incapaces.*
27 *Spurij nati ex ſeruo, & ſerua, niſi manumittantur, tunc incapaces, & ſerui remanent.*
28 *Spurius filius debet probare ſe legitimatum, cùm hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis contra Crauett.*
29 *Spurius natus ex coitu nõ punibili, puta ex duobus ſolutis, ſiue ex vxorato, & ſoluta, vili tamen muliere, & quòd non ſit vulgò quæſitus, & alia ſoboles non remaneat, eſt habilis ad ſuccedendum.*
30 *Concubinæ quando tolerari poſſint remiſſiuè.*
31 *Acceſſus ad concubinas iure ciuili inſpecto, non eſt punibilis.*
32 *Interpretatio eſt facienda in benigniorem partem.*
33 *Auus poteſt inſtituere nepotem legitimũ, & naturalem natum ex filio ſpurio, deficiente legitima prole ipſius aui, & ceſſante timore, ne pater ſpurius aliquid commodi ex dicta inſtitutione conſequatur.*
34 *Generari quid boni non poteſt ex infecta radice.*
35 *Nepotes legitimi, & naturales nati, ex filio ſpurio & eo poſſunt ab auo hæredes inſtitui, quia leges paternum vitium ſolũmodo cohibere voluerũt, non auitum.*
36 *Nepos, natus ex legitimo matrimonio, licèt ex filio ſpurio, quòd poſſit inſtitui latiſſimè demonſtratur eſſe magis communem, & veram opinionem.*
37 *Nepos ſpurius natus ex legitimo matrimonio licèt poſſit inſtitui hæres ab auo ab inteſtato, tamen nihil de bonis dicti aui conſequi poteſt.*
38 *Tranſactio introducta fuit cauſa litium finiendarum.*
39 *Tranſactione finita, non eſt ampliùs locus pœnitentiæ.*
40 *Tranſactionis contractus eſt innominatus.*
41 *Tranſactionis exceptio eſt litis finitæ, & impedit litis ingreſſum.*
42 *Tranſactionis exceptio æquiparatur exceptioni rei iudicatæ.*
43 *Statutum prohibens tranſactionem, nõ valet, nec pactum de non tranſigendo, propter vtilitatem publicam.*
44 *Tranſactionis cõtractus, etiam ob enormem læſionem non retractatur, declara, vt infrà.*
45 *Remedium l. 2. C. de reſcin. vendit. non habet locũ in contractu tranſactionis, declara, vt infrà.*
46 *l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebel. inductio.*
47 *Tranſactio finita, tantò magis eſt obſeruanda.*
48 *Tranſactioni contrauenienſ efficitur infamis.*
49 *Tranſactio eſt magis obſeruanda, quando vltra iuramentum interuenit auctoritas curatoris.*
50 *Auth. ſacramenta puberum habet locũ etiã in contractu inualido.*
51 *Dolus, quando dat cauſam cõtractui, cõtractus debet omnino reſcindi.*
52 *Dolus in dubio non præſumitur.*
53 *Dolus poteſt probari coniecturis, & præſumptionibus.*
54 *Pupillus, & infans, quicquid vident, ignorant.*
55 *Dolus præſumitur in enormiſſima læſione, nõ ſolùm re ipſa, ſed ex propoſito.*
56 *Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito, æquiparãtur in tranſactione, quando quis in ea eſt enormiſſimè læſus.*
57 *Dolus re ipſa, ſiue ex propoſito, præſumitur, quãdo quis læditur vltra dimidiam.*
58 *Statutum, & contractus non includit caſum doloſum.*
59 *Læſio ex parte minoris eſt probanda.*
60 *Tranſactio nõ reſcinditur niſi interueniat dolus.*
61 *Teſtamentũ dicitur probatio probata, & ex eo notoriè conſtat.*
62 *Læſus vltra dimidiã in modico non reſtituitur, ſecùs, ſi in magna quantitate, ex diſtinctione Cor. quæ communiter approbatur.*
63 *Contractus etiam iuratus ratione enormiſſimæ læſionis reſcinditur.*
64 *Filia, quæ renunciauit paternis bonis, & maternis propter enormiſſimam læſionem poterit contrauenire.*
65 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. habet locũ, etiã in tranſactione, quãdo adeſt enormiſſima læſio, & eſt magis com. opinio.*
66 *Iuramentũ, & clauſulæ generales nihil operãtur, ſtante enormiſſima læſione, iuxta diſtinctionẽ ſuprà latam.*
67 *Abſolutio à iuramento, non eſt neceſſaria, quãdo quis eſt enormiſſimè læſus, licèt tutiùs ſit dictam abſolutionem impetrare.*
68 *Clauſulæ generales apponuntur ex ſtilo Notariorum, & non habent locum, vbi interuenit dolus re ipſa.*
69 *Minores, qua facilitate inducuntur ad contrahẽdum, eadem facilitate inducuntur ad renuntiãdum.*
70 *Auth. ſacrament. pub. ex com. opin. non habet locũ ſtante enormiſſima læſione.*
71 *Remedium. l. ſi quis maior. C. de tranſact. non habet locum in minore iurante, propter eius imbecillitatem.*
72 *Tutoris authoritas, decretum iudicis, & iuramentũ operantur in dubio, ſecus, quando conſtat de enormiſſima læſione.*

## Argumentum.

**Citatio partis non requirItur in peten-
da abſolutione à iuramento, & eſt magis
comm.opinio.**

**Spuriorũ materia, quídque eis relinqui
poſſit fuſiſſimè demonſtratur.**

IO.BAPTISTA Galera de Peru-
ſio non habẽs prolem legitimam,
inſtituit hęredẽ vniuerſalem Cæ-
ſarem, eius filium naturalẽ, conce-
ptum ex quadã Domina Paulina
Senenſi, hoctamen modo, ſcilicet quando dictus
Cæſar fuerit legitimatus, & in omnem euentum
inſtituit hæredes vniuerſales filios legitimos, &
naturales dicti Cæſaris, & quatenus ipſe Cæſar
filios non habuiſſet, inſtituit hoſpitale Miſericor
dię de Peruſio. Præfatus Cęſar habuit filium legi-
timum, & naturalem, & ex legitimo matrimo-
nio procreatum nomine Petrumpaulum. Mori-
tur Io.Baptiſta remanẽte dicto Cæſare, qui poſſe-
dit dicta bona, veluti in proceſſu probabatur, vſ-
que ad homicidium commiſſum per eum in per-
ſonam d.Hieronymi de Oldis, quæ bona propter
dictum homicidium fuerunt cõfiſcata, & poſtea
redẽpta per dictũ Petrum Paulũ, ſiue veriùs per
eius tutorem nomine Melchiorẽ. Moritur demũ
dictus Cæſar remanente dicto Petro Paulo in vẽ-
tre matris, & hærede vniuerſali ſubſiſtente eius tu
tore Melchiore Criſaldo de Peruſia, contra quem
Petrum Paulum inſurrexerunt domina Agatha,
& domina Violantes ſorores germanæ dicti Io.
Baptiſtæ, dicentes huiuſmodi hæreditatem ad i-
pſas ſpectare tãquam proximiores dici Io. Bapti-
ſtæ, dicentes non fuiſſe vnquam legitimatum di-
ctum Cæſarem, & dictum Petrum Paulum infan
tem non eſſe capacem dictę hæreditatis, cùm Cę-
ſar eſſet vulgò quæſitus, & natus in lupanari lo-
co. Pro quibus mulieribus conſuluerunt iampri-
1 dem excellentiſſimi DD. † dominus Aneas de
Vbald. dominus Conſtãtius Florens, & dominus
Marcus Antonius Oradinus, quæ conſilia fuerũt
producta in proceſſu apud acta, vnà cum dua-
bus ſententiis obtentis ad fauorem dictarum mu
lierum tempore Reuerendiſſimi domini Bernar-
dini della Barba, tunc temporis Peruſiæ Guber-
natoris.

Volentes nihilominus dictæ partes deuenire
ad concordiam, fecerunt tranſactionem, quòd di-
cta bona eſſent pro medictate dictarum mulierũ,
altera verò medietas ſpectaret ad dictum Petrum
Paulum. In qua tranſactione prædictus Melchior
tutor dicti Petri Pauli, promiſit, & fideiuſſit pro
dicto Petro Paulo infrà ſcripto modo, quòd, quã-
do dictus Petrus Paulus erit ætatis viginti quin-
que annorum, ratificabit dictam tranſactionem,
promittens ita, & taliter cum effectu curare, aliàs
de ſuo, &c. niſi dictus Petrus Paulus ratifica-
uerit.

Præfatus Petrus Paulus factus maior 25. ann.
non ſolùm ratificauit dictam tranſactionem, ſed
immo mouit iudicium aduerſus Fabritiũ, Franci-
ſcum, & Syluestrum, poſſeſſores dictorum bono-
rum, & filiorum reſpectiuè dictarum mulierum.
Cúmque huiuſmodi cauſa fuiſſet commiſſa ma-
gnificis Domino Decio Florentio de Auximo, &
D.Iacobo Panico de Macerata, tũc temporis Pe-
ruſij Auditoribus prædicti conuenti nõ produ-
xerunt, niſi particulam veteris proceſſus cum ſen
tentiis ad fauorem dictarum Dominarum latis,
ac etiam cum conſiliis ſuprà dictorum domino-
rum Aeneæ, Conſtantini, & Marci Antonij, Aſſe-
rentes ex dictis allegationibus, quæ ſe referebant
ad veterem proceſſum, optimè dignoſci dictum
Cæſarem fuiſſe natum in lupanari loco, & conſe-
quenter cùm fuiſſet inhabilis ad ſuccedendum,
optima ratione fuiſſe deuentum ad tranſactionẽ.
Et diſcuſſa cauſa cum nouo proceſſu coram di-
ctis dominis Auditoribus, fuit per eos lata ſen-
tentia (non obſtante tranſactione) ad fauorem di-
cti Petri Pauli, & contra dictos Franciſcum, Fabri
tium, & Syluestrum, à qua ſententia prædicti Frã-
ciſcus, & litis conſortes appellarunt, & cauſa mi-
hi commiſſa fuit, & ſeruatis ſeruandis ad ſenten-
tiam deueni, prout in cedula. Et allato mihi pro-
ceſſu cum dictis allegationibus, & conſiliis, ac e-
tiam ore tenus diſputata cauſa cum aduocatis, v-
naquæque partium inſtabat pro ſententiæ aper-
tura ad eius fauorem. Ego itaque pro iſtorum o-
mnium diligentiſſima inueſtigatione, tres princi
pales ex propoſita ſpecię facti quæſtiones elicie-
bam, quibus declaratis, clariſſima apparebit præ-
dicti caſus, & controuerſię deciſio.

Prima an rectè egerit dictus Petrus Paulus nõ
citata parte ad videndum ſe abſolui à iuramento.

Secunda, ex quo Cæſar pater dicti Petri Pauli
non fuit legitimatus, ipſe Petrus Paulus natus ex
Cæſare Spurio, ſed ipſe natus ex legitimo matri-
monio, & conſequenter legitimus, & naturalis
ſuccedere poſſit.

Tertia dato, quòd ſuccedere poſſit, an ſaltem
poſſit venire contra tranſactionem iuratam.

Circa primam, & ſi DD. vario modo loquuti
fuerint, an in obtinenda abſolutione, ſeu relaxa-
tione à iuramento requiratur partis citatio, vt
eleganter propoſuerunt ad inuicem contrarian-
2 do doctiſſimi Aduocati, & clariſſimi I.C. † domi-
nus Raynaldus Rodulphius, & d. Marcus Anto-
nius Eugenius Peruſini, & ex doctrinis infrà ſcri-
ptorum doctorum facillimè videri poteſt, & prę
cipuè ex traditis per Couar. in lib. 2. cap. 4. num. 5.
Variar. reſolut. vbi omnes Doctores hanc & a-
liam partem tenentes ad amuſſim recenſent. ni-
* hilominus* magis vera, & magis approbata vide
3 tur illa opinio, † quòd in huiuſmodi actu mini-
mè citatio partis requiratur, quando ſcilicet ha-
bilitatur ſeu relaxatur iuramentum ad effectum
agendi, prout in propoſito caſu euenit. Et quem-
admodum quotidie relaxari ſic practicatur. Ra-
tio eſt, cur tunc partis vocatio non requiratur,
quia non agitur de partis periculo, nam rema-
nẽt omne ius ſibi ſaluum ad ſe defendendum à pe
titis per aduerſam partem, & ſolùm obſtaculum
iuramenti relaxatur, & admittitur. ſi autem pars
potiora iura habebit, nihilominus obtinebit, pe-
rinde enim tantum habetur, ac ſi iuramentum
non interueniſſet. Prout in ſimili dicitur de liber-
to, vt poſſit in ius vocare patronum, & ad talem
4 effectũ veniã petit à Prætore, † & de filio eman-
cipato



cipato, qui cauſa litis agnoſcendę petit ſibi decer-
ni bonorum poſſeſſionem, & ſibi dari licentiam,
vt poſſit proponere querelã inoſſicioſi teſtamen-
ti contra teſtamentum patris, vt de primo caſu ha
betur, & notatur in l. quique. §. prætor ait. de in
ius vocan. & de ſecundo quò ad filium emanci-
patum, eſt tex. vbi not. in l. filium. §. ſi quis. de leg.
præſt. vbi quia in agnitione bonor. poſſ. nõ lædi-
tur hæres ſcriptus, quia in petitione hæreditatis
cognoſcetur, an potuerit cognoſcere, vt d. §. ſi
quis. ideo partis citatio non requiritur, vt latè tra
dit And. Barb. in Rubr. C. qui admitt. num. 87. ſic
5 † in iſta relaxatione, quia pars quò ad eius iura nõ
læditur, quia nihilominus ius ſuum ſaluum rema
net, ideo partis citatio non requiritur, Et licèt I-
6 mol. in c. debitores. de iureiur. dixerit, † quòd ſi
pars citaretur, oſtenderet fortè euidentem calu-
mniam petẽtis talem abſolutionem, & relaxatio-
nem, & quòd id faciat cauſa dilatandi, & fatigan-
di aduerſarium in litigiis, quo caſu audiri nõ de-
beret, iuxta l. ſatis apertè. C. de falſ. nihilominus,
quia habilitatio ad iudicium nõ impedit, quò mi-
nus creditor ſtatim, vel agendo, vel excipiendo
poſſit docere euidẽtem calumniam partis, & ſen-
tentiam obtinere fauorabilem, ſicq; in nullo cre-
ditori præiudicat, ſi id, quod ante talem habilita-
tionem facturus erat, faciat habilitatione prædi-
cta iam impetrata, meritò citari non debet. Quia
ergo, & ſi talia allegaret, aduerſarius non audire-
7 tur, citatio nõ requiritur, fruſtrà † enim ille euen-
tus expectatur, qui nihil operari poteſt. l. aliquan-
do. in fi. ad Vellcian. cum hac opinione, quòd in
8 huiuſmodi actu † partis citatio non requiratur.
pertranſit principaliter Cald. primus ferè author
huius opinionis in conſ. 7. ſub tit. de iureiur. Io.
And. in addit. ad Spec. in rub. de iureiur. ver. vbi
autem iuraſſet. Old. conſ. 120. Anch. conſ. 18. num.
6. col. pen. Nicel. de concor. gl. fal. 21. num. 257. vbi
dicit, quòd licèt fieri non deberet, tamen facta va-
let, & tenet. idem quòd nõ requiratur citatio par-
tis, tenet Afflict. in deciſ. 220. n. 10. vbi aſſerit iſtam
* eſſe magis communem * opinionem. Alciat. in c.
cùm contingat. nu. 125. de iureiur. Gomes. in tract.
breuium, num. 46. Apoſtill. ad Alex. cum concor.
in ipſa Apoſtill. citatis ad conſ. Alex. 222. litera B.
lib. 2. Et hanc opinionem, quicquid ſit de ſtricta
9 diſputatione iuris, ſtylus † vſus, & practica curia-
rum approbauit, vt dicit Lau. de Rodul. in tract.
de vſur. quæſt. 125. num. 9. vbi ita aſſerit obſerua-
ri de generali conſuetudine, quod itidem tradi-
dit Nicell. vbi ſuprà, nume. 259. & latiſſimè Natt.
in conſ. 167. nu. 5. & ſeq. libr. 1. vbi dicit, hanc opi-
nionem eſſe magis communem, & ab vſu eſſe ap-
probatam, & in practica obſeruari, & Crott. in
conſ. 106. num. 8. Et quòd ſit magis communis o-
pinio, & quòd de ſtilo ita obſeruatur, tradit Por.
Imol. in lib. 1. comm. concl. reg. 43. in ampl. 14. &
Roll. à Vall. in conſ. 13. num. 38. & in conſil. 42. nu.
28. lib. 1. Et ita quoque profectò ego practicari vi-
di Maceratæ, Firmi, hîc Peruſiæ, & in quàmpluri-
bus aliis locis ſtatus eccleſiæ, quibus præfui annis
proximè elapſis.

Præterea in caſu præmiſſo non videbatur ne-
ceſſaria partis citatio, ſemota etiam practica, &
approbato vſu prædicto, propter enormè læſio-
nem dicti Petri Pauli, vt inferiùs demonſtrabi-
tur, per tradita à Cęph. poſt alios in conſ. 62. num.
40. & ſeq. lib. 1.

Ex iſtis apparet, abſolutionem & habilitatio-
nem, ſeu relaxationem à iuramẽto petitam, per d.
Petrum Paulum ſubſiſtere etiam non citata parte
10 ſaltem ex conſuetudine, vt ſuprà, † Quę tamẽ ab-
ſolutio à iuramento eſt omnino neceſſaria, Nam
licèt minor ſit enormiter læſus, tamẽ non poteſt
venire contra contractũ iuratum, niſi priùs petat
abſolutionem, ſeu relaxationem à tali iuramẽto,
ſaltem ad effectũ agendi, vt latè per 12. fundamen-
ta tenuit Natt. in conſ. 144. lib. 1. quicquid alij vo-
luerint in contrarium, ibidem ab eo allegati.

Quod attinet ad ſecundam quæſtionẽ an ipſe
Petrus Paulus legitimus, & naturalis ex legitimo
matrimonio procreatus, natus tamẽ ex dicto Cę-
ſare eius patre ſpurio, & nõ legitimato poſſit ſuc-
11 cedere, Dubium faciebat, quia ſtante † pręſuppo-
ſito aduerſariorum, quòd Cæſar ille fuerit vulgò
quæſitus, vtique propter incertitudinem patris,
non potuiſſet ſuccedere. Cæphal. conſ. 48. nu. 22.
lib. 1. Cor. in conſ. 1. in 6. dubio, lib. 3. & Iaſ. in conſ.
234. circa fin. lib. 2.

Verùm pro clara iſtius quæſtionis veritate, eſt
12 aduertendum, quòd † ſpuriorum aliqui nati ſunt
ex coitu dãnabili, & punibili, aliqui verò ex coitu
non damnabili nec punibili. Nati ex coitu da-
mnabili & punibili, ſunt, qui naſcũtur ex inceſtu,
adulterio, ſtupro, & ſimilibus. Nati autem ex coi-
tu non damnabili, nec punibili, ſunt, qui naſcun-
tur ex concubina non legitima, quia non fuerit
ſola concubina ipſa, ſed pater plures alias habuit
concubinas, vel ad vnam non habuit congruam
affectionem, quo caſu talis filius non naturalis
propriè, ſed ſpurius dicitur.

13 Primo caſu † filij, ſeu ſpurij, nati ex coitu dam-
nabili, & punibili, ſuccedere minimè poſſunt, nec
eis aliquid relinqui in teſtamento patris (non in-
grediendo pro nunc alimentorũ quæſtionẽ, quia
non eſt caſus noſter) ita eſt text. in aut. ex comple-
xu. C. de inceſt. nupt. & in §. ſi. aut. quib. mod. nat.
14 eff. ſui. vbi gl. in verb. participium dicit, quòd † o-
mnes filij nati inter eas perſonas, inter quas ma-
trimonium prohibetur. quæ enumerantur in §.
ſunt & aliæ. inſt. de nupt. ſpurij dicuntur, & ab o-
mni ſucceſſione repelluntur. Et hoc ſequutus eſt
Dy. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 14. vbi dicit, ꝗ
15 † tales de iure Canonico appellantur manſeres,
nothi, & ſpurij, ſequutus eſt etiam Mattheſ. in eo.
tract. in 2. memb. prim. arti. in princ. & Nicol. de
Vbal. in eod. tract. in 1. par. nu. 44. & ſeq. vbi dicit,
16 quòd † tales ſpurij ſunt abominabiles, & exoſi o-
mni iure, & infames infamia facti, & quòd repel-
luntur ab honoribus, & dignitatibus, & quòd nõ
reputãtur legitimi teſtes, & ſunt penitùs inſucceſ
ceſſibiles omnibus aſcendentibus per lineã ma-
ſculinam, & fœmininam. Idem tradit & ſequitur
Anton. de Roſel. in eod. trac. verſ. qualiter autem.
num. 21. & cum dicta opinione tranſit ſimpliciter
Bar. in l. fi. de his quib. vt indig. & in l. fin. §. ſi à ſo-
cero. de his quæ in fraud. credit. vbi dicit, quòd
pater, nec etiam poteſt donare filio ſpurio. Affli.
in deciſ. 168. nu. 2. Capra conſ. 118. Rol. à Val. conſ.
87. col. pen. & fin. lib. 3. & conſ. 74. nu. 28. lib. 1. Ne-

uiz.conſ.38.nu.3.Nat.conſ.421.per totum lib.2. &
17 conſ.619.nu.15.lib.3.vbi voluit,quòd † non valeat
ſtatutum,quòd ſpurij poſſint ſuccedere. Et quòd
18 dicti † ſpurij ſuccedere non poſſint, nec ex teſta-
mento,nec ab inteſtato in bonis paternis, cõmu-
* nem dixit eſſe * opinionem Cæph.in conſ.48.nu.
25.lib.1.& Alciat.in conſ.52.in fi.lib.5.Et nõ credo
hanc opinionem habere contradictorem, quò ad
19 bona paterna,vt reperire potui. Quod † quidem
inductum fuit ad refrenan.peccantium concupi-
ſcentiam, & vt ſuppliciũ ſit patri videre,quòd ta-
les filij quicquã habere non poſſunt, etiã ex diſpo
ſitione ſua,vt not.in d.§.fi. aut.quib.mod.nat. eff.
ſui.& in §.fin.aut.quib.mod.nat.eff.legit.

Secũdo verò caſu,quando tales ſpurij nati ſunt
ex coitu non punibili,vt quia à nulla lege pro di-
cto coitu pœna imponitur, tũc ex mẽte Mattheſ.
& aliorũ ſuprà dictorum talis diſtinctio adhibe-
20 tur. † Quia aut pater eſt penitùs incertus, vt,quia
mater erat publica meretrix,& omnibus ſe proſti
tuebar,& propterea filij ex dicta muliere nati,cer
tum patrem oſtendere non poſſunt.l.vulgò cõce-
pti.de ſtat.hom.§.ſi aduerſus.inſt.de nupt. §.vulg.
inſtit.de ſucceſ.cogna. ( licèt permulti fatui repe-
riantur, qui credant tales filios ex dicta muliere
procreatos,& genitos, cum qua & ipſi rẽ habue-
runt, ſuos, prout eos fatuos appellat Mattheſ. in
loco ſuperiùs citato,n.3.verſ.ſecundo caſu) & iſti
ſuccedere minimè poſſunt,nec ex teſtamento , vt
voluit Bal. & ante eũ Cy.in l.quiſquis. C.ad l.Iul.
maieſt.nec ab inteſtato , vt apertè tradit Mattheſ.
in d.verſ.ſecundo caſu, & omnes ſuprà dicti DD.
21 in ſuprà citatis locis. † Et eſt ratio,quia,quemad-
modum pater per fatuitatẽ errat,recipiendo tales
ſpurios pro filiis, ita etiam errat eos inſtituẽdo in
eorum vltima voluntate , vnde cauſa iſta falſa re-
ſpiciens conſanguinitatem, & affinitatẽ vitiat o-
mnino diſpoſitionem teſtatoris , quia ſi aliàs hoc
certè ſciuiſſet,pater ei non reliquiſſet, ad not.in l.
fi.de hæred.inſtit.& tradit Bart.in l.demonſtratio
falſa.§.quod autẽ.in 4.quæſt.de cond.& demõſtr.
& ita etiam voluit,& hãc opinionem ſequutus eſt
(præter ſuperiùs allegatos) Gabr. Paleot. nunc Il-
luſtriſs.iure meritò Card.in ſolẽni ſuo,in hac ma-
teria tract.de nothis,& ſpuriis.c.40.& voluit etiã
Oldr.conſ.196.& Bald.cõſ.129.lib.2. (aut pater eſt
certus ) licèt id quàm difficillimè perſpici poſſit,
vt placuit ſuprà dicto Palæot.in d.trac.de ſpuriis,
22 cap.21.vbi dicit,neminẽ † de ſua vxore poſſe ſibi
tantùm polliceri,quòd eam nullos alios viros ex-
23 pertam fuiſſe audeat aſſeuerare.Et tũc, † ſi eſt cer-
tus pater,diſtinguendum eſt ex mente Mattheſ. i-
bid.& aliorũ,quòd aut tales filij nati ſunt ex libe-
ro,& libera , & iſti poſſunt patri naturali tantùm
ab inteſtato in duabus vnciis ſolùm ſuccedere, &
ſic in ſexta parte totius hęreditatis,dũmodo tamẽ
mater iſtius filij tanquam concubina, & indubi-
tato affectu retenta fuerit,& habitauerit ſimul in
eadem domo cum ſuo patre dicti ſcilicet filii, &
amaſio dictę mulieris, & tempore mortis dicti pa
tris, non ſuperſit ſibi aliquis de ſuis liberis legiti-
mis,& naturalibus,quod accipiendũ eſt pro filiis,
nepotibus, pronepotibus, & deinceps, iuxta l.li-
berorum. de verb.ſigni.cum ſimil. & inſuper dũ-
modo tempore dicti patris non ſuperſit ſibi legi-
tima vxor.iux.text.in §. ſi quis autẽ defunctus, &
§.hoc ipſo,in Aut.quib.mod.nat.eff.ſui.& in aut.
licet.C.de nat.lib. & cum iſta opinione pertranſit
etiam Caccial.in l.ſi qua illuſtris.nu.40.& ſeq. C.
24 ad orficia.Aut † ſecundo loco nati ſunt ex libero,
& ancilla retenta pro cõcubina in eadem domo,
& indubitato affectu,& iſti filij,ſi nõ fuerunt ma-
numiſſi tempore mortis patris,remanent ſerui,&
ſuccedere non poſſunt. l.partum. C. de rei vend.
25 & inſt.de ſerui. cognat. in princ. Aut † ſunt ma-
numiſſi, & patri poſſunt ſuccedere in ſolidũ cum
aliis filiis legitimis,& naturalibus patris, vt ibid.
in inſt.licèt in hoc ſecùs ſit,quando talis naturalis
26 filius naſcitur ex libero, & libera, vt ſuprà. † Aut
& tertiò nati ſunt ex ſeruo,& libera,& tunc idem
dicendum eſt,quod in proximo caſu dictum fuit,
27 quò ad manumiſſionem. Aut † & vltimò,ex ſer-
uo,& ſerua naſcuntur, & tunc ſi ambo manumit-
tantur,tales filij ſuccedere poterunt,aliàs ſerui,&
ipſi remanebunt, vt ibid.habetur.in inſtit. & tra-
dit Mattheſ. Nicol. de Vbal. Ant. de Roſell. Cac-
cial.& omnes alij ſuprà nominati, in ſuprà citatis
locis,& tradit etiam Afflict.in deciſ.96.n.2.& ſeq.
Ang.in d.§.fi.in aut.quib.mod.nat.eff.ſui.& Dec.
in conſ.155.& Alex. in conſ.150.n.6.lib.2. Et Dec.
conſ.85.nu.9.& conſ.432.nu.15.& latiſſimè decla-
rat Nat.in ſuprà allegato conſ.421.nu.3.& ſeq.lib.
28 2.vbi etiam in princ. declarat, † ad quem ſpectet
probatio,quòd filius ſit ſpurius, ſeu legitimus, &
dicit,quòd pertinet ad filium, tanquam ſuæ inten
tionis fundamentum,vt per ipſum,qui in hoc re-
prehendit Crauett. in conſ.166. contrarium affir-
mantem, quod etiam contra opinionem Crauet.
voluit,& affirmauit Rol.à Vall. in conſ.32. nu.14.
& ſeq.lib.3.quæ opinio cõtra Crauett.mihi etiam
applaudit.

Ex prædictis igitur elicitur concluſio ad pro-
29 poſitum quæſtio.prædictæ, †quòd natus ex coitu
non punibili,vt ex duobus ſolutis, ſiue ex vxora-
to,& ſoluta,vili tamẽ muliere, & ꝙ non ſit vulgò
quæſitus,& alia ſoboles nõ remaneat, erit habilis
ad ſuccedendum ex teſtamẽto patris, prout etiam
voluit Capr. in conſ.1. per totum , & maximè nu.
26.& ita etiam voluit poſt Soc.Dec. Crauet.& a-
lios,Cæph.d.conſ.48.nu.25.lib.1.& Dyn.ad quem
ſemper recurritur in pręſenti materia,in rub.ff.de
concub.vt refert Caccialup. in d.l.ſi qua illuſtris,
nu.1.vbi etiam ponit cauſam , & quando cõcubi-
30 na †poſſit tollerari tam de iure ciuili,quàm cano-
nico.ſub nu.50.& concludit,non eſſe approbatũ,
nec improbatum,contra Hoſtien.vt ibi, vſum, &
acceſſum ad concubinas iure ciuili inſpecto, & i-
31 bid.Caccial. latè declarat, qualis coitus † de iure
ſit punibilis,& qualis damnatus, de quo etiã vid.
Aret.in §.nouiſſimè. inſti.de ſenat.conſ.orphicia.
vbi etiam qualiter iſti ſuccedant.& Boſſ. in tit. de
coit.damnat.& punibil.ac etiam Paul.Griland.in
d.tract. omnifar. coit. Et de materia iſta, quando
poſſit aliquid relinqui ſpuriis,& quomodo tradit
nouiſſimè Ant. Cab.in lib. com.concl. tit. de ali-
ment.concluſ.1.lib.6.vbi eſt videndus, quia limi-
tationes, & ampliationes accommodat.

Iſtis ſic præhabitis , deueniendo ad punctum
præſentis caſus , an dictus Petrus Paulus tãquam
ex dicto Cæſare ſpurio natus , potuerit ſuccedere
ſuprà



ſuprà dicto Ioann. Baptiſtæ ſuo auo, & patri dicti
Cæſaris,& ab eo potuerit inſtitui hęres in ſuo te-
ſtamento.illud in primis præmittendo,quòd nul-
libi in proceſſu probatum fuit dictum Cæſarem,
patrem dicti Petri Pauli fuiſſe vulgò natum, & ex
32 coitu punibili procreatum , † quod nec etiã præ-
ſumi debet,cùm in benigniorem partẽ ſit facien-
da interpretatio.l.benigniùs.de legib.c.in pœnis.
de reg.iur.lib.6.& l.ſi pręſes. & l.interpretatione,
de pœn.ideo eum ſimplicem tãtùm ſpurium acci-
piemus , dicebam etenim pro huius dubij reſolu-
33 tione,quòd †auus poteſt inſtituere nepotẽ legiti-
mum,& naturalẽ,licèt is natus fuerit ex filio ſpu-
rio,deficiente legitima prole ipſius aui, & ceſſan-
te timore, ne pater ſpurius aliquid cõmodi ex di-
cta inſtitutione conſequi poſſet , prout euenit in
præſenti propoſita ſpecie facti,quia dictus Io. Ba-
ptiſta inſtituit filios dicti Cęſaris naſcituros ex le-
gitimo matrimonio, qui filij, & ſic dictus Petrus
Paulus natus fuit mortuo iã dicto eius patre , vn-
de omnis timor cõmodi eiuſdem ceſſabat. Quòd
autem talis nepos legitimus , & naturalis ex ſpu-
rio natus poſſit ab auo hęres inſtitui,(licèt nõ de-
fuerint , qui negatiuam partem amplexi fuerunt,
moti , quia macula patris tamq; ex vitioſa, & in-
34 fecta radice nati , filium etiam afficit , † eſt cauſa,
ꝙ ex infecta radice non poſſit,niſi vitioſum quòd
generari, & propterea eadem macula patrẽ æquè,
ac filium infectat, vitiat,& corrũpit, vt dicit Dec.
in conſ.85. in fin.& no.in l.fin.in fi. C.de nat.lib.)
35 Nihilominus † verior,communior, & magis ap-
probata eſt opinio,quòd tales nepotes poſſunt ab
auo hæredes inſtitui, quia filij ob delictum patris
ab illis tantùm commodis repelluntur, quæ ex
perſona patris ad eos peruenire poſſunt, non quæ
ab auo,aut ab agnato proueniunt, cùm in nepote
non ſit legitima conſequentia , ſi leges paternum
tantùm vitium in filio cohibere voluerint, prout
verè cohibere voluerunt, vt eſt tex.in l.fi. in verſ.
huiuſmodi autem.C.de nat.lib. Per quem text.&
alias ſimiles rationes,ita hanc quæſtionem termi-
nauit Bart.in l.Gallus. §.quid ſi is. in fi.de liber.&
poſthu.in propriis etiam terminis noſtris, quãdo
36 † nepos eſt inſtitutus,qui non ſit natus , aut ſit in
infantili ætate,& Port. Imol. in lib.1. concluſ.26.
in verſ.aut dubitatur,vbi loquitur, quando mor-
tuus eſt pater , vt in præſenti caſu, & dicit cõmu-
* nem * prout aduertit doctiſſimus Aduocatus D.
Raynaldus Rodulfius Peruſinus , quam opinionẽ
ſequutus eſt etiam indiſtinctè Alexan.ibid.in d.§.
quid ſi is,nu.7.dicens,hanc eſſe magis cõmunem
opinionem,prout etiam magis communem dixit
Palæot.in d.tract.de ſpur.c.53.nu.3.& Cor. in cõſ.
1.in 6.dubio, verſ. ſed tueri poteſt, lib.3. vbi dicit
in deciſiuis ab hac opinione non eſſe recedendũ,
quia eſt communis , & in conſil.21. lib.1.vbi ad o-
mnia obiecta in contrarium reſpondebat . idem
tenet Dec.in conſil.462. num.17. vbi dicit , hanc
eſſe communem opinionem. Alex. in conſil. 74.
col.2.lib.3.& ibi Apoſtill.dixit hanc eſſe commu-
nem opinionem,& eam ſemper eſſe ſequutũ Bal.
in conſulendo , hanc etiam opinionem ſequitur,
& communem dicit Iaſ.in d.§.quid ſi is,nu.24. &
ibi etiam Imol.& Aret.Bar. quoque hanc opinio-
nem ſequutus eſt in cõſ.ſuo 118. incipit Oducicus
Corneti de Gualdo.Boer.in deciſ.127.n.16.Guald.
in tract.de art.teſt.in tit.de his , qui non hab. teſt.
fact.caut.14. num.12. Iaſon. dicens, hanc opinio-
nem eſſe communem , non obſtante prole legiti-
ma,in l.hæreditas,numer.8. C.de his, quib. vt in-
dign.& latiſſimè hanc opinionem comprobat Pe
trus Duen.in reg.346.in 2.limitat. Cùm itaque ex
dicto Ioan.Baptiſta auo dicti Petri Pauli nullus a-
lius remanſerit,niſi dictus Cæſar ſpurius, & poſt-
ea dictus Petrus Paulus nepos legitimus,& natu-
ralis ex dicto Cæſare,qui natus fuit poſt mortem
patris,vt ſuprà , & conſequenter ſublato iſto Pe-
tro Paulo,proles legitima dicti Ioan.Baptiſtæ de-
fecisſet , meritò potuit ipſe Petrus Paulus à dicto
37 eius auo hæres inſtitui. †Bene verum eſt , quòd
dictus Petrus Paulus ab inteſtato nihil ex bonis
dicti aui capere potuiſſet , cùm ei ſuccedere non
potuiſſet,niſi eo modo,quo pater ipſius,& ſic Cę-
ſar prædictus dicto Ioann.Baptiſtæ auo ſucceſſit,
& eſt tex.clarus in d.l.fin.in fi. C.de nat.lib.& vo-
luit Mattheſ. in d.tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 2.
memb.primi.art.num.4.& Dec.in conſil.85. in fi.
& Caſt. & Soc. in d. §.quid ſi is , & Palæot. in d.
tract.c.53.in fin.

Tertia dubitatio erat, an prædictus Petrus Pau
lus potuerit venire contra tranſactionem iuratã.
38 Anſam dubitandi præbebat, † quia tranſactio , &
illius contractus cauſa litium finiendarum intro-
ducta fuit. glo. in l.1. in prin. de iureiu.& tex.in l.
fratris.C.de tranſact.& tradit Ant.Petruc.in d.l.1.
verſ.quintũ remedium,n.411.de iureiur. propter-
39 ca † inita tranſactione, non poteſt ampliùs locus
eſſe pœnitentiæ. l. quamuis. C.de tranſact. & ibi
40 Alex.vbi dicit, † quòd licèt contractus trãſactio-
nis ſit innominatus ( quod voluit idem Alex.poſt
Bar.in l.ſiue apud.& Caccialup.in tract.de tranſa.
quæſt.5.in prin.in quibus cõtractibus regulariter
habet locum pœnitẽtia.l.ſi pecuniam. cum mate-
ria.de cond.ob cauſ.) tamen fallit in tranſactione
ratione litium finiendarum , vt tradit Alex.in d.l.
quamuis.in prin.& in d.l.fratris.n.2. Adeo, quòd
41 huius fauore fuerit ſancitum exceptionẽ † tranſ-
actionis eſſe litis finitæ, & litis impedire ingreſ-
ſum.c.1.de lit.conteſt.& l.eleganter.§.ſi quis poſt.
& ibi Bar.de cond.ind.& tradit Aret.in §.ęquè.n.
9.ver.tertiò dicitur &c.inſt.de excep. Et inſuper
42 † rei iudicatæ æquiparari,quò ad ipſas lites finiẽ-
das.l.non minorem.C.de tranſact.& tradit Pet.in
d.l.1.nu.416.ideoq; omnia iura , & omnes proba-
tiones tam teſtium , quàm inſtrumentorum facta
tranſactione annullantur.c.1. de tranſa.quem tex.
ad hoc propoſitũ multùm extollit Bal.in rub. ext.
eod.tit. Et huc ſpectat , quod dicit Socin. Iun. in
43 conſ.32. num.12.lib.3. quòd † ſtatutum prohibens
tranſactionẽ non valeret,quemadmodum nec pa-
ctum de non tranſigendo,propter vtilitatem pu-
blicam,vt ipſe ait,vt ſcilicet lites dirimantur.

Et eò magis dubitatio confirmabatur, quia li-
cèt contractus emptionis , & venditionis , & per
multi alij ſimiles ratione enormis læſionis re-
ſcindantur, iuxta materiã l.2. C. de reſcind. vend.
44 tamen † iſte tranſactionis contractus ( etiam ob
enormem læſionem ) retractari non ſolet, eadem
qua ſuprà ratione, litiũ ſcilicet finiendarũ , prout
huius opinionis fuit Alex.in conſ.42.nu.11. libr.1.

Dec.in conſ.216.col.1.& 2.num.4.Pariſ.conſi.96.
colum.7.lib.1.Ruyn.conſil.131.col.1.in fin.lib.1.&
Por.Imol.poſt alios,quos allegat in lib.1.concluſ.
36.verſ.octauò fallit.& Rol.à.Vall.conſ.59. num.
19.& ſeq.lib.1. & in cõſ.7.nu.52. lib.3. & Caccial.
in d.tract.de tranſact.quæſt.12. in quibus locis o-
45 mnes ſuprà dicti dicunt † remedium.l.2. C.de re-
ſcind.vend.ſuperiùs allegatæ ( quo vltra dimidiũ
decepto ſubuenitur ) non habere locum in tranſ-
actione,facta cauſa litium finiendarum, prout &
huius opinionis fuit ante prædictos, Bart. in l.ſi
quis cùm aliter. verſ.quæro , quid in contractu
tranſactionis.de verb.oblig. qui omnes mouẽtur
per tex.optimũ,meo iudicio,in l.Lucius.§.fin. ad
46 Trebel. † vbi hæres inſtitutus fuit grauatus , vt
totam hæreditatem Titio reſtitueret,is minimam
quantitatem fideicommiſſario reſtituit , affirmãs
ampliùs in hæreditate non fuiſſe , poſtea probatũ
fuit quadruplo plus fuiſſe in hæreditate , quære-
batur,an hæres ad reſiduum fideicommiſſario te-
neretur:reſpondit Iuriſconſ.hæredem ad reliquũ
hæreditatis fideicommiſſario teneri, dummodo
inter eos non fuerit tranſactum, ex qua deciſione
manifeſtiſſimè apparet, enormem læſionẽ tranſ-
47 actionem non infringere. Quod † in præmiſſo
caſu tantò magis dicendum videbatur,cùm trãſ-
actio prædicta fuerit iureiur. vallata, vnde firmi-
48 ter debet obſeruari. † immo contraueniens effi-
citur infamis. l.ſi quis maior : cum materia. C.de
tranſact.& tradit Caſt.in conſ.67.col.2.Alex. cõſ.
76.col.pe.lib.5. & tradit Ferrat. in caut.ſuis.caut.
20.& meminit Port.Imol.in concluſ.10. in princ.
lib.2.& ſequutus eſt Caccialup.in d.tract.de tranſ
act.quæſt. 12.num.12. & eſt text.in aut.ſacramen-
49 ta puberum. C. ſi aduerſ. vend. Præterea † inter-
uenit autoritas curatoris dicti Petri Pauli , vt ſu-
prà dictum fuit,vnde magis ipſe ad dictam tranſ-
actionem obſeruandam aſtringitur , prout pla-
cuit Soc.Iun. in conſ.302. nu.16. lib.3. vbi in pro-
priis terminis tranſactionis loquitur, & quòd nõ
ſolùm non poſſumus venire contra tranſactionẽ
iuratam,etiam ratione enormis læſionis , adhibi-
50 to præſertim curatore, ſed etiam dicit, † d.aut.
ſacramenta puberum,habere etiam locum in con
* tractu inualido, aſſerens * communiter ita tene-
ri,ita dicit ibi Soc.Iun.poſt Bal.Bart. Sal.Iac. de S.
Geor.& alios ibi per eũ allegatos. Quocirca cùm
omnia prædicta, authoritas ſcilicet curatoris , &
iuramentum interuenerint in dicto tranſactionis
inſtrumento, non videbatur, quòd dictus Petrus
Paulus ſub prætextu alicuius læſionis poſſet con-
tra eam venire.

Vlteriùs tamen cogitanti contraria opinio mi
hi verior viſa fuit, quòd ſcilicet d. Petrus Paulus
iuridicè potuerit contrauenire ſuprà dictæ tranſ-
actioni,ex infrà ſcriptis.

51 Primò, † quòd dolus ex parte aduerſariorum
dicti Petri Pauli cauſam dedit tranſactioni præ-
dictæ,vnde contractus ipſe omnino reſcindi de-
bet. l.& eleganter. in princ.& ibi Bart. de dolo. l.
ſub prætextu,la 1.& l.interpoſitas.C.de tranſac.&
l.dolus.C.de reſcind.vendit.Neuiz.conſ.52. num.
50.Nat. conſ.166. num.26. lib. 1. Cæph. conſ. 210.
num.82.lib.2.Alex. conſ.62. num.3. lib.2. & alibi
52 ſæpe Doctores. Qui † quidem dolus, licèt in du-
bio non præſumatur.l.fi.de rit.nup.l.igitur. §.ge-
neraliter. de liberal. cauſ. & not.in l.meritò. Pro
53 ſocio, † tamen coniecturis , & præſumptionibus
probari ſolet.l.dolum.C.de dol.l.ſi ventri. §.fina.
cum ibi not.de priuil.cred.& tradit Alex.in conſ.
152.nu.18.lib.5. & in conſ.143. num.7.lib.6.Dec.in
conſ.163.nu.10.Rolan.à Val.in conſ.11.num.3.Ne-
uiz.conſ.22.num. 46.Crott.conſ.92.nu.12. alibiq;
paſſim.Manifeſtiſſimam autem,& perſpicuã con-
iecturam ego eliciebam ex parte aduerſariorum
prædictorum , qua dolus omnino in ipſis argue-
batur, dum tranſactionem prædictam cum d. Pe-
tro Paulo contraxerunt, quia induxerunt dictum
Petrum Paulum ad dimittendum, & relaxandum
eis indebitè dimidiam portionem auitorum bo-
54 norum. cùm † Petrus Paulus tunc temporis ad-
huc impubes & pupillus eſſet , & propter ætatis
imbecillitatem non poterat habere iudicium ſa-
num , nec intelligere, quid ſibi magis expedie-
bat,vt not. in l.vni. C. de falſ. monet. & in l.1. de
minor.Quæ quidem pars dictorum bonorum ad
eos, nec etiam minima quidem ſpectare poterat,
cùm ipſe Petrus Paulus ſcriptus eſſet hæres in te-
ſtamẽto ſuprà dicti ſui Aui, vt ſuprà dictum fuit,
& ipſe rectè , & iuridicè potuit hæres inſtitui in
dicto teſtamẽto,præcipuè,cùm pater eius , quem
ſpurium eſſe dicebant , iam mortuus fuiſſet , &
conſequenter ceſſabat timor , ne is , quem leges
odio proſequuntur,aliquid commodi ex ea inſti-
tutione cõſequi poſſet , vt latè ſuprà dictum fuit.
Vnde ex prædictis magnus dolus, & is quidẽ ma-
nifeſtus prædictorũ detegitur, cùm ex dicta tranſ
actione dictus Petrus Paulus enormiter læſus fue
55 rit,ex qua quidem † enormiſſima lęſione dolus i-
pſe arguitur, ne dum re ipſa, ſed ex propoſito.l.ſi
ſuperſtite.in fi.C.de dol.Bart. in l.ſi ſocietatem. §.
arbitrorum.col.7.verſ.ſed poteſt probari. pro ſo-
cio.l.ſi quis cùm aliter.de verb.oblig.Corn.conſ.
140.nu.5.lib.3.Ruyn.conſ.135.nu.13.lib.1. & conſil.
170.nu.19.eod.lib.1.& conſ.60.num.19.lib.3.Soc.
Iun.conſ.48.nu.43.lib.1.Abb.conſ.81.n 49.Cæph.
conſ.137.nu.60.& ſeq.lib.1.& conſ.210.nu.81. lib.
2.& conſ.207.num.75.eod.lib.2. Dec. in conſ 180.
* num.7.vbi dicit,hanc eſſe communem * opinio-
nem,& ab ea in iudicando, & conſulendo non eſ
ſe recedendum.Crot.in conſ.120.num.23. Crauet.
conſ.7.nu.5.& latiſſimè conſ.142.nu.21.Immo,da-
to,quòd ex dicta læſione dolus ſolùm re ipſa cau-
56 ſaretur,† tamen dolus re ipſa, & dolus ex propo-
ſito,ſtante læſione,æquiparantur.Crauet. d.conſ.
142.nu.12.& ſeq.& conſ.192.n.1.& ſeq.Rol.à Vall.
conſ.7.nu.45.Neuiz.conſ.87.n.34.vbi ait,id pro-
57 cedere,† quãdo ſubeſt deceptio,& læſio vltra di-
midium , quod optimè interuenit in hoc caſu, vt
infrà demonſtrabitur,& in conſ.22.num.27.Natt.
conſ.166.num.2.lib.1.Crot.conſ.5.num.33.& con-
* ſil. 120. nume.22. quod * communiter obſeruari
tradit Dec.in d.conſil.180. num.49. Stante igitur
dolo prædicto (quo dicti aduerſarij,qui nihil ha-
bere debebant, dimidiam bonorum , quæ ad di-
ctum Petrum Paulũ ſpectabat habuerunt ) tranſ-
58 actio ipſa omnino erat reſcindenda , † cùm con-
tractus caſum doloſum non includat , vt ſuprà,
quemadmodum nec etiam ſtatutum caſum do-
loſum includit. Anchar. in cap. Canonum ſta-
tuta.



tuta.col.66.de conſtit.Dec.conſ.11.nu.6. & conſ.
39.num.6.Soc.Iun.conſ.48.num.49. lib.1. Ferrat.
caut.8.

Præterea ex capite enormiſſimæ læſionis di-
ctam tranſactionem omnino reſcindendam eſſe
mihi videbatur , non obſtante iuramento in ea
interpoſito,& nõ obſtãtibus etiam quibuſcunq;
clauſulis generalibus in dicto contractu inſertis.
59 Quæ quidem † læſio ex parte dicti minoris,& ſic
dicti Petri Pauli omnino probãda erat, prout fuit
probatum,vt infrà ſubiiciã , vt voluit Guid. Pap.
deciſ.142.& Bald.Cy.& Saly.in aut.ſi omnes. C. ſi
ab hæred.ſe abſtin.& Alex.in conſ.222. nu.11. lib.
2.vbi loquitur in materia teſtamentaria, prout in
caſu præſenti , & dicit , quòd oportet examinari
teſtes contra teſtamentum , & illud quærere im-
pugnare , & aliquas ſcripturas contra illud exhi-
bere, ex quo dubietas ſuper eo , de quo agitur o-
riatur,& eo modo dicit, probandam eſſe læſionẽ
60 in contractu tranſactionis. † quia aliàs niſi læſio
interueniſſet,tranſactio nõ reſcinderetur: vt not.
in d.§.fin.l.Lucius.ad Trebell.quæ autem læſio, ſi
nimis exceſſiua præſertim interuenerit,vtiq; trãſ-
actio vitiatur.l.creditor.§.Lucius.Mand.& l.ſi pa
ter.quæ in fraud.credit. Quòd autem dictus Pe-
trus Paulus in dicta tranſactione læſus fuerit,non
ſolùm enormiter , ſed enormiſſimè ex lectura di-
cti teſtamenti,in quo ipſe ſcriptus eſt hæres, tan-
quam filius dicti Cæſaris,& nepos teſtatoris,ma-
61 nifeſtiſſimè colligitur, † quod quidem teſtamen-
tum dicitur probata probatio , & ex eo notoriè
conſtat,vt dicit Dec.in conſ.423.nu.10.& in con-
ſil.682.circa prin.& facit l.fi.C.de edict.diu. Adr.
toll. neque enim ex eo teſtamẽto dicti aduerſarij
aliquam moleſtiam inferre poterant dicto Petro
Paulo , nec etiam ex iuris diſpoſitione, cùm ipſe
optimè ex ipſo teſtamento capere potuerit, vt di-
ctum eſt ſuprà ,dictis autẽ aduerſariis nullum ius
ad dicta conſequenda quæſitum erat, ſtante dicto
teſtamento, in quo hæres vniuerſalis erat inſtitu-
tus dictus Petrus Paulus.

Stante itaque dicta enormiſſima, & omnimo-
da læſione dicti Petri Pauli ex calliditate, dolo &
fraude aduerſariorum, iure meritò potuit contra
dictam tranſactionem venire , non obſtantibus
dicto iuramento, & renunciationibus per eum fa
ctis , dum in puerili ætate erat conſtitutus d.Pe-
trus Paulus , quia, & ſi Doctores vario modo lo-
quantur in hoc articulo , an propter enormẽ læ-
ſionem tranſactio reſcindatur, tamen magis com
* muniter * pertranſeunt cum diſtinctione Corn.
in conſil.166. col.pen. verſ.& inſuper dolo.libr.1.
62 † quòd aut quis eſt læſus vltra dimidiam iuſtæ æ-
ſtimationis in modico exceſſu,& tali caſu proce-
dat opinio negatiua , quam ſequuti ſunt inter a-
lios illi,quos ſuprà nominauimus pro hac parte,
& ita illorũ opinio eſt intelligenda,aut læſio con
tigit vltra dimidiã iuſtæ æſtimationis in magno
exceſſu, & tunc ex tali enormiſſima lęſione dolus
arguitur, & conſequenter tranſactio reſcindi de-
bet,vt ſuprà diximus. Et hæc opinio mihi quo-
que ſemper magis placuit,vti verior, & magis æ-
qua,quę fundatur in d.l.ſi ſuperſtite.C.de dol.vbi
expreſsè dicitur , quòd propter immodicam læ-
ſionem tranſactio retractatur. facit etiam tex.in
63 c.1.& in c.cùm contingat.de iureiur.† vbi contra-
ctus (& ſi iuratus fuerit) tamen prætextu enormiſ
64 ſimæ læſionis reſcinditur.Item facit † quòd in ſi-
mili dicitur de filia, quę renunciauit bonis pater-
nis etiam cum iuramento,nam propter enormiſ-
ſimam læſionem vtique dictæ renunciationi po-
terit contrauenire,vt voluit Dec.in c. cauſam ma
trimonij,nu.5.in fi.de off.deleg.& Cæphal.in cõſ.
137.num.71.libr.1.& latiſſimè materiam declarans
Port.Imol.in lib.4.concluſ.32.

Et hinc permulti ſectati ſunt opinionẽ Bart. in
l.ſi quis cùm aliter, in verſ. quid ſi in contractu
tranſactionis,de verb.oblig. & in l.2.verſ. quæro
65 vtrum hæc lex.C.de reſcind.vend.vbi voluit † re-
medium d.l.2.etiam locũ habere in cõtractu trãſ-
actionis, præcipuè, quando læſio vltra dimidiam
iuſtæ æſtimationis eſſet in magna quãtitate, iuxta
diſtinctionem Corn. vt ſuprà, prout dictam opi-
nionẽ Bart.ſequutus eſt Iaſ. in d.l.ſi quis cùm ali-
ter.poſt alios, quos allegat,& Soc.in conſ.85.col.
2.lib.1. & Cagnol. poſt alios latiſſimè in d.l.2.nu.
80.vbi dicit hãc opinionem ( ſtante enormiſſima
* læſione) eſſe æquiorem, veriorem, & magis * com
munem,& ab ea in iudicando , & conſulendo nõ
eſſe recedendũ, quod etiam ante eum voluit Soc.
Iun.in conſ.98.n.17.lib.2.& Dec.in conſ.479. nu.
11.& in conſ. 215.col.2. & in conſ.203. & in conſ.
60.col.fi.& Port.Imol.in lib.1.concluſ.36. vbi ma
teriam d.l. pertractat in 8.limit. verſ.ſublimita in
minore.Et Afflict.in deciſ.322.nu.11. & ſeq. Apo-
ſtil. cum Alex.in conſ.42.in litera E.lib.1.

Ex quibus elicitur cõcluſio, quòd ſtante enor-
miſſima læſione tranſactio reſcindi poteſt,præci-
puè cum minore inita propter dolũ præſumptũ,
qui dolo ex propoſito , & re ipſa æquiparatur , vt
ſuprà eſt dictum,& ita eſt tenendum conſulendũ,
& iudicandum.

66 Iuramentum † autem, & dictæ generales clau-
ſulæ , quibus eſt tranſactum , & in dicto inſtru-
mento inſertæ nihil faciunt , quia illis non ob-
ſtantibus dicta tranſactio , tanquam dolo inita
cum minore ſimplici , & imbecilli , nihil valet,
prout dicit eleganter poſt alios ſuprà allegatos,
Rol.à Val.in conſ.7. nume.39. cum pluribus ſeq.
lib.3.vbi dicit , quòd non obſtante , quòd minor
iuraſſet omnia in inſtrumento contenta eſſe ve-
ra , & renuntiaſſet generaliter omni legum auxi-
lio, & fauori , tamen ( ſtante enormiſſima læſio-
ne ) contractus reſcinditur. quod etiam voluit
ante eum Corn.in conſ.166.ſuprà allegato , & in
conſ.283.col.3.lib.4.& poſt eum Neuiz.in conſil.
67 21. nu.6. vbi dicunt , tunc † etiam non eſſe opus
obtinere abſolutionem à iuramento,prout etiam
dicit Dec.in conſ.180.col.3.in prin.& Soc.Iun. in
conſ.48. num.29. lib.1. Refert tamen Neuiz. vbi
ſuprà , ex mente aliorum tutiùs eſſe eam impe-
trare, licèt non ſit neceſſarium, prout in præſen-
ti caſu impetrata fuit. Idem tradit , & ſequitur
Nat.in conſ.166.num.3.lib.1, vbi refert Iaſ. dixiſſe
in conſ.133.lib.4. ſe dictam opinionem ſemper eſ
ſe ſequutum , & legendo, & conſulendo tãquam
* magis * communem, & valde æquam, vbi loqui-
tur in terminis etiam , quando non eſt obtenta
abſolutio à iuramento , & hanc partem etiam ſe-
quitur Caccial.in d.tract.de tranſact. in quæſt. 12.

& Rol.à Vall.in conſ.59.num.24.lib.1. & Alex.in
conſ.42.num.4.lib.1. & Rip.in tit.de donat. reſp.
4.num.6. vbi dicit ex mente Bald.in c.1. §.item ſa-
cramenta, de pace iur. firm. quòd boni præſides
faciunt remittere talia iuramenta minorum per
capturam perſonæ, & ſuprà dicta opinio placuit
quoque Iacob. Mandel. in conſ.81. ſuperiùs alle-
gato, num.51. & ſeq. vbi dicit, quòd ſtante enor-
miſſima læſione, non eſt habenda ratio iuramẽti,
68 & quòd dictæ † clauſulæ generales apponuntur
ex ſtylo Notariorum, & non habent locum, vbi
interuenit dolus re ipſa, vt in præſenti caſu, &
69 † qua facilitate minores inducuntur ad cõtrahen
dum, eadem inducuntur ad renuntiandũ, vt (prę-
ter eum) dicit Crauet. in conſ.192. nume.10. & in
conſ.142.nu.23. vbi optimè loquitur, & ſuprà di-
ctam principalem opinionem ſequitur etiã Sta-
fil.in tract.de lit.grat.& iuſt.in tit.ſuper commiſ-
ſionibus, in verſ.& primò eſt ſciendum, nu.13. vbi
70 dicit, † aut. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus
vend.non habere locum ſtãte enormiſſima læſio-
ne, & Turzan.in tract.comm.opi.in op.159.
71 Et propterea † traditum eſt remedium. l.ſi quis
maior.C.de tranſact. nõ habere locum in minore
iurante, propter eius imbecillitatẽ, & facilitatem
ad decipiẽdum, cùm facilè decipi poſſit, vt voluit
Corn.in cõſ.40.col.pen.lib.4. & Iaſ.in d. l.ſi quis
* maior.nu.29.vbi communem * dicit, & poſt eum
Cagnol.ibid.num.16. & numer.32. & Port.Imol.
in lib.2.concluſ.10.in 6.limitat.

Nec aduerſatur authoritas curatoris, ſeu tuto-
ris, & etiam iudicis, quæ interuenerũt in dicto in-
ſtrumento tranſactionis, ex quibus videtur non
poſſe excipi de dolo, & læſione, iux. text.l.1.& ibi
72 Bart.C.de pręd.decur.lib.10. † quia illud nõ pro-
cedit, quando conſtat de euidenti læſione, illud e-
nim habet locum in dubio, ſed quando euidenter
conſtat de læſione, illud non procedit, prout in
caſu præſenti manifeſtiſſimè conſtabat, vt eſt di-
ctum, ita Rip.in d.reſp 4 num.15. Imol. in l.ſi quis
cùm aliter præallegata. ad fin. & Rol.à Vall. in d.
conſ.7.nu 89.& iſto pacto eſt intelligenda. l.Lu-
cius.§.fi.ff.ad Trebell.& aliæ leges, & authorita-
tes Doct.ſuprà allegatæ pro contraria parte.

Stantibus igitur prædictis, cùm tota hæreditas
dicti Io.Baptiſtæ Galeræ ſpectaret ad dictũ Petrũ
Paulum eius nepotem, vt ſuprà, conſtat, quòd ipſe
Petrus Paulus ex d.tranſactione nõ fuit ſolùm lę-
ſus in parua, ſeu enormi etiam quantitate, verùm
in tota, & omnimoda quãtitate, & propterea me-
ritò potuerit venire cõtra dictam tranſactionem
etiam iuratam. Ideo ego iudicaui ad fauorẽ dicti
Petri Pauli, quòd legitimè potuerit venire contra
d.tranſactionem, & ſic confirmaui ſententiã Do-
minorum iudicũ, à quibus bene fuiſſe per eos iu-
dicatum, & malè appellatum, manu ſer Raynaldi
de Rubeis Notarij Peruſ.Die 7.Iunij 1569.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XIX.

### SVMMARIVM.

1 *Quilibet hæres etiam ſuus poſt immixtionem præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, præcipuè in teſtamento nuncupatiuo.*
2 *Hæres ſuus quòd non præſumatur habere ſciẽtiam teſtamenti, procedit in teſtamento in ſcriptis, nõ autem in teſtamento nuncupatiuo.*
3 *Producens ſcripturam, cenſetur confiteri contenta in ea.*
4 *Quis non poteſt ſe iuuare ex eo, quòd impugnauit.*
5 *Iudex poteſt adhibere fidem ſcripturæ per partem impugnatæ.*
6 *Fideicõmiſſo expreſsè poteſt renũtiari per partes.*
7 *Ampliatur hoc procedere etiam quòd hoc fiat contra voluntatem teſtatoris.*
8 *Fideicommiſſo quòd nõ intelligatur renuntiatum per verba quantumcunque generalia, oſtẽditur.*
9 *Verba illa renuntiationum potiùs apponuntur de ſtylo notariorum, quàm quòd à partibus fuerint ipſi notarij rogati.*
10 *Notariorum ignorantia partibus obeſſe nõ debet.*
11 *Fideicõmiſſo non intelligitur renuntiatũ per ſimplicem diuiſionem, etiã per verba quantuncunque generalia, & eſt magis communis opinio.*
12 *Ampliatur hoc procedere, licèt in diuiſione fuerint appoſita verba prægnantia, & iuramentum.*
13 *Fideicõmiſſario per partes cenſebitur renuntiatũ, quando habuerunt ſcientiã teſtamenti, & eſt magis com.opin.*
14 *Teſtamenti ignorantia præſumitur in ſuis hæredibus.*
15 *Filius ſuus ad hoc, vt probetur habuiſſe notitiã teſtamenti paterni, requiritur, quòd fuerit præſens teſtamento, & eſt cõm.opin.*
16 *Fideicommiſſo ita demum cenſebitur renuntiatũ per diuiſionẽ, & ſi probabitur ſcientia teſtamenti, ſi fideicommiſſum erit reciprocum, & ſi in diuiſione erit renuntiatum iuri de futuro.*
17 *Scientia prædicta, poteſt probari coniecturis.*
18 *Coniecturæ tamen prædictæ debẽt eſſe probabiles, perſpicuæ, & concludentes.*
19 *Hæres etiam ſuus non præſumitur habere ſcientiã teſtamenti, niſi probetur.*
20 *Filij etiam ſui poſt immixtionem præſumũtur habere ignorantiam teſtamenti: & eſt magis cõm. opin.*
21 *Ampliatur hoc procedere etiã in teſtamento nuncupatiuo, & eſt cõmunis opinio, niſi alijs adminiculis probetur habuiſſe ſcientiam teſtamenti.*
22 *Ignorantia præſumitur in dubio.*
23 *Scientia non præſumitur, niſi probetur, quòd fama erat, vel quòd amici dixerint, vel quid ſimile.*
24 *Vicini & conſanguinei in factis momentaneis nõ præſumuntur habere notitiam de ijs, quæ fiunt à vicinis, & coniunctis.*
25 *Scripturam producens cenſetur approbare cõtenta in ea, quando diſpoſitiuè, nõ autem enuntiatiuè probata reperitur.*
26 *Fallit, quando producens proteſtatur eam producere in parte, & partibus. & eſt comm.opin.*
27 *Alba conſilio 59.in fi.reprobatur.*
28 *Hoc procedit, quando partes non proteſtantur, & alijs quibuſdam caſibus hîc enumeratis.*
29 *Quis non poteſt ſe iuuare expoſitione, quam negauit.*

### Argumentum.

**Ex diuiſione ſimpliciter facta non intelligi renuntiatum fideicommiſſo, hîc ſatis abundanter declaratur.**



FVIT coram me agitata cauſa inter
Theſeum, Marcum Antonium, &
fratres de Valeriano de Peruſio, an
cenſeatur renuntiatum fideicom-
miſſo in teſtamento Valeriani, de-
ſcripto per diuiſionem factam inter dictum The-
ſeum, & Marcum Antoniũ, & alios fratres, cum
clauſulis etiam prægnantibus, cùm iam per mor-
tem dicti Theſei, qui deceſſit ſine filiis, purificatũ
eſſet fideicommiſſum ad fauorẽ dicti Marci An-
tonij ſuperſtitis.

Diſcuſſa cauſa inter Excell. dominos Aduoca-
tos dominum Marcum Antonium Eugenium, &
dominum Thobiam Nonium Peruſinos, decla-
raui ac ſententiaui per dictam diuiſionem nõ in-
telligi renũciatum dicto fideicommiſſo, licèt an-
cipitem me aliquantulum reddiderint infrà ſcri-
pta fundamenta.

Primò, quia dicti fratres, vt filij, & hæredes te-
ſtamentarij Valeriani immiſcuerunt ſe in bonis
hæreditariis, poſt mortẽ dicti Valeriani, & dicta
bona poſtea inter ſe diuiſerũt. Vnde videtur præ-
ſumendum eos habuiſſe ſcientiam, & notitiã di-
1 cti teſtamenti, & fideicõmiſſi. Cùm † quilibet hæ-
res, Et ſuus poſt immixtionem præſumatur ſcire
teſtamentũ, & ipſum vidiſſe, vt in terminis tradit
Bal. & ſequũtur ibi Paul.de Caſt.& Dec. col.pen.
nu.8.in l.eius, qui in prouincia.Si cer.pet.Bal. cõſ.
392.col.fi.lib.1.Alex. conſ.4.nu.40.lib.2. Dec.in l.
qui in alterius.de reg.iur. & in conſ.267.nu.29.&
in conſ.288. col.fin.& in conſ.303.col.2. in princ.
Gozad.in conſ.98.nu.21.Grat.in conſ.65.col.pen.
in fi.cum ſeq.lib.2.Crauet. conſ.197.nu.6. vbi di-
* cit, hanc eſſe veriorem * opinionem. Præcipuè in
teſtamento nuncupatiuo, conſiderato communi
ſtylo, & obſeruantia, vt vel à teſtibus, vel à Nota-
rio ſoleat notificari, vt à communiter accidenti-
bus fieri videmus, prout in iis terminis tradit
Rol.à Vall. conſ.36. nu.12. cum ſeq.lib.2. vbi poſt
Pariſ.& alios dicit doctrinam Bar.in l.qui Romæ.
2 §.duo fratres.in 3.quęſt.de verb.oblig.dum † vult
in hærede ſuo non præſumi ſcientiam teſtamẽti,
locum habere in teſtamento in ſcriptis, nõ autem
in teſtamento nuncupatiuo, vt per eum.

Secundò, quia dictus Marcus Antonius pro-
duxit quandam petitionẽ factam, per dictũ The-
ſeum eorum fratrem, in Auditorio Rotæ Peruſi-
næ, in qua expreſsè dicebatur, quòd dictus The-
ſeus, & eius fratres adiuerunt hęreditatem pater-
nam vigore teſtamẽti ab eo facti, in quo fideicõ-
3 miſſum, de quo agebatur, inerat. Vnde † per dictã
productionẽ dictæ ſcripturæ in iudicio factæ per
dictum Marcum Antoniũ, videbatur omnia per
ipſum fuiſſe confeſſa, quæ in dicta ſcriptura con-
tinebantur, ad tradita per doct. in c. cùm venera-
bilis. de except.& in l.1.§. editiones. de edend. &
per Alex.in conſ.108.nu.5.lib.5. & per Rol. à Vall.
conſ.2.nu.116.lib.1.& ſic ex hoc quoque capite vi-
debatur probata ſcientia dicti Marci Antonij, &
conſequenter dictum fideicommiſſum fuiſſe re-
miſſum inter eos, ſtante dicta ſcientia, vt per Bar.
& ſcribentes in d.§.duo fratres, in 3.q.

Tertiò, prædicta confirmari videbãtur, quia &
ſi contra dictã confeſſionem in d.ſcriptura, vt ſ.
facta per aduerſam partẽ multa fuerint allegata,
4 & in effectu eam impugnare fuerit conata, † adeo
quòd ampliùs contra eam venire non poſſe vide-
batur ex doctrina Bal.in l.ſi quis teſtibus. verſ.ſed
nunquid producens. C.de teſtib. vbi d. quis non
poteſt ſe iuuare ex ſcriptura, quã impugnare co-
natus fuit.& idem in l. alia cauſa, col.1. C.de his,
5 quib.vt indig. tamen † iudex videtur, quòd ipſe
poſſit, fidem adhibere dictæ ſcripturæ, etiam per
ipſam partem impugnatæ, vt in terminis fere tra-
dit Innoc.in c.cùm olim.nu.4.de cenſ.& ſequitur
Dec.in cap.cùm venerabilis.nu.101.de except.

Pro reſolutione autem ex infrà ſcriptis motus
fui ad declarandum, & ſententiãdum, quòd ex di-
cta diuiſione etiam cum clauſulis generalibus la-
tis, & prægnantibus in inſtrumento appoſitis, nõ
erat fideicommiſſo renuntiatum.

6 Et primò, quia † licèt fideicommiſſo renuntia-
ri expreſsè poſſit, quò ad partes, in quorum fauo-
rem illud factum, aut ſcriptum fuit, vt eſt tex.in l.
1. C.de pac.& in l.quoties. C.de fideicomm. & in
l.cùm pater. §.libertis.de leg.2. & in l.fideicõmiſ-
ſo.C.de tranſac.& tradit Alex. in d.§.duo fratres,
nu.28. & Emyl.Ferr.in conſ.39.nu.37. & conſ.45.
nu.28.& Cæph.poſt Ang.Soc.& Parid.in cõſ.282.
7 num.20.lib.2. † vbi ait, id eſſe verum, tametſi id fit
contra voluntatem teſtatoris, quod voluit etiam
8 Dec.ante eũ in conſ.324.nu.2. † Tamen illud ſem-
per habui pro indubitato, & conſtanti, quòd per
verba quantumcunque generalia latiora, & præ-
gnantia, vt aiunt, in inſtrumento diuiſionis factæ
inter fratres, nunquam fideicommiſſo in eorum
fauorem exiſtenti, cenſeatur renuntiatum, ratio-
nibus, & fundamentis pro hac opinione allegatis
à Bart.& ab aliis recentioribus communiter, in d.
9 §.duo fratres, in 2.quæſt.Illa † enim verba appo-
nuntur ex ſtylo notariorum, qui quotidie nouas
formas in formulariis perquirunt pro validitate,
& corroboratione inſtrumentorum, ignorantes,
vt plurimùm importãtiam dictorum verborum,
10 quæ † quidem ignorantia, & imperitia, ſeu ſim-
plicitas Notariorũ nullatenus partibus ipſis ob-
eſſe poteſt, vt not.in l.fin.in fi.C.de fideiuſſ.& tra-
dit Bald. in l. ſi cùm ante. C.de donat.ante nup.&
Rip.in tit.de hæred.inſt.reſp.2.num.7.& Soc.iun.
conſ.71.nu.19.lib.3.& conſ.158.nu.18.lib.2.& Ro-
lan.conſ.56.num.30.lib.1.

Præterea illa verba quantumcũque generalia,
& prægnantia ſunt acceſſoriè appoſita in inſtru-
mento, & reſpiciunt potiùs executionem cõtra-
ctus, & non debẽt intelligi circa executionem fi-
deicommiſſi, niſi dicatur præcipuè, quando nihil
de eo tractatũ fuit, in dicta fienda diuiſione, prout
in præſenti caſu acciderat, quemadmodum in i-
ſtis terminis tradit Natt.in conſil.582. lib.3. (Non
tangendo quid ſi in dictis generalibus verbis da-
ta ſit ad inuicem facultas alienandi dicta bona,
quia non pertinet ad hunc caſum, nec aderant ta-
lia verba in dicto inſtrumento) omnia enim dicta
verba intelliguntur concepta circa actum cõtra-
ctus diuiſionis dictorum bonorum, de cuius na-
tura eſt, vt per ipſum non intelligatur remiſſum
fideicommiſſum, vt dicit Bart.& alij communiter

* *ſequuntur in d.§.duo fratres. in 1.quæſt.vbi tra-
11 ctant,an per † ſimplicem diuiſionem intelligatur
remiſſum fideicommiſſum, & omnes communi-
ter concludunt,quòd non intelligatur, & nullam
habet hæc quæſtio dubitationem.Et ita intelligit
Crott.in d.§.duo fratres.num.87.poſt Alex.Imol.
Iaſ.& Rip.ibi ab eo allegatos,vbi Crot. omnibus
contrariis reſpondet, & voluit etiam Bellon. in
conſil.19.num.7.& ſequent.

Et quòd dicta verba quantumcunq; generalia,
& prægnantia in inſtrumento diuiſionis appoſi-
ta, non inducant remiſſionem fideicommiſſi,
tenuerunt principaliter Azo. & Petr. antiqui
gloſſat.ad d.§.duo fratres. & poſt eos Barth. ibid.
in quæſt.2.per rationes ſeptem, quas allegat.Te-
nuit etiam Alex.Imo. Iaſ. & Rip. ibid.qui omnes
dicunt, hanc eſſe magis communem opinionem,
& Iaſ.ibid.nu.26.dicit, hanc opinionem Alexan.
ſemper tenuiſſe, & legendo,& conſulendo, & ab
ea non eſſe recedendum, nec in iudicando, nec in
12 conſulendo. Et † prædicta procedunt, etiam ſi in
dicto inſtrumento dictũ fuerit, non venire con-
tra dictam diuiſionem,& ſimilia alia verba,& ap-
poſitum fuerit iuramentum, quia dicta verba re-
ſpiciunt contractum diuiſionis, non fideicom-
miſſum,vt tradit Port.Imol.poſt alios, quos alle-
gat in lib.2. comm. concluſ.39.in 1.limit. vbi ma-
teriam latè declarat, quod ſecutus eſt Neuiz. in
conſil. 32. col. pen. & fin. vbi loquitur de talibus
verbis prægnantibus cum iuramento, & Alexan.
ante eos in d.§.duo fratres. numer.30. & num.32.
Hancque principalem opinionem ſtantibus qui-
buſcunque verbis generalibus, & prægnantibus,
quod non dicatur renunciatum fideicommiſſo
per alienationem ( quod non eſt præſentis inue-
ſtigationis, vt diximus.) præter ſuprà nomina-
tos ſequutus eſt etiam Crott.in d. §. duo fratres.
* num.86.vbi dicit communem *Rol. conſ.55. nu.
14.lib.3.Neuiz. d.conſ.32. col.penul. & fin. Alba.
conſ.29.nu.14.& ſeq.vbi communem dicit.Natt.
conſ.372.nu.15.lib.2. & conſ.582.nu.4.lib.3. Dec.
conſ.86.num.4.vbi dicit communem. Cor. conſ.
440.col.fi.lib.1. & Roma.conſ.403.per totũ. Qui
omnes ſuprà dicti quàm plurimos alios allegant,
qui hanc opinionem ſectati fuerunt, adeo, quòd
ego intrepidè dicebam hãc eſſe veriorem, & ma-
gis communem opinionem.

Et profectò hæc opinio abſque vlla penitùs dif
ficultate procedit præſuppoſita ignorantia teſta-
mẽti,& dicti fideicommiſſi particulariter & ſpe-
ciatim,quia omnes in hoc, vt ſuprà, magis com-
muniter concurrunt. Quemadmodum ſimiliter
* communiori * calculo omnes affirmant, quòd
13 † ſi partes, quæ diuiſionem fecerunt, habuerint
ſcientiam,& notitiam dicti fideicõmiſſi tempore
diuiſionis, cẽſebitur dicto fideicommiſſo per di-
ctam diuiſionem illos renũtiaſſe, vt voluit Ioan.
And.in addit. ad Spe.in tit.de teſtam. §.in primis.
ver.ſed quid ſi fideicommiſſum, & poſt Bal.Soc.
Curt.& Dec. tradit Port.Imó. in locis ibi, per eũ
allegatis,in d.concluſ.39.in 1.limitat. Quę autem
ſciẽtia,an pręſumatur,& quomodo,& an ſit pro-
banda,hoc opus,hîc labor eſt.

Hanc quæſtionem examinauit latè Bart.in d.§.
14 duo fratres,in 3.q.vbi cõcludit,quòd † in ſuis hę-
redibus,prout in caſu pręſenti occurrebat,omni-
no ignorantia præſumitur,niſi probetur ſcientia,
per ea,quæ ibi allegat.Quod omnes alij commu-
* niter * ibid.ſequuntur,& præcipuè Crott. nu.99.
vbi cõmunem dicit.& ibid. Rip.poſt alios, nu.51.
15 vbi † dicit, oportere probari filiũ fuiſſe præſentẽ
confectioni teſtamenti ſui patris,& voluit etiam
Bart.in l.eius, qui in prouincia. §.fin. ſi cer.pet. &
Dec.in conſ.495.col.4.& Bell. d.conſ.10.n.10.vbi
ait ita cõmuniter teneri.& Iaſ.ibid.in d.§.duo fra
tres,n.56.dicit poſt Paul.de Caſt.ꝙ opinio Bar.ſer
uaretur in practica,& ſequutus eſt etiã Port.Imo.
16 in d.concl.39.in fi.vbi dicit,poſt Soc. Iun. † quòd
ita demũ cenſebitur renuntiatum fideicommiſſo
per diuiſionem inter fratres, ſi probabitur ſciẽtia
teſtamẽti,ſi fideicommiſſum erit reciprocũ, & ſi
in diuiſione erit renuntiatum iuribus de futuro.

17 Eſt verum,quòd † ſcientia,etſi nõ pręſumatur,
tamen coniecturis probari poteſt, vt concludit
Bart.in d.§.duo fratres.in 3.q.& ibi Crott. poſt a-
lios cõmuniter,& voluit Soc.iun.conſ.116.nu.41.
lib.1.& Crauet.poſt alios conſil.193.num.7.Iaſ.in
l.ſi per errorem. col.3. in fi.de iuriſd.om.iud.Dec.
in conſ.267.col.2.Cor.conſ.287.col.2.lib.4.Alex.
18 conſ.4.propè fin.lib.2.Illæ † tamen cõiecturæ de-
bent eſſe probabiles,perſpicuæ, & concludentes,
vt in dictis locis notatur. Et quia in proceſſu nul
la deducta,& probata fuit coniectura,quæ à Do-
ctoribus in iis terminis paſſim in ſuprà citatis lo-
cis cõſideratur,vel illis ſimilis,meritò ad ita, vt ſu
prà declarãdum,& ſententiandum inductus fui.

19 Nihil † enim facit, quod dictũ eſt ſuprà priore
loco de hęrede ſuo,quòd poſt immixtionem prę-
ſumatur ſcire, & habere notitiam teſtamenti, vt
dicebatur,quia Bal.& Paul.de Caſt.qui hanc opi-
nionem vidẽtur ſequuti in locis ſuprà citatis,con
trarium etiam & ipſi tenuerunt,prout Bal. cõtra-
rium tenuit in conſ.403.lib.3.& in l.quoniam ſo-
rorem.in fi.C.de iur.delib.& Caſtr. cõtrarium te-
nuit in conſ.92. col.1. in antiquis, nec Alex. in d.
cõſ.4.eam firmat opinionem, ſi rectè inſpiciatur,
ſed dicit cautiùs eſſe, ſi probetur immixtio, quẽ-
admodum nec etiam alij ſuprà citati illam firmãt
opinionem, quòd ex ſola immixtione in ſuo hæ-
rede præſumatur notitia, & ſcientia teſtamenti,
niſi alia concurrant, de quibus ibi per eos. Cra-
uet. enim & ipſe in d. conſil. 193. dicit tutiùs eſſe
probare ſcientiam.

Præterea, & ſi aliqui dictam opinionem fue-
rint ſequuti, tamen illa eſt magis communiter
reprobata,vt ego perquirẽdo videre potui. Nam
20 † in filiis ſuis, & aliis ſuccedentibus ab inteſtato,
etiam poſt immixtionem facti non præſumitur
ſcientia teſtamenti,& hæc eſt vera,& magis com
* munis *opinio,eam intelligẽdo ſimpliciter abſq;
aliis circumſtantiis, & adminiculis probatis, &
præcipuè,quando non eſt probatum hæredẽ con
feſſum fuiſſe,ſe eſſe hæredem ex teſtamento, pro-
ut in præſenti caſu, in quo nihil circa hoc proba-
tum fuit in proceſſu, ſaltem legitimè. Quódque
21 habet locum † etiam in teſtamento nũcupatiuo,
quicquid in contrarium dixerint Rol. & alij, ſu-
prà nominati, vt expreſsè dicit Cagnol. in l.qui
in alterius.num.12.de reg.iur.& Rip.& Crot.in d.
§.duo fratres.in d.3.q.Bart. & ibidẽ Cagnol.dicit,
hanc



hanc opinionem eſſe communem, damnãdo no-
minatim,Dec.& alios cõtrarium tenentes, Quod
etiam ſecutus eſt Neuiz.in conſil.31.nu.17.vbi lo-
quitur propriè in teſtamento nuncupatiuo,& di-
cit hanc eſſe communem opinionem,& in conſil.
84.n.16.vbi dicit, quòd abſq; aliis adminiculis fi-
lius non præſumitur ſcire, & habere notitiam te-
ſtamenti.idem tradit Corn. in conſ.268. in litera.
G.lib.3.Hãc etiam opinionem tenet Bar.in l.cùm
hæres.de liber.leg.in l.tres fratres.in fi.de pact. &
l.eius, qui in Prouincia, in 5. not. ſi cert. pet. vbi
* Iaſ.nu.4.dicit communem, * & ab ea non eſſe re-
cedendum,nec iudicando,nec conſulendo, & re-
fert Paul.de Caſtr.dixiſſe,quòd opinio Bar. obſer
uatur in practica. Tenuit etiam hanc opinionem
Bart.in d.§.duo fratres.q.3. vbi pariter Iaſ. Claud.
Seiſell.nu.24.& omnes de communi teſtantur.Et
probatur hæc opinio per regulas generales, vt o-
mnes dicunt,in d.§.duo fratres.& dicit Bald.in d.
22 conſ.403.quia † in dubio præſumitur ignorantia
facti.l.verius. de probat.c.præſumitur. de reg.iur.
lib.6. & l.fin. pro ſocio. Et probatur per gl.in l.ſi
quis extraneus, & in l.repudiando. de acq.hæred.
23 vbi dicitur, quòd † ſcientia non præſumitur, niſi
probetur, ꝙ fama erat, vel quòd amici dixerunt,
vel quid ſimile,ad quod videtur tex.in l.cum qui-
dam.§.quod dicitur,de acq.hæred. Et in terminis
noſtris hæc opinio probari optimè videtur in d.l.
eius, qui in Prouincia.in verſ.quid ſi proponatur.
Et licet loquatur in neceſſariis,idem tamen vide-
tur in ſuis, & aliis ſuccedentibus ab inteſtato, vt
etiam intelligit Iaſ.ibid.in 4.not. ſaltem ea effica-
ci ratione, quòd cùm poſſint ſuccedere ab inte-
ſtato,aditio per eos facta, nõ arguit de neceſſitate
ſcientiam teſtamenti, prout etiam ſentit idẽmet
Bart. in locis ſuprà allegatis, & clarius explicat
Crott.in d.§.duo fratres.nu.98.verſ.ego autem.

Probatur inſuper prędicta opinio ex iis,quę tra
dunt vnanimiter DD.in d.l.1.in 3.q.Bar.ſi cer.pet.
vbi quærũt, an vicinus præſumatur ſcire facta vi-
cini,& coniunctus facta coniuncti,& cõmuniter
24 concludunt,quòd † in factis momẽtaneis,vt ſunt
cõtractus,teſtaméta,& huiuſmodi alia,nõ præſu-
mitur ſcientia, quia à cõmuniter accidẽtibus iſta
nõ ſunt,vt plurimùm nota,vt præter alios,tradũt
ibi Dec.Fulg.Sal.Cagnol.& Bellon. & voluit Fel.
in c.literis.nu.5.de præſumpt.& nouiſſimè.Io.Lo
pez.in repet.c.per veſtras.§.18.nu.37.& ſeq. de do
nat.int.vir.& vxor.& Barb.in c.1.nu.43.de off.de-
leg.& Port.Imol. concl.31. lib.4. vbi multas am-
pliationes,& limitationes accõmodat. Vnde ve-
* riſſima & magis cõmunis * redditur opinio præ-
dicta,quod ſui hęredes etiam poſt immixtionẽ fa-
cti in dubio non præſumuntur habere ſcientiam,
aut notitiam teſtamenti,& fideicõmiſſi, & ſic re-
manet firma concluſio, quòd per talem diuiſionẽ
dicti fratres in caſu noſtro non præſumuntur re-
nunciaſſe fideicõmiſſo paterno, cùm aliqua legi-
tima ſcientia in proceſſu probata non fuerit.

Minus tollit, nec impugnat hanc opinionem,
nec vllam ſcientiã, aut notitiam dicti teſtamen-
ti, & fideicommiſſi inducit ſcriptura illa, quæ in
iudicio Rotæ per dictum Marcum Antoniũ pro-
ducta fuit,vt ſuprà ſecundo loco dicebam. Quia
in dicta ſcriptura non aderat tempus, quo dicti
fratres paternam hæreditatem adiuerunt, & mi-
nus tempus diuiſionis, propterea non rectè pro-
bari poterat, dictam notitiam fuiſſe tempore di-
uiſionis,vel ſaltem antea, prout requiritur, vt o-
* omnes communiter * dicunt in d.§. duo fratres.
& aliis ſuprà citatis locis, quemadmodum hoc e-
tiam rectè animaduertit D.Aduocatus partis.

Præterea ego dicebam, quòd illud, quod di-
25 cunt Doctores † producentem ſcripturam cenſe-
ri approbare omnia contenta in ea, intelligitur,
& procedit quò ad ea, quæ diſpoſitiuè probata
ſunt,non quò ad ea quæ enunciatiuè, & inciden-
ter proferuntur, & ſcripta reperiuntur. Ita enim
in terminis declarat Bald.in d.c.cùm venerabilis,
col.pen.verſ.ſed nunquid.de except.& Alex. cõſ.
16.col.4. verſ.præterea etiam, lib.5. & Fel. in d.c.
cùm venerabilis, col.5. verſ.limita dupliciter, ſed
quia in dicta ſcriptura enuntiatiuè, & incidentur
de dicta aditione mentio fiebat, ideo præiudiciũ
inferre non poterat.

26 Nec etiã dicta † regula de præſumpta approba-
tione contentorum in ſcriptura producta locum
habet,quando producens proteſtatur, quòd eam
producit in parte, & partibus in eius fauorem fa-
cientibus, prout in caſu præmiſſo factum fuiſſe,
animaduertit etiam dictus Dominus Aduocatus,
& eſt doctr.Spec.in tit.de inſtr.edit. §.videndum,
verſ.quòd ſi produco, & Alb. de Roſ.in l.1.§.edi-
tiones.col.pen.verſ.ex præmiſſis.de eden.& ibi e-
tiã Paul.de Caſtr. & ſequutus eſt Bal. in l.1. col.4.
C.de confeſ.& Alex.conſ.136.in fi. & in conſ.185.
col.3.lib.2.& Papienſ.in form.product.inſtr.in gl.
in verb. in illis paſſibus. & tradit Iaſon. in d.l.1.§.
editiones,num.18.de edend. & eſt gloſ.in cap.1. §.
denique,& ibi Bald.circa fin.quæ fuit prim. cauſ.
benef.amitt. quicquid dixerint Alba. in conſ. 59.
27 in fin. † quia contra eum eſt communis opinio,
vt voluit Cæph.in conſ.236.nu.21.& nu.18.& ſeq.
28 lib.2. † præſertim, quando aduerſarij non cõtra-
dicunt dictæ proteſtationi,vt in caſu præſenti cõ-
tradictum non fuit,ita enim tenent communiter
* *ſcribentes in d.c. cùm venerabilis. & præcipuè
Dec.col.12.in fin.verſ.dicatis breuiter, & Port. I-
mol.in lib.1.concl.13.in 9.limit. ſecùs ergo forſan
eſſet,ſi aduerſarij non acquieuiſſent dictæ prote-
ſtationi,vel quando produceretur inſtrumentum
proprium producentis,vt volunt DD.de Rot.de-
ciſ.282. in nouiſ.vel, quod eſſet factũ ab ipſis par-
tibus, vt dicit Alex.in l.1.col.4. C. vt quæ deſ.ad-
uocat. licèt hoc non ſit omnino clarum per ea,
quæ tradit Fely.in d.c.cùm venerabilis.col.5. in fi.
& in c.imputari.in fi.de fid.inſtr. Verùm prędicta
in caſu noſtro non concurrebant,propterea dicta
proteſtatio firma remanebat.

Nec aduerſatur,quod vltimo loco allegabatur.
iudicẽ poſſe fidem adhibere ſcripturæ in iudicio
productæ,& per aduerſam partem impugnatæ,li-
cèt pars ipſa ex ea ſe niti non poſſet, quemadmo-
dum,præter ſuperiùs allegata, dicitur de aduerſa-
29 rio, † qui non poteſt ſe iuuare, nec fundamentum
capere ex ea poſitione, quam in iudicio negauit,
ad tradita per Benint.deciſ.84.nu.3.& per Alex.in
conſ.151.nu.3.lib.5.& conſ.209.in fin.lib.7. & latè
declarans tradit Por.Imol.in concluſ.13.Quando
quidem,pręſuppoſito quòd verùm eſſet,iudicem

ex ſe poſſe tali ſcripturæ fidem adhibere, quod nõ
tranſit abſque magna difficultate, vt tradũt Doct.
in d.c.cùm venerabilis, Tamen iudex non poterit
fomentum præſtare dictę ſcripturæ, & ei credere,
niſi iuxta terminos ſuos, & prout iura, & leges
dictãt, ſed de iure talis ſcriptura præiudicium in-
ferre non poterat prædictis, vt ex ea diceretur il-
los notitiam, & ſcientiam habuiſſe dicti teſtamen
ti, & fideicommiſſi, quia verba, per quæ narrabãt
dictam aditionem hæreditatis paternæ, erant in-
cidenter, & enunciatiuè prolata, vt dictum eſt ſu-
prà, ideo d. Marco Antonio nihil omnino iſtud
officere poterat, quemadmodum in terminis tra-
dit præter ſuperiùs allegatos, Port. Imol. in d. con
cluſ. 13. in prima limit. poſt alios. quos allegat,
quod ſatis ſuprà declaratum fuit.

Et ſic ex iſtis declaraui, & pronunciaui ad fa-
uorem dicti Marci Antonij, quòd per dictam di-
uiſionem non cenſeretur renunciatum fideicom-
miſſo paterno, vt ſuprà.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorij ſpecies duplex, ſummarium, & plenarium.*
2 *Summarium poſſeſſorium quid ſit.*
3 *Summarium ideo dicitur, quia ſummariè proceditur.*
4 *Iudex, quomodo interloquatur in iſto ſummario iudicio poſſeſſorio.*
5 *Momẽtaneum etiam appellatur d. iudicium, quia paruum affert preiudicium.*
6 *Iudex, ne partes deueniant ad arma, poteſt ad ſe aduocare poſſeſſionem, quod tamen nõ debet facere ex abrupto.*
7 *Iſtud iudicium dicitur etiam extraordinarium.*
8 *Sententia lata in iſto iudicio, dicitur interlocutoria, non diffinitiua.*
9 *In hoc ſummario iudicio poſſeſſorio non admittitur appellatio, neque quò ad effectum ſuſpenſiuum, ſiue deuolutiuũ, quia de modico preiudicio tractatur.*
10 *l. vnic. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appell. procedit in ſummario poſſeſſorio.*
11 *Appellatur etiam ab interlocutoria de iure Canonico.*
12 *Ad euitanda ſcandala multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*
13 *Plenarium poſſeſſorium quod dicatur.*
14 *Appellari poteſt à plenario iudicio, quò ad effectũ deuolutiuum, non ſuſpenſiuum.*
15 *Ratio, cur non appelletur quò ad effectum ſuſpenſiuum eſt, quia poteſt reparari in petitorio.*
16 *Valet appellatio non retardata executione, & eſt comm. opin.*
17 *Ante Bart. erat comm. opin. in contrarium.*
18 *Sententia ſortitur effectum quò ad executionem in iſtis poſſeſſorijs. & eſt magis comm. opin.*
19 *Ab iſto tamen poſſeſſorio de iure Canonico appellatur, quò ad vtrunque effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, nec adeſt, qui contradicat, niſi Menoch.*
20 *Ius Canonicum omnia grauamina repellit.*
21 *Egidiana conſtitutio comprehẽdit quæcunque poſſeſſoria.*
22 *Appellatio non deuoluit de iure ciuili.*
23 *Conſtitutio Mar. Anton. in materia iſta poſſeſſoria reducit nos ad ius Ciuile.*
24 *Acta inducunt notorium.*
25 *Appellare licet etiam in poſſeſſorio, quando cõſtat de iniquitate ſententiæ.*
26 *Io. Baptiſta Orſinus patritius Fulginaten. & Referendarius Apoſtolicus.*

## Argumentum.

Poſſeſſorij ſpecies declarantur vnà cum
diſtinctionibus, an, & quando liceat appel
lare in iudiciis poſſeſſoriis, tam ſummariis,
quàm ordinariis.

Et, an quòd ad effectum ſuſpenſiuum,
vel deuolutiuum.

Et, quid de iure Canonico, & ex diſpo-
ſitione conſtitutionis Mar. Ant.

Et in fin. concluditur licere appellare,
quando conſtat de iniquitate ſententiæ.

DOMINA Martiana de Fulgineo,
egit in iudicio poſſeſſorio contra
Magiſtrum Frãciſcum Ciccarellum
Medicinæ Doctorem, de eodem ſu-
per tranſitu auditus cuiuſdã domus,
per quem ambæ partes prætendebant habere ac-
ceſſum. Agitata cauſa corã D. Fabritio Gẽtile Au-
ditore pronũciauit D. Fabritius ad fauorem dictæ
dominæ Martianę. Magiſter Franciſcus prædictus
ſentiens ſe grauatum appellauit à dicta ſententia,
& cauſa mihi commiſſa fuit. At preces poſtea re-
formatæ fuerunt, quia prætendebatur agi ſuper
poſſeſſorio, & quòd propterea appellatio prædi-
cta reiiceretur iuxta diſpoſitionem Egidianæ con
ſtitutionis, omnibus pluſquã ſatis notæ, qui quo-
tidie in palatiis verſantur, quæ quidem cõſtitutio
in huiuſmodi cauſis poſſeſſoriis prohibet appella-
tionem. Plura fuerunt hinc inde pro eorum iuri-
bus allegata per excellẽtes Aduocatos Peruſinos,
& Fulginates vtriuſque partis, licet aliis mediis v-
ſus fuerim ad oſtendendum, quòd dicta appellatio
recipi, & repelli deberet reſpectiuè.

Ego autem pro reſolutione ita, prout infrà, di-
cebam. Et pro clara dictæ quæſtionis cognitione
1 in primis pręmittebã. Quòd Doctores † duplicem
ſpeciẽ poſſeſſorij cõſtituerunt, quorũ alterũ ſum-
marium, alterum verò plenum, ſeu plenariũ appel
lauerunt. Ita enim dicit, & diſtinguit poſt alios
Fran. de Curt. in l. admonẽdi, nu. 203. de iureiur. &
ita declarãt Bal. & Paul. de Caſt. in l. ordinarij. col.
penult. & fi. C. de rei vend. & idem Paul. de Caſt. in
cõſ. 3. lib. 2. in nouis, & poſt eos Cagnol. in l. in pari
cauſa. nu. 7. & 8. de reg. iur. & Plot. in l. ſi quando,
nu. 106. C. vn. vi. & elegantiſſimè Menoch. in præ-
ludiis ad tract. de recup. poſſ. nu. 24. & ſeq.
2 Summarium † quidem poſſeſſorium eſt, vt
omnes prædicti in dictis locis voluerunt, illud,
quòd tanquam vacans ab vtraque partium appre-
hendi



hendi feſtinatur alter alterũ impediendo, pertur-
bando, & inquietãdo, cùm vnus ante alterum, &
quiſquis eorum ante alium dictam poſſeſſionem
vtique vacantem apprehendere intendit, vt quan
do verus poſſeſſor rei mortuus eſt, & vterque eo-
rum defuncti poſſeſſoris hæredem eſſe prętendit,
& dictæ rei poſſeſſionem ingredi propinat, & ne-
mo eorũ vult offerre libellum, & in d. iudicio ſe
actorem conſtituere, & propterea timor eſt, ne
quandoq; enſis pro libello offeratur. Vel quando
poſſeſſio non vacaret, ſed nihilominus vterq; eo-
rum in poſſeſſione eſſe prætenderet, & ſe ad inui-
cem inquietarent, alter alterũ in dicta poſſeſſione
perturbando, cùm nemo eorum reus, ſed vterq; ſe
actorem eſſe profiteretur, & propterea, vt ſuprà,
timor eſſet, ne partes ad arma venirẽt. Et tunc iu-
dex, vel ad partis petitionem, vel ex officio, quod
poteſt, ſummarias recipiet informationes, abſque
vllo penitùs libello, & partis citatione, ſeu peti-
tione, & abſq; vlla litis cõteſtatione, ſed ſumma-
riſſimè ſe informabit, & prouidebit, vt rixę & ſcã-
dala ſedentur, illum reum conſtituendo, quẽ tem-
pore litis cõteſtationis poſſidere inueniet, & alia
ita in omni caſu in hoc iudicio ſe gerendo, prout
docẽt & Plot. & Menoch. in præcitatis locis, iux.
tex. not. in l. æquiſſimũ. in prin. de vſufr. & tradita
per Dec. in conſ. 366. nu. 13. & Neuiz. conſ. 80. nu.
4. & 5. & Alb. conſ. 75. per totum, & Capy. deci. 55.
& per Did. Couar. lib. pract. quæſt. cap. 17. Ideoq;
3 appellatur † ſummariũ, quia ſummariè procedi-
tur, & non affert præiudicium, niſi lite pendente,
vt præter Plot. & Menoch. & alios dixit Cagnol.
4 in d. l. in pari. n. 7. † propterea iudex tunc interlo-
qui ſolet his verbis, ſaluo iure alteri parti in ple-
nario, & antiquiori poſſeſſorio, & petitorio, vt di
cit Plot. præcitato loco, nu. 96. poſt Bar. Bal. Alex.
Specu. & Innoc. quos allegat, eſt enim hoc iudiciũ
præparatorium ad alterum iudiciũ, vt dicit ibid.
Cagnol. & facit tex. licèt ab eo non allegetur, in l.
liberis. §. fin. de liberal. cauſ. vt rectè animaduerte-
runt Neuiz. d. conſ. 80. nu. 4. & poſt eum Menoch.
5 in tract. de retinend. poſſ. in remed. vlt. num. 3. † &
propterea propriè momẽtaneum ipſum appella-
tur. vt Menoch. ibid. nu. 32. & Cagnol. nu. 7. in fin.
voluerunt, & in hoc iudicio de modico, & leui
præiudicio agitur, quia pendente tantùm dicta li-
te affert præiudicium, vt ſuprà, & paruo temporis
momẽto eſt duraturum, & hoc eſt illud poſſeſſo-
rium, quod dicitur eſſe parui momẽti, vt Cagnol.
& omnes alij ſuprà allegati voluerunt, & in ter-
minis hoc idem ponit Cæphal. conſ. 19. in fi. libr. 1.
& inter alia non eſt omittendum, vt bene aduer-
6 tunt, multi ex ſuprà citatis Doctoribus, † quòd ſi
iudici videbitur, ne præſertim partes deueniãt ad
arma, poterit iſto caſu poſſeſſionem aduocare d. l.
æquiſſimum. ff. de vſufr. hoc tamen non debet iu-
dex ex abrupto facere, ne parti, quę poſſidet infer-
ret præiudicium, ſed tunc demum quãdo ſubeſſet
timor ſcandali, & pars non ingreſſa fuiſſet poſſeſ-
ſionem doloſè, ad finem vt priuaret per indirectũ
partem à poſſeſſione innuens iudici periculum,
imminens inter partes, ne deuenirent ad arma in-
ter ipſas, aliàs eſſet in arbitrio partis facere aliquã
innouationem, & ſemper inducere iudicem ob d.
periculum ad auocandum ad ſe poſſeſſiones. vt
doctè poſt alios animaduertit Benint. deci. 72. n. 6.
Et plura alia ad hoc ipſum iudicium faciẽtia non
minus latè, quàm doctè, & eleganter tradit Me-
noch. in d. tract. de retinẽd. poſſ. in d. vlt. remed. ad
quem ſemper cùm caſus eueniat, in hac ipſa ma-
teria recurrere optimum erit.

Quod autem attinet ad caſum noſtrum in hoc
7 ipſo ſummarij poſſeſſorij iudicio, quod † etiã ex-
traordinariũ appellauit Benint. in deciſ. 29. & ſen-
tentia lata non diffinitiua, ſed interlocutoria ap-
pellatur, vt inquit Benint. d. deciſ. 79. nu. 2. & Dec.
in conſ. 302. & Cagno. in d. l. in pari. n. 7. & Capy.
d. deciſ. 55. ad fin. Zucchar. in l. fi. nu. 133. C. de edict.
diu. Adr. toll. Neuiz. conſ. 80. præallegato. num. 7.
Natt. conſ. 121. nu. 9. lib. 1. & Crauett. conſ. 140. nu.
4. & Couar. in lib. practica. quæſt. cap. 17. n. 2. Plot.
in d. l. ſi quando. nu. 107. Ant. Rubeus in l. natura-
liter. §. nihil commune. nu. 345. de acq. poſſ. vbi di-
xit adhuc ſub iudice litem eſſe, an ſententia lata in
poſſeſſoriis plenariis ſit diffinitiua, an interlocu-
8 tiua, tamẽ † in iſto ſummario iudicio affirmat eſ-
ſe interlocutoriam, prout etiam in d. §. nihil com-
mune dixit Magis apertè Fernan. in c. 3. quæſt. 3. n.
76. & latiſſimè Menoch. in d. vlt. remed. quæſt. 16.
nu. 45. adeo, quòd ex prædictis, & aliis traditis, &
allegatis per Menoch. dicere poſſumus prędictam
* eſſe communem * opinionem.
9 Propterea † in hoc ſummario poſſeſſorio de
iure ciuili non admittitur appellatio, neq; quoad
effectum ſuſpenſiuum. executionis, neque quoad
deuolutiuũ cauſæ cognitionis, quia in ea de mo-
dico præiudicio tractatur, per ſuprà dicta. Et tra-
dit, & tenet Cagnol. in d. l. in pari. nu. 7. Benint. d.
deciſ. 79. nu. 10. & Menoch. d. vlt. remed. quæſt. 17.
nu. 48. Qui omnes dicunt, quòd ideo nõ licet ap-
pellare in hoc poſſeſſorio ſummario, quia agitur
de modico præiudicio, & poſſeſſio non aufertur,
ſed potiùs poſſeſſoris veri iura cõfirmantur, cùm
in plenario iudicio, cuius iſtud eſt præambulum,
& inſtructio, omnia confirmabuntur, vt in ſuprà
dictis locis adnotatur, & caſu, quo aliquod da-
mnum afferret, illud tamen in alio iudicio plena-
rio ſtatim inchoando reparari poſſet. Celeritas e-
nim hoc iudiciũ deſiderat, vt omnes prædicti vo-
luerunt. Cùm ergo damnum non afferat irrepara-
bile, meritò appellari non poteſt. Et fundatur hæc
opinio in text. l. vni. C. ſi de momẽt. poſſ. fuer. app.
& in §. de poſſeſſione. 2. q. 6. vbi relata ſunt verba
d. l. vni. Et hãc ipſam opinionem tenet etiam Me-
noch. in præludiis ad tract. de recuper. poſſ. nu. 32.
10 vbi ita intelligit † d. l. vni. ꝙ ſcilicet de hac mo-
mẽtanea, & ſummaria poſſeſſione loquatur. quod
fortiùs procedet, ſi d. l. vni loquatur de omnibus
poſſeſſoriis, prout ibi gl. apertè intelligunt, & cæ-
* teri communiter * ſequuntur, vt Bal. ibi, & Paul.
de Caſt. aſſeuerarunt, & infrà magis diſtinctè de-
clarabitur, quia ſi prohibetur appellatio à plena-
riis, fortiùs debet prohiberi à ſummariis, vt rectiſ
ſimè aduertit etiam Menoch. in d. vltim. remed.
nu. 48. verſ. quæ ſanè conſtitutio.
11 De † iure verò Canonico, in quo ab interlocu-
toria, & à quocunque grauamine etiam minimo
licet appellare. c. de appellationibus, de appellat.
c. ſuper eo. & c. vt debitus. eod. tit. licebit à di-
cta interlocutoria appellare, non quidem ad ef-

fectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum tãtùm. ita
tenet Benint. in d. deciſ. 79. nu. 6. per text. in d. §. de
poſſeſſione. 2. q. 6. & reddit rationem ibidem, nu.
7. quia dicta interlocutoria profertur ad euitan-
dum ſcãdalum in iſtis ſummariis poſſeſſoriis, ni-
mirum igitur ſi etiam de iure canonico non licet
appellare, ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, cùm
12 † multa propter euitanda ſcandala concedantur,
quæ aliàs non concederentur, & ad ea euitanda
receditur à regulis iuris communis, vt latè proſe-
quitur Felyn. in c. 2. de præſcript. vbi ad hoc ponit
triginta tria ſpecialia.
13 Plenarium † autem poſſeſſoriũ eſt, quod & or-
dinarium à Benint. in d. deciſ. 79. appellatur, quod
ordinariè intentatur & agitatur ad finem perue-
niendi ad ſententiam diffinitiuam ſuper ipſo poſ-
ſeſſorio, ſuper quo diſputatur & lis ordinata eſt,
& vt pars victrix remaneat in poſſeſſione perpe-
tuò, donec altera pars egerit, & obtinuerit in pe-
titorio, ſeu dominio, vt declarant Cagnol. in d. l.
in pari. n. 8. & Plot. in d. l. ſi quando. n. 114. vbi plu-
ra ad hanc materiam congerunt, quæ ad rem no-
ſtram præſentem minimè faciunt. Et iſtud eſt tri-
partitum, nempe adipiſcendæ, retinendæ, & recu-
perãdæ, prout tradit omnia declarãdo Menoch. in
præludiis ad d. tractat. de recuper. poſſ. nu. 34.
Quod ad rem noſtram pertinet, de iure ciuili
14 † in hoc plenario, & ordinario poſſeſſorio, in quo
ordinariè proceditur, & iuxta iudicij ordinem, vt
ſuprà allegati aſſerunt, poteſt appellari à ſententia
lata, quæ diffinitiua eſt, vt ibid. & Lãfra. in c. quo-
niã contra. in verb. interlocutoriæ & appellatio-
nes, nu. 102. quoad effectum deuolutiuum tãtùm,
non ſuſpẽſiuum. in hoc enim iudicio de maximo
præiudicio tractatur propter commodum poſſeſ-
ſionis. §. cõmodum. cum materia: inſtit. de inter-
dict. & tradit latè Rip. in c. ſæpe. in princ. de reſtit.
ſpoliat. vbi 12. commoda poſſeſſionis refert. Idcir-
co ordinaria iudicij requiruntur, vt poſt Bald. A-
lexan. Dec. Zucchar. Lapum. & alios communiter
* * in l. ſi. C. de edict. Diu. Adr. toll. tradit Cagnol. in
d. l. in pari. num. 8. & Plot. d. nu. 114. & præter eos
tradit Dec. in conſil. 302. col. 2. & Alexan. conſil. 2.
num. 9. lib. 3. & tradunt Fernand. Rubeus Coras.
& alij communiter in d. §. nihil commune. ad fin.
Non poteſt igitur in hoc iudicio, & in hoc ordi-
nario poſſeſſorio de iure ciuili appellari quo ad
effectum ſuſpenſiuum tantùm, ſed poterit appel-
lari quoad effectum deuolutiuum, lata enim ſen-
tentia demãdabitur executioni, ſed nihilominus
cauſæ cognitio deuoluetur, vt propriè dicere vi-
detur text. in d. l. vni. C. ſi de moment. poſſ. fuerit
appell. ibi lata ſententia ſortitur effectum. prout
interpretatur Bar. in l. 2. col. 2. de app. recip. & ibid.
Alb. de Roſ. col. 2. † Ratio autem cur non appel-
15 letur quod effectum ſuſpenſiuum eſt, quia graua-
men reparari poteſt in petitorio, vt dicunt Ca-
gnol. & Plot. in ſuprà citatis locis, & Lanfranc. in
d. verb. interlocutoriæ. & in ver. appellationes.
nu. 102. verſ. ratio autem. Idcirco ſi daretur caſus,
in quo damnum in petitorio reparari non poſſet,
vel ſi eſſet primò intentatum petitorium, & ne-
gocium finitum eſſet, ex quo ampliùs ad petito-
rium rediri non poſſet, & damnum conſequenter
in eo reparari etiam minimè poſſet, profectò etiã,
quoad ſuſpenſiuum tunc liceret appellare, vt Lan
franc. & alij prædicti in dictis locis affirmârunt,
& voluit Bald. & Angel. in d. l. vnica, & Socyn. in
regul. 18. fallent. 2.
Quòd autem de iure ciuili, quoad effectum ſu-
ſpenſiuum non liceat appellare (neque enim ſim-
pliciter eſt intelligenda regula illa, quæ in ore eſt
omniũ, quòd à ſententia lata in poſſeſſorio de iu-
re ciuili nõ datur appellatio, quæ elicitur ex text.
in d. l. vnica. ſed intelligenda eſt quoad effectum
ſuſpenſiuum tantùm in hoc iudicio plenarij poſ-
ſeſſorij) tenuerunt inquam hanc opinionem Al-
ber. de Roſ. in d. l. vni. Bart. in l. 2. col. 2. de app. re-
cip. Abb. in c. cùm ad ſedem, col. pen. de reſtit. ſpo-
liat. & idem in conſ. 55. lib. 2. vbi dicit verba Bart.
in d. l. 2. ad hoc propoſitũ eſſe veriſſima, & notan-
da. Bal. in l. 2. col. fi. C. de epiſc. aud. vbi inquit, quod ap
pellatio in poſſeſſorio procedit, ſed non impedit
executionem, & reddit rationem, quia ſi retracta-
bitur ſentẽtia, etiam retractabitur executio. idem
tenet Cagn. in d. l. in pari, num. 8. verſ. & in iſto iu-
dicio. Benint. deciſ. 17. nu. 5. Afflict. deciſ. 269. Ma-
16 rant. in ſpec. part. 6. c. de appel. num. 294. † vbi di-
* cit magis communem opinionem* eſſe cum Bar.
in d. l. quod valeat appellatio nõ retardata execu-
tione, & quòd ita ſeruatur in practica. idem dicit,
& de communi atteſtatur Rubeus in d. §. nihil cõ-
mune, col. fin. nu. 346. & ibid. Coras. nu. 26. qui ſi-
militer hanc eſſe communem atteſtatur. Grauat.
ad Veſtr. in praxi lib. 7. cap. 3. num. 38. vbi hanc eſſe
magis communem affirmauit. Et Benint. d. deciſ.
17. n. 5. dicit ita fuiſſe obſeruatum & iſtam eſſe tu-
tiorem partem. Couar. etiam communẽ dicit in
lib. pract. quæſt. cap. 23. nu. 8. verſ. ſecunda conclu-
ſio, & ſequutus eſt etiam Rip. in d. c. ſæpe, num. 3.
& nouiſſimè hanc partem amplexus eſt Menoch.
in d. 4. remed. adipiſcend. poſſ. num. 828. vbi ma-
gis cõmunem eſſe atteſtatur, & in tract. de recup.
poſſ. in 9. remed. nume. 322. & aſſentit etiam Rol.
conſ. 77. num. 15. libr. 2. & Nicel. in tract. de con-
cord. gl. in 6. concord. num. 34. Et licèt aliqui fue-
rint, qui contrarium auſi ſunt tenere, prout fuit
inter alios Dec. in conſil. 28. qui communem opi-
nionem in hoc articulo eſſe dixit contra Bart. in
d. l. 2. & Pap. in form. appell. ab inter. in vlt. glo.
num. 9. & alij, qui in ſuprà dictis locis adnotan-
17 tur. † Tamen iſti ſequuti ſunt opinionem, quæ
* communis * erat ante Bart. quæ erat, quòd de iu-
re ciuili in poſſeſſorio non licebat appellare, pro-
ut dictam regulam eliciebant ex d. l. 1. C. ſi de mo-
ment. poſſ. ibi, lata ſententia ſortiatur effectum.
Quæ verba illis temporibus communem habe-
bant intellectum, quòd ſententia in iudicatũ trãſ-
iret quod vtrunq; effectum ſuſpenſiuum ſcilicet,
& deuolutiuum, prout declarat Rolan. d. conſ. 77.
nume. 15. poſt alios, quos allegat. Sed poſt Barth.
omnes magis communiter dicta verba fuerunt
18 interpretati, † quòd ſententia ſortiatur effectum
quoad executionem, quæ non debeat vllo modo
ſuſpendi, aut retardari, ſed quòd nihilominus ap-
pellatio recipiatur à iudice, ad quem fuerit appel-
latum, & circa cauſæ negocium cognoſcatur. Ita
enim dicunt omnes communiori calculo, quos
ſuprà citauimus, & præſertim Benint. d. deciſ. 17.
nume. 5. & Couar. d. c. 23. nume. 8. verſ. ſecunda
conclu-



concluſio. Satis igitur eſt hac noſtra tẽpeſtate hãc
eſſe receptiorem, & magis communẽ opinionẽ,
vt ſuprà allegati doctiſſimi moderniores affirmâ-
runt, à qua in conſulendo, & iudicando non erit
tutum recedere, iis preſertim qui ſub Cæſarea di-
tione commorantur, per ea quæ dicit Papienſ. in
d. vltima gloſ. num 10. & in form. lib. in cauſ. ſpol.
in gl. per veſtram diffinitiuam ſentẽtiam, nu. 3. &
Bart. in l. priuilegia, col. 1. C. de ſacr. ſan. eccleſ. &
per gloſ ordinariam in c. 2. de arb. lib. 6.
19 De iure autem Canonico † appellari poteſt in
poſſeſſorio iſto ordinario quoad vtrunque effe-
ctum, deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpenſiuũ, tex. eſt
in Clem. 1. vbi not. & ibi Card. in prima oppoſ. de
ſequeſtr. poſſ. & fruct. & eſt gl. in c. cùm ad ſedẽ.
vbi optimè Ab. de reſtit. ſpoliat. & tradit Bal. in l.
vni. C. ſi de moment. poſſ. & inuit. etiã Bart. in d. l.
* 2. col. 2. de app. recip. & eſt communis* opinio, vt
voluit Abb. in d. c. cùm ad ſedem, & Afflict. d. de-
ciſ. 269. & Nicell. in d. concord. 6. num. 26. in ſepti
ma moderatione, d. c. de appellat. num. 295. Curt.
iun. cõſ. 168. & Graua. ad Veſt. d. c. 3. nu. 38. & Cou.
d. c. 23. nu. 8. in prima concluſione, qui omnes de
communi opinione atteſtantur. & ſequutus eſt e-
tiam Feder. de ſenis conſ. 77. & Bald. conſ. 126. lib.
3. & conſ. 379. libr. 1. & in hoc concurrit etiã Dec.
in d. conſ. 28. etſi quoad ius ciuile contrarietur,
vt ſuprà, & Neguſ. etiam in tract. de pig. primo
mẽb. 8. par. nu. 3. & Zucch. in l. fin. nu. 441. C. de e-
dict. D. Adr. toll. & Guid. Pap. in trac. de appell.
quæſt. 84. num. 55. Et profectò hæc opinio nullum
videtur habere contradictorem in hoc caſu de
iure canonico loquendo, cùm hoc ipſum ius
20 † grauamina omnino repellere voluerit, vt not. in
c. debitus. de appel. & dictum eſt ſuprà. Solùm re-
peri nouiſſimè Menoch. in d. tractat. de adipi. poſ.
in d. 4. remed. in quæſt. 100. num. 840. in ſecunda
extenſione, qui conatur tenere, quòd etiam de iu-
re Canonico liceat appellare in iſtis poſſeſſoriis
ordinariis ſi modo de iſtis poſſeſſoriis ordinariis
ipſe intelligere voluit, quo ad effectum deuo-
lutiuũm tantùm non quoad effectum ſuſpenſi-
uum, quomodo nos de iure ciuili hanc conclu-
ſionem ſuprà firmauimus, quod etiam ipſe oſten-
dere videtur, vt idem ſit de iure canonico. Quam
opinionem diſputationis gratia ego per bellam
eſſe dicerem, ſed in practica, & iudicando neſcio
an tutum eſſet à communiori, & receptiori rece-
dere opinione, de qua ſuprà proximè diximus.
Non inficior tamẽ, quòd licèt de iure ciuili in
hoc plenario poſſeſſorio appellari nõ poſſit, quo-
ad effectũ ſuſpenſiuũ, vt latè ſuprà diximus mul-
tifariam, multíſque modis tamen hæc regula li-
mitatur, prout tradit Socyn. in reg. 18. Iaſ. in l. 1. C.
de bon. poſſ. & in l. patre furioſo. de his, qui ſunt
ſui, vel alien. iur. Rip. in d. c. ſæpe de reſtit. ſpol. Ni-
cell. in d. concord. 6. num. 26. & Duen. in reg. 44.
Vant. in tract. de nullit. cap. quis poſſit dicere de
nullit. num. 34. Zucchar. in d. l. fi. num. 435. & no-
uiſſimè Menoch. in d. 4. remed. adipiſcen. poſ. nu.
826. quæ in dictis locis facillimè videri poterunt.
Iis ita præmiſſis pro parte dictæ D. Martianæ
inter alia allegabatur diſpoſitio Egidianæ conſti-
tutionis ad impediendum, ne dicta appellatio re-
ciperetur, per ipſam enim conſtitutionem in poſ-
ſeſſoriis prohibetur appellatio, quæ licèt in mo-
mentaneis poſſeſſoriis loquatur, ſicque de ſtricta
ſignificatione non niſi ſummarium poſſeſſorium
comprehendere videatur, per ea, quæ ſuprà dicta
ſunt. Tamen quemadmodum diſpoſitio. l. vni. C.
ſi de moment. poſſ. fue. app. etſi loquatur de mo-
mentanea poſſeſſione, tamen omnia poſſeſſoria e-
tiam plenaria comprehendit, vt eſt Adipiſcendæ,
Retinendæ, & Recuperandę, vt dicit Barth. in d. l.
2. col. 2. de appel. recip. & in l. quiſquis. C. quor. ap
pel. non recip. & eſt communis obſeruantia, vt
tradit Duen. in d. regula 44. in prin. & paſſim tra-
21 dunt omnes ſuprà allegati. Ita † de communi ob-
ſeruantia & quotidiana practica diſpoſitio dictæ
Egidianæ conſtitutionis, etſi loqui videatur de
momentanea tantùm poſſeſſione, tamen etiam
quæcunque plenaria poſſeſſio comprehendit, &
paſſim in omnibus terris, & in omni ditione Ec-
cleſiaſtica quoad prophana obſeruatur, vt dicit
Pariſ. in conſil. 108. num. 15. lib. 1. & Mohed. deciſ.
47. & Creſce. deciſ. 120. Propterea ex parte illius
dicebatur, & inſtabatur dictam appellationẽ eſ-
ſe reiiciendam.
22 Etſi enim † de iure ciuili regula ſit, quòd appel
latio non deuoluit quoad executionem in poſ-
ſeſſoriis vt ſuprà dictum fuit, tamen inter alias li-
mitationes illa vel præcipua eſt, quãdo per ſtatu-
tũ, vel aliquam conſtitutionem appellatio in poſ-
ſeſſoriis prohibetur, prout dictam conſtitutionẽ
prohibere conſtat, quia tunc appellatio intellige-
tur etiam eſſe prohibita quoad effectum deuolu-
tiuũ, nedum ſuſpenſiuum, vt ſtatutũ, ſeu conſtitu-
tio, quæ iuris iam conceſſi cõtinet diſpoſitionẽ,
pluris quid vltra dictum ius commune operari
23 videatur, quando quidem † conſtitutio illa Mar-
chiæ Ancon. reducit nos ad ius ciuile, vt dicit
Bal. in l. 2. num. 1. C. de appell. & Aret. in conſ. 106.
in fin. Nam de iure cõmuni in talibus poſſeſſoriis
quoad executionem ſatis erat prouiſum, ne lice-
ret appellare, vt ergo aliquid dicta cõſtitutio o-
peretur, & ne ſuperflua reddatur dictum etiam
effectum deuolutionis operari debet. Et ſic ſtan-
te dicta conſtitutione appellatio in totum reiicie
tur, prout in terminis iſtis tradit Neguſ. in tract.
de pign. in 1. memb. 8. par. numer. 3. & ſequutus eſt
Benint. d. deciſ. 16. in fin. & Grauat. ad Veſtr. in d.
c. 3. num. 38. & Veſtr. idem ibid. nu. 5. & Menoch.
in d. 4. remed. adipiſc. poſſ. nu. 878. ad fi. & præter
ipſos faciunt etiam tradita à Nicel. in d. concord.
6. num. 152. & num. 26. in fi. vbi dicit, quòd per ſta
tutum tolli poteſt appellatio in poſſeſſoriis. Et ſic
ex iſtis maxima cum inſtantia ex parte dictæ Do-
minę, quęrebatur vt dicta appellatio reiiceretur.
Ego itaque prædictis adductus rationibus, &
fundamentis facillimè in hanc ſententiam con-
deſcendiſſem, niſi bene & diligẽter omnibus per-
cunctatis, quæ in dicto proceſſu actita fuerũt, ani
maduertiſſem notoriũ grauamen dicto Magiſtro
Franciſco fuiſſe per d. ſententiam illatum, Nanq;
ex quibuſdam inſtrumentis, & ex plurium teſtiũ
depoſitionibus conſtabat ipſum à notorio ſpo-
24 liatore fuiſſe dicta poſſeſſione priuatũ. Vnde † cũ
ex actis notorium inducatur, vt dicit Neuiz. cõſ.
81. nu. 32. Soc. iunc. conſil. 16. nu. 18. lib. 1. & Pariſ.
cõſ. 111. nu. 7. libr. 4. & Menoch. in tractat. de arb.

iud.lib.2.cent. 2.caſ.166. num.6.Ego à dicta opi-
nione aliquantulũ diſcrepabam.Dicta enim con-
ſtitutio expreſſè voluit appellari poſſe ſtante no-
torio grauamine, vt ibidem legitur. Et eſt etiam
de mente doctorum, vt habetur per Rom.in cõſ.
324.& per Feder.de ſen.in conſ.76. & eſt caſus in
cap.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpoliat.& in clem. v-
ni.de ſequeſtr.poſſ.& tradit Neuiz.d.cõſ.81.nu.31.
& faciunt etiam tradita à Grauat.ad Veſtr.d.c.3.
num.47.& à Nat.in conſil.51.num.21 lib.1.vbi vo
25 lunt,quòd † quoties in actis cõſtat de iniquitate
ſententiæ,tunc à ſententia lata etiam in poſſeſſo-
rio licebit appellare, quod etiam velle videtur
Crott. in l.1.num. 29. de oper.nou.nunt.Nihilo-
minus meam non protuli in hac cauſa ſententiã,
quia partes reduxi ad concordia vnà cum magni-
26 fico & excellenti D.† Ioan.Baptiſta Orſino Patri-
cio Fulginatenſi ſcholari in hoc gymnaſio ſupre
mæ expectationis,& nunc referendario Apoſto-
lico digniſſimo, & domino meo obſeruandiſſi-
mo,quamuis iam prout in notula ſentẽtiam pro-
tuliſſem,manu ſer Philippi Not.Peruſ.Die 4.Au-
guſti 1569.Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XXI.

### SVMMARIVM.

1 *Dotata mulier in teſtamẽto,vel inter viuos excluditur, propter maſculos,ſtante ſtatuto Tudertino excludente mulieres dotatas.*

2 *Quod meum eſt,meum amplius effici non poteſt.*

3 *Dos per virum prælegata eſt debita vxori ſoluto matrimonio.*

4 *Vxor tenetur expectare per annum ad repetendã dotem,quando dos conſiſtit in pecuniis, & alijs rebus mobilibus,ſecus quando conſiſtit in immobilibus,& donec dos reſtituatur, alimentari.*

5 *Filia dotata excluſa à ſtatuto propter agnatos maſculos non poteſt dicere nullum teſtamentum patris, in quo fuerit ipſa præterita, nec petere bonor.poſſ.cont.tabul.*

6 *Filia dotata ad hoc vt excludatur,ita dictante ſtatuto, non eſt differentia facienda, an ſit dotata in teſtamento,vel extra teſtamentum, etiã quòd inutilis ſit inſtitutio.*

7 *Statutum Tudertinum excludit filias dotatas quomodocunque fuerit dotata.*

8 *Quomodocunque dicta eſt apta cõprehendere propter ſui vniuerſalitatem, omnẽ modum,& omnẽ formam.*

9 *Dos promiſſa dicitur propriè dos quando eſt ſequutum matrimonium, & eſt magis communis opinio.*

10 *Dotem promittendo pater exercet actum donationis,& dotem ipſam deſtinat.*

11 *Dos promiſſa dicitur propriè dos,etiã in materia ſtatutaria.*

12 *Dos promiſſa dicitur propriè dos ex communi vſu loquendi, qui communis vſus loquendi eſt hic Peruſiæ,Senis, & in aliis locis hîc enumeratis.*

13 *Patriæ ſuæ nomen afferre iucundiſsimum eſt.*

14 *Verbum,dotata,exponi debet per promiſſa,& ita verificatur ſtatutum dictans excludi mulierem dotatam,quod habeat locũ etiam, quòd dos per patrẽ fuerit deſignata filiæ impuberi, & ab hac opinione in deciſiuis non eſt recedendum.*

15 *Statutum excludens filiam dotatam, & requirens quòd dos ſit data ad hoc vt filia excludatur, requiritur dotem eſſe traditam,& non ſufficit dotem eſſe promiſſam.*

16 *Pater promittens dotem de bonis paternis,& maternis,cenſetur promiſiſſe de paternis bonis tantùm,& eſt magis com.opin.*

17 *Copula, quando cadit circa ea, in quibus cadit charitas, & affectio, tunc dicta copula deſignat ordinem charitatis, non autem ſeparationem.*

18 *Copula ſolet vnicuique rei actũ verbi attribuere.*

19 *Dotare filias eſt paternum officium non maternũ, niſi in ſubſidium.*

20 *Copula in caſu hîc adnotato ordinem tantùm deſignat*

21 *Marian.Soc.ſent.in c. tuæ.extra de ſponſalib. reprobatur.*

22 *L.fin.C.de dot.promiſſ.habet plures intellectus.*

23 *Si pater dixit ſe dotare filiã de bonis paternis,& maternis, nihilominus filia poterit conſequi bona materna, ne effuſo ſermone videatur cum rebus alienis liberalitate vti.*

24 *Copula,& maternis l.fin.C.de dot.promiſſ. intelligitur,id eſt,ſi bona patris non ſufficiunt, & eſt communis intellectus.*

25 *Ampliatur hoc procedere etiã quòd filia eſſet diues.*

26 *Ampliatur ſecundò etiã quòd pater diceret,quòd ſi ſciuiſſet dictã promiſsionẽ non includere bona materna,talem promiſsionem non feciſſet.*

27 *Quæ tamẽ declarantur dũmodo dos ex dicta exceſsiua quantitate inofficioſa non redderetur.*

28 *Pater promittens dotẽ,puta tot de bonis maternis, & tot de bonis paternis, tunc cenſetur facta promiſsio tã de bonis paternis quàm maternis,cùm nõ effuſo ſermone,ſe diſtinctè loquutus fuerit,& eſt com.opin.*

29 *In claris non eſt opus coniecturis.*

30 *Cõmunis intellectus ad l.fin.C.de dot.promiſſ.recitatur.*

31 *Pater promittens dotẽ pro filia, ſi apparet quod de bonis filiæ promittere voluit,promiſsio exequetur in bonis filiæ.*

32 *Prædicta facilius procedunt,quando adeſt conſenſus filiæ.*

33 *Conſenſus filiæ in promiſsione dotis,facta à patre de bonis etiam filiæ operatur,quòd filia intelligatur dotata etiam de bonis filiæ.*

34 *Diſpoſitio l.fin.C. de dot.promiſſ. quòd promiſsio facta à patre de bonis paternis,& maternis, intelligatur facta de bonis paternis tantùm habet locum, quando bona aliquo modo ad filiam ſpectant.*

35 *Statutum Tudertinum excludens fœminas dotatas, intelligitur etiam excludere ab hæreditate matris.*

36 *Stante prædicto ſtatuto mulieres excluduntur etiam ab hæreditate non dotantium,contra Dec. conſil.346.*

37 *Legitima debetur iure naturæ,declara vt infrà.*

38 *Dos congrua dicitur vſque ad legitimam.*

39 *Statutum generaliter loquens non includit legitimam,niſi de ea fiat particularis mentio.*

40 *Legitimæ non poteſt fieri præiudicium per pactũ.*

41 *Mulier dotata in minore parte,quàm ſit legitima ſtante prædicto ſtatuto non poteſt petere ſupplementum legitimæ,& eſt magis com.opin.*

42 *Sublata cauſa inteſtati etiam legitima ſubmouetur.*

43 *Statutum Tudertinum probibens filiam dotatã plus petere non poſſe, ſed eſſe contentam dote, impedit virtualiter, vt filia nec etiam legitimæ ſupplementum petere poſsit,vt infrà nu.49.vbi talis limitatio comprobatur.*

44 *Thobias Nonius Peruſinus.I. V.Doct.excellentiſsimus & authoris præceptor.*

45 *Statutum excludens fœminas propter maſculos valet,& eſt rationabile tanquam factum cauſa agnationis ſeruandæ.*

46 *Statutum prædictum probibens filiam plus petere non poſſe, intelligitur etiam prohibere ſupplementum legitimæ,& eſt magis com.opin.*

47 *Legitimæ quòd requiratur expreſſa mentio, ad hoc,vt ea comprehendatur habet locum in diſpoſitione hominis,ſecùs in diſpoſitione legis & ſtatuti.*

48 *Intellectus l.ſi quando.§.generaliter. C.de inoff. teſtam.*

49 *Argumentũ de pacto ad ſtatutum procedit affirmatiuè,non enim ſequitur, legitima tolli non poteſt per ſtatutũ,ergo nec per pactũ,ſed è contrà.*

50 *Legitima non debetur iure naturæ, ſed naturali quadam ratione, & æquitate de iure tamen ciuili.*

51 *Statutum ex cauſa poteſt tollere legitimam, tanquam adinuentam de iure ciuili,ſuadente naturali ratione.*

52 *Filia dotata à patre in minori parte,quàm ſit legitima,nõ poteſt agere ad ſupplementũ legitimæ, ſecùs ſi ab extraneo,erunt tamen rectè perpendenda verba ſtatuti.*

53 *Limitatur hoc non habere locum, etiam quòd fuerit dotata à patre,quando dos non ſufficeret ad alimenta.*

54 *Limitatur nõ habere locum,quando eſt maximus exceſſus in legitima,quia tunc filia enormiſsimè læſa petit ſupplementum legitimæ.*

55 *Pater in ſupradicto caſu enormiſsimæ læſionis tenetur ſatisfacere mulcta indicta,pignoribus captis, vel detruſo eo in carceribus.*

56 *Pater præſumitur bonũ conſilium pro filio capere.*

57 *Patres aliquando reperiuntur odio proſequi proprios filios.*

58 *Dos quod commenſuretur ad quantitatẽ legitimæ, intelligitur non quòd verè commenſuretur ad legitimam,ſed quòd ex boni viri arbitrio dicta dos commenſuretur vſque ad quantitatem legitimæ.*

59 *Qualitas maſculinitatis,quando eſt fundamentũ intentionis alicuius,debet probari.*

60 *Filius agens ad hæreditatem patris,debet probare non ſolum ſe eſſe filium,ſed etiam legitimum.*

### Argumentum.

Tudertinũ ſtatutum excluſiuũ fœminarum propter dotes habitas, doctiſſimè



explicatur habere locum ſiue in dote data,ſiue promiſſa, aut aliter conſtituta, vel deſignata in teſtamento vel inter viuos.

Quódque dos promiſſa etiã in materia ſtatutaria dicitur propriè dos, & communis vſus loquendi attenditur,etiã in materia huiuſmodi ſtatutaria.niſi tamen ſtatutũ requireret expreſſè dotem eſſe datam.

Pater ſi promittat dotem de bonis paternis, & maternis, filia poteſt nihilominus petere bona materna,niſi pater diſtinxerit quam quãtitatem promittat de bonis paternis,& quam de bonis maternis,& declaratur intellectus.l.fin.C.de dot.promiſſ. cum quibuſdam limitationibus.

Legitima non debetur iure naturæ, ſed naturali quadam ratione, & dos commenſuratur vſque ad legitimam arbitrio viri, niſi fuerit dotata à patre, quando tamen (etiam quod eſſet dotata à patre) non reperiretur enormiſſimè læſa dicta filia,& dictum ſtatutum eſt rationabile,ratione cõſeruandæ agnationis,& valet quòd legitimæ fiat expreſſa mentio procedit in diſpoſitione hominis, non autem in diſpoſitione legis,vel ſtatuti.

Argumentum de pacto ad ſtatutum valet affirmatiuè.

Statutum poteſt ex cauſa minuere legitimam.

Qualitas maſculinitatis debet probari.

Et filius agens ad hæreditatem patris debet probare,non ſolùm ſe eſſe filiũ, ſed etiam ſe eſſe legitimum.

AVGVSTINVS de Compagnis de ciuitate Turderti in eius teſtamento inſtituit hærede vniuerſales R.D.Primerium Bernardinũ,Pieraloyſium, & ſer Agriciniũ. q.Caroli de Compagnis de Tuderto, eius conſanguineos, relinquens D.Gineueræ eius filiæ,& vxori Peralberti de Meuania dotes,aliàs d.Peralberto per iſum Auguſtinũ promiſſas, videlicet ſcutos quingentos de bonis paternis,& maternis,hoc modo, quòd ſcutos ducentos haberet de bonis D.Semproniæ matris d.D.Gineueræ,& vxoris d.Auguſtini,& ſcutos tercentũ de bonis ipſius patris teſtatoris,& quòd nihil ampliùs petere poſſet.Moritur d. Auguſtinus, remanentibus omnibus ſuprà nominatis,non mutato aliter teſtamẽto.Pręfati hæredes acceperunt poſſeſſionem omnium bonorum,D.Gineuera,& Peralbertus inſurrexerunt aduerſus dictos hæredes, dicentes vanam fuiſſe dictam inſtitutionem, quoad d. D.Giueueram, & in nihilo fuiſſe inſtitutam, quia inter viuos iam dictam ſummam quingentorum ſcutorum dictus Auguſtinus promiſerat pro dictis dotibus D. Giniueræ dicto Peralberto, & conſequenter dicebant dictũ teſtamentum nõ valere.

Præterea, dato, quòd teſtamentum valuiſſet, & ſi
dictus Auguſtinus dixerit in eo relinquere quin-
gentos ſcutos de bonis paternis, & maternis, ni-
hilominus intelligi debere fuiſſe relictum in o-
mnibus de bonis dicti Auguſtini, abſq; bonis di-
ctæ D.Semproniæ matris dictæ D. Gineueræ, nec
in hoc ſuffragari hæredibus prædictis ſtatutum
Tudertinum excluſiuum fœminarum dotatarũ.
Cùm videatur intelligi excludi debere ab hęredi-
tate dotantium tantummodo. Et in omnem e-
uentum non impediri, quin petat ſupplementum
legitimæ, quatenus dos illa ad legitimę quantita-
tem non aſcendiſſet.

De tribus igitur dubitari contigit. Primò, an
teſtamentum ſubſiſtat, ex quo nil aliud in teſta-
mento reliquit niſi dotem, aliàs vt ſuprà promiſ-
ſam. Secundò, an promiſſio illa dotis bonis pa-
ternis, & maternis intelligatur verè in totum fa-
cta de bonis paternis tantùm, an verò cõprehen-
dantur etiam bona materna, ſtante præſertim ſta-
tuto Tudertino excluſiuo fœminarum dotatarũ.
Tertiò, & vltimò, an quatenus dos illa non aſcen
diſſet ad legitimam, poſſet dicta domina Gineue-
ra petere ſupplementum dictæ legitimæ.

Quoad primã dubitationẽ non fuit admodũ
inſiſtendum, quia tum de iure communi, tum e-
tiã de iure municipali, & ſtatutario ciuitatis Tu-
1 derti † videtur ſufficere mulierẽ eſſe dotatam vel
in teſtamento, vel inter viuos, ſtante diſpoſitione
prædicti ſtatuti Tudertini excluſiui fœminarum,
vt ſuprà. Nanque dictus Auguſtinus propter di-
ctũ ſtatutum, non erat ampliùs adſtrictus in ali-
quo inſtituere in eius teſtamento dictã Gineuerã
eius filiam, cùm dotata iã ab eo ipſa fuiſſet, quã-
do illam dicto Peralberto nuptui tradidit, vt Bru.
ſæpe dicit in ſuo tractatu excluſiuo fœm. & per ſe
ſatis patet. Et ſi ergo illam inſtituerit in re iam ei
promiſſa, ſicq; videatur inſtitutio fruſtratoria, &
2 inutilis. §. ſed ſi rem. inſtit. de leg. † cùm meũ am-
pliùs meum effici non poſſit. §. ſic itaque inſtit. de
actio. l. cùm quis, de leg. 3. cum ſimilibus. Tamen
ex quo non tenebatur illam inſtituere, ideo & ſi
eam inſtituerit, etiam inutiliter teſtamentum nõ
vitiatur. argum. l. 1. §. eodémque modo. C. de rei
vxor. actio. Quamuis dici etiam poſſet quòd di-
cta inſtitutio inutilis, & fruſtratoria minimè fue-
rit, quia licèt iam extra teſtamentum, & inter vi-
uos dicta dos fuerit promiſſa, vt ſuprà, tamen re-
linquendo eandem pater in teſtamento, non dici-
tur inutiliter & vanè relicta, ſaltem propter com
modum temporis, quia in promiſſione dictæ do-
tis, dictus pater dilationem habuit ad ſoluẽdũ,
vt in facto præſupponebatur. Ex hac autem inſti-
tutione abſque vlla dilatione dictam dotem con-
ſequi poterat, l. 3. §. pen. de leg. 3. & ſic ex illo cõ-
modo dicta inſtitutio inutilis dici non poteſt,
prout declarat etiã Barth. in l. 3. §. ex plurib. num.
13. de leg. 3. Vt in ſimili dicitur de dote per virũ
3 vxori prælegata, † quæ licèt ſit debita vxori ſolu
to matrimonio. l. 2. in princ. ſol. matrim. l. vni. §.
exactio. C. de rei vxor. act. tamen propter com-
modum repræſentationis, quia ſtatim dos repre-
ſentatur, & ſtatim peti poteſt. §. ſed ſi vxori. inſtit.
de leg. & ibi Aret. & Bart. in l. cùm ibi not. de
dot. prælег. cùm plus tempore legatum dicatur.
§. plus. inſtitut. de act prælegatum ipſum, & inſti-
4 tutio vtilis † eſſe dicitur in pecuniis, & in aliis re-
bus non immobilibus prout etiã in caſu noſtro,
tamen ali debet, quandoquidem aliàs vxor per an
num expectare debet pro dotis conſecutione. d. l.
vn. §. cùm autem. C. de rei vxor. act. & d. l. 1. §. verũ
eſt, de dot. prælег. & latè declarat Plot. in l. ſi quã-
do, nu. 459. C. vnde vi. ſtante autem dicta inſtitu-
tione, ſeu prælegato ſtatim peti poterit, vt ſuprà,
& tradit etiam latè Guald. in tract. de art. teſt. in
tit. de leg. caut. 17. Dote. ſic in caſu iſto propter cõ
modum temporis dicta inſtitutio, & prælegatum
inutilis dici minimè poterit.

Præterea, dato, quòd dicta inſtitutio inutilis
fuiſſet, quod tamen non eſt per prædicta, tamen
propter hoc nihil aliud ſequi poſſet, niſi quòd i-
pſa filia pro non ſcripta haberetur, quòd ſi fuiſſet
dicta D.Gineuera in teſtamento pręterita dicere-
5 tur, † ſed & ſi præterita fuiſſet à patre in teſtamẽ-
to, nihilominus dictum teſtamentum impugnare
nõ poſſet, ſtãte ſuprà dicto ſtatuto, quia filia dota
ta excluſa à ſtatuto propter agnatos maſculos, nõ
poteſt dicere nullũ teſtamentũ patris, in quo fuit
ipſa præterita, nec petere bonorum poſſeſſionẽ
contra tab. agnatis præcipuè maſculis inſtitutis,
vt fuit in præſenti caſu, nec aliter dictũ teſtamen-
infringere vt dicit Brun. in tract. ſtat. excluſ. fœ-
min. in art. 10. quæſt. 4. & ſequitur Galliaul. in l.
Gallus. §. & quid ſi tantùm, numer. 55. & Crott. i-
bid. numer. 109. Ruyn. num. 137. & Claud. num. 21.
& Iaſ. num. 58. & Alex. num. 16. de lib. & poſth. &
ita in iis terminis argumentatur etiam Crott.
conſil. 120. num. 5. & Cæphal. conſil. 145. nu. 10. lib.
* 1. & magis *communem opinionem eſſe atteſta-
tur doctiſſimus Iul. Clar. lib. 3. recept. ſen. §. teſta-
mentum, verſ. item quæro. vbi plures alios hu-
ius opinionis ſectatores allegat. Quòd etiã aſſe-
rit & ſequitur præter allegatos à Clar. ibi Crott.
conſ. 100. num. 9. & Emil. Ferr. conſ. 1. num. 15. &
16. vbi in propriis terminis propoſitæ quæſtionis
6 dicit. † quòd ad hoc, vt filia dotata excludatur ita
dictante ſtatuto, non eſt differentia facienda an
ſit dotata in teſtamento, vel extra teſtamentum.
Adeo quòd ſiue vtilis, ſiue inutilis fuerit inſtitu-
tio dictum teſtamẽtum à D.Gineuera impugna-
ri non poterat.

Ex iure igitur communi dicta D.Gineuera mi-
nimè dictum teſtamentum impugnare poterat,
ſtante dicto ſtatuto, ita vt ſuprà à iure ipſo inter-
7 pretato, vt dictum fuit. † Inſuper ex eodemmet
ſtatuto Tudertino eadem domina Gineuera cla-
riùs excludebatur ab impugnatione prædicta,
quia ipſum expreſſè excludit dictas filias dotatas
quomodocunque fuerint dotatæ. Igitur caſus re-
manet clarus, & à dicto ſtatuto deciſus propter il
8 lam dictionem, quomodocunque † quæ propter
ſui vniuerſalitatem eſt apta comprehendere o-
mnem modum, & omnem formã, vt dicit. Dom.
conſil. 115. col. 2. per iura quæ allegat, vt refert, &
ſequitur Staſil. in tract. de grat. & expec. capit. de
vi. & effec. clauſ. §. ſubſequenter, num. 30. Et ſic eſt
expeditum, quòd D.Gineuera d. teſtamentum mi
nimè poterat impugnare.

Nec vlla penitùs vis eſt faciẽda ſuper eo, quòd
ex parte dictæ D. Giniueræ allegabatur, nempe
dictam



dictam dotem fuiſſe tantùm promiſſam per dictũ
Auguſtinum patrem dictæ Gineuerę, quando di-
cto Peralberto nuptui tradita fuit, vt ſuprà ſed
nondum ante dictum teſtamentum, & ante mor-
tem ipſius Auguſtini traditam fuiſſe, Adeo quòd
ſtatutum pręedictum excludens fœminas dotatas,
locũ ſibi nõ vẽdicet in caſu, quo dos promiſſa tra
dita nõ fuit. Quandoquidem licèt doctores circa
9 hoc ſatis variè fuerint locuti, † nihilominus com
muniori calculo omnes cõuenire videntur, quòd
quãdo dos promiſſa eſt, & ſequutũ eſt matrimo-
niũ, etiam quòd tradita dos non fuerit, tamẽ pro-
priè etiã tunc dos dici poſſit, ſaltem ad effectum,
vt talis filia ex diſpoſitione dicti ſtatuti excluda-
tur. vt voluit Brun. in d. tract. ſtat. excluſ. fœmin.
in art. 10. quæſt. 7. col. pen. & Bal. nouell. in tract.
de dot. part. 1. nu. 20. & ante eos voluit Bar. in l. Ti-
tio centum. §. Titio genero. de cond. & demonſt.
& in l. cùm plures. §. cùm tutor. in fi. de adminiſt.
tut. & Iaſ. in rub. ſi. ff. ſol. mat. num. 23. & ibi latiùs
Vincent. Saluiol. nu. 69. vbi recẽſet qui contrariũ
tenuerunt, & poſtea tenet hanc partẽ, dicítq; iſtã
* communẽ * eſſe opinionẽ, & hanc partem ſequu
tus eſt etiam Niconit. ibid. nu. 150. vbi dicit, ſe mi-
rari, quòd Alex. in cõſ. 13. lib. 3. ſequutus fuerit cõ-
trariam opinionem, quæ erat opinio antiquorũ.
& in d. rub. nu. 48. idem in terminis tradit Ioan.
Annibal, vbi dicit communẽ, per ea, quæ allegat,
& omnes repetentes ibid. ſequuntur. Qui omnes
10 mouentur, vel ea præcipua ratione, † quia pater
ſic dotem promittendo exercuit actũ dotationis,
& dotem ipſam deſtinauit, vnde illud promiſſum
quantùm ad effectum excludẽdi dictam filiã pro
dote ipſa accipi debet, qua dotatione ſtante, ipſa
excludebatur, vt pręedicti Doctores voluerunt, &
* communem * eſſe opinionem atteſtantur, prout
etiam eã ſequitur Rolan. de lucr. dot. quæſt. 5. nu.
11 14. vbi dicit de propria ſignificatione dotẽ † con-
tineri ſub dote promiſſa etiam in materia ſtatuta-
ria, licèt in diuerſis terminis loquatur, Tamen i-
dẽ dici debet in caſu noſtro, cùm ſit materia fauo
rabilis, cauſa conſeruãdę agnationis, vt ſæpe dicit
Brun. in d. tractat. excluſ. fœmin. & alibi paſſim
doctor. Et hanc partem etiam latiſſimè defendit,
& communiorem dicit. Soc. Iun. in d. rubr. num.
23. cum pluribus ſequen. in prim. part. Et eò ma-
gis hæc opinio procedere debebat in caſu præ-
12 miſſo, † cùm de communi vſu loquendi dos pro-
miſſa, pro vera dote accipiatur, vt quotidie dici
audiuimus, talis dedit mille filiæ pro dotibus,
cùm primùm dicta mille pro dotibus promiſerit,
vt refert Rolan. vbi ſuprà quæſtion. 6. numero 6.
Prout in caſu noſtro ita intelligunt dicti Docto-
res in dicta rubric. ff. ſolut. matr. & præcipuè So-
cyn. iun. ibid. numer. 36. argum. tex. in l. librorum.
§. quod tamẽ Caſſius. de legatis 3. & facit c. quan-
quam. 2. quęſt. 7. quem vſum Peruſij eſſe aſſerit idẽ
Socyn. ibid. numer. 30. ex mente Bal. in l. non ſine.
C. de bonis, quæ liber. vbi ita Peruſij communi-
ter ſeruari affirmat, quemadmodum & ipſe dicit
vidiſſe dictum communem loquendi vſum com-
13 muniter ſeruari etiam Senis, ſic † vnicuique pa-
triæ ſuæ nomen afferre iucundiſſimum eſt iuxta
text. l. qui habeat de legat. 3. & ita pro hac opi-
nione tanquã veriſſima inquit Socynus ibid. nu-
me. 50. conſuluiſſe apud Exium ciuitatẽ Marchię,
& illud conſilium fuiſſe ſubſcriptum, & approba-
tum ab excellentiſſimo Decio, & propterea ibid.
num. 45. dicit in deciſiuis non eſſe diſcedẽdum ab
iſta communi opinione, ſecundum quam verbũ,
14 dotata, † in ſtatuto exponi debet, id eſt in quã pa-
ter quantũ in eo eſt, actũ dotãdi exercuit. Vbi lo-
quitur etiã in fortioribus terminis, quãdo ſcilicet
pater promiſit, & deſignauit, ſeu conſtituit dotẽ
filiæ impuberi, de quo magis eſt dubiũ, cùm dos
non poſſit eſſe ſine matrimonio, prout latiùs ibi
per eum, cùm non ſit materia noſtra, quoad im-
puberem, Nec ab hac opinione circa iſtum com-
munem vſum loquendi diſſenſit Alexan. in d. cõſ.
13. num. 12. verſiculo, & iſtam. licèt in principali
15 quæſtione contrarietur & malè, vt ſuprà. † Et hic
caſus longè diſtat ab eo, ſcilicet quando ſtatutũ
exigeret dotem eſſe datam (non ſi ſimpliciter di-
ceret filiam dotatam excludi,) quia tunc cum effe
ctu traditio ſequi deberet, vt filia excludi poſſet.
vt dicit Brun. in d. tractat. in 7. quæſt. colum. pen.
in arti. 6. membr. 4. & Socyn. conſil. 92. col. 3. libr.
1. Quod tamen, quia non pertinet ad hunc caſum,
ideo non inſiſto.

Circa ſecundum dubium, difficilis ſatis, & in-
tricata eſt quæſtio, an pater dotem promittens
filiæ de bonis paternis & maternis, videatur filiæ
factum præiudicium in bonis maternis iuxta diſ-
poſitionem. l. fin. C. de dot. promiſſ. Nihilominus
* magis communiter * doctores concludunt,
16 † quòd in dubio cenſeatur patrem de bonis pro-
priis tantùm dotaſſe, & bona materna dictæ filiæ
eſſe reſeruanda propter dictam dotem, non ob-
ſtante, quòd pater dixerit, ſe dotare de bonis pa-
ternis, & maternis, vt voluiſſe videtur gl. in l. 1. ff.
ſol. mat. & ibi Alex. Bar. Aret. Imo. Iaſ. Bulgar. Par.
Soc. Iun. & omnes alij repetentes cõmuniter abſ-
que vlla difficultate, adducentes illam præcipuã,
& fundamentalem rationem, vt dicit ibi Iaſ. nu.
17 24. quia † copula, quãdo cadit circa ea, in quibus
conſiderari poteſt charitas, & affectio, tunc deſi-
gnat ordinem charitatis dicta copula, non autem
diuidit, aut ſeparationem inducit, vt no. glo. in l.
Gallus. §. 1. & ibi Bar. de liber. & poſthum. licèt a-
18 liàs † copula ſoleat vnicuique æqualiter actum
verbi attribuere. l. reos. §. cum in tabulis de duob.
reis. l. vni. C. ſi plur. vna ſent. Sed in patre ita do-
tãte cadit affectio, & charitas, erga propriam filiã
propter quam leges voluerunt paternum eſſe offi
19 ciũ † filias dotare, non maternũ, vt not. in d. l. fin.
& in l. qui liberos, de rit. nupt. niſi ſaltem in ſubſi-
20 dium, vt l. mater, de iur. dot. propterea † dicta co-
pula in dicto caſu ordinem tantùm deſignat, non
autem vllam diuiſionem inducit, vt refert, & de-
cidit ferè ante omnes. Bal. nouell. in tract. de dot.
in 6. par. in 6. priuil. vbi ita ait fuiſſe cõſultum per
dominum Ioan. de Monte Sperello in quadam
cauſa ſimiliter Tudertina, prout hæc eſt etiam
propoſita, & ſequũtur omnes communiter in d.
l. licèt Marian. Socyn. in c. tuæ de ſponſ. referat ſe
21 conſuluiſſe, † quòd filia ſit dotata non poteſt cõ-
ſequi bona materna, qui ab omnibus in hoc com
muniter damnatur, vt refert Neuiſ. in conſil. 16.
* numer. 8. hanc communem * ſententiam ipſe
quoque amplectitur, prout facit etiam Brun. in

d. tractat. excluſ. fœmin. art.8.quæſt. 16. Afflict.
deciſ.178.Coras.in l.qui liberos,num.148. & ſeq.
de ritu nup.Ant.Petruc.in l.1. num.110.de iu.iur.
22 In quibus † locis,(& præcipuè etiam doctores in
d.l.1.ff.ſolut.matr.)ponunt plures,& diuerſos in-
tellectus,& inductiones ad d.l.fin.C.de dot.pro-
miſſ. propter quòd materia iſta difficillima red-
dita eſt. Nihilominus omnes communiter côue-
niunt,quòd in dubio, & ſi pater dixerit,ſimplici-
ter tamen dotare filiam de bonis paternis,& ma-
23 ternis,†intelligitur de bonis tantùm patris dota-
ta, & alia materna bona filia habebit præcipua.
Et recta quidem ſententia,quia cùm paternum ſit
officium dotare filias, vt ſuprà, non maternum,
nô debet pater poſſe auferre bona, quæ ſunt pro-
pria ipſius filiæ,& nô ſubiecta illi oneri dotatio-
nis,& illa in dotem tradere,ne effuſo ſermone vi-
deatur cum rebus alienis liberalitate vti, vt dicit
text. in d. l.fin.ibi,effuſo ſermone ſe iactet.prout
dicere videtur.Crott.ſequendo communem ſen-
24 tentiam in conſ.95.nu.17.vbi dicit,† quòd illa co
pula(& maternis)intelligitur in defectum,id eſt,
ſi bona patris non ſufficient, & hoc fauore filiæ,
vt etiam dicit Bald. nouell.in d. 6.priuileg.& o-
* mnes*communiter in d.l.1.ſequuntur.

25 Quod † quidem etiam procedit,quamuis filia
eſſet per ſe diues, & reſpectu facultatũ patris di-
cta dos exceſſiua diceretur, dummodo facultates
ipſius ad ſummam per eum promiſſam aſcende-
rent.vt egregiè dicit Camil.Viſit.in d.l.1. numer.
* 99.& alij communiter * ibidem tradunt,vt idem-
26 met teſtatur ibi Bulgar. num.33.addendo, †quòd
idem eſt, etiã ſi pater diceret, quòd ſi ſciuiſſet di-
ctam promiſſionem nô includere etiam bona ma
terna,non ita dictã quantitatẽ promiſiſſet.Quod
tamẽ ego intelligerem vltra omnes,(cùm à nemi-
27 ne tactum inuenerim)dummodo† talis dos ex di
cta exceſſiua quantitate inofficioſa non reddere-
tur, quia tunc mortuo patre,per alios hęredes e-
iuſdem retractaretur iuxta l. 1. C. de inoff.dot.Et
prædicta dubitationem habere non vidétur,quã-
do ſcilicet pater dixit ſe dotare filiam de bonis
paternis, & maternis, vt ſuprà. quia in dubio de
bonis paternis intelligetur,vt eſt dictum.

Magis dubium eſt,quando pater determinatas
quantitates expreſſit,puta dicẽdo, promitto filiæ
meæ mille in dotem de bonis meis, & quingenta
de bonis matris ſuæ. An tunc teneatur pater to-
tam promiſſam quantitatẽ,ſcilicet mille,&quin-
gẽtos ſcutos ex ſuis bonis propriis perſoluere,an
verò eo modo, quo promiſit. prout euenit in ca-
ſu preſenti,quia Auguſtinus promiſit D.Gineue-
ræ eius filiæ,ſcutos tercentûm de bonis ſuis,& du
centûm de bonis ſuæ matris. Et licèt Doctores
circa hoc etiam variè loquuti fuerint,nouas ſem-
per interpretationes ad d.l.fin. excogitantes,quæ
potiùs quid ingenij acuminis, quàm veritatis i-
maginem ſapere videntur, vt in relectionibus d.
28 l.1. facillimè videri poteſt. Tamen † veritas eſt,
quòd tunc pater ad plus ex ſuis bonis ſolui cogi
non poteſt,quàm promiſerit, adeóque promiſſio
ſecundum modum promiſſum effectum habebit,
vt ſcilicet tam de bonis paternis,quàm maternis,
iuxta promiſſionis modum, dos ipſa perſolui de-
* beat. Ita enim communiter * dicunt doctor.in d.
l.1.ſolut.matr.intelligi.& verum ſenſum eſſe ad l.
fi.C.de dot.promiſſ.vt ſcilicet procedat id, quod
ibi dicitur,quãdo ſumus in dubio pro quota par-
te bonorum paternorum,& maternorũ dos con-
ſtituta ſit, vt ſi fuerit promiſſum mille de bonis
paternis,& maternis, nô adiecta alia diſtributio-
ne,tunc propter dictã dubitationẽ ſit interpreta-
tio fauore dotis, vt dicebat Bald. nouell. loco
ſuperiùs citato,vt intelligatur totum promiſſum
de bonis paternis, nedũ effuſo ſermone ſe voluit
iactare pater in promptũ incidat ſui periculum,
vt propriè dicit text.in d.l.fin.in fi.At vbi conſtat
de clara mente dotantis,tũc nulla opus eſt inter-
pretatione, in qua ex priuilegio dotis ſit fauen-
dum, Et propterea dos conſtituta intelligetur, tã
de bonis paternis, quàm maternis, iuxta patris
29 promiſſionem†cùm in claris nulla ſit opus con-
iectura.l.continuus.§.cùm ita de verb.oblig. l.il-
le, aut ille.§.cũ in verbis. de leg. 3.cum ſimilib.Et
30 profectò † non cauillando ita propriè dicere vi-
detur tex.in d.l.fin.ibi,vt re vera appareat,quid i-
pſe vult dare,& quid de ſubſtãtia filiorum profi-
ciſcatur, & ita interpretantur communiter Do-
ctores in d.l.1.& præcipuè Socyn.num.37.Iaſ.nu.
24.Rip.nu.91.Bulgar. num.33. & Socin.iun.num.
172. & ante ipſos Bald.in d.l.fin.num.16.& Corn.
31 conſil.16.nu.4. lib.3. Adeo quòd † ſi appareat ex-
preſſè, quod de bonis filiæ pater promittere vo-
luit, talis promiſſio exequetur in bonis filiæ, vt
colligitur ex dictis verbis,text.l.fin.

32 Et hæc opinio † eò magis procedit,quando fi-
lia dictæ promiſſioni côſentit,vel eam approbat,
quemadmodũ fecit d.D.Gineuera, quę accepta-
uit dictam promiſſionẽ,factam, vt ſuprà per di-
ctum Auguſtinum eius patrẽ in quodam inſtru-
mento in proceſſu producto,in quo centum ſcu
tos habuit à dictis hæredibus ad côputum dictæ
promiſſionis,propterea nô poterat amplius eam
reprobare. c. quòd ſemel.de reg.iur.lib.6. l.ſicut.
C.de act.& obli.prout in iſtis terminis tradit Par
pal.in d.l.1. nu.16.& Coraſi.in d.l.qui liberos.nu.
33 154.de rit.nupt.vbi dicunt conſenſum † filiæ mul
tùm operari circa dictam patris promiſſionẽ, &
efficere,quòd de bonis ſuis quoq; promiſſum in-
telligatur,vt etiam in terminis tradit Crauett. in
conſ. 84.num. 6. Adeo quòd ſtantibus prędictis
dicta promiſſio ducentorũ ſcutorũ de bonis ma-
tris d.D.Gineueræ, locũ habere omnino debeat.

Inſuper dicta D. Gineuera nullum ius habere
poterat ſuper bonis maternis, etiam quòd dicta
promiſſio intelligeretur facta de bonis paternis
tantùm, ſtante prædicto ſtatuto Tudertino,pro-
pter quod à bonis paternis,maternis,auitis,&c.
fœminæ excluduntur, vt ſuprà, quia tunc bona
materna,nec quoad proprietatem, nec quoad v-
ſumfructum ſpectant ad filiam, & conſequenter
diſpoſitio. d.l. fin. locum in tali caſu habere non
poteſt,quemadmodum in propriis terminis tra-
34 dit Curt.iun.conſ.10.nu.8.Nanque †d.l.fin.habet
locum,quando bona aliquo modo ad filiam ſpe-
ctant,vt colligitur in tex. ibi,quæ acquiſitionem
effugiunt,& rurſus ibi quæ nô acquiruntur, &c.
vbi autem bona ad filiam non ſpectarent,vt in ca
ſu præſenti propter dictum ſtatutũ,fruſtrà quæ-
ritur,an dicta promiſſio de bonis etiam ipſius fi-
liæ



35 liæ intelligatur. Nanque†dictum ſtatutum clarè
loquitur, quòd talis fœmina ab hæreditate etiam
matris intelligatur excluſa,quòd(etiam ſi non di-
xiſſet)intelligeretur,vt dicit Brun.in d.tract.art.9.
quæſt.1.num.19.& tradit poſt Paul.de Caſtr. & a-
lios,Soc.iun.conſil. 62.numer.19.libr.3. vbi dicit,
36 † quod ſtante dicto ſtatuto, mulier dotata exclu-
ditur ab hæreditate dotantium, & non dotantiũ,
& ibi Soc.reſpondit ad conſil.Dec. 346. vbi Dec.
dicit, quòd excluditur ab hæreditate dotantium
tantùm, quod in caſu præſenti non facit dubita-
tionem, quia ſtatutum Tudertinum latiſſimè lo-
quitur excludendo dictas filias ab hæreditate pa-
terna,materna,auita, & proauita, &c. Stante ita-
que dicto ſtatuto, & dicta acceptatione dictæ
Dominæ Gineueræ de dictis centum ſcutis,vt ſu-
prà,res clara, reddebatur, quòd ipſa debebat eſſe
contenta dicta promiſſa dote tantùm.

Reſtat modò tertium dubium, an ſaltem iſta
Gineuera petere poſſet ſupplementum legitimæ,
quatenus dicti trecentûm aurei promiſſi de bo-
nis paternis non aſcendiſſent ad legitimam, quæ
ei deberetur in bonis patris. Quæ profectò quæ-
ſtio eſt tam ardua,& difficilis,habétque tot ratio-
nes pro vtraque parte, vt opinio negatiua æquè
ac opinio affirmatiua communes dici poſſint, vt
diffusè per Gramm.deciſ.101.num.6.& ſeq. Adeo
quòd Soc.in conſil.150.nu.14.lib.1. dicit quæſtio-
nem iſtam eſſe tam arduam, vt in phtiſim incide-
rit incurabilem, & pro vna, & altera parte vidit,
74.conſil.doct.& quòd quatuordecim doctor.ex
principalibus Italiæ variauerunt, & pro vtraque
parte conſuluerunt.Qui Soc.idem dicit in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantùm. de liber. & poſthum. ſed
quoniam recenſere rationes vtriuſque partis, &
omnes hinc inde doct.amplũ requireret tractatũ,
ideo opere pretiũ duxi,magis ſubſtãtialia referre,
vt ſaltem ex lectura allegatorũ veritas appareat.

Prima igitur fronte videbatur dicendũ (ſtante
37 prædicto ſtatuto) per filiam † poſſe peti legitimæ
ſupplementum,quæ cùm debeatur iure naturæ.l.
cùm ratio.de bonis damnat.§.1.aut.de hær.& fal-
cid. nec in ea poſſit onus, aut grauamen imponi.
l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C. de
inoff.teſtam. non videbatur per ſtatuentes poſſe
tolli. Sic enim argumentatur Alex. conſ. 75.lib.5.
Boer.deciſ.188.nu.6.& ponit latè Brun. in ſæpiùs
allegato tractat.ſtat.excluſ.fœmin.in art.9.quæſt.
23.& 24.& Port.Imol. lib.1. concluſ.42.poſt alios
38 innumeros, quos allegant.Et † alias dos congrua
dicitur ſaltem vſque ad legitimam.Dec.conſ.276.
Crauett.conſ.189.lib.1.Corn.conſ.1. lib. 4. Crot.
conſ.120.num.44.Neuiz.conſ.95.nu.10.& latè de-
clarãs tradit Menoch. in tractat. de arbitr.iud.lib.
2.cẽt.2.caſ.149.& alibi paſſim per Doctores. Pro-
pterea,quòd peti poſſit dictum ſupplemẽtum te-
nuerunt omnes Doctores allegati per Gramm. in
d.deciſ.101. vſque ad num.60.& quamplurimi a-
lij allegati per Barth.Socyn. d.conſil. 156. & facit
deciſio Bald. in tractat. de præſcr.in 4. par. princ.
39 quæſt.23. numero 3.& 4. † Vbi vult ſtatutum ge-
neraliter loquens non comprehendere legitimã,
niſi legitimæ ſpecialem mentionem faciat, prout
idem voluit Alexand.conſil.7.col.3. num. 20. lib.
40 1. & quemadmodum † per pactum non videtur
poſſe fieri præiudicium legitimæ, ita nec per ſta-
tutum, vt Brun.& alij.

Contraria tamen opinio verior eſſe videtur,&
* ab omnibus magis*communiter recepta, † quòd
41 mulier dotata in minori parte,quàm ſit eius legi-
tima(ſtante prædicto ſtatuto) non poſſit agere ad
ſupplementum dictæ legitimæ. Ita enim tradit
Gramm.poſt alios d.deciſ. 101.nu. 60. Ang. conſ.
300. Caſtrenſ.conſ.96.num.2.lib.2. Dec. conſ.26.
num.4.& 276.col.2. & 296.num.11. & 299.nu. 11.
& 303.num.9.& 392.num.5.& 505. num. 7. & 525.
num.4.Soc.d.conſ.150.num.18.lib.1.& 288. num.
7.& lib.2.& in quampluribus aliis conſil.allegat.
per Cæphal. conſ.5.nu.42.& ſeq. lib.1. vbi poſt a-
lios atteſtatur de magis communi opinione. Idẽ
voluit Crauet.conſ.11. num.13. & 236.num.11. vbi
dat vnam ampliationem, & duas fallentias. Idem
voluit Ruy.conſil.40.numer.1.& 2. lib. 3. Gozad.
conſil.43.col pen.Paris.conſil.93. num. 12. & 94.
num.23.lib.3.Rubeus conſil.67.& 122. vbi allegat
Corn. in quampluribus conſil.Tiraquel.in tract.
de primogenit.quæſt.55.nu.9.Brun.in d. tract.ex-
cluſ.fœmin.art.9.quæſt.1.nu.19. verſ. aut verò tali
filiæ.Rol.conſ.95.num.19.lib.3.& conſil.62.num.
53.& ſeq. Natt.conſil.186.lib.1.& conſil. 201.in fi.
eo.lib.Crott.conſil.120.num.6.Alba.conſ.7.num.
14.Cæph.conſ.18[illegible].num. 38.lib. 2. vbi de commu-
ni,& conſil.245.num.29 eo.lib.Guald.de arr.teſt.
titu.3.caut.12.numer.4.qui dicit communem.Ga-
liaul.& alij repeten.in d.§. & quid ſi tantùm. nu.
55.& Ruyn.ibid.numer.173.& Nouell.in d. tract.
de dot.in 6.part.in 17.priuileg. numer.3. verſic.&
prædicta.& Nouiſſimè Iul.Clar.lib.3.recept. ſent.
§.teſtamentum.q.42. verſ.item quæro.colum.4.in
fin. vbi dicit magis communem, & latiſſimè etiã
Menoc.in d.caſ.149.num.13.Et omnes ſuprà dicti
42 Doct. mouentur, † quia cùm ſit ſublata cauſa in-
teſtati, cùm ab inteſtato dicta mulier ſtante dicto
ſtatuto ſuccedere non poſſit, pariter etiam legiti-
ma ſubmouetur. Quam rationem per alios re-
fert, & ſequitur Cæphal. d. conſil.5.numer.45.&
ſeq.lib.1.& Crauett.d.conſ.11.num.3.

43 Quæ † omnia præſertim locum habent in ſta-
tuto prædicto Tudertino, in quo prohibetur filiã
dotatam plus petere non poſſe, ſed eſſe contẽtam
dicta dote, ob quæ verba, filia omnino prohibe-
tur petere legitimæ ſupplementum, vt optimè
44 aduertit excellentiſſimus præceptor meus † nun-
quam ſatis laudatus dominus Thobias Nonius,
in ſuis allegationibus in hac cauſa. Et voluerunt
(præter ab eo allegatos.) Bald.in auth. res quæ.C.
communia de legat.Cornel. conſil.86.lib.1.Ruy.
conſil.62.numer.5.libr.3. & Emil. Ferrar.d. conſil.
1. num.12.& Natt. conſil.201. in fin.lib.1.& Crot.
d.conſ.120.& Cæph.conſ.291.numer. 7.libr. 2. &
Guald. in titul.de libr.inſtit.caut.12.numer.4.vbi
poſt alios, quos allegat, dicit hanc eſſe commu-
* nem * opinionem, prout etiam dicit Brun. d. art.
9.num. 35. verſ. item limitatur niſi adſint, & Vaſ-
chi in l. quoniam in prioribus.numer. 461. C. de
inoff.teſtam.& Natt. in c. quamuis. in 1. quæſtio-
ne prin.in prin.de pact.Menoch.d.caſ. 149. num.
2.vbi quamplurimos allegat.& Imol. d. concluſ.
42.in 20.fallent.

45 Quod † quidem ſtatutum valere,& eſſe ratio-

nabile Doctor. affirmant, tanquam factum cauſa
agnationis conſeruādæ, prout Alciat. in hac quæ-
ſtione ita concludit in tractat. præſumpt. regul. 1.
præſumpt. 13. num. 6. vbi poſt Crauett. d. conſ. 236.
nu. 2. & alios ibidem allegatos ita hanc quæſtio-
46 nem reſoluit, cū dicta ſcilicet diſtinctione, † Aut
prohibeatur per ſtatutum plus peti, & tunc ſup-
plementū legitimæ peti non poſſit, Aut non pro-
hibeatur, & tunc poſſit, licèt etiam in hoc vltimo
caſu peti non poſſe doctores magis communiter
affirment, vt ſuprà diximus, ſed ſtante dicto ſtatu-
to res minorem habet difficultatem.

Nec refert, ſi in dicto ſtatuto expreſsè mentio
47 non fieret legitimæ, † quia, vt excellentiſſimus
D. Io. Paul. Lancellot. Peruſ. deducebat, illud pro-
cedit in diſpoſitione hominis, vt ſcilicet dicta ex-
preſſio requiratur, prout (vltra per eum allegata
in diſpoſitione hominis) ita voluit Imol. d. con-
cluſ. 42. in 5. ampl. & in 8. limi. ſecùs in diſpoſitio-
ne legis, & ſtatuti, in qua dicta ſpecialis expreſſio
non requiritur, vt declarat Deci. in l. humanitatis.
num. 9. verſ. præterea. C. de impuber. & ali. ſub-
ſtit. & in d. conſ. 505. num. 6. & Ruy. conſ. 27. nu.
8. & conſ. 51. num. 13. lib. 3. & Cæphal. conſ. 5. num.
55. lib. 1. in quibus locis ita intelligunt tex. in l. ſi-
48 quando. §. generaliter. C. de inoff. teſta. † vbi vide-
tur, quòd in legitimæ renuntiatione, & priuatio-
ne ſpecialis expreſſio requiratur, quia id intelligi-
tur quoad diſpoſitionem hominis, vt puta teſta-
toris, ſeu filij viuentis, non autem in diſpoſitione
legali, & ſtatutaria, vt eſt dictum. Et hanc declara-
tionem etiā ſequitur Cæph. conſ. 120. nu. 10. lib. 1.
49 Et minus † aduerſatur argumentum de pacto
ad ſtatutum, quia tale argumentum procedit af-
firmatiuè, Non enim ſequitur, legitima tolli non
poteſt per pactum, ergo nec per ſtatutum, vt de-
clarat Iaſ. in d. §. & generaliter, & in aut. præterea.
nu. 15. C. vnde vir & vxor. & poſt Rom. Soc. Fulg.
& alios tradit Cæphal. d. conſil. 5. num. 53. lib. 1.
50 Neque † eſt verum, quòd legitima non poſſit
tolli per ſtatutum, ſaltem ex cauſa, quia legitima
nō debetur iure naturæ. nec d. l. cùm ratio. de bo-
nor. damn. hoc dicit, ſed naturali quadam ratio-
ne, & æquitate, de iure tamen ciuili, vt dicit So-
cyn. iun. conſil. 52. colu. 2. libr. 3. & Menoch. d. caſ.
149. num. 12.
51 Et propterea † ſtatutum ſaltem ex cauſa poteſt
tollere legitimam. Brun. in 9. art. quæſt. 3. numer.
22. Rot. Rom. deciſ. 18. in nouis deciſ. Deci. conſ.
19. & in l. iura ſanguinis. & ibi etiam Cagnol. vbi
* communem * dicunt. de regul. iur. & idem Deci.
conſil. 106. & 525. Nouell. tractat. de dot. part.
6. priuileg. 17. num. quinto. vbi dicit, quòd illud,
quod dicitur legitimam, quemadmodum omnes
aliæ ſucceſſiones, eſſe adinuentam de iure natu-
ræ. iuxta l. ſcripto. ff. vnd. liber. exponi debere, id
eſt, de iure ciuili ſuadente ratione naturali, ſecun-
dum Bald. in l. lege 12. tab. C. de legit. hæred. ſic i-
gitur cùm de iure ciuili, & poſitiuo legitima ſit
introducta, nimirum ſi per aliam legem, & ſtatu-
tum tolli poteſt. §. ſed naturalia, verſ. ea verò. in-
ſtit. de iur. nat. Et hanc opinionem ſequitur Soc.
iun. conſ. 62. num. 9. lib. 3. & eandem comprobant
nouiſſimi Peruſini, dudum conſocij mei in ſtudio
Peruſino in relectione. l. in quartam, num. 307. ad
l. Falcid. & ibid. num. 310. poſt Ang. Cap. Cornel.
Dec. Parid. Soc. iun. nouiſs. Hiſp. & Viui. in lib.
comm. opin. 316.
52 Quòd † in caſu noſtro nullam habet difficul-
tatem, cùm Auguſtinus pater dotauerit D. Gine-
ueram eius filiam, quò caſu doct. ferè omnes cō-
ueniunt, filiam non poſſe agere ad ſupplementum
legitimæ, quando ſcilicet à patre eſt dotata, etiam
ſi dos modica eſſet. Ita enim poſt Caſt. Dec. & Af-
flict. tradit Marant. in diſput. 10. poſt tract. iudici,
num 21. & Crauett. d. conſ. 236. nu. 4. & ſeq. & Me-
noch. poſt alios quamplures, quos allegat. in d.
caſ. 149. num. 5. & ſeq. Sed ſi ab alio, quàm à patre
mulier dotata fuiſſet, tunc profectò petere poſſet
legitimæ ſupplementum, vt prædicti doctores vo
luerunt in locis ſuprà citatis, & præcipuè Brun. d.
art. 9. Expendenda tamen eſſent verba ſtatuti, an
ſimpliciter excludere voluerit dotatas à patre, an
verò à quolibet, circa quod erit aduerten. Quod
tamen in caſu noſtro nō præbebat difficultatem,
quia à patre dicta D. Gineuera dotata fuit.

Non omitto tamen, quòd prædicta non habēt
53 locum, etiam quando pater dotauit, † quādo dos
conſtituta non ſufficeret ad alimenta, quia & ſi
talis filia non poſſet petere ſupplementum legiti-
mæ, petere tamen poſſet ſupplementum vſque ad
alimenta ſufficientia. Socyn. conſil. 100. colum. 4.
libr. 3. Bald. conſil. 465. in fin. lib. 3. refert & ſequi-
tur Crauett. d. conſ. 256. numer. 4. & Brun. in loco
ſæpiùs citato.
54 Et minus † habent locū prædicta quando ad-
eſſet maximus exceſſus in legitima, nam ſtante e-
normiſſima læſione in maximo exceſſu, tunc filia
profectò petere poſſet ſupplementum legitimæ,
vel congruæ dotis. Ruyn. conſ. 98. num. 4. lib. 2. &
55 Bal. nouel. d. 6. part. in priuileg. 17. num. 6. vbi † no-
tabiliter dicit, quòd tunc pater ſi nollet ſupplere,
vel ad quantitatem alimentorum, vel congruæ
dotis, quòd ad petitionem filiæ pater ad id cogi
poterit mulcta indicta, & pignoribus captis, &
ipſo etiam in carceribus detruſo, & tradit, & ſe-
quitur etiam prædicta Menoc. poſt alios, quos al-
legat in d. caſ. 149. num. 15. & ſeq. in hoc enim ca-
ſu ceſſat præſumptio, licet doctores non dicant
56 in locis ſuprà citatis, † quòd pater præſumitur bo
num conſilium pro filia capere, & competentes
propterea dotes conſtituere, nec velle filiam pro-
priam debita portione priuare, iuxta. l. patre fu-
rioſo, de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l. nec in
ea. de adul. quia illud procedit in dubio, ſed vbi
clarè conſtaret de contrario, dicta præſumptio
57 ceſſaret. Nec eſt nouum † aliquos reperiri patres,
qui maligno animo, & intento odio filias pro-
prias proſequuntur, vt dicit text. in l. nō eſt enim.
ff. de inoff. teſtam.

Quæ tamen conſiderationes non cadebant in
caſu noſtro, nec in vllum dubium reuocabantur,
quia dicta dos quingentorum ſcutorum ſatis cō-
grua dicebatur, quoad qualitatem perſonarum,
& etiam loci, & temporis, nec de hoc dubitaba-
tur. ad tradita per Ruyn. conſ. 56. num. 10. lib. 3. &
Menoch. vbi ſuprà.
58 Hinc † dixit Dec. conſil. 276 col. 2. quòd dicta
Doct. dicentium dotem eſſe commenſurandam
ad legitimam, debent intelligi, non quòd verè
com-



commenſuretur ad legitimam, ſed quòd ex boni
viri arbitrio commenſuretur, & aſſignetur vſque
ad quantitatem legitimæ, Quam intelligentiam
approbat etiam Cæphal. vbi ſuprà num. 56. dum
dicit tunc dotem eſſe commenſurandam legiti-
mę, quando ſtatutū prædictum adeſſet, aliàs quod
bene agi poſſet ad ſupplementum, limitando &
declarando, vt ſuprà. Et ſic ex iſtis omnia prædi-
cta apparent reſoluta.

Non omitto tamen, quòd d. Aduocatus dictæ
D. Gineueræ, & Peralberti tetigit dubium quod-
dam non leue, meo iudicio, dicebat enim nō fuiſ-
ſe in proceſſu probatam per illos de Compagnis
59 qualitatem maſculinitatis, † prout requirebatur
ex ſtatuto Tudertino, & illud verū erat non fuiſ-
ſe probatum, & tamen requirebatur. ad not. per
doct. in cap. 1. de hom. lib. 6. Corſet. in ſing. in ver.
qualitas. Gramm. deciſ. 65. num. 2. & conſ. 1. num.
31. poſt eius deciſ. & Benint. deciſ. 18. circa fin. No-
uel. regul. 164. qualitas, vbi multis modis ampliat,
& limitat, & hinc dixit Rol. conſil. 32. num. 14. &
60 15. lib. 3. quòd † filius agens ad hæreditatem patris
debet probare non ſolùm eſſe filium, ſed etiam
eſſe legitimum.

Et ob iſtud fundamentum decreueram pronū-
tiare ad fauorem d. Gineueræ, & Peralberti, ſed
quia fuit monitus Peralbertus per eius aduoca-
tos, non fouere bonum ius in negotio principa-
li, quódque facilè in ſecunda inſtantia iſti de Cō-
pagnis probauiſſent dictam qualitatem omiſſam,
propterea conſenſit, vt in negocio principali ſen-
tentiarem, habita dicta qualitate pro probata.
Vnde ego motus ex prædictis ſententiaui ad fa-
uorem dictorum de Compagnis, declarando te-
ſtamentum Auguſtini valuiſſe, dictámque d. Gi-
neueram nihil amplius petere poſſe, niſi dictos
quingentos aureos, ipſi in teſtamento relictos de
bonis paternis, & maternis, quódque minus pe-
tere poſſet ſupplementum legitimæ, Abſoluendo
ambas partes ab expenſis, manu ſer Herculani
Notarij Peruſini. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Text. in aut. qui rem. C. de ſac. ſan. eccl. ad verbum recitatur, & explanatur.*

2 *Emphyteuta poteſt expelli à re emphyteutica propter deteriorationem ab eo cauſatam.*

3 *Deterioratio tunc fieri dicitur, quando ab eo ſtatu, in quo priùs res erat, diminuitur.*

4 *Aut. qui rem. C. de ſac. ſan. eccleſ. licèt loquatur in re eccleſiaſtica, extenditur tamen communiter per Doct. etiam ad emphyteutas priuatorum, ex identitate rationis.*

5 *Extenditur etiam d. aut. habere locum in quolibet colono.*

6 *Emphyteuta, & ſimiles perſonæ poſſunt expelli, licèt malè verſentur in vna tantum re, quia vna tantum, eſt emphyteuſis, cōprehēdens plures res.*

7 *Quæ maximè procedunt, quādo promiſſiones ſunt iuramento vallatæ.*

8 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus regulariter.*

9 *Argumentū à natura contractus emphyteutici ad expreſſam promiſſionem valet, & tenet.*

10 *Emphyteuta contraueniens, & non adimplens pacta poteſt expelli, & cadit à iure emphyteutico.*

11 *In contractibus emphyteuticis pacta plurimum operantur.*

12 *Emphyteuta non obſeruans quod promiſit, poteſt omni ſuo iure priuari.*

13 *Diſpoſitio l. ſi quis maior. C. de tranſact. habet locū etiam in contractu emphyteutico.*

14 *Emphyteuta, qui cum iuramento promiſit canonem ſoluere, ſi non ſoluit, cadit ſtatim à iure ſuo, non expectato biennio in rebus eccleſiaſticis, & triennio in rebus profanis.*

15 *In materia caducitatis hæc tria æquiparantur, ſcilicet, quòd emphyteuſis deterioretur, quòd alienetur irrequiſito domino, & quòd per trienniū, ſiue biennium reſpectiuè debitus canon non ſoluatur.*

16 *Emphyteuta, qui modicè malè verſatur in re conducta non poteſt expelli à re emphyteutica.*

17 *Arbitrio iudicis eſt relinquendum quæ dicatur modica, vel maxima deterioratio.*

18 *Prætor non curat de minimis.*

19 *Natt. conſ. 481. num. 10. reprehenditur.*

20 *Colonus ſi nō ligonizat vineam per vnā vicē, vel foſſata non emundat adeo, quod fundus nō reddatur infructuoſus per multos annos, non poteſt expelli à re conducta.*

21 *Tria requiruntur ad hoc, vt emphyteuta, & quilibet alius conductor poſſit expelli à re conducta, quod ſit deterioratio notabilis quantitatis, quæ iudicis arbitrio relinquitur. Secūdò, quòd ſit deterioratio ad perpetuam deteriorationem fundi, quódque deterioratio non reſpiciat culturam fructuum. Tertiò, requiritur, quòd dolo malo, lata, vel leui culpa ipſius emphyteutæ huiuſmodi deterioratio fiat, nō autē ſufficit leuiſſima culpa.*

22 *Emphyteuta, vel quilibet alius conductor, ſi nō colit ſolicitè agrū, adeoque deterior efficiatur quo ad fructus non poteſt expelli, quia ipſi ſunt Domini fructuum.*

23 *Fallit hoc in vineis, quia ſi vineæ non putarentur vel per longum tempus non cultiuarentur, deſiccarentur, & in perpetuum deteriorarentur.*

24 *Emphyteuta vel ſimiles perſonæ, licèt ob modicam deteriorationem, & inculturam (ſemotis vineis) expelli non poſſint, tenentur tamen Dominis ad intereſſe, & contra eos poteſt in litem iurari.*

25 *Colonus, & ſimiles tenentur probare vineas, & agros eſſe bene cultos, non autem Dominos.*

### Argumentum.

Emphyteuta, qui malè verſatur in re emphyteutica poteſt expelli, quando deteriorațio eſt conſiderabilis, & concurrunt alia hic adnotata, præſertim quando promiſſio eſt iurata, quæ licèt non habeat locum in modica deterioratione, nihilominus tenentur Dominis ad intereſſe, fallit in vno caſu, videlicet in vinea, quæ

non fuerit putata, quia cùm tẽdat in per-
petuum detrimentum Domini, poſſunt
expelli.

PETRVS PAVLVS, & Michel-
angelus q. Alexandri de Beninca-
ſis de Peruſio, egerunt contra magi-
ſtrum Baptiſtam Orphei. de eadem
ciuitate, petẽdo declarari ipſum Ba-
ptiſtam cecidiſſe à iure ſuo occaſione contrauen-
tionis cuidam inſtrumento, in quo accepit in em-
phyteuſim à dicto Alexandro quoddam tenimẽ-
tum terræ, cum pactis, & conditionibus plantan-
di in d. petia terræ vineam, terráſque educare, &
colere ad vſum boni, & legalis coloni, ſiue em-
phyteutæ, prout in dicto inſtrumento in proceſſu
producto continebatur, & ad prædictorum pro-
bationem fuerunt examinati nonnulli teſtes ad
inſtantiam dictorum agentium, qui deponebant,
non ſolùm in fundo illo non fuiſſe plantatas quã-
titates vineæ conuẽtas, ſed in multo minori quã-
titate, & vineæ quantitatem per ipſum plantatam
demum ob non culturam, & ex eo, quia eam non
putauit, fuiſſe deſiccatam, verùm etiam poſſeſſio-
nem illam fuiſſe effectam infructuoſam, aridam,
& incultam, nec pro parte prædicti magiſtri Ba-
ptiſtæ fuit aliquid in contrarium deductũ. Cúm-
que multis diebus elapſis, fuiſſet per me lata ſen-
tentia prout in cedula, inſtaréntque agentes pro
ea aperienda, illam aperui ad fauorem Agentium,
& condemnaui dictum Magiſtrum Baptiſtam ce-
cidiſſe à iure ſuo ob præallegata, & ad relaxãdum
fundum vnà cum impenſis factis in præſenti iu-
dicio, & ex infrà ſcriptis motus fui.

Primò, per text. ſatis omnibus notum in Aut.
qui rem. C. de ſac. ſan. eccl. vbi tex. formaliter di-
1 cit. † Qui rem huiuſmodi conductam, vel in Em-
phyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut em-
phyteuticum canonem per biennium non ſolue-
rit repelli poteſt, &c. ex quo clarè colligitur em-
2 phyteutam † propter deterioratiõnẽ quam cau-
ſauit in re emphyteutica, ſibi locata, expelli poſſe,
& conſequenter. ipſum ab omni ſuo iure cadere.
3 Deterioratio † autem tunc fieri dicitur, quando
ab eo ſtatu, in quo prius res erat diminuitur. l. 2.
§. deteriorem. Ne quid in loco publico. notatur
in l. non ſolùm. de rei vendit. & in l. Iulianus. §. ſi
quis rem. ff. ad exhi. & latiùs tradit Dec. in d. Aut.
qui rem. num. 2. & ibi Iaſ. Alex. & alij. Cùm igitur
in caſu iſto dicti Emphyteutæ, & conductores di
minuerint dictam rem ſibi locatam, & in emphy-
teuſim datam, vt ſuprà, & conſequenter illam de-
teriorem fecerint, iure meritò eadẽ re priuari po-
* tuerunt. Hanc opinionem communiter* ſequun-
tur. Bald. Alex. Iaſ. Dec. & alij in d. Aut. qui rem, v-
bi licet text. loquatur in emphyteuta eccleſiaſti-
4 co, † idem tamen eſt in priuato, ex identitate ra-
tionis, vt prædicti communiter dicunt ibid. & Iaſ.
poſt alios, quos allegat in l. 2. num. 48. C. de iure
emph. & hoc ex natura contractus, nõ ex vlla ex-
tenſione, vt dicit Bald. in l. placet & in l. nemo
martyres. C. de ſac. ſan. eccl. & ſequitur prædicta
Crott. conſ. 155. num. 1. Nat. conſ. 482. col. 1. & 2. &
conſ. 449. num. 16. & 481. in prin. lib. 3. Rom. in l. ſi
5 verò. §. de viro. nu. 66. ff. ſol. matr. vbi dicit, † iſtud
etiam procedere in quolibet colono ex l. ædem.
C. locat. & hanc opinionem ſequitur etiam Alex.
in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matr. & ibi Iaſ. nu.
* 4. dicit eſſe communem * licèt diſputationis gra-
tia poſt Imol. ibi contrarium in iſta emphyteuſi
priuata conatus fuerit tenere, ſed conſulendo po-
ſtea à communi non recedit, & apparet in conſ.
ſuo 17. col. 1. lib. 1. Rol. conſ. 49. lib. 2. num. 13. & de-
nique nouiſſimè hanc eſſe communem ſententiã
tradit, & ſequitur Iul. Clar. lib. 3. recept. ſent. §. em
phyteuſis, quæſt. 26. & Menoc. poſt eum in tract.
de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 78. num. 1. & 3 licèt de
clar. mentionem non faciat, vbi idem extendit ad
quemlibet conductorem, & vſufructuarium, &
6 alios vt ibi, & ſic † ex iſtis apparet dictum emphy
teutam licèt priuatum, meritò propter dictas de-
teriorationes ab omni ſuo iure in dicta re in em-
phyteuſim accepta cecidiſſe, immo etſi non in o-
mnib. malè fuiſſet verſatus, & deteriorationem
cauſaſſet, ſed in vna tantùm re, nihilominus pro-
pterea ſuo iure priuaretur, vt dicit Nat. d. conſil.
499. nu. 16. & reddit rationem poſt Rich. & Oldr.
quia cùm vna tantùm ſit emphyteuſis compre-
hendens ſingulas res, abſurdum eſſet, quòd ab ea
tantùm re expelleretur, & ea ſolùm priuaretur,
vt latiùs ibi per eum, vbi idem dicit eſſe in colo-
no, & conductore.

Præterea ex alio non leui fundamento dictus
emphyteuta licitè potuit repelli, & omni ſuo iu-
7 re priuari, † quia promiſſiones, & conuentiones
cum dicto Alexandro domino directo initas, &
iureiurando firmatas circa dictam locationẽ mi-
nimè obſeruauit. Si enim faciens contra naturam
contractus emphyteutici ex dictis deterioratio-
nibus prædictus emphyteuta repelli, & omni ſuo
iure priuari potuit per prædicta, multò fortiùs
debuit poſſe priuari, cùm conuentiones expreſſas
8 non obſeruauerit, licèt enim aliàs † taciti, & ex-
preſſi eadem ſit virtus vulgata. l. cùm quid. ff. ſi ce.
pet. Sicq; & ſi dictas promiſſiones prædictus em-
phyteuta non feciſſet, tamen ex natura contractus
obligatus fuiſſet rem in emphyteuſim acceptam
meliorare. l. 1. & 2. & ibi latè Iaſ. C. de iur. emphyt.
nihilominus expreſſa illa promiſſio præcipuè iu-
rata multò fortiùs operari debet. arg. l. nonnun-
quam, de cond. & demonſt. & l. expreſſa, de reg.
iu. præſertim cũ in illa promiſſione multa conti-
nerentur, ad quæ faciendum forſan ex natura cõ-
tractus dictus emphyteuta obligatus non fuiſſet.
9 Et ſic † à natura contractus emphyteutici ad ex-
preſſam promiſſionem à fortiori argumentatur
quoque Bald. in l. ſi quis. & in l. ſi. C. locat. & in l.
fructus, vbi etiam Imol. ff. ſol. matrim. Et hinc di-
xit Imo. in c. propter ſterilitatem, col. 20. extra lo-
10 cat. quod emphyteuta † contraueniens, & non
adimplens pacta poteſt expelli, & cadit à iure em
11 phyteutico. Et plurimùm † pacta operari in con-
tractibus emphyteuticis tradit Ferrat. in caut. 20.
per text. in l. 2. C. de iu. emphy. vbi dat cautelam,
quòd in dictis contractibus ſemper pacta inſeran
tur, quia plus operabũtur vltra naturã cõtractus.
Faciunt etiam tradita à Bero. conſ. 107. nu. 5. lib. 1.

Ex pacto igitur & promiſſione tenebatur di-
ctus emphyteuta dictas conuentiones obſeruare,
& adimplere, quòd cùm non fecerit, licitè potuit
omni



omni ſuo iure priuari, ne aliàs dictum pactum e-
luſorium redderetur, prout in terminis tradit Cę-
phal. conſil. 256. num. 17. lib. 2. Et comprobatur ex
traditis ad Emilian. Ferrarien. conſ. 83. num. 13. vbi
12 voluit, quòd Emphyteuta etiam priuatus, † ſi non
obſeruat, quod promiſit, præcipuè cum iuramẽ-
to (vt in caſu præſenti) poſſit ſuo iure priuari. Et
illud præcipuè propter dictum iuramentum. iux-
ta l. ſi quis maior. C. de tranſact. cuius legis virtu-
te contraueniens & non adimplens promiſſiones
iuratas omni iure priuatur, quod procedit, & diſ-
13 poſitio † d. l. habet locum etiam in Emphyteuta,
vt dicit d. conſ. 83. Emilian. & ſequitur Natt. d. cõſ.
481. num. 10. & Cagno. in d. l. ſi quis maior. num.
51. & Port. Imo. lib. 2. conclu. 10. ampliat. 19. & Be-
ro. conſ. 119. col. pen. & fin. lib. 1. & conſ. 125. num.
8. eo. lib. & ante eos Rip. c. 2. num. 20. de reſcript.
vbi loquuntur in caſu, quo Emphyteuta promi-
ſerit canonem ſoluere infra certum, & limitatum
14 tempus cum iuramento, † quòd ſi non facit, pri-
uatur omni ſuo iure propter dictum iuramẽtum,
non expectato aliter biennio in eccleſiaſticis, nec
triennio in priuatis, prout aliàs ex natura contra-
ctus de iure expectari debet, vt de eccleſiaſticis eſt
tex. in d. aut. qui rem. & in c. potuit. de locat. & de
priuatis in l. 2. C. de iur. Emphyt. quod tamen ex-
tenditur generaliter ad omnes promiſſiones, vt
dicit Emilian. d. conſ. 83. & Apoſtill. ad Alex. in d.
15 §. ſi fundum, immo aliàs in † materia caducitatis
hæc tria æquiparantur, ſcilicet, quòd emphyteuſis
deterioretur, quòd alienetur irrequiſito Domi-
no, & quòd per triennium, ſeu biennium reſpe-
ctiuè debitus canon non ſoluatur, vt tradit Cæ-
phal. conſil. 139. num. 15. lib. 1. ex l. 3. C. de iur. em-
phyt. & ex d. aut. qui rem, & idẽ dicit Bero. conſ.
120. in princip. lib. 1.

Nec omitto, quod attinet ad dictam deteriora-
16 tionem, quòd † quando deterioratio contingeret
in modica quãtitate, & emphyteuta malè verſari
in re emphyteutica diceretur in modico tantùm,
tunc emphyteuta non diceretur à iure ſuo cade-
re, nec à contractu conductionis recederetur. Ita
* enim dicunt omnes communiter * in d. aut. qui
rem, & Iaſ. in d §. ſi fundum. nu. 4. verſ. iſtam com
munem. Tiraquel. in tractat. in reb. exig. quæſt. 58.
vbi quamplures allegat. & Meñoch. in d. caſ. 78.
num. 6. verſ. tertio notabilem. vbi poſt Bald. & a-
17 lios, dicit, in caſu † hoc arbitrio iudicis relinqui
quæ dicatur modica deterioratio, quod etiam an-
te eum voluit copioſiſſimus Tiraquel. in l. ſi vn-
quam. in verb. omnia. num. 31. C. de reuocand. do-
nat. Et quòd ex modica deterioratione non detur
in hoc caſu reſciſſio cõtractus, mouentur omnes
per text. in l. ſcio. de in integ. reſtit. qui text. eſt in
ore omnium ad probandum illud vulgare dictũ,
18 † quòd de minimis non curat prætor. Et cum hac
opinione pertranſit etiam Bald. in d. l. ædem. col.
fin. C. locat. licèt Nat. d. conſ. 481. num. 10. conetur
19 tenere, † quòd etiam ob modicam deterioratio-
nem in iſtis terminis dictus contractus reſcinda-
tur, & Emphyteuta à iure ſuo cadat, præſertim ob
promiſſionem iuratam, & mouetur per text. in d.
l. ſi quis maior, cuius diſpoſitio etiam in minima
contrauentione verificatur, vt ipſe dicit, & mul-
tis modis ibi reſpondet ad text. in d. l. ſcio. Quod
ſi eſſet verũ multùm caſui noſtro inſeruiret pro-
pter ſuprà dictas promiſſiones. De quo tamen du-
bito propter ea, quæ ſuprà dicti Doctores circa
iudicis arbitrium tradiderunt, generaliter loquẽ-
do, ſed quia de hoc non cadebat dubitatio, cùm
deterioratio fuerit in maxima quantitate, & vi-
nea fuerit deſiccata, ideo non inſto.

Et quod dictum eſt de modica deterioratione,
poteſt exemplificari vltra ea, quæ dicit Menochi.
20 vbi ſuprà (vt † circa iſtud etiam iudicis arbitrium
verſetur) puta ſi colonus, ſiue conductor per vnã
vicem vineam non ligonizaſſet, vel nõ araret pro
viribus fundum, ſiue foſſata non emundaret, ex
quibus fundus propterea non redderetur inutilis
pro multis annis, nec infructuoſus, vt declarant
Alex. Iaſ. & alij in d. §. ſi fundum, & conſequen-
ter ex iſtis non poſſet à locatione recedi, quod e-
tiam tradit, & ſequitur Iaſ. in d. l. 2. num. 98. C. de
21 iur. emphyt. ideóque † tria copulatiuè dicunt Do
ctores requiri ad hoc vt emphyteuta, & quilibet
alius conductor, ſeu vſufructuarius poſſit expelli,
& iure ſuo priuari, vt tradit Bald. Iaſ. Dec. & alij in
d. aut. qui rem, & Iaſ. in d. l. 2. num. 98. & Menoc.
vbi ſuprà num. 6. & ante eum Doct. in d. §. ſi fun-
dum. nempe, quòd ſit deterioratio notabilis quã-
titatis, quæ iudicis arbitrio relinquitur, vt ſuprà.
Secundò, quod ſit deterioratio ad perpetuam de-
teriorationem fundi, non circa ea, quæ ſpectant
ad curam fructuum, & ſic iſta deterioratio debet
reſpicere proprietatem, cuius non eſt dominus
Emphyteuta, ſeu conductor, non autẽ ad fructus,
quorum ipſi ſunt domini etiam dilapidãdo. ideó-
22 que † ſi emphyteuta, aut conductor, ſeu quilibet
alius vſufructuarius non colit ſolicitè agrum, a-
deo quòd deterior efficiatur quoad fructuũ per-
ceptionem propter hoc expelli non poterit, quia
ipſe eſt dominus fructuum, & ad ipſum ſpectat
23 damnum. ſecùs † tamen eſſet in Vinea, quia ſi vi-
neæ non putarentur, vel per longum tempus non
cultiuarentur, deſiccarentur, & in perpetuum de-
teriorarentur, vt poſt Bal. tradit Iaſ. in d. l. 2. num.
98. & ideo non eſt mirum, ſi emphyteuta ad lon-
gum tempus poteſt expelli ob non culturam, vel
ob non putationem vineæ, vt dicebat Iaſ. vbi ſu-
prà, quia huiuſmodi deterioratio nõ tantùm præ-
iudicat emphyteutæ quoad fructus, verùm etiam
affert perpetuum præiudicium domino directo,
ſicut idem dicitur, de inciſione arborum fructi-
ferarum, & de domus dirutione, quæ à pari pro-
cedunt in hac materia, vt declarat Apoſtilla. ad
Alexan. in d. §. ſi fundum. Tertiò, & vltimò requi-
ritur, quòd dolo malo aut lata vel leui culpa i-
pſius Emphyteutæ iſta deterioratio cauſata fue-
rit, nõ autem culpa leuiſſima, de qua ipſe non te-
netur, l. ſi vt certo. §. nunc videndum. el. 1. ff. com-
mod. & tradit Rol. conſ. 49. num. 22. lib. 2.
24 Et licèt † ob modicam illam inculturam, & de-
teriorationem eius culpa cauſatam emphyteuta,
ſeu conductor ad longum tempus expelli non
poſſit, in aliis tamen conductionibus non ad lõ-
gum, vt ſuprà, tenebitur domino directo ad in-
tereſſe, vt not. in l. ſi in lege §. colonus. ff. locat.
& in l. quæro. §. inter locatorem. eod. tit. & tradit
Ruyn. conſ. 58. lib. 1. & Plot. in l. ſi quando. num.
190. C. vnd. vi. vbi dicit propterea poſſe in litem

iurari contra prædictos, præcipuè quãdo promiſerunt bene colere agros, & vineas, & ſimilia facere, quia ſi non bene colunt tenentur ad intereſſe, vt ibi, & ſubdit poſt Alex. conſ. 129. lib. 2. quòd
25 † colonus probare tunc debebit agros, & vineas
fuiſſe bene cultas, non autem dominus probare tenebitur non fuiſſe bene cultas.

Cùm itaque dictus magiſter Baptiſta non ſolùm debito tempore in parte non cultiuauerit dictas terras, neque quantitatem promiſſam vineæ plantauerit, iuxta conuentionem prædictam, ſed in totum dictas terras ad ſterilitatem, & ariditatem reduxerit, vineámque deſiccatam reddiderit, prout iſta omnia in proceſſu per teſtes optimè probabantur, clarè conſtabat propterea omnino dici poſſe, ipſum in dicta re conducta, & in emphyteuſim accepta male fuiſſe verſatum, & non in modico, ſed in toto, vt ſuprà, Et conſequenter licitè dicti Agentes petierunt ipſum dicta locatione, & omni ſuo iure priuari, & ſic iure meritò fuerunt per me ad prædicta condemnati, vt ſuprà dictum fuit. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pro legato conſequendo executiuè agi non poteſt, declara vt infrà, num 9. & ſeq.*
2 *Ex teſtamento regulariter non poteſt agi executiuè, quemadmodũ nec ex aliis inſtrumentis, declara vt infrà.*
3 *Legatarius pro conſequendo legato tribus actionibus experiri poteſt.*
4 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. non competit legatariis, ſed hæredibus ſcriptis tantùm, in totum, ſiue in parte.*
5 *Legatarius non dicitur propriè hæres.*
6 *Teſtamenti inſtrumentum tunc habet executionẽ paratam, quando nullus adeſt contradictor.*
7 *In legatis ſit ſtricta interpretatio fauore hæredis.*
8 *Lex præſumit teſtatorem minùs voluiſſe grauare hæredem, quàm ſit poßibile.*
9 *Pro conſequendo legato poteſt agi executiuè.*
10 *Alex. ſibi contrarius in hoc articulo.*
11 *Dec. ſibi contrarius in hoc articulo.*
12 *Pro conſequendo legato poteſt agi coram quocunque iudice, etiam eccleſiaſtico.*
13 *Legata cõſequi poſſunt per interlocutoriã iudicis.*
14 *Legatariis multum tribuit Imperator ad hoc, vt quamcelerrimè ſuum legatum conſequi poßint.*
15 *Remedia plura cui competunt, ſi alterum elegerit, non eſt ei neceßitati adſcribendum.*
16 *Sententia quandoque profertur in ſummariis, & executiuis.*
17 *Hæres plures habet actiones pro hæreditate conſequenda, & quam voluerit, poterit intentare.*
18 *Noſtra intereſt habere plures actiones.*
19 *Legatario ex eo non competit Remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. quia ſemper adeſt certus contradictor, ſcilicet hæres.*
20 *Legatis nummis exiguiores debentur.*
21 *Legato fundo Corneliano, cùm duo eſſent fundi illius nominis, de minori, & exiguiori intelligitur.*
22 *Quod contra legatarium fiat ſtricta interpretatio, non ſemper, hoc eſt, abſolutè intelligendum.*
23 *Pro legato conſequẽdo, quãdo executiuè agi poßit.*
24 *Intentans remed. l. fi. C. de edict. D. Adr. toll. executiuè agere poteſt.*
25 *Fallit, quando adeſt legitimus contradictor.*
26 *Specialitas in vno caſu, arguit ius comm. eße in contrarium.*
27 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
28 *Actor in dubio cenſetur intentaſſe remed. quòd magis expedit.*
29 *Legatariis non competit Remed. d. l. fin. quia adeſt hæres, qui eſt ſemper legitimus contradictor, & eſt comm. opin.*
30 *Legatarius executiuè agere poteſt, intentando aliud remedium, quam d. l. fin. & nouißimè hic concordantur opiniones.*
31 *Statuto Peruſino permittitur poſſe agi executiuè pro legato conſequendo.*
32 *Legari poteſt non ſolùm res propria, ſed etiam aliena.*
33 *Ignorantia non præſumitur in facto proprio.*
34 *Legatum rei alienæ non præiudicat vero domino, niſi dominus conſentiat.*
35 *Legatum valet in præiudicium hæredis.*
36 *Legatarius probare debet teſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe, hic tamẽ latißimè explicatur, quomodo procedat.*
37 *Legatum rei propriè valet.*
38 *Ius redimendi competens teſtatori, tranſmittitur hæredibus.*
39 *Per ſtipulationem factã à teſtatore acquiritur ius hæredibus.*
40 *Voluntas teſtatoris ſeruatur pro lege.*
41 *Aequalitas eſt ſeruanda inter filios.*
42 *Melioramentum extimatio debetur, quando probantur, & num. 43.*

### Argumentum.

Pro legato conſequendo, quando, & quomodo agi poſſit executiuè, nouis diſtinctionibus, & declarationibus hîc demõſtratur, opinionéſque repugnantes mirificè conciliantur.

DOMINA Clementia q. Auguſtini Bernardini de Peruſio, egit via executiua contra Monaldũ, & Guerrerium eius fratres pro conſequendo legato cuiuſdam partis domus cum Grutta, ſibi legatæ in teſtamento d. Angelæ communis matris, & pro aliis rebus ſibi legatis in dicto teſtamento. Quod teſtamentum productum fuit. Et inſuper fuerunt examinati multi teſtes, ſuper quibuſdam aſſertis melioramentis, quę dicti conuenti feciſſe dicebant in dicta re legata: Ac etiam productum fuit quoddam inſtrumentum, in quo apparebat duobus annis antea prædictam Teſtatricem obligaſſe, & vendidiſſe dictã Gruttam, ſiue cellarium cum pacto redimendi, quod tempus redimendi non erat adhuc defluxũ.

De duobus dubitari contigit, Primò, an rectè dicta domina Clemẽtia egerit via executiua pro conſequendo dicto legato: deinde an intelligantur ta-



tur tacitè grauati hæredes ad redimendum dictũ Cellarium, ſiue Gruttam, cùm non eſſet elapſum tẽpus redimendi, an verò teſtatrix cẽſeatur legaſſe d. D. Clementię ius redimendi dictam domum.

Quod attinet ad primum, variè locuti ſunt doctores, an pro conſequendo legato legatarius executiuè potiùs, an verò ordinario iudicio agere debeat. Namque Alex. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. num. 60. verſ. quartò limita. ff. ſolut. matr. dixit
1 † nequaquam legatarium executiuè agere poſſe pro legato conſequendo. Idem repetiit idem Alexan. in l. ait prætor. §. 1. num. 5. verſ. ſed aduertendum eſt. C. de edict. diu. Adr. toll. & ſequuti ſunt ex modernioribus Zucchar. in d. l. fin. num. 136. verſ. hanc nihilominus. & Menoch. in tract. de adipiſcend. poſſ. in remed. 4. num. 694. verſ. hoc etiam intelligitur.

Qui moueri in effectu videntur. 1. per text. in l. ait prætor. §. 1. aliàs. §. ſi iudex. de re iudic. ibi condemnet. Nanque ibi actum fuit ex teſtamento, & ex codicillis, & nihilominus iudex ſententiã protulit, quemadmodum ex dicto verbo cõdemnet, præſupponitur. ergo inferunt iſti ex teſtamento non poſſe agi executiuè: quaſi quòd ſentẽtiæ prolatio inferat neceſſariò actum fuiſſe non executi-
2 uè, ſed ordinario iudicio. Sic igitur † ex teſtamento non poteſt agi executiuè, quemadmodum regulariter verum eſſe dicũt in omnibus etiam aliis inſtrumentis, ex text. l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum. domino. in princ.

Secundò ex relatorum ſententia, quia fruſtrà
3 prouiſum eſſet legatario, quòd † tribus actionibus pro conſequendo legato agere poſſit, nempe actione perſonali, ſiue rei vendicatione, actione ex teſtamento, & actione hypotecaria, vt tradunt
* * communiter doctor. in l. 1. de leg. 1. ex l. cùm filius. §. variis. de leg. 2. & l. 1. C. communia de leg. ſi executiuè rem legatam conſequi poſſet, vt dicebat Menoch. in ſuprà dicto loco ex intentione
4 aliorum. Tertiò, † quia remedium. l. fin. C. de edict. di. Adr. toll. non competit legatario, ſed hæ-
5 redi tantùm ſcripto, in totum, vel in parte, † & legatarius non poteſt dici propriè hæres. l. id tem-
6 pus. de vſuc. Quartò, quia † inſtrumentum teſtamenti tunc demum paratam habet executionem, quando nullus adeſt contradictor, vt dicunt Bar. Bal. Caſtr. Alex. Iaſ. Dec. Zucchar. & alij communiter in d. l. fi. ſed in legato ſemper adeſt contradictor. ſ. hæres, ideo legatũ paratam non poterit ha-
7 bere executionem. Quintò, & vltimò, † quia in legatis ſtricta ſit interpretatio fauore hæredis. l. nummis. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. ſcio, & l. ſi ita ſit ſcriptum, in fin. de leg. 1. cum ſimilibus, pro-
8 pterea † lex præſumit teſtatorem minus voluiſſe grauare hæredem, quàm ſit poſſibile. l. vnum ex familia. §. ſi rem, de leg. 2. ideo non eſt dicendum legatarium executiuè agere poſſe, ne aliàs ei conceſſum videatur magis poſſe grauare hæredem, quàm leges permittere voluerint, & iſta ſunt in effectu ea, ex quibus prædicti doct. mouentur ad hanc opinionem amplectendam.

Contraria tamen opinio mihi verior ſemper,
9 & æquior viſa fuit, quòd immo † pro conſequendo legato via executiua agi optimè poſſit, prout veriorem quoque eam ſequendo dixit Ang. in §.
10 illud, num. 57. Aut. de hæred. & falc. Alexan. † ſibi contrarius in ſuprà allegata. l. fin. num. 3. verſ. aliũ ponit. C. de edict. di. Adr. toll. & ibi Iaſ. in 5. not. num. 6. verſ. tertius notabilis. vbi hoc notat pro ſingulari, & dicit menti eſſe tenendum, tanquam quotidianum. idem Iaſ. in l. pactum inter hære-
11 dem, num. 7. de pact. Dec. ſibi † contrarius in l. in teſtamentis, num. 6. ibidémque Cagnol. num. 9. de reg. iur. Alc. in l. pecuniæ verbum. §. actionis, nu. 10. de verb. ſig. Soc. ſenior conſ. 103. in princ. lib. 3. Natt. conſ. 206. num. 4. lib. 1. & conſ. 626. num. 25.
12 lib. 3. vbi etiam dicit, quòd † pro conſequendo legato agi poteſt quoque coram iudice eccleſiaſtico, fauore vltimarum voluntatum, quamuis laicus conueniretur. Duen. etiam hanc partem ſecutus eſt in reg. 15. limit. 2. poſt alios, quos allegat.

Cuius quidem opinionis fundamentum præcipuè eſt in tex. in d. §. illud ver. initium autem. iũ-
13 cta gl. ibi, in ver. decreto, vbi dicitur, quòd † legata conſequi poſſunt per interlocutoriam iudicis, præcipiendo per ſe, vel mediante nuncio, quod hæres ſatisfacere debeat legatario, & non reperitur alibi hæc deciſio, vt dicit Iaſ. in l. fin. præallegata, num. 6. C. de edict. di. Adr. toll. & in d. l. pactum inter hæredem, nu. 7. ff. de pac. & propterea nullus alius requiritur libellus, ſed, vt dicit Iaſ. in d. l. fi. ſub d. num. 6. & Alex. d. §. eo autem tempore, verſ. quartò limita. licèt poſtea contrarium teneat, & malè impetrato præcepto contra hæredem exequi poterit, niſi hæres ſoluat, quibus ſtãtibus nulla videri poteſt dubitatio, quando executiuę pro legato conſequendo poſſit agitari. Vt enim colligitur ex verbis d. §. illud. multum tribuet Imper. legatario ad hoc, vt quàm celerrimè ſuum legatum conſequi poſſit.
14 Nec aduerſatur † text. in d. §. ſi iudex. quandoquidem & ſi ſententia ibi fuerit prolata in actione ex teſtamento intentata, Ex quo etiam præſumeretur ordinario iudicio fuiſſe actitatum nõ tamen ſequitur, quòd ſi legatarius voluerit, executiuè agere non poſſit, vt rectè etiam animaduertit Zucchar. in d. l. fin. num. 136. verſ. in contrariũ
15 etiam. Nanque agens † cui plura competunt remedia, ſi voluntariè vnum ex illis voluit intentare, non eſt illud ei neceſſitati adſcribendum. arg. l. nõ quicquid. de iud. cum ſimilibus. Præterea vltra alios dici etiam poteſt, quòd etſi in d. §. ſi iudex. lata fuerit ſententia in caſu, quo ex teſtamento, & codicillis agebatur pro relictis in eis, non ſequi-
16 tur, ex eo ordinario iudicio fuiſſe agitatum, † quia etiam in ſummariis, & executiuis quandoque ſententia profertur, quando ſcilicet pars aduerſa actori contradiceret, cùm iudicis declaratio, & interlocutio ſaltem neceſſariò requiratur, vt in terminis dicit gloſſ. in d. §. illud, in verb. decreto, & adnotauit Lanfran. in clem. ſæpe. in verb. ſummariè, col. 9. de verb. ſign.

Ad ſecundum, dicebam, non ſequi fruſtratoria eſſe remedia illarum trium actionum pro legatis
17 introducta ſi executiuè agatur, † quia etiam hęres plures habet actiones pro hęreditate conſequenda, & illius quoque poſſeſſionẽ adeundã, ſcilicet petitionem hæreditatis, interdictum quorum bonorum, remedium l. fin. C. de edict. diu. Adri. toll.
* & ſimilia, vt ſuis locis tradunt communiter* do-

ctores, & nihilominus nullum illorum dicitur ſu
perfluum, immo quodcunque voluerit, & quod
magis ſibi expediet, hæres intentare poterit, iuxta
no.in l. fin. §. ſin autem hoc aliquis.C.de iur.deli-
ber.Et hoc eſt fauorabile ipſius legatarij, & hære-
18 dibus, cùm † noſtra interſit plures habere actio-
nes. l. cùm filius.§.variis.de leg.2.& tradit Alexa.
conſ.208.num.2.in fi.lib.7. præterea dicere etiam
poſſumus, quòd & ſi legatarius dictas tres habeat
actiones, & illis, ſeu altera earum vtatur, non ta-
men propterea vetabitur, quin illas intentando
executiuè agere poſſit, ad hoc, vt celeriùs conſe-
qui poſſit rem legatam.

Ad tertium patet reſpõſio, quia, & ſi legatario
non competat remedium d.l. fin.non tamẽ ſequi-
tur quin ex capite aliarum actionum ſibi compe-
tentiũ, vt ſuprà executiuè agere poſſit, vt ſuperiùs
quoque dicebamus, & infrà clariùs explicabitur.

Ad quartum reſpondetur, prout etiam ſuprà
19 reſponſum fuit, quòd † licet non competat legata-
rio dictum remediũ.d.l.fi.propter contradictorẽ,
quia ſemper adeſt hæres, qui contradicit, tamẽ ex
aliis actionibus agere poterit executiuè, vt ſuprà.

Ad vltimum ego reſpondebã, quòd vt fiat ſtri-
cta interpretatio contra legatarium fauore hære-
dis, vt dicebatur, illud procedit quoad interpre-
tandum coniecturatam, & pręſumptam mentem
teſtatoris, vt dictis allegatis legibus, & aliis ſimi-
20 libus adnotatur. † legatis enim nummis exiguio-
21 res tantùm debentur, vt d. l. nummis. † & legato
fundo Corneliano, cũ duo eſſent fundi eiuſdem
nominis, minorẽ legatũ eſſe iudicatur, vt dicitur
in d.§.ſcio, & in omnibus ſimilibus, in quibus de
mente teſtatoris dubitatur, dicta regula procedit,
quòd ſtricta fiat interpretatio contra legatarium,
non autem ſequitur, quòd propterea legatarius
executiuè agere non poſſit, pro conſequendo le-
gato, licèt minimo, cuius nulla eſt difficultas cir-
ca illius interpretationem, quando ſcilicet clarũ
eſt, quod in legato contineatur. Diuerſi enim ſa-
tis ſunt termini, quòd quis verſetur circa teſtato-
ris voluntatẽ declarandam, & quod verſetur cir-
ca dictam teſtatoris voluntatem iam declaratam,
claram, & expreſſam, exequendam, vt ſatis patet.
Vnde ſuccedit regula l. Papinianus exuli. de mi-
nor.& l.fi.de calumniator. cum ſimil.quòd ex di-
22 uerſis non fiat illatio. † Præterea an contra lega-
tarium ſtricta, an verò lata debeat fieri interpreta-
tio, non ita clarè eſt expeditum apud Doct. præ-
cipuè quando circa teſtatoris voluntatem, & ver-
ba per eum prolata in teſtamento, nulla cadit am
biguitas, vt in caſu præſenti nulla penitùs dubie-
tas circa iſta occurrebat, quia tunc magis com-
* muniter* concluditur fauore legatarij, etiam cõ-
tra hęredem latam debere fieri interpretationem,
vt declarat Natt. poſt alios, quos allegat d. conſ.
626.num.21.& Cagnol.d.l. in teſtam.num.3.verſ.
ſed huiuſmodi, de reg. iur. Propterea magis præ-
miſſa argumentationis ſpecies noſtram opinionẽ
confirmabit, quàm eam quicquam elidat.

Ad id, quod dicebatur, præſumendum eſſe te-
ſtatorem minùs grauare hæredem, quàm ſit poſſi-
bile, reſpondebam, & hęc eſt noua reſponſio, à do
ctoribus non excogitata, in quantùm attinet ad
caſum propoſitum, minùs grauatum reddi hære-
dem, ſi executiuè agatur, quàm ſi ordinario iudi-
cio procedatur, præcipuè quando mens teſtato-
ris circa legatum clara reperitur, quia minùs fati-
gabitur legatarius in expenſis litis, & conſequen-
ter minores ei ſumptus reficiet ipſe hæres, iuxt. l.
eum, quem temerè, de iud. & l. properandum. §.
ſin autem alterutra, cum materia. C. eod.titul. Et
ſic ex iſtis ſatis defenſata videtur opinio, quam e-
go in propoſito caſu vti veriorem, & commu-
23 niorem ſequutus fui, quòd † pro legato conſequẽ-
do executiuè agi quàm optimè poſſit.

Ad tollendum autem omnem difficultatem, &
ad clariorem iſtius concluſionis deciſionem, in-
frà ſcriptam diſtinctionem excogitabam, qua ſtã-
te, omnes controuerſiæ, & doctorum contrarieta
tes, quoad hanc materiam concordatæ videbun-
tur, amplectendo generaliter, ſed ſuccinctè, quã-
do teſtamentum tam quoad hæredẽ, quàm quoad
legatarium, executionem habeat paratam.

Aut enim quærimus, an teſtamentum execu-
tionem habeat paratam quoad hæredẽ, aut quoad
legatarium. Si ſumus in hærede, & tunc, aut hæ-
res vult intentare remedium d.l.fin.C.de edict.di.
Adrian.tol. aut dictum remedium non vult inten
tare, aut eſt dubium, an velit, vel nolit intentare.
24 Primò † caſu, quando hæres vult intentare dictum
* remedium.d.l.fin.tunc omnes communiori* cal-
culo abſque vlla contradictione concludunt, hæ-
redem executiuè agere poſſe, præcipuè quando
nullus adeſt legitimus contradictor, vt omnes
communiter tam antiquiores, quàm recentiores
aſſeuerant in d.l.fin.& tradit Ang.in l. cùm antea,
colum. 1. C.de arbitr.& ſequitur Menoch. in d.4.
remed. adipiſcen. poſſ. num. 693. Secundò caſu,
quando dictum remedium non vult intentare, vt
quia non poteſt cùm adſit contradictor legiti-
mus, vt ſuprà, vel quia non vult propter aliud,
25 † tunc executiuè agere non poterit regulariter de
iure communi, vt innuit poſt Bald. Menoch. d.
quarto remed. d.num. 693. & omnes ſuprà citati
26 in ſuprà dictis locis, nam omnes dicunt † ſpecia-
le eſſe in remedio d. l. fin. quòd hæres executiuè
agere poſſit, ergo præſupponitur ius commune
eſſe in contrarium in aliis caſibus.l.ius ſingulare.
& l.quod verò contrà.de legib.& facit reg. l.cùm
prætor. de iud.& l.maritus. C. de procurat. quòd
27 † incluſio vnius eſt alterius excluſio. Si enim vo-
lunt in d. remedio agi ſolùm poſſe executiuè, er-
go alia remedia excluſerunt, cùm de iure commu
ni paratam minimè habeant executionem, vt di-
cunt doctor.in d.l.fin.& Alexand.in d.§. ſi iudex,
& in d.l. pactum inter hæredem, & Cagnol.in d.
l. in teſtamentis. Tertiò caſu, quando eſt dubium
quodnam remedium hæres intentare voluerit, vt
quia verbis expreſſis illud non manifeſtauerit,
prout expreſsè manifeſtare, & exprimere non te-
* netur, vt volunt communiter* Doctor. in l. edi-
dita. C.de edend.poſt Azo.in ſumm.C. eod.titul.
28 tunc, † vtique cenſebitur intentatum remedium
illud, quod actori magis proficuum, & vtile iudi
cabitur, præcipuè, quando verba concluſionis
ſuæ intẽtioni poterũt inſeruire, vt per Dec. conſ.
57.col.1.poſt Bart. & Ant. de Butr. vt ibi, & per
Natt.d.conſil.206. num. 5. & l. ſi quis intentione
ambigua. de iud.

Si au-



Si autem loquimur in legatario, vt in caſu pręſenti.
Aut quærimus an legatarius executiuè age-
re poſſit, quia intentauit remedium dictæ l. fin.
* Et tunc communiter* concluditur legatario † di-
29 ctum remedium non competere, quia illud com-
petit, vbi non adeſt legitimus contradictor, qui
eſt hæres, vt ſuprà dicebamus, propterea in hoc
caſu legatarius multò minùs executiuè agere po-
terit, cùm ceſſet principale fundamentũ, propter
quod executiuè conceditur agi poſſe, ceſſare er-
go etiam debebit eius effectus. l.generaliter.C.de
epiſcop.& cleric.l. adigere.§.quamuis.de iur.pat.
l.qui cum hærede.de actio.& obligatio.cum vul-
gar. Et ita hoc remedium legatario non compe-
tere communiter tradunt Doctor.in d. l. final. &
Menoch.vbi ſuprà, & Alex.in d.§. ſi iudex, & Iaſ.
in d. l. pactum inter hæredem. ſuprà allegata, &
Zucchar. in d.l.fin. num.136. verſ.hanc nihilomi-
nus. vbi poſt Cyn. ibidem, num.12.dicit ita com-
muniter obſeruari, & teneri.

Aut quærimus, an extra dictum remedium le-
gatarius executiuè agere poſſit, intentando alias
actiones executiuè ſibi competẽtes, de quibus ſu
30 prà, & tunc † dicendum eſt omnino legatarium e-
xecutiuè agere poſſe. Et ita procedunt tradita in
ſuprà allegato §. illud.in Aut.de hær.& falc.& tra
dita per Doct. ſuprà pro hac opinione allegatos,
vt loquantur extra dictum remedium, qui autem
contrariam partem tenuerunt, locuti ſunt quoad
dictum remedium.d.l.fi.quòd legatario non com
petit per prædicta. Et ita nouiſſimè concordando
Doct.& eorum opiniones, nulla contrarietas ap-
parebit. Et quia in caſu præpoſito non erat inten-
tatum dictum remedium.d.l. fi. ſed executiuè cõ-
petenti actione ad illud agebatur, propterea dice-
bam rectè ipſum executiuè agere potuiſſe.

Accedat, quòd pro confirmatione huius meæ
opinionis omnem tollebat difficultatem diſpoſi-
31 tio † ſtatutorum ciuitatis Peruſij ſub rubr. 29. de
execut.inſtrum.lib.2.ciuilium, vbi conceditur fa-
cultas legatario executiuè rem legatam conſequi
poſſe, immo diſponitur omnia inſtrumenta, & te-
ſtamenta, & codicillos executionem habere pa-
ratã, quod regulariter, quoad inſtrumenta de iu-
re communi contrarium diſponitur, & talia ſta-
32 tuta † ſunt contra ius commune, vt not. in l. mi-
nor.25. annis cui fideicommiſſum ibi, ad initium
nouæ petitionis redegerat. de minor. qui text. eſt
ad hoc ſingularis, & melior de iure, vt inquit Iaſ.
in d.l.fin.num.6.& Cagnol. in d.l.in teſtamentis.
num.7. vbi dicit, didiciſſe d. text. à Iaſ. viua voce
dum eius ſcholaris eſſet. Nihilominus omnes cõ-
* muniter* tradunt in locis ſuperiùs allegatis, quòd
ſtante ſimili ſtatuto dicta inſtrumenta, teſtamen-
ta, & alia executionem paratam habebunt, etiam
quoad legata. Et ſic ex iis omnibus ſuprà dictis ap
paret, rectè per me pronunciatum fuiſſe dictum
legatarium via executiua dictum legatum petiiſ-
ſe, & eſt expeditum primum dubium.

Circa ſecundum dubium non fuit admodum
inſiſtendum, Nam & ſi tempore teſtamenti pars
inferior dictæ domus, vt ſuprà legatæ, vendita eſ-
ſet per teſtatricem cum pacto redimendi, vt di-
ctum fuit, nihilominus debetur legatum ipſi le-
gatariæ. hoc modo, ſcilicet, quia, ſi non eſſet de-
curſum tempus ſtatutum, & conuentum ad redi-
mendum, teneantur hæredes eorum ſumptibus
redimere, & liberam conſignare dictam partem
domus ipſi legatarię, vel quatenus eſſet decurſum
dictum tempus, teneantur dicti hæredes præſtare
æſtimationem dictæ rei legatæ ipſimet legatariæ,
iux.text.§. non ſolùm.cum materia, inſtit. de leg.
33 vbi dicitur, quòd † non ſolùm teſtator rem pro-
priam, ſed etiam alienam legare poteſt, & tale le-
gatum valet, præcipuè, quando probatur per le-
gatarium, quòd teſtator ſciebat dictam rem le-
gatam eſſe alienam, vt ibid.not.& tradit Ang. ibi.
in princ.quòd in caſu noſtro per ſe ipſum proba-
batur, quia teſtatormet dictam rem effecit alie-
nam, illam alienando, vt ſuprà, vnde in facto
34 † proprio non erat tolerabilis ignorantia.l.fin.in
fin. ff. pro ſuo. cum ſimilib. prout in iis terminis
ita quoque argumentatur Papienſ. in for.libell.
pro leg.rei ſing.in gl.1.num. 18. Et idem quòd ſu-
prà, traditur etiam in l. cùm alienam.C.de leg. &
in l. non dubium.§.1.de leg.3. & per omnes com-
muniter poſt Barth.in l.1.de leg.1.quòd optimè e-
tiam declarat Butigell. in l. quod te. num.23. ff. ſi
cer.pet.& Aret. in tract.de teſtam.gl.21.num.2. &
Papienſ. in d.for.libel.pro leg.rei ſingula. in pri-
ma gl.num.17.verſ. interdum legat rem alienam,
& Natt.conſ.502.num.30.lib.3.& Bero.conſ.47.in
* fin.lib. 2. in quibus locis * communiter conclu-
35 dunt, † quòd regulariter legatum rei alienæ non
valet, in præiudicium ſcilicet Domini rei legatæ,
iuxta c.filius, de teſtam.niſi cõſentiat ille, qui Do-
minus eſt dictæ rei legatæ, iuxta l. ſicut §. vendi-
tionis.ff. quibus mod.pign.vel hypothe.ſoluat.&
c.1.in prin.de prohib.feud.alien.per Feder. & hoc
voluit dicere Corn.conſil.155.col.1.verſ.& quan-
do legatur. lib.3.& Neuiſ.conſ.71.num.4.vbi ſim
pliciter dixerunt legatum rei alienæ non valere
regulariter, quia intelligendum eſt in præiudi-
cium Domini dictę rei legatę, & ita ipſi etiam in-
tellexerunt per leges, quas allegant. ad tradita per
Bart.in l.non ſolùm.§.liberationis verba, de liber.
leg. ita etiam dixit in rei alienæ legato Rol. conſ.
16.num.4.lib.3.& Guald.in tit.de leg.caut.32. vbi
36 poſtea declarat.& caut. 37. † ſed in præiudicium
hæredis tale legatum valet, quia & ſi rem ipſam
legatam præſtare non poſſit renuente domino di
ctæ rei, vt ſuprà, tenetur tamen illius rei æſtima-
tionem præſtare, immo, ſi ſemel potuit emere di-
ctam rem ab ipſo Domino iuſto precio, & non e-
mit, non liberatur hæres præſtando æſtimatio-
nem, ſi poſtea dictus Dominus vendere recuſaret,
ſed tenebitur propter dictam æſtimationem etiã
ad intereſſe, prout not.in l.qui concubinam.§.fin.
iunct.gloſſ.de legat. 3. & tradit Aret. in d.gloſ.21.
numer.2.verſ.& eſt aduertendum. Quod quidem
legatum, ſi erit factum extraneo, ita demum va-
lebit, ſi teſtator ſciuerit dictam rem fuiſſe alie-
37 nam, † quod legatarius probare debet, ſcilicet
teſtatorem ſciuiſſe eſſe alienam. Si verò dictum
legatum factum erit coniunctæ perſonæ, tunc ſi-
ue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit dictam rem
legatam eſſe alienam, tamen legatum valet, &
hæres, (ſi non poteſt dictam rem tradere, vt ſu-
prà,) illius æſtimationem præſtare tenetur. Et
ita procedunt tradita in d. l. cùm alienam. & in

d.§.non ſolùm, & in d.l. non dubium. §.1. & do-
ctrinæ omnium ſuprà allegatorum , præcipuè ex
Natt.Ang.& Bero. vbi ſuprà, & ita eſt veritas , vt
concludit Bero.ibid.& Rol.d.conſ. 16.num.38.Po
teſt tamen etiam adiici diſtinctio Cor. in d.conſ.
155.col.1. an ſcilicet legatum rei alienæ factũ con-
iunctæ perſonæ , ſit alterius pariter coniuncti di-
cto teſtatori,qui ſit Dominus dictæ rei,vt puta,ſi
legauerit rem vnius fratris alteri fratri ipſius,quia
tunc eſt dubium,an dictum legatum valeat,etiam
quòd ſit factum cõiunctæ perſonæ,quando teſta-
tor ignorauerit eſſe alienam, propter regulam. l.
ſed & milites.in prin.de excuſ.tut. & l.fin.§.exce-
ptio.de his,qui potior.in pign. hab. quòd ſcilicet
priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè
priuilegiatum,de cuius tamen dicti veritate vidẽ
dus eſt Cor.ibid.col.1.& col.fin. cum non princi-
paliter pertineat ad caſum iſtum.

Stat ergo concluſio , quòd legatum rei alienæ
licèt regulariter non valeat in præiudiciam Do-
mini rei legatæ, valet tamen in præiudicium hæ-
redis,vt ipſe dictam rẽ emere teneatur ſi poterit,
& legatario tradere æſtimationem dictæ rei.

Et quemadmodum legatum rei alienæ , vt ſu-
prà intelligendo , valet , & tenet , ita etiam valet
38 † legatum rei propriæ teſtatoris alteri obligatæ,
vt contigit in caſu noſtro, hoc modo intelligen-
do , quòd hæres cogatur dictam rem liberare ex
manibus creditoris, & eam luere , & dare legata-
rio. ita enim traditur in l.prædia. C.de fideicom.
& in l.ſi res obligata.de leg. in l.licèt. de dot.pręg-
leg. & tradunt Arct. in d.gloſſ.21.num.2.verſic. ſi
autem legatur res, & Papienſ.in d.gloſ.1. num. 18.
verſ. interdum legat rem propriam:in quibus lo-
cis quædam dantur diſtinctiones,quæ cùm ad ca-
ſum iſtum non pertineant , breuitatis cauſa con-
ſultò omittere volui, illud ſolùm adiiciẽdo,quòd
legataria in præſenti caſu erat filia teſtatoris , &
conſequenter coniuncta perſona , vt ſuprà dictũ
fuit, & dicta res legata obligata fuit ante teſtamẽ
tum,vt in facto præſupponebatur. Quæ erunt ad-
uertenda pro iis, quæ tradit Papien. loco nuper-
rimè citato ex legibus præallegatis , quia iſta o-
mnia comprobant validitatem dicti legati.

Cùm itaque in caſu præmiſſo fuiſſet dicta res,
quæ erat obligata, & pignori quodammodo da-
ta cum pacto redimendi , & tempus non eſſet ef-
fluxum , hæres omnino erat cogendus ad luen-
dum,& redimendum dictam rem legatã, & lega-
tario tradere,per prædicta,vt in propriis terminis
tradũt Aret.& Pap.vbi ſ.poſt alios, quos allegãt.

Nec dicatur , quòd cum tẽpore dicti legati, vt
ſuprà facti dicta res legata eſſet obligata,& pigno
ri tradita, cenſeatur tantummodo eſſe legatũ ius
in ſpe, quod habebat, ipſa teſtatrix in vita ſua, &
quòd ius illud fuerit extinctum morte ipſius Te-
ſtatricis, iux.not.in l.ſeruum filij.in princ.de leg.
1.quia falſum eſt,quòd illud ius redimendi, quod
competebat dictæ Teſtatrici fuerit per eius mor-
39 tem extinctum, † quia immo illud ius tranſmitti-
tur ad hæredes,vt poſt gl.2. tradunt Bar.Bal.& alij
in l.2. C.de pact.int.empt.& vend.& Bar.& Iaſ.in
l.ſi decem cum petiero.de verb.obli.& Dec. conſ.
* 614.& conſ.680.col.fin. & communiter * teneri
tradit Cagnol.in d.l.2.in 2.quæſt.prin.num.43. Et
poteſt illud ius legari , vt virtualiter tradit idem
Cagnol.ibid.in quæſt.15. num. 105. Quòd fortiùs
dicendum eſt, etiam in caſu præpoſito, in quo di-
ctum ius fuit ſtipulatum per d. Teſtatricẽ pro ſe,
& eius hæredibus,vnde nemini dubium eſt,quòd
(durante dicto tempore ad releuandum) ius præ-
dictum dictis hæredibus competere dicatur etiã
poſt mortem teſtatoris,cum ſtipulando,quis pro
40 ſe, & hæredibus, poſt mortem ſtipulatoris † eius
hæredibus dicatur acquiſita actio ex dicta ſtipu-
tione,vt declarant latè Rubeus,& alij poſt Bar.in
l.Gallus.§. quidam rectè. de liber. & poſthum. &
not.in l.ſi tibi decem.§.ſi pactus,de pact . Et con-
ſequenter cùm in caſu iſto competat actio dictis
hæredibus dictæ Teſtatricis ad releuãdum, & re-
dimendum dictam rem legatam,faciliùs illam ha
bere poterunt,& habitam legatariæ prædictę cõ-
41 ſignare , iuxta voluntatem Teſtatricis , † quæ in-
uiolabiliter , & pro lege ab hæredibus obſeruari
debet.l.1.C.de ſacr. ſanc. eccl. l. in conditionibus
primum locum. in prin.de cond.& demonſtr. l. ſi
pars,de inoff.teſtam.& c.fin.de re iud.cum ſimili-
bus, præcipuè in caſu præſenti, in quo,agitur in-
ter filios teſtatricis, quod præſumẽdum eſt ipſam
42 feciſſe ratione † æqualitatis inter ipſos ſeruandæ
iuxta l.cùm pater.§.dulciſſimis.de leg.2. & l.illud,
& l.vt liberis.C. de collat.& §.penul.Aut.de nup.
ideò fortiùs dicere debemus dictum legatum va-
lere, & hæredes illud redimere debere, & dictę le-
gatariæ eorum ſorori tradere , prout in terminis
quoque noſtris voluit Ruyn. concordantes alle-
gans in conſil.212.numer.15.& ſeq. lib.1.vbi mul-
tùm egregiè loquitur in hac materia legati rei a-
lienæ, & iuris,quòd quis habet in aliqua re,prout
erat caſus noſter.

Propterea ego ex prædictis motus condemna-
ui dictos hæredes,& declaraui eos teneri ad redi-
mendum partem illam domus legatæ cum cella-
rio , vt ſuprà , & illam cum dicto cellario dictæ
Dominæ Clementiæ conſignandam eſſe per coſ-
dem. Reſeruaui tamen ius dictis hæredibus petẽ-
di aſſerta melioramẽta facta in dicta parte domus
legatæ,quatenus ea legitimè liquidauerint , cùm
non eſſet probatum ſuper qua parte domus dicta
melioramenta facta fuerint, ſi enim hoc probatũ
fuiſſet nulli dubium fuiſſet aſſerta melioramenta,
43 † ſeu illorum extimationem debitam fuiſſe, iuxta
latè tradita à Cagnol.d.l.2. quæſt.49.num.175. A-
perui dictam ſententiam ſub die 24.Maij 1569.ma
nu ſer Raynaldi de Rubeis not.Peruſ.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Factorũ diuerſæ ſpecies efficiunt,vt iudex nõ præ-ciſè,ſed cum diſtinctione reſpondere debeat.*
2 *Melioramenta,aut ſunt naturalia, aut induſtria-lia,aut ciuilia,ſic & fructus.*
3 *Melioramenta naturalia quæ ſint.*
4 *Melioramenta naturalia cui acquirantur.*
5 *Melioramenta induſtrialia quæ ſint.*
6 *Melioramenta induſtrialia quotuplicia ſint.*
7 *Melioranti,quãdo detur retentio,donec ſibi ſatis-fiat de melioramentis.*
8 *Melioratio , quo caſu dicatur facta ad perpetuã vtilitatem.& num.10.& num.11.*
9 *Colonus,quãdo deducat impẽſas in foſſatis factas.*
12 *Melioramenta reſpicientia tantùm commodum impendentis non deducuntur,ſed cum fructibus compenſantur.*
13 *Poſſeſſor nedum bonæ fidei, ſed etiam malæ fidei melioramenta , ſiue impenſas neceſſarias deducit.*
14 *Melioramenta vtilia abſque vlla neceßitate præcedente facta quando deducantur,& in hoc diſtinguitur,& num.15.*
16 *Pactum,factum inter dominum,& colonum, quòd finito tempore locationis melioramenta perderẽtur, & ipſi domino directo quærerentur , valet, & melioranS non poteſt conſequi melioramenta, nec illorum æſtimationem.*
17 *Meliorans,& impendens, quando poßit auferre melioramenta vtilia per ſe facta.*
18 *Melioramenta per feruminationem quæ dicãtur, & an illa faciens deducere poßit. & num.19.*
20 *Melioramenta fundo affixa,an, & quando deduci poßint, diſtinguitur ex Bero.*
21 *Meliorationes voluntariæ , ſiue voluptariæ quæ ſint, & quo caſu deduci poßint.*
22 *Locator,vel dominus,ſi haberet res voluptariè melioratas venales , & emptor vellet etiam emere dicta voluptaria melioramẽta, vnà cùm re principali, Dominus, an teneatur ſoluere conductori æſtimationem eorum.*
23 *Melioramenta ciuilia quæ ſint,& an ſolui debeãt, & facienti competat retentio, donec ſibi de illis ſatisfiat.*
24 *Retentio fundi, & alterius rei melioratæ,quando detur pro melioramentis.*
25 *Melioramentorum æſtimatio ſolui debet habito reſpectu ad tempus, quo res reſtituitur,non quo res meliorata fuit,& eſt comm.opin.*
26 *Melioramentorum probatio difficilis eſt,& eorũ æſtimatio ſoluitur facta liquidatione.*
27 *Conductor tenetur ad vendendum melioramenta domino directo potiùs,quàm alteri, idem in colono circa fructus,cum declaratione vt ibi.*



## Argumentum.

Melioramentorum materia exactiſſimè
tractatur, diſtinctis diuerſis ipſorum ſpe-
ciebus.

Et an , & quando pro ipſis melioranti
competat retentio.

DOMINA Sabba de Peruſio egit
contra Marcum,& eius fratrem pro
recuperanda poſſeſſione ipſis ad lõ-
gum tempus locata.Præfati Marcus
& eius frater obtulerunt reſtituere
poſſeſſionem , Verùm quia in ea tam per prædi-
ctos , quàm per eorum Patrem fuerunt plantatæ
multæ arbores, cum viribus, petebãt ante omnia
valorem ſaltem dictorum melioramentorum eis
reſtitui,offerentes dicta melioramenta potiùs ei,
quàm aliis vendere,prout etiam de iure teneban-
tur.l.fin.vbi latè Iaſ.num.10.& ſequent.C. de iur.
emphyt. præcipuè quando nullum adeſt pactum
in contrarium , vel quando Dominus directus,
prout erat dicta D.Sabba,conſenſiſſet,quòd dicta
melioramenta alteri venderentur, vt declarat ibi.
Iaſ.& Boer. deciſ. 107. nu. 2. & Emil. Ferrar. conſ.
85. nu.6. & infrà latiùs declarabitur. Ex parte au-
tem contraria iſtud omnino fieri recuſabatur.

Vnde ego pro reſolutione,& declaratione præ-
ſentis quæſtionis, & eorum,quæ pertinẽt ad ma-
teriam melioramentorum , infrà ſcriptam diſtin-
ctionem ex mente Doctorum cõſiderabam, cùm
præciſa , & determinata reſponſio in iis dari non
poſſit, ex quo ad diſtinctionem neceſſariò eſt ve-
niendum propter diuerſas facti ſpecies,quæ circa
1 hanc materiam occurrere ſolent, † quæ factorum
diuerſæ ſpecies, efficiunt , vt iudex non præcisè,
ſed cum diſtinctione reſpondere debeat, iux. not.
in l.precibus.C.de impub. & aliis ſubſtit. & in l.
vt reſponſum congruum.C.de tranſact.& in l. ea
eſt natura cauillationis.ff.de reg.iur. & innuit iu-
riſconſul. in l. in fundo . ibi bonus iudex variè ex
perſonis,&c.ff.de rei vend. vbi in propriis termi-
nis melioramentorum loquitur.

2 Melioramenta † igitur , quæ in quibuſcunque
rebus conſiderari poſſunt,& inſunt,aut ſunt natu
ralia, aut induſtrialia,aut ciuilia,quemadmodum
etiam in ſimili dicitur de fructibus naturalibus,
induſtrialibus, & ciuilibus. l.fructus.ff.de vſufru.
gloſ.& Bart. in l. ex diuerſo. ff. de rei vendi. gloſſ.
& Abb. in cap. grauis . de reſtit. ſpoliat. & tradit
latè Auguſt.Bero.ita diſtinguens in quæſt.96.cir-
3 ca prin . Naturalia † ſunt in quibus ſolùm natura
operatur, abſque opere facti,ſeu induſtriæ homi-
nis cõcurſu. vt puta ſi per alluuionẽ. aut aliud in-
crementũ naturale aliquid fundo accreſcat iuxta
§. præterea quòd per alluuionem. inſtit.de rer.di-
uiſ.cum materia.vel quod ſimile à natura ipſa ac-
ciderit.iuxta l.item ſi fundi.§.huic vicinus ff.de v-
4 ſufruct.iunc.glo.in l. de quib.ff.de leg.Et iſta † ac-
quiruntur Domino directo quoad proprietatem
quo verò ad vſumfructum acquiruntur vtili Do-
mino,puta emphyteutæ,& colono ad longum tẽ
pus, Vaſallo in re feudali,& ſimilibus,vt tradit Be
ro.vbi ſuprà,nu.2.& Corn.conſ.15.lib. 4. & Natt.
conſil.601.num.5.lib.3.circa quod tamen reliquit
cogitandum Iol.Clar. lib.4.recep.ſent.§.feudum.
ver.item quæro.vbi aliter videtur intelligere.tex.
in §.ſi quis de manſo. c. primi de controuer . in-
ueſt.ſuper quo ſe fundat Bero.d.quæſt.96.numer.
2. & vbi dicit ita , vt per eum magis communiter
* * teneri, quod dicta incrementa naturalia , quæ
accedũt proprietati abſque vlla induſtria vaſalli,
vt exemplificat in alluuione , pertinent ad vaſal-
lum per text. in d.§.ſi quis de manſo . Et ita quo-
que profectò videtur reſidere Natt. dict. conſil.
601. per rationes, quas allegat , licèt loquatur in
pacto de retrouendendo,in quo tamẽ eadem vi-
detur ratio propter proprietatem , quæ ſperatur
ad Dominum directum,& ad venditorem reuer-
ſuram, & poſtea concludit ibid. Clar. ſecundum
mẽtem,& diſtinctionem Bero.vbi ſuprà, licèt de
eo non faciat mentionem , & nihilominus cogi-
tan. reliquit . Quod cùm non pertineat ad caſum
noſtrum ſatis erit loca tetigiſſe.

5 Induſtrialia † ſunt ea , quæ principaliter fiunt,

opera, induſtria,& impenſa emphyteutæ,vaſalli,
ſeu coloni,& ſimilium . Veluti ſunt ædificia, ag-
geres erecti,arbores plantatæ,foſſata,& huiuſmo
di alia,de quibus in c.1. §. ſi vaſallus. in tit. Hic fi-
nitur lex Corr.& in c.1. §. ex contrario. de inueſt.
de re alic.fact. Quæ iura licet loquantur in vaſal-
lo reſpectu Domini rei feudalis, procedunt etiam
ex identitate rationis in colono,qui cõduxit fun-
dum ad longum tempus,ſiue in emphyteuta.
6 Et hoc caſu† rurſus ego diſtinguendum eſſe di-
cebam ex mente aliorum,licèt hoc Bero.præcita-
to loco minimè dixerit , quòd aut dicta meliora-
menta induſtrialia ſunt neceſſaria , aut vtilia , aut
voluntaria, iuxta l.primam.ff. de impenſ.in rebus
dot.fact.& in l.impenſæ. ff. de verbor. ſignific. Si
quidem erunt neceſſaria, vt vetera ædificia , quæ
ruinam minabantur reſtituere,aggeres facere,flu
mina auertere, vites propagare,ſiue in locum de-
mortuarum ſubſtituere, & ſimilia facere , quæ e-
numerantur in l.1.2.& 3.& in l.impenſæ.ff.de im-
penſ. in rebus dot. fact. & huiuſcemodi. quæ niſi
fuerint, res in totum vel in partem periret, vt di-
cit gloſſ.in d.l.impenſæ.Et tunc, ſi reſpiciunt per-
petuam vtilitatem,abſque dubio iſta melioramẽ-
ta deducuntur & repeti poſſunt,ita dicitur in d.l.
3.§. generaliter.ff.de impenſ.in rebus dot. fact. &
tradit Barthol.in l.in fundo. præallegata. num. 6.
ff.de rei vendic.ſequitur Boer.deciſ.44.numer. 7.
7 † vbi dicit in hoc caſu dari retẽtionem dicto me-
lioranti donec ſatisfaciat. idem dicit Alciat. in d.
l.impenſæ.in princ.ff.de verbor.ſignific. Cagnol.
in l.2.num.175.C.de pact.int.empt.& vend.vbi di-
cit poſt alios,quòd non ſufficit tantùm fuiſſe im-
penſum,niſi etiam tanti res fuerit melior reddita,
* quod communiter ab * omnibus tenetur , & ibi
docet Cagnol. practicam probandi melioramen-
ta.Neuiz.conſ.78.nu.46.poſt Alex.& alios, vt ibi
Natt.præcitato conſ.601.lib.3.vbi ex mente Bald.
8 dicit † tunc meliorationem dici ad perpetuam v-
tilitatem , quando qualitas rei eſt mutata, & bo-
nitas eſt aucta. Bero.conſ.89.nu.35.lib.1. per text.
quem Abb. & omnes not. dicunt in c.1. ad fin.de
in integ.reſtit.Aret.in §. certè illud per illum tex.
num.1.inſtit. de rerum diuiſ.Boſſ. in tit. de princ.
num.31. verſ.re neceſſaria. Rol.conſ.28.nu.12. lib.
1. vbi loquitur de domo facta, ſeu refacta pro ha-
bitatione coloni,& dicit eſſe neceſſariam impen-
ſam,Menoc.latiſſimè in tract.de recup.poſſ.in re-
med.15. q.39.num.500.licèt de prædictis excepto
Boer. d.q. 44. & Alc. nullam faciat mentionem,
idem dicit Tiraq. de retract.conuent. §. 7. gloſ.1.
9 num.1.prout † in ſimili dicitur de colono,qui fa-
cit foſſata, quæ ſi reſpiciũt perpetuam vtilitatem,
deducit impenſas,aliàs ſecùs.Barth. in l. prædia.§.
ita legatum.de fund.inſtr.& Alex.in l.diuortio.§.
impẽdia,nu.3.ff.ſol.mat.Rol.conſ.28.nu.24. lib.1.
10 Aduertendo † quòd ad perpetuam vtilitatem tũc
etiam melioramenta fieri docentur, quãdo ad de-
cennium facta fuerint , licèt à nemine tactum re-
periam,ita enim dicit glo.in d.l.3.§. nos generali-
ter.in princ.ff.de impenſ.in rebus dot.fact.quem-
admodum in ſimili etiam dicitur de conductore
ad longum tempus (vt in caſu noſtro) ad decen-
nium intelligitur.Bero.conſ.146.nu.2.lib.1.vbi æ-
quiparat emphyteutã, & conductorem ad lõgum
tempus,& dicit,quòd illud longum tempus intel
ligitur de decennio,& not.per glo.in cle.1.de reb.
eccleſ.non alien. & per text.in l.1.C.de iur.emph.
& in l.fin.§.1.ſi ager vectig.& emphyt.pet,Quod
11 tamen † eſt intelligendum in caſibus , in quibus
conductio non ſit facta ad decennium, quia cùm
tunc commodum tantùm impendentis reſpiciãt,
dicuntur potiùs facta gratia fructuum colligen-
dorum , vt infrà , quàm gratia meliorandi domi-
nium directum, de iis enim nullum commodum
ſentiet Dominus directus. Sed ſi conductio eſſet
facta, puta ad biennium, vel aliter minùs decen-
nio,prædicta procedere poſſent , & ita intelligit
gloſſ.in d.l.3. & Alciat. vbi ſuprà. de qua condu-
ctione ad longum tempus plurima tradit Tiraq.
de retract.ligna.§.1.gloſ.14. num.79. & ſeq. & ad
prædictam conſiderationem decennij,& aliorum
ad materiam pertinentium,vide Boer.d.deciſ.44.
num.13. verſ. & ita intelligunt.& Alexan. in l.di-
uortio. §. impendia.num.3.ff. ſolut. matrim. vbi
loquitur de conductore ad longum tempus.
12 Si autem † perpetuam vtilitatẽ meliorationis
non reſpicerent , ſed factæ tantùm eſſent gratia
fructuum colligendorum, & propterea commo-
dum tantùm impendentis reſpicerent, durante tẽ
pore conductionis , tunc iſta melioramenta non
deducuntur,ſed cum fructibus compenſantur,ita
probat text.in d. l.3.in fi.ff.de impenſ. in reb. dot.
fact. & in l.diuortio. §.impendia.ff.ſol.matr.& in
l.fructus iunct.gl.in verb.impenſarum. ff.cod.tit.
& tradit gl.in d.§.certè illud.in verb.ædificauerit.
inſtit.de rer.diuiſ.& ſequitur Alciat.in d.l. impẽ-
ſæ.in fin.principij, & Menoc.vbi ſuprà,nu. 513. &
Rol.conſ.28.num.20.lib.1.
13 Et prædicta † procedunt, ſiue is impendens,&
melioraus ſit bonæ fidei,ſiue malæ fidei poſſeſſor.
Nam, & malæ fidei poſſeſſor talia melioramenta,
ſiue impenſas neceſſarias deducit, vt eſt text. in l.
domum.C.de rei vend.& in l.planè.ff.de petit.hæ
red.& tradit Barth.in d.l. in fundo. nu.2. & Boer.
d.deciſ. 44.nu.7.& Alciat.vbi ſuprà, & commu-
* niter * tenent omnes, vt dicit Menoc. vbi ſuprà,
nu.514.Et hic minùs eſt caſus noſter,ideo non eſt
multum inſiſtendum,ſed qui voluerit de iis latiùs
edoceri, ad præcitatos recurrere poterit.
14 Si verò † dicta melioramenta erunt vtilia abſ-
que vlla neceſſitate præcedente,tunc ſi ex aduerſa
materia fiant, & quæ à terra nullum recipiant in-
crementum, vt ædificia conſtruere,& ſimilia,quę
vnico verbo per plumbationem fieri dicuntur,vt
dicit Bar.in d.l.in fundo.n.7.illa bonæ fidei poſſeſ
ſor omnino deducit,ſi aliàs D. directus, ſeu loca-
tor,& ſimiles,erat facturus, ſed ſi aliàs nõ erat fa-
cturus,impendens deducet,ſi D.directus ſeu loca
tor eſſet diues, ſed ſi eſſet pauper permittetur tali
melioranti, & impendenti auferre dicta meliora-
menta.Ita in effectu concludit Bart.in d.l. in fun-
do.n.7.& 8.& ſequitur Boer. d.deciſ.44.n.8.Aret.
d.§.certè illud.col.1.Alc.d.l. impenſæ. in ver. vti-
les.Crauet.conſ.3.n.19.Tiraq.de retract.conuent.
§.7.gl.1.n.5.Cap.deciſ.93.nu.9.Boſſ.d.tit.de princ.
nu.31.verſ. ſcias etiam. & Menoch. vbi ſuprà, nu.
* 517.& ſequent. vbi dicit omnes * cum Bart.in d.l.
in fundo pertranſire , & facit text. in l. quod di-
citur.§.vtiles,cum l. ſequent.& in l.vtilium.ff. de
impenſ.



15 impenſ.in reb.dot.fact.Aduertendo †tamẽ, quòd
in caſu,quo diues eſſet,& ſic æſtimationem me-
lioramentorum ſoluere poſſet,prout illud tunc
facere ei permitteretur ,vt dictis locis adnotatur,
non fiet æſtimatio prout ædificiũ valeret ſic in-
tegrum & incorruptũ, ſed prout valerent rudera
ab ędificio ſeparata,ita enim dicit Iaſ.in l.2. n.29.
C.de iur.emphyt.& Tiraq. de retract. conuent.§.
7.gloſſ.1.num. 6.ex mente Bald. in ſup.allegato.
§.de manſo.& Bero.d.q.96.num.4.verſic. ſi verò
feudum, vbi dicit iſtam eſſe magis communem
* * opinionem,& ſequitur etiam Rolan.d.conſ.28.
numer.30.Et propterea erit cogitandum,an rectè
ſenſerit Iul.Clar.lib.4.ſent.§.feudum,quæſt.88.&
ante cum Boſſ.in titul.de princ.num.31.verſ.& ta
lis hæres,quod cùm non pertineat ad caſum no-
ſtrum,nullum ſermonem , nullámque opinionẽ
approbo.
Et prædicta procedunt ſimpliciter intelligen-
16 do, ſed † ſi fuiſſet pactum inter dominum,& co-
lonum,ſeu conductorem,& ſimiles, quòd finito
tempore melioramenta perderentur , & ipſi do-
mino directo quærerentur,tale pactum valeret,
& melioraus non poſſet habere,ſeu conſequi nec
illa,nec illorum æſtimationem.Iaſ.in d.l.2.nu 28.
Immo etiam è cõtrario ſi pactum fuiſſet,quòd li-
ceret conductori ad longum tempus emphyteu-
tæ, aut ſimili finita locatione melioramenta tolle
re,& auferre,tamen ſi dominus vellet ſoluere tali
melioranti omne id , quod ille conſequuturus
eſſet ex dictis melioramẽtis ſic ſeparatis,& obla-
tis teneretur melioraus non obſtante tali pacto,
accipere dictam æſtimationem , & prohibere o-
mnino poſſet dicta melioramenta auferre, tale e-
nim pactum intelligitur dummodo Dominus æ-
ſtimationem melioramentorum ſoluere vellet.I-
ta Iaſ.in d.l.2.nu.31.quod notari mandat tanquam
quotidianum ex Bald.in d.l. in fundo. in 3.notab.
quodque pro ſingulari notat Marſ.in ſingul. 410.
quidam nobilis.
Poſſet & alio caſu talis meliorans , & impen-
dens auferre melioramenta vtilia , per ſe facta,
17 † quando ſcilicet melioramenta poſſunt per ſe
ſtare, & à fundo ſeparari,abſque illius deteriora-
tione.puta quando fuiſſet emptus fundus prope
fundum conductum,vt fundo conducto inſerui-
ret ratione maioris commoditatis, iux. l. prædij.
§.balneas.cum ſeq.de leg.3.prout tradit Bald.in d.
§.ex contrario.& Bero.d.q.96.nu.4.
18 Si verò †dicta melioramẽta per ferruminatio-
nem facta fuerint,vt verb.Barth.vtar.in d.l.in fun
do num.8.id eſt,cum ex eadem materia conficiũ-
tur, vt arborem,quæ radices egerat in terra plan-
tare,illę enim radices per humorem terræ vniun-
tur ipſi terræ,& ſic per eandẽ materiam vniri di-
cuntur. Simile eſt de agro ſtercorato , vineis ada-
ptatis,& de iis quàm pluribus, quæ in ſuprà alle-
gatis Iuribus adnotantur in verſi.ſi autem perpe-
tuam, quæ propriè caſu noſtro inſeruiunt, Tunc
Bart. expreſſè voluit , quòd impendens , licèt ſit
bonæ fidei poſſeſſor, tamen iſta melioramẽta ne-
quaquam deducere poſſit.Barth.inquam in d.l.in
fundo.num. 8.verſ. quandoque per tales,ſed vo-
luit,quòd illa cum fructibus compenſarẽtur. Ni-
* hilominus Bart.communiter *reprehenditur cir-
ca hoc,vt poſt Paul.de Caſtr.refert Bello.conſ.65.
num.13.verſic.nec obſtat quòd reſpectu,& ſequi-
tur Menoch.nullam iſtorum faciens mentionem
in loco ſuperiùs allegato, num.527.& ſeq.& Ro-
land.d.conſil.28.num 26.vbi voluit, quòd impen
ſæ factæ in plantandis arboribus,quando perſpi-
ciunt perpetuam vtilitatem, vt in caſu noſtro de-
duci omnino poſſint , & ibi ponit de ſalicibus,
& opiis,& dicit iſtam eſſe apertam doct. conclu-
ſionem, licèt Boſſ.vbi ſuprà teneat cũ Barth. qui
tamen refert Alber.tenuiſſe contra Bart.vt ibi.Po
19 terit †igitur talis meliorans ſiue conductor ſit ad
longum tempus,vt ſuprà,ſiue emphyteuta,vel a-
lius ſimilis dicta melioramenta deducere prout
ſimpliciter cum iſta opinione pertranſit quoque
Tiraq. de retract. conuent. §.7.gloſ.1.nu.5.Immo
ſi fuerit emphyteuta eccleſiaſticus multò magis i-
ſta melioramenta deducet, quia eccleſia quæ eſt
cultrix iuſtitiæ, nõ debet pati ſe locupletari cum
aliena iactura,c.1.§.ſed diuerſum.de alienat. feud.
& tradit latè Bero.q.19.& ſequitur Iul.clar.in lib.
4.ſent.§.emphyteuſis.quæſt.45.vbi dicit commu-
* nem,*& quòd vtilitas ipſorum melioramentorũ
tranſit etiam ad hæredes, & extraneos ipſius me-
liorantis,prout etiam dicit Bero.vbi ſ. Et huc ſpe
ctat,quod dixit Bero.d.quæſt.96.nu.4.affixa fun-
20 do † deduci poſſunt , vbi tamen diſtinguit, an ſit
modica impenſa,& tunc finita cõductione in o-
mnibus pertineant ad dominum,aut ſit magna,&
tunc,aut finis conductionis prouenit ex culpa cõ
ductoris,& illo caſu refici non debeant.arg. glo.
2. & ibi latè Iaſ. C. de iur.emphyt. & ita dicit,ibi
debere intelligi gl. in l. colonus ff.loca.Et faciũt
tradita à Deciſ. in aut. qui rem.num.13.C. de ſac.
ſanct.eccleſ.& à Cæpha. conſil.18.num.44.libr.1.
& à Bald in l.fin.C.communia de leg.& eſt com-
* munis *opinio , vt dicit Iul.Clar. libr.4. ſenten.
§. emphyteuſis. quæſtion. 45. in princip. aut fi-
nis dictæ cõductionis non prouenit ex culpa cõ-
ductoris,ſed ob lineam,aut tempus finitum, vt in
caſu noſtro,& tunc omnino dicta melioramenta
repeti,& deduci poſſunt,prout etiam voluit Dec.
conſ. 518. vbi ſæpiùs dicit iſtam eſſe communem
* *opinionem,& quòd ab ea non eſt diſcedendum
nec in iudicando, nec in conſulendo , & in fine
dicit, quòd ſi ſimilis cauſa ſibi commiſſa fuiſſet,
ita iudicaſſet,& ita quoq; tradit , & ſequitur Iul.
Clar.d.quæſt.45.verſ.ſi verò.poſt alios,quos alle-
gat.Et in iſtis non datur abraſio,ſicut in ędificiis.
Rol.d.conſ.28.num.27.in fin. poſt Ruyn. ibi, in-
duſtriales.
21 Si autem † prædictæ meliorationes, volunta-
riæ, ſiue voluptariæ forent,vtroque enim modo
iſtæ appellantur per l.voluntariæ. ff.de impenſ.in
reb. dot. fact. vt ſunt viridaria,& fontes,exorna-
tæ,& delicioſæ,quarum aliquæ ſunt non contem
nendæ in ſuburbiis Peruſij,& ſimila delicioſa im-
penſa, quę ad ornamentum ſolùm pertinent,vt d.
l. voluntariæ,& d.l.impenſæ.§.voluptariæ.de ver
bo.ſignific.vbi expreſſim de aquis ſaliẽtibus mẽ-
tio habetur, quòd pro iſtis fontibus intelligi de-
bet,tunc iſtas meliorationes,ſiue impenſas dedu-
cere impendens,ſiue conductor non poterit, ſed
illas abradere & auferre eis permittetur , niſi ta-
men Dominus aliàs illas erat facturus, vel diſtra-

ɫturus, vel niſi Dominus earum æſtimationẽ ſol-
uere voluerit iuxta diſtinɫionem meliorationũ
vtilium, de quibus ſuprà. ita not.in d.l.in fundo.
iunɫ. gloſſ. & ita tradit ibid.Barth.num.10. cum
* quo omnes communiter * pertranſeunt, vt dicit
Boer. d. deciſ.44.num.10. & Aret.d.§.certè illud.
num.1. verſ.videamus nunc.& Alciat.d.l. impen-
ſæ.d.§.voluntariȩ cum duabus ll.ſequẽt.ff.de im-
penſ.in rebus dot.faɫ.vbi diſtinguunt inter bo-
næ fidei, & malæ fidei poſſeſſorem, quod nõ per-
tinet ad caſum noſtrum, cùm diɫus cõduɫor eſ-
ſet in omnimoda bona fide, de quo nõ dubitatur,
& cum iſta opinione pertranſit etiam Rol. d.cõſ.
28.nu.28.& ſeq.
22 Aduertẽdo † quòd ſi locator, vel alius Domi-
nus haberet diɫas res melioratas, & locatas ve-
nales, & emptor vellet etiã emere diɫa volupta-
ria melioramẽta, vnà cum re principali, quòd tũc
Dominus teneretur ſoluere æſtimationem eorũ
conduɫori, cum eo caſu non voluptariæ, ſed vti-
les dici debeant, iuxta l. quod ſi hær.ff.de impenſ.
in reb.dot.faɫ.& ita not.in d.l.in fundo.in fin.&
propterea ita determinat Bar.ibid.n.10.& Alciat.
in d.§. voluptariæ, & Boſſ.d.traɫ.de princ.nu.31.
verſic.& ſi vis ſcire vbi dicit, quòd nimis magna
& ampla domus dicitur impenſa voluptaria, niſi
venalis fuerit, quia tunc dicitur volũtaria ex mẽ-
te Paul.Caſtr.in l.ex duobus ff.de neg. geſt.quod
tamen ego intelligerem habito reſpeɫu ad qua-
litatem & conditionem perſonarum, & cum prȩ-
diɫa principali opinione tranſit etiam Boer. &
Menoch.vbi ſuprà, ſed prȩdiɫa non pertinent ad
caſum noſtrum.

Redeundo modo ad noſtram principalem di-
ſtinɫionem, quam ſuprà in principio fecimus, &
ſi nec iſta caſum propoſitum attingant, Ciuilia
23 † melioramenta ſunt, quæ acquirũtur fundo ho-
minis induſtria, aut diligentia ſolùm abſque vlla
naturæ operatione, ad inſtar fruɫuum ciuilium,
in quibus ſola induſtria interuenit, vt per Barth.
in l.ex diuerſo. & ibi etiam gloſ.ff. de rei vendic.
& latiſſimè per Menoc.de arbit.iud.lib.2.caſ.210.
& ſunt, puta, ſeruitutes, iuriſdiɫiones, & alia iu-
ra incorporalia, à ſolo inſeparabilia, à Vaſallo, Em
phyteuta, vel alio conduɫore empta, impẽſis eo-
rum, & iſtæ impenſæ debent reſtitui per Dominũ
vel eius hæredes, immo vti poterunt prædiɫi re-
tentione, donec illa perſoluãtur. Guid.Pap.quæſt.
169.& Bero.latè d.quæſt.96.in fin. Circa hoc etiã
poterit haberi conſideratio, an diɫæ impenſæ
fuerint vtiles, ſeu neceſſariæ, iuxta ſuperiùs tradi-
ta, aliàs ſi forent tantùm voluptariæ, procedent,
quæ ſuprà de iſtis diɫa fuerunt.
24 Quando † autem pro melioramentis detur re-
tentio fundi, & alterius rei melioratæ, ponit la-
tiſſimè, præter ſuperiùs allegatos, Neguſ. in trac.
de pign.in 4.memb.quint.part.num.9.& Couar.
in lib.1.variar.reſol. c.8.poſt alios, quos allegant,
de quo tamen non erat quæſtio coram nobis, ſed
diɫi tantum conduɫores inſtabant pro conſe-
quendis æſtimationibus diɫorum melioramen-
torum via exceptionis, vt ſuprà diɫum fuit.
25 Propterea † cùm diɫæ meliorationes, & im-
penſæ faɫæ per diɫos conduɫores forent vtiles
in plantando arbores cum vitibus, per prædiɫa,
ego dicebam D.Sabbã omnino teneri ad valorẽ,
& æſtimationem illarum perſoluendum, & hoc
habito reſpeɫu ad tempus quo res reſtituitur, nõ
quo res meliorata fuit. prout dicit Bart. in l. do-
mus.per illum text.de leg.1. & ibi Alex.& Iaſ.qui
* dicit communem * nu.4. & ſequitur Boer.d.qu.
44.num.12.& Capy.deciſ.93.in fin.& Rol.cõſ.28.
nu.14.& conſ.30.nu.6.lib.1.& Menoch.d.15. rem.
nu. 557.præcipuè cùm nollet pati illas abduci, &
auferri.

Verùm, quia diɫa melioramenta & impenſæ
non erant liquidata in proceſſu, idcirco de con-
26 ſenſu partium ego ſententiaui † d. dominã Sabbã
fore immittendã, in poſſeſſionem diɫi fundi, re-
feɫa tamen æſtimatione diɫorum melioramen-
torum, illis liquidatis, quorum probatio diffici-
lis eſt vt dicit Rol.d.con.28.nu.31.& nihilominus
diɫa probatio, & liquidatio fieri debet, propter
quòd ad liquidandum ea aſſignaui eis conduɫo-
ribus terminum vnius menſis. Ego etenim ſemo-
to diɫo conſenſu decreueram ſententiare d. D.
Sabbam non fore, neque fuiſſe immittendam in
poſſeſſionem d.fundi, niſi priùs refeɫis diɫis me
lioramentis, pro quibus conſequendis non datur
aliud remedium niſi retentio, & Pariſ.conſ.44.n.
54.lib.1.Roland.à Vall.con.28.num.3.lib.1.Neguſ.
de pignor. d.4. memb.n.9.poſt Bart. Caſtr.& Iaſ.
vt ibi per text.in l. ſi in area.in fi.vbi prædiɫi, de
condi.indeb.Beninte.dec.77.& Neguſ.d.4. mẽb.
27 num.10. Quæ † melioramenta diɫi conduɫores
tenebantur ad vendendum potiùs d.D.Sabbȩ quã
alteri argumento illorum, quæ dicũtur, quòd co-
lonus cogitur potiùs vendere fruɫus agri, quem
colit Domino, quàm alteri, quando dominus il-
los emere, & ipſe vẽdere vellet, niſi paɫum inter
eos faɫum eſſet in contrarium iux.l. fin. vbi latè
Iaſ. num.10.& ſeq. C.de iur.emphyt. & tradita à
Boer.in deciſ.107.numer.2.& diɫum fuit ſuprà
in princ.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXV.

## SVMMARIVM.

1 *Cõduɫor, an, & quando teneatur propter incendiũ in re conduɫa cauſatum.*
2 *Incendiũ quãdo dicatur caſu fortuito cauſatum, & an de tali incendio ſic fortuito cauſato cõduɫor teneatur.*
3 *Conduɫor non tenetur de caſibus fortuitis.*
4 *Conduɫor, cuius dolo vel data opera res cõduɫa combuſta, quo caſu teneatur ad damni emendationem.*
5 *Incendiarius doloſus qua pœna ſit puniendus.*
6 *Arbitrium iudicis verſatur in puniendo incendiarium, conſiderata qualitate perſonæ ipſius.*
7 *Incendiarius committens incendium extra mœnia ciuitatis, vel oppidi qualiter puniatur.*
8 *Incendium faɫum in ciuitate, vel oppido magis punitur, quàm faɫum in villa, & affertur ratio.*
9 *Incendium paſſus debet ſua damna conſequi ex eodem proceſſu criminali, quo incendiarius punitus eſt, abſque alia formatione proceſſus, quod damnum, ſi aliter non apparebit, probabitur iu-*



*ramento paſſi illud.*
10 *Conduɫor ex incendio eius culpa lata, vel leui commiſſo tenetur ad damni emendationem.*
11 *Conduɫor, an ex incendio eius culpa lata cõmiſſo teneatur criminaliter, & pœna corporali.*
12 *Culpa lata, & leuis in materia incendij, quæ dicatur, poſito exemplo de patre, vel domino, qui in ſtabulo dimiſit lumen accenſum in manibus puelli.*
13 *Conduɫor ex incendio ob leuiſſimam culpam cõmiſſo non tenetur ad damni emendationem, & minùs ad aliquam pœnam criminalem, & numer.19*
14 *Incendium culpa inhabitantiũ cauſatũ præſumitur in dubio, quando non conſtat de authore ipſius. declara, vt nu.17.*
15 *Culpa, ex qua inhabitantes tenentur ob incendiũ, an ſit lata, vel leuis, vel leuiſſima.*
16 *Locatori volenti agere contra conduɫorem ex incendio pro damni emendatione quid incumbat facere. & nu 20.*
18 *Habitantes, quando ſunt plures non tenentur ex incendio, etiam quoad damni emendationem. idem etſi eſſet vnus ſolus, ratione. vt num.* 19.
21 *Cõduɫor, vt in omnẽ euentum liberetur à præſumptione contra ipſum, quod incendium ſua culpa euenerit, quid facere poſſit.*
22 *Statutum volens vicinum teneri ad emendationẽ damni interpretatur ſecundum ius commune, vt ſcilicet non comprehendat caſum culpa leuiſſima cauſatum.*
23 *Conduɫor ob leuiſſimam culpam non tenetur, nec ad damni æſtimationẽ, nec aɫione legis Aquiliæ.*
24 *Culpa leuiſſima in omittendo nõ continetur aɫione legis Aquiliæ.*

## Argumentum.

Incẽdij materia praɫicabilis, & frequẽs latiſſimè traɫatur, & ad quæ teneatur incendiarius tam ob incendium in vrbibus, & oppidis commiſſis, quàm extra.

Quid cõduɫoria adſcribi poſſit, vt obligetur ex incendio, in re cõduɫa cauſato, ſiue plures fuerint, ſiue vnus.

Et quid locatori incumbat ad conuincendum conduɫorem.

MAGISTER Vicus de Peruſio cõ-
duxit ad penſionem à D.Magdale-
na Cicchi matre & tutrice Petri-
pauli, & Thiberij quandam apothe
cam exiſtentem in ſuburbiis Mar-
ſiani Caſtri Comitatus Peruſij, in qua prædiɫus
magiſter Vicus exercebat artem fabrilem, in exer
citio cuius combuſſit ſolarium diɫæ Apothecæ
exiſtentem prope fucinam. Fuit conuentus d.ma-
giſter Vicus ad ſoluendam penſionem, & emen-
dationem damni d.ſolarij combuſti reſarciendũ.
Probata fuit combuſtio per plures teſtes, & pari-
ter probatum fuit d. combuſtionem fuiſſe cauſa-
tam ab ipſomet magiſtro Vico. Dubitabatur an d.
magiſter Vicus teneretur ad diɫam damni emen
dationem.
1 Materia † eſt ampla & profunda, vt dicit Ver.
in traɫ.de ſeruit.vrb.præd. in tit.de fornace.in fi.
& eſt quæſtio latiſſima & nodoſa, vt dicit Turz.
in traɫ. comm. opin.in op.185. in primis verbis.
Propterea pro clara intelligentia eorum, quȩ per-
tinent ad cognoſcendum, an, & quando condu-
ɫor teneatur ad damni emendationem propter
incendium in re conduɫa cauſatũ, infrà ſcripta
capita diſtinguenda erunt.
2 Aut conſtat † incendium caſu fortuito eueniſ-
ſe, vt exempli gratia, ſi ignis quàm maximus in
platea propter aliquod magnæ lætitiæ ſignũ ſuc-
cenderetur, vt quoto anno fieri ſolet Peruſij, &
vbique locorum eccleſiaſticæ ditioni ſuppoſito-
rum in cõmemorationem creationis, & corona-
tionis ſummorum Pontificum iſque ignis, ſeu il
lius ſcintilla in aliquam conduɫam domum e-
uolaret, atque in diɫa domo incendium excita-
ret. Vel ſi aliter è domo vicini ignis ſcintilla in a-
liquam conuicinam domum conduɫam euola-
uerit, incendiúmque in ea excitauerit, vt exemplũ
ponit Bald.conſ.441.in fin.lib.1. Vel ſi aliter quo-
uis modo in domo códuɫa incendium excitatũ
fuerit, abſque vlla penitùs conduɫoris culpa, vel
aliorum in d.domo habitantium, quia tunc caſu
fortuito incendium eueniſſe dicitur, vt not. in l.
quæ fortuitis, & ibi Saly.C.de pignor.aɫ. & in l.
cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro ſocio, cùm
prouideri nõ potuerit, vt diɫis iuribus notatur.
Et hoc caſu neque conduɫor, neque quiſquis a-
lius ex habitantibus in diɫa domo ad aliquid te-
nentur, cùm nulla eorum culpa anteceſſerit, vt
notatur in l. ſi quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad l.
Aquil.& in l.ſi alius.§.eſt & de alia.ff.quod vi aut
clam, nec aliquis ſit, qui incendiarij nomẽ merea
tur, vt dicit Bal.conſ.442.in princ.lib.3. & tradit
per diɫa iura Petr.de Vbal.in tra.de duob.frat.in
8.part. prin.quæſt.18. nu.19.qui à nemine, quòd
viderim allegatur, vbi dicit, non eſſe addendam
affliɫionẽ affliɫo. Satis enim patitur conduɫor,
ſi abſque ſua penitùs culpa ex incendio propria
ſubſtãtia ipſius comburatur. Et idem tradit Ang.
in §.item is, cui nu.2.inſtit.quib.mod. re.contrah.
oblig. Igneu. in l. contraɫus. num.84. de reg.iu.
Turz.in d.op.185 num.15.Moniard. in interpret.
rub.C.vt pub.læti.lib.12.car.66.numer.9.Aret. in
traɫ.malefic.in verb.incendiario.in glo.in verb.
cuius rei num.9.Iod.in enchid.crimi. cap.104.
num.8.Menoch. in tra.de arbit.iud.lib.2.caſ.390.
in 1.caſu, nu.2.qui de prædiɫis nullam facit men-
tionem, & ante eos Alex.conſ.50.nu.4.lib.1.vbi
docet, quomodo probetur caſus fortuitus. cuius
doɫrina conformis eſt exemplis, quæ ſuprà re-
3 tulimus. Neq; † enim conduɫor de caſibus for-
tuitis tenetur.l.ex conduɫo.§.ſi vis.ff.locat. & d.
l.quȩ fortuitis, §.fin.inſtit.locat. & tradit Igneu.
in d.l.contraɫus.numero 37.& Anch.conſil. 121.
& tradunt omnes in proximè citatis locis, pro-
pterea de præmiſſo incẽdio caſu fortuito excita-
to conduɫor, ne alius teneri debet.

Aut non caſu fortuito euenit incẽdium in do-
4 mum conduɫam, ſed † conduɫor ipſe doloſè, &
data opera illud excitauit, hócque manifeſtiſſimè

conſtat. Et tunc ſubdiſtinguitur, an in ciuitate,
vel oppido incendium fuerit excitatum, an verò
extra mœnia ciuitatis, vel oppidi, & ſi fuerit in ci
uitate vel oppido rurſus ſubdiſtinguitur, an ſit vi
lis perſona ille conductor, qui domum, vel apo-
thecam conductam dolosè comburit, & incen-
dium fuit magnum, & tunc iſtis copulatiuè con-
currentibus talis conductor ad damni emenda-
tionem ſine controuerſia tenetur. Bald. in l. data
opera. C. de his qui accuſ. non poſſ. per text. in l.
capitalium. §. incẽdiarij. ff. de pœn. & alia quæ al-
legat Aret. in d. verb. incẽdiario. n. 4. Menoc. d. caſ.
390. in 6. caſu. nu. 25. & Grãm. dec. in fin. vbi ita di-
cit fuiſſe determinatum communi voto per ſacrũ
Conſ. Neapol.

5 Inſuper † talis Conductor, & doloſus incen-
diarius vilis perſona debet etiam criminaliter pu
niri, & eius pœna eſt, quòd igne comburetur, vt
dicit Bald. in d. l. data opera, & refert Aret. & Me-
noch. vbi ſuprà per tex. quem ita intelligunt in l.
ædes. ff. de incen. rui. & naufra. & Nouell. in reg.
18. num. 2. verùm alij reperiuntur text. qui volue-
runt, tales incendiarios, non igne, ſed capite puni
ri, vt eſt text. iunct. gl. in verb. poteſtatis in l. data
opera præallegata. Alij voluerunt tales dilacera-
tione beſtiarum eſſe puniendos, vt l. fin. ff. de in-
cend. rui. naufrag. Alij quod viui concrementur,
vt l. ſaccularij, de extraord. crim. prout ad iſta ani-
maduertit etiam Iodo. vbi ſuprà cap. 103. nu. 4. &
6 ſeq. Propterea † non parùm circa huc quoque ca-
ſum operabitur iudicis arbitrium quemadmodũ
in ſequenti caſu, & ſi Menoch. hoc præcitato lo-
co circa hunc caſum non dixerit, iuxta qualitatẽ
delictorum & perſonarum, vt ſi talis incẽdiarius
non erit vilis perſona, ſed aliqua dignitate, & ho-
neſtate decorata, tunc non comburetur, ſed deca-
pitabitur iuxta text. in d. §. incendiarij. quem ſic
intelligit Bald. in d. l. data opera, & cũ eius dicto
ibi pertranſeunt Aret. & Menoch. vbi ſuprà. ſub-
dunt tamen quòd erit in arbitrio iudicis, an vo-
luerit talem incendiarium decapitari facere, vel
furcis ſuſpẽdi, prout etiam in terminis tradit prę-
ter eos Melch. de Facin. conſ. 81. nu. 4. lib. 1. diuerſ.
conſ. crimin.

7 Si verò † extra mœnia ciuitatis vel oppidi tale
incẽdium fuerit cauſatum, & perſona ſit vtilis, &
incendium magnum, tunc capite puniri debet, ſi
verò eſt honeſta perſona, tunc deportari tantùm
debet, & ſic ad triremes tranſduci, vt dicit Bald.
in d. l. data opera. ex text. in l. fin. ff. de incend. rui.
naufra. & referunt prædicti in præcitatis locis, &
Capy. in dec. 27. num. 18.

8 Ideo † autem ſit differentia inter prædictos ca-
ſus, an ſcilicet ſit factum incendium in ciuitate,
vel oppido, an verò in villa, & extra mœnia, &
maior etiã in primo caſu imponitur, quàm in a-
lio, quia in ciuitate, vel oppido plures hominum
cœtus commorantur, & periculo exponuntur, vt
deducit Iodo. præcitato loco. Aliam quoque e-
go addebam rationem, ſcilicet ne ciuitas ruinis
deformetur. l. 1. §. ſi quis nemine, & l. final. ff. ne
quid in loco publico. & l. cætera. §. 1. de legat. 1. ad
refrænãdum igitur dicta delicta maior pœna im-
poſita fuit.

9 Et eſt † aduertendum, quòd (quia vt ſuprà di-
ximus, talis conductor incendiarius tenetur ad
damni emendationem) debet ex eodem proceſſu,
ex quo criminaliter cõdemnatur ſua damna do-
minus rei locatæ cõſequi abſque vlla alia forma-
tionis proceſſus contra iſtum pro dictis damnis,
& intereſſe conſequendis vt dicit Aret. vbi ſuprà
n. 4. verſ. intelligit tamen Bald. ex mente Bald. vt
ibi, & ſequitur Luchi. de Cur. conſil. 61. nu. 13. in-
ter conſ. crim. diuerſorum, & Menoch. vbi ſuprà.
num. 24. ad fin. quod totæ huic materiæ inſeruire
poterit. Et hoc damnum, & intereſſe, (ſi aliter nõ
apparebit) probabitur iuramento damnum paſſi,
vt dicit in terminis Plot. in l. ſi quando, n. 731. ver.
incendium ad fin. C. vnd. vi.

Aut conſtat incendium fuiſſe commiſſum per
10 culpam latam, vel leuem ipſius conductoris, † &
tunc abſque cõtrouerſia omnes cõueniunt, quòd
iſte ad damni emendationem tenetur, vt dicit A-
ret. d. num. 4. ex mente Bald. vt ſuprà, & Menoch.
vbi ſuprà num. 12. & 24. & Moniard. car. 65. nu. 4.
Bero. conſ. vlt. colum. penult. & fin. lib. 3. Anc. cõſ.
344. col. 1. Alex. in l. domos hæreditarias, num. 5. de
leg. 1. Cagn. in l. contractus, numer. 78. de reg. iur.
quorum minimè Menoch. vbi ſuprà meminit A-
lexander à Menoch. relatus in conſil. 50. numero
1. verſ. & iſtud. libr. 1. & Gramm. d. deciſ. 3. in fin.
Nouell. de regul. iur. reg. 18. in prin. vbi dicit com
* munem. * quorum & aliorum præcipuum fun-
damẽtum eſt in gl. §. præterea in verb. debet. inſt.
quib. mod. re contrahi. oblig. quæ innuit in effe-
ctu incendiarium teneri de culpa lata, & culpa le-
ui, & propterea prædicti omnes ex mente Saly. in
d. l. quæ fortuitis. C. de pignorat. act. dicunt dictis
locis dictam gl. ad hoc eſſe ſingularem, prout e-
tiam dicit Angel. ibi in d. §. præterea, & dicit hunc
caſum habuiſſe in facto Ferrariæ. Et nemo diſcre
pat quò ad damni emendationem.

11 Sed † quò ad pœnæ impoſitionem criminali-
ter agendo ſatis varij, & diſcrepantes fuerunt in-
ter ſe Doctores. Quod cùm non pertineat ad ca-
ſum noſtrum, de veritate iſtius non erit hîc di-
ſceptandum, nec decidendum. Solùm dicã, quòd
ferè omnes concordare videntur, quòd ſi proceſ-
ſit culpa lata, & incendium eſt magnum, imponi-
tur pœna corporalis citra mortem, aut maxima
pœna pecuniaria. ar. l. 1. §. diuus. ff. de ſicar. & l. ſi
fortuitò. ff. de incend. rui. naufr. Aut incendium
eſt paruum, & tunc pecuniaria tantùm pœna im-
poni & mulctari debet. Si autem præceſſit culpa
leuis, tũc volũt etiam criminaliter puniri poſſe,
ſi modo dicta culpa fuit in faciendo, non ſi in o-
mittendo, quæ negligentia propriè dicitur, vt di-
cit Zanet. in tract. different. int. ius Canon. & Ci-
uil. nu. 201. & ita dicit Menoch. vbi ſuprà, nu. 20.
& 21. & ita colligitur ex doctrinis omnium ſuprà
dictorum in præcitatis locis. Adeo, quòd in iſtis
plurimùm tribuitur arbitrio iudicis, vt rectè di-
cit ibidem Menoch. & innuit etiam Iul. Clar. in
pract. crimin. quæſt. 68. verſ. item illi in fi. ſatis eſt
ad rem noſtram, quòd iſti ad damni emendatio-
nem tenentur, prout voluit etiam Bal. ſubſcriben.
cuidam conſil. domini Mathæi de Piſauro inter
conſ. Corn. conſ. 242. in litera A. lib. 1. cui conſ. e-
tiam ſe ſubſcripſit Corn. licèt de hac materia ni-
12 hil dicat, niſi comprobando. Quæ † autem ſit cul
pa la-



pa lata, & quæ leuis videri poteſt gloſ. in dicto §.
præterea. inſtit. quib. mod. re contrahi. oblig. & la
tè Bartol. in l. quod Nerua. ff. de poſ. Exemplum
tamen poni poteſt in culpa leui, de eo quod fre-
quenter accidit, nempe in patre ſeu domino, qui
lumen ſeu lucernam accenſam commiſit in ma-
nibus puelli in ſtabulo, ſeu aliquo alio loco peri-
culoſo, prout ponunt & Cagnol. in d. l. cõtractus.
num. 70. & Petr. de Vbal. in d. 8. part. num. 19. in fi.
& rationem etiam aſſignant cur cõductor ad di-
cta damna teneatur, quia conductor tenetur de la
ta & leui culpa, vt prædictis locis adnotârũt, per
text. in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo-
dat. cum aliis ſimilib.

Aut conſtat incendium fuiſſe commiſſum, nõ
culpa lata, nec leui, ſed culpa tantùm leuiſſima, &
13 tunc † omnes vno ore affirmant conductorẽ ne-
quaquam teneri ad damni emendationem, & mi-
nus ad aliquam pœnam criminalẽ, vt omnes prę-
citatis locis affirmauerunt, qui reddunt rationem
quia conductor tenetur de lata, & leui culpa tan-
tùm, vt d. § nunc videndum, nõ autem de leuiſſi-
ma, vt præter prędictos dicit etiam Aug. Arim. ad
Ang. in dicto verbo incendiario. nu. 6. verſ. cùm
ergo conductor. & Cæpoll. in conſ. crim. 69. nu. 3.
verſ. ſi intentabit. & clarè, & expreſſè Alex. d. cõſ.
50. n. 9. lib. 1. & Io. Sadol. in l. quod te. num. 16. ff. ſi
cert. pet. & ibid. nu. 13. vbi dicit in effectu ex natu
ra contractus, conductorem non teneri ex leuiſſi-
ma culpa, ſed tantùm de lata, & leui. idem tenet
Cagnol. in d. l. contractus. num. 70. de reg. iur. &
Bero. d. conſ. vltimo, col. pen. & fin. libr. 3. & Alex.
in d. l. domos. nu. 5. quorum nõ meminit Menoc.
vbi ſuprà. & tradit etiam Moniard. in d. 1. fall. in
princ. & Alex. & Iaſ. in l. Prætor ait. §. prætor ait.
ff. de edendo. & ante eos Anch. ad quem ſemper
recurritur in hoc caſu, con. 348. vbi puellæ dimiſ-
ſæ in domo incendium excitauerunt, & ſimile e-
xemplum in hoc de leuiſſima culpa tradut Turz.
d. opinione 185. nu. 16. & Moniard. car. 65. num. 4.
& concludunt in effectu conductorem propter
prædicta, & ex d. culpa leuiſſima non teneri.

14 Aut deniq; ſumus in dubio, † quia non conſtat
apertè quis incendiũ in domum conductam im-
miſerit, nec apparet de aliqua culpa, nec lata, nec
leui, nec leuiſſima ipſius cõductoris, Tũc omnes
recurrunt ad text. in l. 3. §. cognoſcit, verſ. & quia
plerunque. ff. de off. præfect. vigil. vbi dicit, quòd
plerunque incendia culpa inhabitantium fiunt.
Et propterea ſumunt regulam, quòd incendium
in dubio culpa inhabitantium fieri præſumitur,
ad quod etiam facit tex. in l. vendita. ff. de pericu.
& commod. rei vẽd. & ita tradit Nouel. d. reg. 18.
nu. 2. & Moniard. vbi ſuprà, car. 61. nu. 2. & nu. 17.
& Soc. reg. 178. & omnes alij ſuprà citatis locis, &
omnes circa hoc conueniunt, vt dicit Menoch. v-
bi ſuprà, numer. 3. ver. & verè in hoc. poſt Gozad.
Mar. Bal. Calca. & alios quos allegat.

Sed quia ex dictis iuribus, & ex dicta regula
nõ apparet illam ſic generaliter intelligẽdo, quæ
nam culpæ ſpecies ſit illa, quæ ſic contra inhabi-
tantes, & conſequenter conductorem præſume-
15 re facit. † Nihilominus Doctores magis commu-
* niter * voluerunt dictam præſumptam culpam
non eſſe nec latam, nec leuem, ſed leuiſſimam. Ita
tradit Aug. Ariminen. ad Ang. in d. verb. incẽdia-
rio. num. 6. verſ. nam licèt dicatur. Saly. in d. l. quæ
fortuitis. in vl. col. Alex. d. conſ. 50. num. 8. Cæpol.
d. conſ. 69. & Ana. conſ. 71. nu. 5. & ibi Bologn. &
Menoc. vbi ſuprà. numer. 6. vbi dicit hanc eſſe ma
gis receptam opinionem, & omnes alij idem tra-
diderunt in præcitatis locis, & idem ſequuti ſunt
Crott. in l. 4. §. Cato. num. 73. ibíque Hormanno.
Dec. num. 318. de verb. obligat. Cæph. conſ. 67. n.
29. libr. 1. à Menoch. non nominat. & Moniar. car.
65. num. 1. Qui omnes mouentur per dictam gloſ.
in d. §. præterea. inſt. quib. mod. re contrahi. oblig.
in verb. debet. ibi. vnde furtum, quam ſingularẽ,
& notabilem, propterea omnes cum Salyc. vbi ſu
prà dixerunt, prout fuit etiam, qui idem dixit Sa-
dolet. in d. l. quod te, num. 17. ff. ſi cer. pet.

Et quia conductor non tenetur de leuiſſima
16 culpa, vt ſuprà dictum fuit. † ideo non ſufficeret
locatori, qui vellet contra conductorem pro dã-
ni emendatione agitare, dictæ regulæ ſolùm in-
hærere, quia cùm illud præſumptum non afficiat
conductorem non diceretur ex eo ſolùm optimè
fundaſſe ſuam intẽtionem, vt omnes vnanimiter
dixerunt proximè citatis locis, vbi de iſta leuiſſi-
ma culpa egimus. & tradit Iaſon. à nemine prædi-
ctorum relatus. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. nu-
mer. 41. ff. ſi quis cautio. Quanquam Grammat. d.
deciſ. 3. num. 16. diſſentire videatur, dum dixit con
ductorem teneri, niſi caſum fortuitum probet,
ſentiens propterea conductorem etiam ob culpã
leuiſſimam teneri, circa quod magis communiter
* * contrarium recipitur, vt ſuprà, & ob id Gram-
mat. & à Menoch. num. 9. nominatim Moniard. li-
cèt eum non nominet, numer. 4. præcitatis locis
reprehenditur, cùm velit ob dictam ſolùm præ-
ſumptionem conductorem non teneri. Immò, &
ſi cum Grammat. conductor de leuiſſima culpa
teneretur, quod tamen falſum eſt, tamen ex alio
non diceretur, locatorem ſuam intentionem fun-
daſſe ex dicta ſolùm regula, ſiue præſumptione,
quia illa præſumptio eſt cõtra incertam, & inde-
17 terminatã perſonam, † licèt enim dicatur, quòd
incendiũ in dubio præſumitur culpa inhabitan-
tium eueniſſe, non tamen dicitur præſumi culpa
alicuius certæ perſonæ illud eueniſſe, ideo pro-
pter iſtam incertitudinem non dicitur ex dicta
præſumptione ſatis eſſe conſultum locatori, vt
damni emendationem conſequi poſſet, vt rectè
dicit Anan. d. conſ. 71. & Affl. deciſ. 57. vbi deter-
minat, quando quis teneatur ad emendã domus
ſibi vicinæ, ac cõtiguæ combuſtæ, & ibi num. 4.
dicit requiri probationem de principio ignis, &
quòd debeat conſtare de certo auctore, tenet etiã
Ro. conſ. 401. nu. 2. verſ. his tamen non refraganti-
bus, & Nouell. d. reg. 18. nu. 3. vbi dicit, ita commu
* niter * teneri, quòd oportet probare in caſu di-
ctæ præſumptionis culpam certæ, ac determina-
tæ perſonæ, aliàs ſi ab incerto auctore originem
habuiſſet incendium, licet iſto etiam caſu præſu-
meretur culpa inhabitantium illud eueniſſe, ex
quo tamen perſona eſt incerta, præſumptio illa
nullius eſt roboris ratione dictæ incertitudinis,
niſi vnicus eſſet domus habitator, vt infra magis
diſtinctè ſubiiciam, quod etiam latiùs explicauit
Grammat. conſ. 22. in prin. & Moniard. car. 63. nu.

6. & ſeq. poſt Bal.Anan.& Marſ.vt ibi & car. 66.
nu.7.vbi prpopriè de damni emendatione loqui-
* tur.& Turz. d. opin.185.nu. 16.& cõmuniter * te-
neri etiam quò ad damni emendationem, inhabi-
18 tantes,† quando ſunt plures,non teneri, dixit e-
tiam Menoch.vbi ſuprà,n.4.poſt alios, quos alle-
gat,quod etiam ante eum voluit Iaſ.in d.l.prætor
ait.§. prætor ait, num. 31. de edend. Quæ omnia
nullam habent dubitationem quando plures in
familia in domo conducta habitabant, vt rectè a-
nimaduertit etiam Menoch.ibid.nu.5.cùm in hu-
iuſmodi caſibus non teneatur,pro familia,niſi a-
licui particulari officio ex domini conſenſu habi
tantes præeſſent, vt coquinæ, ſtabulo, & ſimili.
iuxta l.ſi ſeruus ſeruũ.§.fornicarius.ff.ad l. Aquil.
vel niſi eſſent ſerui nequã.iuxta l.1. §. vlt. ff. naut.
caup.ſtab.de quo tradit Grammat.d.deciſ.3.nu.12.
& de iſtis rebus tradit Menoch. ibid.nu.5. & nu.
19.tunc enim ratione deputationis certę perſonæ
præſumptio illa cadit in perſonam deputatam, &
certam,in quibus locis idem eſſe aſſerit de filiis,
vxore,& nuru,pro quibus pater nõ tenetur,quẽ-
admodum nec Dominus pro ſeruis, niſi ratione
deputationis vt ſuprà, ſed ſi vna tantùm perſona
in domo habitaret,tunc haberet locum præſum-
ptio ſupradicta,& eſſet fundata intentio locato-
ris ex ea, cũ ſatis diceretur conſtare de certo au-
thore,cùm nullus alius domi fuiſſet.Verùm nihi-
lominus locator nihil proficere poſſet ex alio, li-
19 cèt vnicus eſſet, inhabitator domus, † quia dicta
cta præſumpta culpa,quæ cadere poſſet in dictũ
habitatorem domus licet vnicum eſſet,& præſu-
meretur leuiſſima,vt dictum fuit,& de iſta condu
ctor non teneretur.vt declarauimus, & ita deci-
dit Menoch.dicto loco poſt Bald. & Alex. vt ibi,
& ſic in effectu inanis eſſet diſputatio, an vnicus
vel plures ſint habitatores,cùm ſemper verſemur
in leuiſſima culpa,de qua nec ſolus habitator,nec
plures habitatores tenentur, niſi vltra præſum-
ptionem prædictam inhabitationis tantùm,lata,
vel ſaltem leuis culpa inhabitantis, vel inhabitan
tiũ interuenerit,ſed ex illa præſumptione poteſt
per iudicem inquiri,vt poſt alios tradit Menoch.
in tract.de arb.iud.loco ſuprà citato, n.5. ideo eſt
cautela, vt locator expreſſè proteſtetur, & con-
ueniat cum cõductore,vt teneatur de culpa etiã le
uiſſima.Gozad.in conſ.63.nu.7.19.& 21.

Propterea cùm ex dicta præſumptione nõ poſ
20 ſet ſe iuuare locator,† oporteret, quòd probaret
culpam latam,vel ſaltem leuem ipſius conducto-
ris,ad hoc,vt damni emendationem conſequi poſ
ſet,vt clarè dixit Alex.in d.§.prætor ait.nu.8.ver.
& per hoc patet,& Anch. d. conſ. 348. & omnes
ſuprà dicti tradunt in dictis locis proximè cita-
tis,de qua lata, & leui culpa tenetur ipſe condu-
ctor,vt ſuo loco diximus.

In omnem euentum tamen conductor ipſe ad
hoc,vt liberaretur à præſumptione contra ipſum
21 † poſſet probare ſe fuiſſe diligentem in cuſtodiẽ-
da domo ab incendio,vel probare incendium or-
tum habuiſſe à vento & flatu ventorum,qui poſt
ignem accenſum nimis vehementer flare cœpe-
runt. Quod maximè inſeruit ruſticis meæ patriæ
Aſſiſij; quæ æſtiuo tempore comburunt ſtipulas,
& multoties ignis valde ſerpit propter vim ven-
torum,qui flare cœperunt poſt ignẽ accẽſum, &
arbores fructiferas in agro domini,quem colunt
& alienas arbores quandoque in aliis agris, quã-
do ignis longiùs ſerpit,comburunt, nam cùm ex
ventorum vi originem habuerit vagatio dicti i-
gnis, ruſtici teneri non debebunt, cùm etiam il-
lud potiùs caſui, quàm propriæ culpæ ſit adſcri-
bendum, vt in propriis terminis tradit Aret.in d.
verb.inciendiario in gl.in ver.cuius rei num.9.&
Moniard.car.62.nu. 6.& innuit Iaſ.in d. §. quæſi-
22 tũ,nu.41.circa fin. quod procedit † etiam ſi ſtatu-
tum vellet vicinum teneri ad emendationẽ dam-
ni, quia illud ſtatutum interpretatur ſecundum
ius commune,ex cuius diſpoſitione dictus caſus,
non continetur tanquam caſu, vel ſaltem leuiſ-
ſima culpa cauſatus, vt declarat Alexand. in caſu
ſtatuti Piſaur.d. cõſ. 50.n.10.& Menoch.plura ſta
tuta diuerſorũ locorũ declarat in d.caſ.390.diuer-
ſis locis, & numeris. Item releuaretur cõductor,
ſi probaret dictum incendium ortum habuiſſe ab
hoſtibus, & malignis hominibus, vt tradit pro-
priè Arimi.ad Ang.in d.verb.incendiario, nu. 12.
verſ.Nam dicit maximè. Et aliæ inſuper dantur
cautelæ ad faciendum conſtare culpam abfuiſſe à
conductore, quarum meminit,præter prædictos
Moniard.car.66.num.8.Ferrat.caut. 37. Gramm.
d.deciſ.3.num.13.& Menoch. vbi ſuprà, num. 18.
ad quos in contingentia facti ſemper recurri po-
terit.licèt iſta neceſſaria non ſint probare per cõ-
ductorem, vt ſuprà oſtenſum fuit in ver. & quia.
num. 16.cùm præſumptio illa ſola nõ ſufficiat per
ſe ſola,ad hoc,vt inhabitator teneatur. ſed loca-
tori incumbat onus probandi culpam latam,ſi-
ue leuem inhabitantiũ,prout dixi ſuprà in d.verſ.
& quia ſi tamen conductor, licèt non teneretur,
vellet ad exonerationem ſui, & cautelam prædi-
cta probare:erit in ſui poteſtate.

Et quemadmodũ diximus, quòd ex dicta prę-
ſumptione, quæ oritur ex dicta regula, l.3. ff. de
off.præfect.vigil.quæ eſt, quòd culpa inhabitan-
tiũ præſumitur in dubio incendium eueniſſe, vt
diximus,non poteſt, nec debet conductor con-
23 demnari ad damni emendationem,† quia illa cul
pa præſumpta eſt,& pręſumitur leuiſſima,de qua
ipſe non tenetur,vt eſt dictum.Ita nequaquam lo
cator poterit ſe iuuare contra dictum conducto-
rem ex capite actionis legis Aquiliæ, ex qua o-
mnes damnum dantes,damnum reficere tenen-
tur,vt toto tit.ff.ad l.Aquil.& in ipſa habet etiam
locum leuiſſima culpa.in l.Aquilia, & leuiſſima.
ff.eod.titul.quandoquidem omnes communiter
dicunt dictam leuiſſimam culpam præſumptam
eſſe in omittendo,non in faciendo. Sicut enim di
cta culpa præſumitur leuiſſima. ita etiam præſu-
mitur leuiſſima in omittendo, non in faciendo.
24 † Sed quia in dicta actione legis Aquiliæ, non ve
nit leuiſſima culpa in omittẽdo, quę dicitur pro-
priè deſidia,& negligentia,prout non venire tra-
dit,& declarat Ioan.Sadolet.in d.l.quod te, n. 16.
ff.ſi cer.pet.ex tex.no.in l.ſi vſusfructus.§.deniq;.
ff.de vſufr.vbi hoc idem not. Bar.& propterea di-
cit d. tex.gloſſare totum titul.ff.& C.ad l. Aquil.
prout etiam refert Arim. vbi ſuprà verſ.item in
hac materia.& tradit etiam Moniard. car. 61. nu.
5.Ideo nec etiam ex hoc capite locator contra
condu-



conductorẽ poterit obtinere, cùm cõductor non
teneatur de leuiſſima culpa in omittendo, vt di-
* ctum fuit.& ita communiter *tradunt,argumen-
tantur,& declarant prædicti iamiam citati, & A-
lex.d.conſ.50.nu.12.Affl.deciſ.57.n.8. Ferrat.caut.
36.nu.2.Grammat.d.deciſ.3.nu.15.& alios allegans
Menoch.vbi ſuprà,num.10.

Redeundo modò ad caſum præpoſitæ quęſtio-
nis noſtræ,quia in proceſſu probatũ fuit expreſsè
culpam latam d.Magiſtri Vici conductoris, circa
verſationem dictæ Fucinæ per plures teſtes, qui
deponebant malè ipſum verſatum fuiſſe circa fu-
cinam in dicta domo, & ipſum dediſſe cauſam di-
cto incendio, ſiue combuſtioni. ideo ipſum pro-
pter prædicta condemnaui ad damni emendatio-
nem,& ad debitam penſionem. manu ſer Bernar-
dini notarij pub.Curialis Peruſ.Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor tertius cõparens pro ſuo intereſſe, antequam admittatur, debet ſummariè docere de ſuo intereſſe, aliàs non debet audiri.*

2 *Intereſſe poteſt probari per iuramentum, aut vnicum teſtem, aut per aliquam aliam ſemiplenam probationem.*

3 *Tertius admittitur ad cauſam pro ſuo intereſſe quandocunque ante ſententiam in terminis, in quibus cauſa reperitur.*

4 *Litigatori principali via præcluſa, cenſetur etiam præcluſa tertio venienti, pro ſuo intereſſe.*

5 *Contradictor tertius, quibus caſibus poterit docere de ſuo intereſſe, & etiam appellare, nonobſtante ſcientia.*

6 *Tertius nõ admittitur ad cauſam, niſi in terminis, in quibus reperitur. & hoc ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, nu.7.*

8 *Executio ſententiæ, an, & quando poßit impediri à tertio comparente pro ſuo intereſſe.*

9 *Executio ſententiæ non retardatur comparẽte tertio, quando appareret ipſum emiſſe rem litigioſam.*

10 *Tertius prætendens intereſſe, ad hoc, vt ſit audiendus, debet ſaltẽ ſemiplenè docere de ſuo intereſſe.*

11 *Tertius, quo caſu non admittatur pro ſuo intereſſe, ad effectum retardandæ executionis, vel cautionis præſtandæ.*

12 *Victor tenetur tertio comparenti ante ſententiam præſtare cautionem de reſtituendo rem in caſu ſuccumbentiæ.*

13 *Inſtrumentum dicitur probatio euidens, & probata, diſceptatione fori non indigens.*

14 *Sentẽtiæ pro rectitudine præſumitur biennio tranſacto, & quòd tranſiuerit in rem iudicatam.*

15 *Executio non eſt fienda contra tertium, qui contendens impedire executionem aſſerit rem petitam eſſe penes ipſum. & ſubnectitur ratio.*

16 *Condemnatio ſi eſt facta in vna re, & executio in alia, tertius executionem impedit.*

17 *Tertius, qui habuit ſcientiam litis, in qua prætendit intereſſe, an poßit appellare poſt habitam ſcientiam.*

18 *Scientia in genere, quando noceat ne tertius poßit appellare.*

19 *Sententia, quando non nocet ex qualitate negotij, non ſufficit etiam ſcientia in genere dictæ ſententiæ ad excludendum tertium, quin poßit appellare.*

20 *Scientia vbi requiritur, non ſufficit eam probari in genere.*

21 *Denuntiatio facta tertio domi de ſententia, non impedit, quin poßit appellare.*

22 *Spoliato, quando impediatur reſtitutio per comparitionem tertij. ampliatur, num.23.*

24 *Menochij locus in tract. de recuper. poſſeß. examinatur, & reijcitur.*

25 *Tertius pro ſuo intereſſe admittitur ad defendendum reum, in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur.*

26 *Lis an poßit inter duos litigantes expediri, antequam diſcutiantur iura tertij comparentis pro ſuo intereſſe, & dicentis rem controuerſam ad ſe pertinere.*

27 *Tertius non poteſt ſe opponere liti, & controuerſiæ ſuper eadem re per alium motæ ad impediẽdum proceſſus prioris iudicij.*

### Argumentum.

Tertius, quando poſſit ſe opponere ad impediendum executionem ſententiæ ratione intereſſe, quod prætendi in re exequenda, vel alia cauſa.

An tertius, qui habuit ſcientiam litis, in qua prætendit intereſſe, poſſit appellare.

Spoliatus an reſtituatur, quando tertius obijcit contra ipſum agentem,& petẽtem reſtitui ad rem ſpoliatam, dicẽs, rem illam eſſe ſuam.

Tertius in iudicio comparens defenſurus reum propter præiudicium, quod ſibi eueniret, ſi reus condemnaretur, an admittatur.

Et an tertius admittatur non defenſurus reum, ſed illum excluſurus, quia aſſerat rem petitam ad ſe pertinere.

EMYLIANVS Vici de caſtro collis Nucis comitatus Saxiferrati, conuenerat coram Dominis Prioribus Saxiferrati iudicibus quarũdam cauſarum in dicta terra quendam Ioannem Guilielmi, ſuper ſeruitute cuiuſdam viæ, & cauſa agitata vſque ad concluſionem cauſę, & monitionem ad ſententiam, in d.termino comparuit eques Fabius de Saxoferrato, tanquam tertius contradictor, dicens, dictam ſeruitutem deberi tantummodo ipſi equiti, & licèt pluries d. Guilielmus inſtiterit pro expeditione cauſæ inter ipſum, & d. Ioannem, ſtante præſertim monitione ad ſententiam, prædicti domini Priores admiſerunt capitula dicti equitis Fabij, retardantes expeditionem cauſæ dictorum Emyliani, & Ioãnis, & mandauerunt in cauſa ad vlteriora procedi, à qua pronuncia dictus Emylianus appellauit ad Reuerendiſſimum dominum Lutium ſaxũm, Pe-

ruſiæ ad præſens Gubernatorem digniſſimum,&
cauſa mihi commiſſa,& ſatis agitata,fuit tandem
per me deuentum ad ſententiam prout in cedula,
& allato mihi proceſſu, cóque diligenter pro vi-
ribus per me percunctato, non apparebat de ali-
quo intereſſe dicti equitis Fabij, & conſequenter
non videbatur audiendus.

1 Nam † antequam tertius contradictor admit-
tatur propter ſuum intereſſe, debet ante omnia
ſummariè docere de ſuo intereſſe, aliàs nõ debet
audiri,c.veniens.el.1.vbi Abb.4.col.in fi.verſ.nũc
reſtat. & ibi Felyn. in 6.col.extra. de teſtib.Bar.in
l.à diuo Pio. §.ſi ſuper reb. ff.de re iud. Maran. in
tract.iud.in 4.par.9.diſtin.nu.62.Vant.in trac.nul
lit.in tit.quis poſſit dicere de nullit. in verb. mo-
do limitando, num.22. & nu.24.Rol.à Vall. conſ.
1.nu.31.lib.1.Dec.conſ.32.nu.4.& in l.fin.nu.46.C.
2 de edict.di.Adr.toll. in quo intereſſe † probando
(quatenus re vera intereſſe habuerit) non occur-
rebat dictum equitem Fabium multum laborare,
cùm poſſit per iuramentum, aut vnicum teſtem
probari, aut per aliquam aliam ſemiplenã proba-
tionem,vt poſt alios tradit nouiſſimè Pet.Io.An-
char.quæſt.famil.44. vtrum, nu.3. iſte autẽ eques
Fabius non docuit de aliquo ſuo intereſſe,meritò
erat reiiciendus à limine iudicij, & dato quòd di-
ctus eques Fabius docuiſſet de ſuo intereſſe,& ra-
tione ſuæ ignorantiæ dictæ litis motæ potuiſſet
producere dicta capitula, & docere de ſuo bono
iure,prædicti tamen domini Priores debebãt ad-
mittere dicta capitula, ſine retardatione expedi-
tionis cauſæ inter dictos Emylianum, & Ioannẽ.

Secundò perperam, & malè fuerunt admiſſa d.
capitula etiam quòd ipſe eques Fabius docuiſſet
de ſuo intereſſe,cùm eſſet concluſum in cauſa, &
facta monitio partis ad ſententiã, clari enim iuris
3 eſt,†quòd licèt tertius admittatur pro ſuo inter-
eſſe quandocunq; ante ſententiã, vt eleganter de-
ducit Crauet.conſ.14.Procurator,nu.3.iſte tamen
tertius ſemper admittitur ad cauſam in terminis,
in quibus reperitur. c.fin. in fin. vt lit. pend.in 6.
Clem.conſtitutionem,de elect.Alex.conſ.82. col.
fi.ver.nam tertius,lib.1.Afflic.deciſ.235.Fely.in c.
cùm ſuper.num.13. per illum text.de ſent.& re iu.
Crauet.d.cõſ.14.qui eſt omnino videndus. Didac.
Couar.lib. pract. quæſ.c.13. & c.14. Cæph. conſ.
4 202.moniales.nu.10.lib.2.& † præcluſa via princi-
pali litigatori, cenſetur etiam præcluſa tertio ve-
nienti pro ſuo intereſſe.Bal.in l.ſi eo tempore. C.
de remiſſ.pignor.Anch.conſ.183.col.1.verſ.2.pro-
bat nouiſſ.Nat.conſ.457.arctatur.num.1.lib.2.vbi
per totum conſilium in pulcherrimo caſu conſu-
luit, quòd ſi tertius ignorauit proceſſum agitari
in prima inſtantia,poterit appellare infra tempo-
ra reo conceſſa à die ſcientiæ.Imol.in l.à ſentẽtia.
quæſt.3.ff.de appell.ſecùs ſi ſciuit proceſſum agi-
tari,quia nõ poterit,nec etiam in ſecunda, & ter-
tia inſtantia,redeundo ad caſum noſtrum,non eſt
dubium apud Doctor. quod arctatur iis terminis
comparens pro ſuo intereſſe, quibus reus princi-
palis, & termini aſſignati reo intelliguntur aſſi-
gnati tertio, & præcluſa via principali, intelligi-
tur præcluſa tertio comparenti pro ſuo intereſſe,
Natta poſt alios d.conſil.457.arctatur. num.1.lib.
2.habita tamen per dictum tertium ſcientia, vt
ſemper præſupponunt omnes doctores.

A prædicta tamen comm. opin.ſunt excipiendi
5 duos caſus, † quòd videlicet tertius contradictor
poterit docere de ſuo intereſſe,ac etiam appellare
non obſtãte ſcientia. Primus caſus eſt, quãdo iſte
tertius ſciens eſſet minor, tunc enim etiam poſt
lapſum termini, media reſtitutione in integrum
poſſet docere de ſuo intereſſe. Afflictus deciſ.15.
vtrum. Didac. Couar.in lib.pract. quæſt. cap.14.
nu.3.l.2.in fi.C.de neg.geſt.Apoſtill.ad Barth.in l.
ſi perluſorio,in litera B.ff.de appellat.

Secundus caſus eſſet, quando intereſſet Reip.
quòd tertius admitteretur ad alleg. ſua iura non
obſtan.ſcientia,& lapſu termini. Bal.l. vbi pactũ,
circa pen.col.C.de tranſact. qui tamen duo caſus
non poſſunt applicari ad quæſtionem noſtram,
cum dictus eques Fabius nõ eſſet minor 25. anno-
rum,nec aliquis fauor publicus verſaretur. Et ſic
6 † ſumus,in regula, quòd tertius nõ admittatur ad
cauſam,niſi in terminis,in quibus reperitur, & vl
tra deciſ.Affl.235.ſuprà allegatam, idẽ tradit Fran.
Marc.deciſ.Delfin.272.aſſerens,quòd tertius ſciẽs
litem motam,ſéque non opponens,nec à lata ſen
tentia appellans præiudiciũ ſibi parat ſaltem,quò
* ad poſſeſſionem,comm.* eſt opin.vt per Alex. in
l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus,nu.24.ff.de re iudica.
& elegans Grauat.in addit. ad praxim Veſtr.lib.5.
cap.vlt.nu. 24.25.& 26.qui eſt omnino videndus,
& non ſolùm tertius iſte non poteſt aliquid pro-
bare ante ſententiam, ſed nec etiam poſt conclu-
ſionem in cauſa,ita in terminis ſcriptum reliquit
Didac.Couar.d.lib.pract.quæſt.cap.13. nu.2. poſt
alios quos allegat.

Cùm ergo domini Priores Saxiferrati poſt con
cluſum in cauſa, quæ vertebatur coram eis de di-
cto Emyliano cum dicto Ioanne Guilielmi admi
ſerint capitula dicti equitis Fabij, & nõ docto de
aliquo eius intereſſe,inficiari nõ poteſt,quin par-
tes ſuprà dictas grauauerint in retardando, præ-
ſertim expeditionem dictorum Emyliani, & Ioã-
nis,licèt dicta capitula potuiſſent admittere,qua-
tenus dictus eques Fabius docuiſſet de ſuo inter-
eſſe, & terminum ipſi equiti aſſignare potuiſſent
ad probandum ſua iura non retardata, expeditio-
ne cauſæ inter dictum Emylianum,& Ioannem.

Nec obſtat,ꝙ in proceſſu non probetur,iſtum
equitem Fabium habuiſſe ſcientiam dictæ litis,
vertentis inter ſuprà dictum Emylianũ, & Ioan-
7 nem Guilielmi,quia †ſiue ſciuerit,ſiue ignoraue-
rit,non admittitur ad cauſam,niſi in terminis, in
quibus reperitur, vt notant ſuprà allegati doct.
ignorantia tamen huius litis operabitur ad fauo-
rem dicti equitis Fabij, vt poſſit in alia inſtantia
docere de ſuo intereſſe, ad tradita per Natt. in d.
conſ.457.lib.2.nec propterea ob dictam ignoran-
tiam prædicti equitis debuit retardari proceſſus
ſuprà dictorum litigantium. Didac. Couar. lib.
pract.quæſt.cap.14. ſub num.4. mihi car.219.poſt
Ant.Bellam.Rot.& Felyn.per eum allegatos.

Verùm,quia Doct. confusè loquuntur in ma-
teria iſtius tertij oppoſitoris, & comparentis pro
ſuo intereſſe, confundunt enim quando tertius
comparet pro ſuomet intereſſe ad impediendum
executionem ſententiæ, vel alium defenſurus,
puta,quòd teneatur de euictione, propterea pro





huius materiæ lucidatione, infrà ſcripti caſus
ſunt conſiderandi ſuccinctè ex mente Doct. ex
quorum quidem caſuum diſtinctione, ac conſi-
deratione faciliùs in futurum intelligentur, quæ
quotidie traduntur à Doct. in hac materia tertij
comparentis pro ſuo intereſſe, & deciſio præpo-
ſiti caſus pleniſſima,& facillima reddetur.

Quantùm attinet ad primum caput, videlicet
quando tertius ſe opponit ad impediendum exe-
8 cutionem ſentẽtiæ, †ex eo forſan,quòd in re exe-
quenda prætendat hypothecam.l.à diuo Pio. §. ſi
ſuper rebus, verſ. quòd ſi res fuerit pignorata. ff.
de re iud.Natt.conſ.552.mouet.num.primo.lib.2.
doctè & latè Did.Couar.lib.pract.quæſt. c.16.vel
qualibet alia cauſa, & tunc aut ſententia eſt exe-
quenda ſuper eademmet re, ſuper qua fuit prola-
ta ſententia, & tunc per tertium impediri execu-
tio minimè poterit.l.Sticho. ff.de rei vendic.Bar.
in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus,nu.2.& ibi Iaſ.nu.
17. ff.de re iudic. dummodo tamen illi tertio vo-
lenti ſe opponere caueatur de indemnitate.d.l.is,
à quo,& l.ſeq.ff.de re.vend.

Quæ tamen cautio in vno caſu non eſſet præ-
ſtanda, & tertius iſte contradictor, & opponens
9 non eſſet audiendus, videlicet, † quando emiſſet
rem litigioſam,& hoc euidẽter appareret,ex quo
enim talis emptio,& venditio eſt nulla. l.fi. C.de
litig.non eſt mirum, ſi iſto caſu poſſit fieri execu-
tio.Ita tradit Ang.in auct.de litigio.in fi.Bar.in d.
l.fin. C.de litig. & in l.creditores. 3.q.princ.C.de
pign.col.7.Bal.in l.1. col.2. verſ. vlteriùs opponi-
tur. C.com. diuid. Alex.in l.à diuo Pio. §.ſi ſuper
rebus.col.5.ff.de re iud.Nat. conſ.350.Auguſtinus
nu.3.& 4.lib.2. & quando res efficiatur litigioſa,
declarat Didac.Couar.in alio propoſito lib.prac.
quæſt.cap.15. verſ.quemadmodum, nu.6. & licèt
ſuprà nominati doctor. ſimpliciter dicãt ſenten-
tiam poſſe exequi contra tertium poſſidentẽ rem
litigioſam, quando hoc euidenter appareret, &
nihil dicant de cautione præſtanda,ſunt tamẽ in-
telligendi, quòd dicta executio poſſit fieri contra
tertium.etiam ei non data aliqua cautione, quia
cùm emptio rei litigioſæ,vt dicebam,ſit prohibi-
ta.d.l.fi.C.de litig.Iac.Emylian.conſ.51.in præmiſ
ſo.n.6.Neuiz.conſ.20.nu.13. & ſeq. & cautio iſta,
quæ præſtatur tertio,ſe opponẽti executioni ſen-
tentiæ,præſtatur inquam,ob ius, quod prætendit
ille tertius in re exequẽda,d.l.is,à quo. cum l.ſeq.
ff.de rei vend. Couar. in d.§.ſi ſuper rebus,nume.
2.& Iaſ.ibi, nu.17. ff.de re iudic. & ex quo emens
ſcienter rem litigioſam non poteſt prætendere a-
liquod ius,immò debet puniri. d.l.fin. C.de litig.
propterea iure merito executio fieri poteſt, nõ ei
data aliqua cautione, ceſſante ratione legis. cap.
cum ceſſante. extrà,de appel. l.adigere. §.quãuis.
ff.de iur.patron.cum infinit. adductis à Tiraquel.
in tract. cauſ. ceſſan. quod eſt admodum notan.
quod quidem exemplum de re litigioſa poterit
extendi ad multa alia exempla,arbitrio iudicis re-
linquenda, quòd huiuſmodi cautio non ſit præ-
ſtanda,quando euidenter,& notoriè conſtaret de
non iure tertij.

Nunc redeundo, quo digreſſi fuimus de eo,
10 † quòd tertius, qui prætendit intereſſe, ad hoc, vt
ſit audiendus, debet ſaltem ſemiplenè docere de
ſuo intereſſe.Fel.in c.veniens.nu.13.extrà,de teſti-
bus.& in c.cùm ſuper. nu.16. extrà,de re iud. aliàs
niſi docuerit de aliquali intereſſe,non ſolùm non
impediet executionem, ſed nec ei cautio aliqua
erit præſtanda. Verùm, ſi plenè, & incontinenti
vellet docere de ſuo intereſſe, ex quo tunc ceſſat
omnis calumnia,& ſuſpitio fraudis,tunc non ſo-
lùm probatio eſt recipienda, ſed etiam executio
per illud breue tẽpus retardanda. Abb.in d.c.ve-
niens,nu.11.& ibi Fel.nu.15. extrà de teſtib.Didac.
Couar.lib.pract.quęſt.c.16. nu.2.& ſeq.in quo lo-
co (licèt fuerit nimis prolixus)optimè tamẽ hanc
11 inextricabilem materiam enarrat. Quòd † autem
iſte tertius poſſit probare incontinenti de ſuo in-
tereſſe ad effectum retardandæ executionis, vel
cautionis præſtandæ, eſt intelligendum, niſi ille
tertius habuerit notitiam, & niſi etiam ſciẽtia il-
la obſit ipſi tertio, quia ſi nõ obeſſet,fruſtra quæ-
reretur de ſciẽtia nec ne. Abb.Felyn. & alij in d.c.
veniens, el.2. extrà de teſtib. Boer. deciſ.79.col.1.
Didac.Couar.d.lib.pract.quæſt.c.16.ſub n.2. verſ.
ſed ſi tertius docere velit, habita enim tali notitia
per tertiũ,quæ ſit ei nocibilis, nec impediet exe-
cutionem,nec cautione aliqua aſſecurabitur.

Etſi ſint duo,qui petant eandẽ rẽ, & vnus vin-
cat priùs, quã ſit expedita cauſa cum illo alio ter-
12 tio,† tunc per illũ tertiũ nõ poterit impediri exe-
cutio,ſed per illũ,qui vicit, eſt præſtãda cautio de
reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ.d.l.is,à quo.
cum l.ſeq.ff.de rei vendic.Caſſan.in cõſuet.Burg.
rub.5.§.3. col.7. & Did.Couar. d.lib.pract.quæſt.
ſub nu.2.verſ.his tandem prænotatis vſq; ad verſ.
ſecundus eſt caſus.Et prædicta habent locũ etiam
in beneficialibus.Fely.in d.c.veniẽs. el 2.nu.7.ex-
trà de teſtibus. habent etiã locum prædicta in feu
dalibus.Afflict.in c.imperialem.§. præterea inter
duos,n.67.de prohib.alien.feud. per Fed. Grauat.
in add.ad praxim Veſtr.c.vlt.num.26.

Exemplũ poſſet poni de in continẽti probatio-
ne fienda ad effectum retardãdę cautionis, vel ſal-
tém canendi, quãdo ſcilicet iſte tertius exhiberet
13 in iudicio inſtrumentũ, †quod quidẽ inſtrumen-
tũ dicitur probatio euidens, & probata diſcepta-
tione fori non indigens.Bal.in l.Imperator.1.col.
ff.de ſtat. hom. cũ quo inſtrumento concurrunt
tres præſumptiones veritatis ſolẽnitatis, & quod
de eo conficien.à patribus fuerit rogatus not.Bal.
conſ.39.lib.1.Soc.Iun.conſ.189.nu.14.lib.2. & no-
uiſſimè Rol.à Valle, conſ.96.decreueram, nu.17.
lib.3.& in dubio eſt ſtandum verbis inſtrumenti.
Bero.poſt alios conſ.85.nu.13.lib.3.

Vel etiam quando iſte tertius produceret ſen-
tentiam cum actis,vel etiam ſine actis, quando eſ
14 ſet tranſactum biennium, quia † tranſacto bien-
nio pręſumitur pro rectitudine ſentẽtiæ,& quòd
tranſiuerit in rem iudicatam. Ita tenent Bal. Alex.
& alij, prout refert, & ſequitur Grammat. deciſ.
24.Andreas,nu.8.

Aut ſecundò poſſeſſio, quæ à duobus petitur,
vacat, & à nemine poſſidetur, & in hoc caſu eſt
admittẽdus, qui velit impedire executionẽ, & eſt
ratio, quia faciliùs obtinebit poſſeſſionem vacan
tem,quàm ſi alicui tradita fuerit, d. c.veniens, v-
bi Innoc.Felyn.& alij,Bar.Alex.& Iaſ.in d.§.ſi ſu-
per rebus. Miſigner. cen.3. obſeruatione 73.Gra-

uat.in addit.ad prax.Veſt.c.vlt.nu.26.Did.Couar.
* vbi de communi *teſtatur.in lib.prac. queſt.c.16.
ſub num.2.verſ.his tandem prænotatis , & nouiſ-
ſimè Menoch.in tract. de adipiſcen.poſſ. Remed.
4.num.573. qui tamen Menoch. neque Miſigner.
neque Grauat.allegat.

Aut tertiò ille tertius , qui contendit impedire
executionem aſſerit rem petitã eſſe penes ipſum,
15 & tunc † non eſt executio fiẽda cõtra ipſum,cùm
non fuerit victus,alioquin fieret executio nõ con
tra victum,ſed contra tertium,nõ adhuc victum,
d.c.cùm ſuper. extrà de re iudic. doct.in d.§.ſi ſu-
per reb.Didac.Couar.d.lib.prac. quæſt.c.16. verſ.
tertiò ſolet tradi,& vltra eum addi poteſt,quia ex
quo perſona mutatur,l.cùm quæritur. ff.de exec.
rei iud.requiritur alia cauſæ cognitio. Rot. deciſ.
484. incip. ſi ſententia , in nouiſſ. Innocent. in c.
quia,el 5. de iud.Bald.& Ang.in l.ſi binæ.ff.de in-
iuſt.rup.& irrito teſtamen. Crott.conſil.19. mota
fuit,num.10.Iac.Emyl.Ferrar.conſil.51.

16 Aut quartò deniq; † condemnatio eſt facta in
vna re,& executio fit in alia re, & tũc tertius exe-
cutionẽ impedit.Bar.in d.§.ſi ſuper reb.Miſigner.
d.cent.3. obſer.73. aliquot alios caſus conſiderat
Did.Couarr. d.c.16.pract. quæſt. quos caſus con-
ſultò omitto,cùm non faciant ad propoſitũ quæ-
ſtionis noſtræ principalis.

17 Secundũ caput principale eſt † an tertius , qui
habuit ſcientiam litis , in qua prætenditur inter-
eſſe poſſit appellare poſt habitam ſcientiam, & in
* hoc caſu communiter * doct. cõcludunt tertium
iſtum omnino excludi ab huiuſmodi appellatio-
ne,ſi habuerit ſcientiam litis motæ, ſiue ſentẽtiæ.
l. ab executore. §.alio. ff.de appellat. l.à ſententia.
ff.eod. Didac.Couar. libr.pract.quæſt. c.15. Natt.
conſ.457.lib.2.

Animaduerte tamen ne erres cum aliquibus,&
præſertim cũ Natt.in d.cõſ.457.lib.2. qui nimium
18 generaliter loquutus fuit , † quia tunc huiuſmo-
di ſcientia in genere nocet, ne tertius poſſit appel
lare , quando ex qualitate negocij ſententia lata
contra vnum nocet tertio, puta quod ſentẽtia la-
ta contra hæredem noceat legatario , niſi per do-
lũ, vel colluſionẽ hæres fuerit dãnatus. l.ſi ſeruus
plurium,§.1.de leg.1. declarãdo tamen, vt per Di-
dac.Couar.d.lib.pract.quæſ.c.15. verſ.nocet equi-
dem omnino,&c.aliàs regulariter tempus datum
ad appell.non nocet tertio, quin poſſit appellare.
19 Alex.in l.ſæpe.num.82.ff.de re indic. Et † quando
ſententia non nocet ex qualitate negocij , nõ ſuf-
ficit etiam ſcientia in genere dictæ ſententiæ ad
ipſum tertium excludendum , quin poſſit appel-
lare,quia ad hoc , vt quis dicatur habere ſciẽtiam
alicuius rei,requiritur,ꝙ non ſolùm habeat noti-
tiam eius rei,ſed qualitatis ipſius rei. gl.in c.con-
certationi.in verb.ſciuerit, & ibi Franc. & alij de
20 appella.in 6.& vbi † requiritur ſcientia (prout in
ſententia)non ſufficit eam probari in genere. Fe-
lyn.in cap. quoad conſultationem, col.pen. verſ.
duodecima concluſio. extra de re iud. Tiraq. in
tract.de vtroq; retract.§.36. nu.30. & 31. cum ſeq.
cùm igitur iſte tertius volens appellare, non ha-
buerit ſcientiam tenoris ſentẽtiæ, quæ eſt de ſub-
ſtantia ad excludendum ipſum ab appellatione,
non dicitur habuiſſe ſcientiam, ſed potiùs igno-
rantiam.l.multum.ff.de condit.& demonſt.& ſic
malè loquutus fuit Natt.d.conſ.457.lib.2.dum ex
generali ſcientia putauit tertium impediri , quin
poſſit appellare.

21 Immo fortiùs dico, † ꝙ & ſi illi tertio fuiſſet fa
cta denunciatio dictæ ſententiæ domi, etiã quòd
ex dicta denũciatione facta domi poſſit præſumi
ſcientia, nihilominus iſte tertius poterit appella-
re. Rot.deciſ.137. appellatus.in nouis. Franc.in c.
bonæ.6.coll.de appel.in 6.& latiſſimè.Tiraquell.
in tract.de retract.§.9.nu.42. ex quibus concludo
in hoc 2.capite principali tertium poſſe appellare
ſemper,niſi fuerit ipſi notificatus tenor ſentẽtiæ,
quatenus tamẽ ex qualitate negocij,& cauſæ ſen-
tentia lata contra vnum non noceat ipſi tertio.

Tertiũ caput principale eſt,quãdo tertius obij-
cit contra ſpoliatum agentem,& petentẽ,ſe reſti-
tui ad rem ſpoliatã,dicens,rem illam eſſe ſuam,&
22 in hoc † caſu cõcluſiuè dicas iſtũ ſpoliatum non
eſſe reſtituẽdum , & impediri petitam reſtitutio-
nem per comparitionem tertij,aſſerentis rẽ illam
eſſe ſuam.Abb.in c.literis.nu.7.& nu.32.de reſtit.
ſpol. Alex. in l.naturaliter. §.nihil commune.nu.
33. Rip.nu.79. Rub.nu.155.Iaſ.nu.60. ff.de acquir.
poſſeſ.& nouiſſimè Menoch. in tract.de recuper.
poſſ.Rem.1.num.372. vbi etiam allegat Seiſel.in l.
Celſus.nu.29.ff.de vſucap.Iac.Nouell.in prax.cri-
min.incipit vulgaris eſt regula.in titulo ſpoliatus
de facto,num.38.Iacobin. de ſancto Georg. in l.ſi
de vi,nu.19.verſ.11.fallit.de iudic.

23 Ampliatur hoc procedere etiã † ſi ius tertij eſſet
ita coniunctum in iure ſpoliatoris, vt ab eo ſepa-
rari non poſſet.Abb.in c.veniens.el 2.extrà,de te-
ſtib.Fel.in c.ſuper eo.n. 2.de off.deleg. Hæc tamẽ
ampliatio mihi non placet,niſi cum infrà ſcriptis
modificationibus,primò,quòd iſte tertius incon
tinenti doceat de iure ſuo , vt in terminis tradit
Ant.de But. in cap.literis.de reſtit.ſpoliat.Rip. in
d.§.nihil cõmune,nu.80.ſecundò,quòd exceptio
tertij non reſpiciat æquè principaliter cõmodum
ſpoliatoris,ſed in quandam conſequentiam.Rip.
in d.§.nihil commune.nu.40.Menoch.in d.tract.
recup. poſſ.primo remed. num.381. Tertiò,quòd
in iſto tertio non comprehendatur dolus, tunc e-
nim non eſſet audiendus. l.bona fides. ff. depoſit.
Menoch.vbi ſuprà,nu.381.circa med. Quartò,iſte
tertius non eſſet audiendus,quando non agendo,
ſed excipiendo vellet excludere ſpoliatum agen-
tem.Bero.in c.literis, in fi.de reſtit.ſpol. Quintò,
quòd iſte tertius , qui vult impedire reſtitutionẽ,
non ſit aduerſarius ipſi ſpoliato.l.1.C.ne lic.potẽ.
& is tertius haberet cauſam ab ipſo ſpoliatore, vt
quia is ſpoliator dolo in eum tertium ius tranſtu
liſſet.Menoch.vbi ſuprà, num.381,quæ declaratio
24 † pace Menoch.mihi videtur inanis,dum dicit re-
quiri dolum in illo ſpoliatore , qui tranſtulit ius
doloſè in tertium potẽtiorem , quia quintum re-
quiſitum eſt verum in ſe abſq; eo, quòd cõcurrat
dolus , quando enim concurrit dolus ipſius ſpo-
liatoris,cedẽtis ius tertio, nunquã tertius ille de-
bet audiri, etiam, quòd non ſit potentior. l.bona
fides.ff.depoſiti, & ſuprà dixi in verſ. tertiò quod
& idem Menoch.nu.381.circa med.idem dixit, &
bene,licèt nunc poſtea , & malè contrarietur, &
in his omnibus caſibus iſte tertius admittitur
ad



ad cauſam in terminis , in quibus reperitur. c.vlt.
vt lit.penden.in 6.Menoch.vbi ſuprà, in fi. illius,
num.381.vbi allegat Afflict.d.dec.235.in fin. Dida.
Couar.lib.pract.quæſt. cap.13. & in ſpecie in ma-
teria ſpolij allegat Fel.in conſ.49.

Quartum caput principale eſt , quando tertius
comparet in iudicio defenſurus reum propter
præiudicium,quod ſibi eueniret, ſi reus ipſe con-
demnaretur,puta,quòd teneretur de euictione,&
25 tunc † eſt admittẽdus in eo ſtatu.in quo cauſa re-
peritur.c.fin.vt lit.pend.lib.6. nec refert iſto caſu,
an tertius habuerit notitiam , necne litis motæ
contra principalem, nam quando tertius non po-
teſt excludere principalem , cùm ad illum primo
loco defenſio cauſæ non competat,tunc huic ter-
tio etiam ignoranti nocet ſententia contra prin-
cipalem lata , licèt ſententia contra d.tertium e-
tiam virtute rei iudicatæ exequi nõ poſſit, quem-
admodum in venditore dicimus , qui tenetur de
euictione,etenim huic venditori etiam ignoran-
ti nocet ſententia lata contra emptorem, non in
vim rei indicatæ , ſed quòd emptor poteſt aduer-
ſus eũ agere de euictione, & obtinebit in illis ca-
ſibus , quando emptor non tenetur venditorẽ re-
quirere,& vt liti aſſiſtat, & denique hoc iudicium
præiudicat venditori,ſiue ſciuerit,ſiue ignoraue-
rit,& etiam quòd ſciuerit,non poterit litem aſſu-
mere,niſi in ſtatu,in quo reperitur, nec tunc tẽpo
ris poterit probare ea, quę nõ poſſet probare prin
cipalis,quibus confert.l.venditor.ff.de iud. & l. ſi
ſuſpecta.ff.de inoff.teſtam.& in terminis ita decla
rat latiſſimè Did. Couar. lib.pract. quæſt. cap. 13.
col.6.& 7.mihi car.183.ſecundum paruam impreſ
ſionem, comprobantur prædicta ex doctr.Caſt.in
l.ſæpe.nu.5.ff.de re iudicat.vbi dicit,quòd ſi lega-
tarij velint aſſiſtere hæredi ſcripto, & auxiliũ im-
partiri,ſiue ſciuerint,ſiue ignorauerint , tenentur
aſſumere cauſam in eo ſtatu , in quo reperitur.
Tunc enim cadit diſtinctio doct.de ſcientia ab i-
gnorantia, quãdo ille ſciens obtinuiſſet primum
locum,& potuiſſet agentes repellere, ſecùs ſi non
obtinuiſſet primum,& agentes etiam volens non
valuiſſet repellere,& ita eſt intelligenda,l.ſæpe,ff.
de re iud,eo enim caſu ſcientia obfuiſſet , quando
tertius obtinuiſſet primum locum in agendo , &
ſciens paſſus fuiſſet cauſam per alium agitari,cùm
potuiſſet illum repellere, & tunc ratione iſtius
ſcientiæ , etiam quando obtinuiſſet primum lo-
cum teneretur litem aſſumere in ſtatu , in quo re-
peritur , at vbi non obtineret ille tertius primum
locum,& dato,quòd voluiſſet,nõ potuiſſet agen-
tem expellere, & iſto caſu ſciẽtia, neque prodeſt,
neque obeſt,& ita eſt intelligenda deciſio Afflict.
235.quæ ſi aliter intelligeretur, vel quòd reuera a-
liter ſenſerit,eſt neceſſe fateri Afflict.erraſſe. & li-
cèt iſte caſus adhæreat caſui noſtro magis , quàm
alij caſus ſuprà enarrati , nihilominus non eſt ca-
ſus noſter.

Quintum igitur caput principale,eſt,& hic eſt
caſus noſter,quando iſte tertius nõ ſe opponit li-
ti defenſurus reum , ſed eum omnino excluſurus,
cùm dicat rem petitam ad ſe pertinere (prout erat
iſte eques Fabius) qui nolebat aſſumere iudicium
cum dicto Emyliano , ſed volebat eũ omnino ex-
cludere,tanquam ſeruitus illa ad ſe pertineret, &
26 tunc quæritur, † an oppoſitio iſta equitis Fabij
impediat expeditionẽ cauſæ inter prædictos prin
cipales,adeo,quòd non poſſit lis illa diffiniri,do-
nec non animaduertatur , etiã ad iura iſtius tertij,
& licèt quidam dixerint impediri, nempe Bald.in
c.1.§.duo.de pac.tenen.col.1.& Innocent.in c.ve-
niens,el.2. extrà de teſtib.intelligentes ita l. ſi is à
quo,ff.de rei vend.Contrarium tamen eſt verius,
quòd quando tertius non accedit ad coadiuuan-
dum aliquẽ ex litigãtibus , ſed excluſurus omnes,
vel aliquem ex ipſis, prout faciebat eques Fabius,
qui dicebat ſeruitutem ad ſe pertinere,& volebat
excludere d.Emylianum,tanquam ſeruitus illa eſ-
ſet debita ipſi equiti Fabio, tunc enim non impe-
ditur litis diffinitio inter dictos principales , nec
ea retardatur,nam quemadmodum I. C. determi-
nat in d.l.ſi is , à quo, ff.de rei vendic. executionẽ
minimè impediri in fauorem eius , qui ſentẽtiam
obtinuerat per rei vẽdicationem , ab altero motã
ſuper eadẽ re,ita litis diffinitio non eſt impedien-
da ad deciſionẽ illius iudicij , quod priùs de eadẽ
re cœptũ fuerat,facit.l.pen. ff.de pet.hær. & Ang.
in l.ſuſpecta. in 2. col. ff.de inoff. teſtam. vbi poſt
27 Innoc.dicit, † non poſſe tertium ſe opponere liti,
& controuerſiæ ſuper eadem re , per alium motæ
ad impediendum proceſſus prioris iudicij, & hãc
opinionem poſt Ant. Bellame.Rot. & Fely. com-
probat Didac.Couar. lib.pract. quæſt. cap.14. ſub
nu.4.mihi cart.219.& 220. ſecundum paruam im-
preſſionem,vbi etiam reſpondet obiectis.

Stat ergo concluſio , quòd aut tertius accedit
ad iudicium reum , vel actorem defenſurus pro
ſuo intereſſe, vt in alio capite dicebam , & tunc
admittitur in eo ſtatu , in quo reperitur ſine præ-
iudicio iudicialis ordinis inter actorem, & reum,
& hic non eſt caſus noſter. Aut tertius accedit
nõ defenſurus alterum ex prædictis , ſed ad vnum
ex eis excludendum , & tunc à principio poteſt
ſuas rationes deducere , non retardato proceſſu,
& lite incepta, & hic eſt propriè caſus noſter, Nã
cùm iſte eques Fabius acceſſerit ad iudicium , ex-
cluſurus dictum Emylianum, aſſerens ſeruitutem
dictæ viæ ad ſe tantùm pertinere , debuit admitti
ad probandam eius intentionem à principio,non
retardata cauſa prædictorum , quatenus tamen
dictus eques Fabius ante omnia docuiſſet de ſuo
intereſſe. Et ſic malè egerunt Priores Saxiferrati
in admittendo capitula dicti equitis Fabij , non
priùs docto de ſuo intereſſe, & quatenus docuiſ-
ſet de ſuo intereſſe, nihilominus malè egerunt, in
admittendo dicta capitula cum retardatione ex-
peditionis cauſæ prædictorum, & ſic ſententiaui
malè ſententiatum,& bene appellatum, manu ſer
Philippi Notarij Peruſini , quæ omnia ſunt ad-
modum notanda, cùm etiam peritiſſimi decipian
tur, & alibi ita diſtinctè omnia circa iſtam mate-
riam tertij oppoſitoris declarata non reperiun-
tur. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Obligatio principalis licèt nõ ſubſiſtat ex quacun-*

*que legitima cauſa, ex hoc fideiuſſor non dicitur liberatus, quin teneatur, quãdo de eius enixa, & clara voluntate conſtat velle obligari, & teneri, licèt principalis obligatio non ſubſiſteret.*

2 *Obligans ſe tanquam principalem, & medio iuramento tenetur, & ſi obligatio principalis non ſubſiſtat.*

3 *Fideiuſſori non ſubuenitur, quando ſciebat difficultatem tempore fideiuſsionis.*

4 *Reſtitutio in integrum conceſſa minori, vel vniuerſitati, prodeſt etiam fideiuſſoribus.*

5 *Tranſactio facta per euidentẽ calumniã, continens enormiſsimam læſionem, dicitur ipſo iure nulla.*

6 *Promiſſor facti alieni (etiam cum iuramento) excuſatur, quando omnem adhibuit diligentiam.*

7 *Hæredis eius, qui fecit ſuum poſſe in eo, ad quod tenebatur, excuſantur.*

8 *Cautela ad obligandum fideiuſſorem, vt non liberetur ex contrauentione ſui principalis, licèt fecerit ſuum poſſe, & omnem adhibuerit conatum.*

9 *Verba (promittens curare cum effectu) non habẽt maiorem efficaciam obligandi fideiuſſorẽ, quàm vt adhibeat omnem ſuum conatum.*

10 *Promiſſor minoris poteſt vti eadẽ defenſione, qua minor.*

11 *Læſio enormiſsima nunquam intelligitur incluſa in quamcunque, cautela adhibita in promiſsione.*

## Argumentum.

Tutor, an ex promiſſione, & tranſactione facta pro minore cum promiſſione de rato tentatur, ſi minor maior factus noluerit ratificare.

Et quid ſit in quocunque fideiuſſore pro alio interueniente, diſcutitur latè.

MELCHIOR Criſalda de Peruſia, tanquam tutor Petri Pauli Galeræ de dicta ciuitate, interuenit cuidam tranſactioni, & compoſitioni, factæ inter d. Petrum Paulum Galeræ ex vna, & quendam Marcum & litis conſortes ex alia, ſuper hæreditate Cæſaris Galeræ, promiſitq; dictus Melchior in dicto inſtrumento tranſactionis, ita & taliter curare cum effectu, & quòd faciendo poſſibilia non excuſetur, quòd dictus Petrus Paulus, quando erit in legitima ætate conſtitutus, ratificabit dictam tranſactionem, cùm tunc temporis d. Petrus Paulus eſſet infans.

Facto maiore dicto Petro Paulo 25. annorum, non ſolùm non ratam habuit dictam tranſactionem, ſed omnino contrauenit, mouens litem contra illos del Galera detinẽtes medietatẽ bonorum ſui patris, cumq; appareret ex proceſſibus d. Petrum Paulum fuiſſe enormiſſimè læſum, non ſolùm in dimidia, ſed etiam in tota quantitate, obtinuit ad eius fauorem duas ſententias conformes, qui quidẽ Marcus, & alij del Galera videntes, non alia via eſſe eis conſultum, quàm agendo ad intereſſe cõtra dictum Melchiorem tutorem dicti Petri Pauli, qui dictę obligationi interuenerat, vt ſuprà, mouerunt litem contra hæredes dicti Melchioris, cùm iam dictus Melchior eſſet prædefunctus, cõtra quos heredes Melchioris iudicio meo, poterant adduci infrà ſcripta fundamenta.

1 Primò, quia, † etſi obligatio principalis non
ſubſtiterit ex quacunq; legitima cauſa, ex hoc fideiuſſor nõ dicitur liberatus, quin teneatur, quãdo de eius enixa, & clara voluntate conſtat, velle obligari, & teneri, licèt obligatio principalis non ſubſiſteret. ad not. per Franc. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. poſſum. 2. col. ff. de verb. obli. & in conſ. 142. Purpurat. in l. quod te. n. 55. ff. ſi cer. pet. & nouiſſimè poſt multos, quos allegat, tradit Didac. Couar. in relect. c. quamuis, de pac. lib. 6. in §. Quintus, nu. 6. verſ. quamobrem, vbi dicit, quoties manifeſtè patet promittentem velle teneri ad pœnam, vel intereſſe, etiam ſi is diligentiſſimè curauerit, tenebitur.

Secundò, nam ex quo iſte Melchior fideiuſſit,
& ſe tãquam principalem obligauit, etiam medio
2 iuramento, iſto caſu dicitur teneri, † & ſi obligatio principalis non ſubſiſtat. Bart. in l. ſi quis pro eo. col. pen. verſ. octauò prohibetur. ff. de fideiuſſ. Alex. cõſ. 32. in cauſa executionis, in fi. lib. 4. Natt. conſ. 262. reddidi, num. 14. lib. 2.

3 Tertiò, quia † fideiuſſori nõ ſubuenitur, quãdo
ſciebat difficultatem tempore fideiuſſionis. Ruy. in l. 4. §. Cato. in 9. opp. & ibi Alc. n. 139. ff. de verb. obl. Iaſ. in l. Titia. nu. 13. ff. eod. tit. arg. l. quod te. ff. ſi cer. pet. & l. ſi vehenda, §. idẽ iuris. ff. ad l. Rhod. de iact. iſte autem Melchior fideiuſſionis tempore ſciebat, ſiue veriſimiliter ſcire poterat talem, ſiue tales difficultates, ergo ei non eſt ſubueniendũ.

Ad fauorem tamen filiorum, & hæredum dicti Melchioris fideiuſſoris, plurima faciebant fundamenta, & quidem validiora, & veriora, quibus fui adductus ad ſententiandum, in fauorem prædictorum hæredum Melchioris Criſaldæ fideiuſſoris, & curatoris infrà ſcriptis fundamentis.

4 Primò, quia † reſtitutio in integrũ conceſſa mi
nori, vel communitati prodeſt etiã fideiuſſoribus. Bar. & Imo. in l. Stichum. §. quòd vulgò. ff. de ſolu. in l. Marcellus. in fi. ff. de fideiuſſ. & in l. fideiuſſor. ff. de re iud. Nat. conſ. 51. viſo num. 13. lib. 1.

Secundò, quia cùm tranſactio iſta fuerit facta
per euidentem calumniam, & in ea fuerit enor
5 miſſimè læſus dictus Petrus Paulus, † dicitur ipſo iure nulla. l. in ſumma. ff. de condict. indeb. etiam non obſtante iuramento. l. ſi quis cùm aliter. ff. de verb. obl. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. in aut. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. & læſio iſta iuuat etiam fideiuſſorem, vt reſtituatur. Alciat. in terminis reſponſ. 155. ego etiam. nume. 5. & 6. Tom. 2. lib. 5.

Tertiò, iſte Melchior, & eius hæredes veniunt
6 excuſandi, quia promiſſor † facti alieni etiam medio iuramento excuſatur, quando omnem adhibuit diligentiã. Abb. in c. gemma. extrà, de ſponſalib. Dec. in l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. & in conſ. 313. Abb. conſil. 9. libr. 1. Afflict. deciſ. 295. per tex. in c. breui. extrà, de iur. iur. & in c. ſignifican
* te. extrà de pign. & eſt comm. * opin. vt poſt Ang. Hippol. Fel. Bar. Alex. Socyn. Iaſ. Purpurat. Curt. Iun. Præpoſit. & alios tradit Did. Couar. in d. c. quamuis. de pact. lib. 6. in relect. §. quintus, num. 3. & exactiſſimè Ant. Gabr. lib. comm. concl. lib. 3. tit. de pact. concl. 2. nu. 2. vbi ponit ampliationes, & limitationes. In proceſſu autem noſtro conſtat,



ſtat, quòd dominus Marcus Antonius Criſalda, filius dicti Melchioris fecit ſuum poſſe, vt dictus Petrus Paulus ratificaret, quod facere ſemper re
7 cuſauit, † meritò hæredes dicti Melchioris excuſantur. Iaſ. Ruy. Crot. Gallial. Alcia. & alij allegati per Didac. Couarr. in ſuprà cit. loco. in d. relect. nu. 3. in verſ. quorum opinionẽ. idem tenuit Grãmat. quæſt. 2. impreſſa poſt eius deciſ. Maran. quęſ. 3. num. 11. poſt tract. de ord. iud. viu. aquilan. lib. 1. comm. opin. in opin. 255. vbi propè antè finem ex comm. cõſenſu doct. dat cautelam ad hoc, vt quis
8 non excuſetur, † quòd quis promittat in inſtrumento factum & intereſſe, & quod non vult poſſe excuſari feciſſe omnẽ ſuum conatũ quod principalis obſeruabit, ſed vult teneri de ſuo proprio ſoluere, & obſeruare contenta in ipſo inſtrumento, tũc equidẽ promiſſor iſte tenebitur ad intereſſe, licèt omnem ſuũ conatum adhibuerit. Dec. cõſ. 323. & 330. 2. col. & 345. col. fin. Melchior autẽ promiſit tãtummodo ita & taliter curare cum effectu (quòd dictus Petrus Paulus ratificabit) ſed non fuit appoſitũ in inſtrumento, quòd faciendo poſſibilia non excuſetur, aliàs de ſuo voluit teneri, quo ſit vt adhibita per eum diligentia veniat omnino excuſandus dictus Melchior, licèt promi
9 ſerit curare cum effectu, quæ verba † non habent maiorem efficaciam obligandi fideiuſſorẽ, quàm vt adhibeat omnem ſuum conatum. Ita in terminis dictæ promiſſionis cum effectu tradit Ruy. cõſ. 67. lib. 4. nec ex dictis verbis cũ effectu argui poteſt ad enixam mẽtem fideiuſſoris, vt in principio dicebatur, cùm verba illa poſſent habere varios ſenſus, ex quibus promiſſor non temerè ſe obligare voluerit, ſed tãtùm ad adhibendã, curam, & diligentiam, quòd alter faciat cum effectu, ita in puncto declarat Did. Coua. in ſuprà citato loco, nu. 6. verſ. quamobrem, qui locus omnino videatur, quia non ſolùm reſpõdet ad omnia ſuprà dicta in contrarium, ſed exactiſſimè meliùs cæteris huiuſmodi materiam declarat.

Quartò, & vltimò, caſus iſte deciditur in terminis ab Anchar. in conſ. 330. viſa facti narratione, col. 5. ver. deſcẽdo ad obligationem, vbi ponit quæſtionem de tertio, qui interceſſit pro minore, promittens per ſtipulationem, & cum iuramẽto, quòd minor ratum habebit contractum geſtum, cõtractus ille fuit irritatus ad fauorẽ minoris, ex quo erat enormiſſimè lęſus. Reſpondet ibi Anch. quod nec etiam tertius promiſſor tenebitur in ni
10 hilo, † quia ille tertius poteſt vti eadẽ defenſione, qua minor. l. 2. C. de fideiuſſ. mi. Rip. in l. ſi vnquã. in 4. quæſt. C. de reuocand. donatio. in 6. not. & cùm fuerit annullatus principalis contractus, debuit etiam annullari acceſſorius. reg. acceſſorium. d. reg. iur. in 6. c. tranſlato. extrà, de conſtit. & annullato primo contractu, ſecundus remanet ſine cauſa, & ſic inefficax. l. 2. §. circa. ff. de except. dol. & Ancharan. ſequutus fuit Cæph. conſ. 115. quæritur. nu. 3. lib. 1. & Nat. conſ. 50. materiam. n. 24. lib. 1. licèt alter de altero mentionem non faciat. & ante Cæph. & Nat. licèt ab ipſis non allegetur. Idẽ tenuit Grãmat. deciſ. 101. magnifica, nu. 55. & cum
* Anchar. eſt communis * opin. vt poſt multos per eum coaceruatos tradit Ant. Gabr. lib. com. cõcl. lib. 3. concluſ. 2. num. 1. tit. de pac. & ea eſt ratio ſecundum Cęph. vbi ſuprà, num. 6. quia generalitas non includit caſum iniquum, ſed contractus iſte noſter iniquiſſimus erat, cùm bona illa in totum pertinerent ad dictum Petrum Paulum, vt aliàs latiſſimè deduxi in alia deciſione, quæ omnibus cum aliis deciſionibus circunfertur, ergo ſtante huiuſmodi iniquitate, quemadmodum dictus Petrus Paulus potuit contrauenire: ita pariter legitimè potuit contrauenire Melchior eius fideiuſſor per ſuprà deducta.

Ex quibus puto, poſſe dari nouam limitatio
11 nem ad cautelam ſuprà relatam, † ad hoc, vt quis obligetur, licèt omnem adhibuerit conatum, volens teneri ad intereſſe, etiam quod fecerit poſſibilia, quia hæc non habent locum, quando quis cõtraueniret ratione enormiſſimæ læſionis, quæ nunquam intelligitur excluſa, vt nouiſſimè deducit Cæph. d. conſ. 115. nu. 3. & ſeq. lib. 1.

Ad obiecta non occurrit reſpondere, quia ex fundamentis facientibus pro d. Melchiore, & eius hæredibus ſatis conſtitit veritatem iſtius articuli, debere reſolui ad fauorem prędicti fideiuſſoris, & eius hæredum, prout ego ad eorum fauorem ſententiaui, declarando non teneri in aliquo ob dictam fideiuſſionem, manu ſer Raynaldi de Rubeis Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tobiæ Nonij Doctoris Peruſini præceptoris authoris laudes, mores, mors, & pompæ funebres.*

2 *Mulier, an, & quando præſumatur acquiſiuiſſe de bonis ſuis, vel mariti.*

3 *Lucrum quod facit mulier ex ſorte viri cum qua negotiatur, dicitur eſſe viri. & nu. 14.*

4 *Fundamento partis aduerſæ non probato, conuentus eſt abſoluendus.*

5 *Teſtis ſuper facto debet deponere, non iudicare. declaratur nu. 17.*

6 *Teſtes inducti à parte aduerſa penitùs probant, nec contra eos aliquid poteſt obijci.*

7 *Socius qui adminiſtrauit, tenetur ſocio reddere rationem adminiſtrationis.*

8 *Lucra facta à muliere, conſtante matrimonio ex licita negociatione ex eius opera & induſtria, ad eius hæredes, non autem ad maritum, pertinere dicuntur.*

9 *Bona empta per vxorem, licèt præſumantur empta de bonis mariti, tamen nec ipſe, nec eius hæredes poterunt bona empta per vxorem vẽdicare, ſed ſolùm poſſunt agere ad pretium dictorum bonorum.*

10 *Vxor ad quas operas teneatur operari viro, & diſtinguuntur operæ obſequiales à fabrilibus, & artificialibus.*

11 *Vxor non eſt in poteſtate viri, ſed patris.*

12 *Vxor poteſt ſocietatem coire cum viro de ijs, quæ ſunt ex quæſtu, & ſi aliquid ſtipuletur vnà cum viro, acquirit ſibi partem ſuam.*

13 *Operæ fabriles non debẽtur, niſi à libertis ſuis patronis, cùm fuerint impoſitæ, & promiſſæ.*

15 *Filius ſi negotietur cum pecunia patris, lucrum di-*

*uidi debet inter patrem, & filium, & idem in vxore negotiante cum pecunijs mariti.*

16 *Lucrum debet eſſe commune ſocijs, quando vnus ponit pecuniam, & alter induſtriam.*

18 *Cōfeßio extraiudicialis in ciuilibus probat, & teſtis deponens de peritia artis, etiam deponēs de credulitate plenè probat.*

19 *Facta inter maritum, & vxorem, à communiter accidentibus, probantur præſumptionibus, & indicijs.*

20 *Adminiſtrationis ratio non poteſt per vnū ſocium ab altero peti, quādo ambo adminiſtrauerūt, & ibi declaratur locus Caſtrēnſ. conſ. 126. libro 2.*

21 *Iudex poteſt ſibi reſeruare locum tertij caſu, quo partes diſcordent in electione ipſius tertij.*

## Argumentum.

Vxor acquirens, an præſumatur acquirere ex ſuis, vel ex bonis mariti, & ad quæ ipſi marito teneatur.

An, & qualis contrahatur ſocietas inter virum, & vxorem.

Et materia ſocietatis exactè ponitur.

DOMINA Sigiſmunda de Peruſia vxor quondam Thomæ Caroli de dicta ciuitate, durante inter eos matrimonio per triginta duos annos, præſupponitur ipſam dominam Sigiſmundam ſuperlucratam fuiſſe in arte ſerici ſiue racamiæ, ſummam florenorum trium milliū, & ducentorum, ad rationem florenorum centum quolibet anno.

Diſſoluto matrimonio per mortem d. D. Sigiſmundæ abſq; liberis, adhuc ſuperſtite dicto Thoma eius viro, Vincentius & Paulus quondā Iaſonis de Peruſia, fratres germani & hæredes d. D. Sigiſmundæ inſtituerunt, iudicium contra dictum Thomam, pro conſequēda dicta ſumma florenorum trium millium, & ducentorum, induxerúntque multos teſtes hoc lucrum probātes, publicato proceſſu & lata per me ſententia, prout in cedula, fuit multoties cauſa oretenus diſputata per excellentiſſimos aduocatos dominum Tobiam Nonium, & Galiffum Baciallam ex vna, & dominum Franciſcum Cātuccium ex alia, qui quidem excellentiſſimi Doctores etiam in ſcriptis multa ſubtilia deduxerūt, & præſertim excellentiſſimus
1 Nonius Peruſinus pręceptor meus, † cuius nomē non ſine lachrymis recolo, cùm prima die paſcatis reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, quæ fuit die 26. menſis Martij inſtantis anni 1570. hora decima quinta, ſuum vltimū clauſerit diem cum maximo fletu totius iſtius nobiliſſimę ciuitatis, nec immeritò quippe, cùm tanto viro illuſtris hæc ciuitas magis quotidie fieret illuſtrior, adeo quòd ſtudiū Peruſinum ad Bartoli & Baldi tempora reuerſum fuiſſe dignoſceretur, quia adeo eius fama per totū orbem excreuerat, vt à remotiſſimis quidem regionibus, vndiq; multi conuolarent, vt Iuriſconſultum hunc audirēt, intelligerent, admirarētur, & non ſolùm homines mediocris generis, ſiue proſapiæ, verùm etiam ex illuſtriſſimis ac nobiliſſimis familiis more Scipionis Africani, ſtrenuiſſimi ac fortunatiſſimi imperatoris, qui (vt literis proditur) aiunt Athenas profectum eſſe, vt Panetium Rhodium, Stoicæ diſciplinæ celeberrimum ea ætate philoſophum, inuiſeret, eiúſque familiaritate & eruditione frueretur, ſic Iulium Cæſarē in Gnido inſula Teopompum familiarem habuiſſe, ſic M. Antonium philoſophum lubentiſſimo animo, Cerbidium Scæuolam, de iure diſſerētem auſcultaſſe, erat enim is doctor, ſubtiliſſimus, ordinatiſſimus in legendo, in cōſulendo realis, prout ex eius Commētariis ſuper inſtitutionibus omnibus notis ſatis clarum videtur, & magis eius virtus patefiet ex conſiliis & matutinis lectionibus, non multi menſes, omnibus vulgandis, eius domus erat oraculum ciuitatis, aſpernebatur pecunias, dirimebat lites, reducebat partes ad concordiam, erat enim adeo vir probus, & ita propter eius virtutes diligebatur, vt vllo vnquā tempore ipſum detrahere nemo fuerit auſus, & maximum teſtimoniū huius dilectionis, in eius morte, dum funeralia fiebāt, hiſce oculis vidi, omnes nempe ferè maſculos & fœminas nobiles & ignobiles ciuitatis Peruſiæ, acceſſiſſe ad eius domum, vt famoſiſſimum hunc Doctorem ingemerēt, teſtimonium præ cæteris dilectionis, & amoris erga iſtum reddidit collegium & gymnaſium Peruſinum, quia non ſolùm Doctores Peruſini cadauer ad eccleſiam S. Florentij concomitati fuêre, verumetiam omnes ferè ſcholares huius ſtudij biretis & veſtibus lugubribus, & torculis accenſis, licèt retroactis temporibus vnquam alij doctori, nec etiam perſonis ex illuſtriſſimis familiis natis huiuſmodi pompa funeralis celebrata fuerit, eius cadauer requieſcit in eccleſia ſancti Florentij ciuitatis Peruſiæ, vbi ex ordine D. Iacobi Nonij eius fratris, pulcherrimum monumentum conſtruitur, de iſto doctore famoſiſſimo honorificè meminit, nouiſſimè Menoch. in trac. de arbit. iud. caſ. 370. nu. 4. lib. 2. cent. 4. cuius anima per infinita ſecula requieſcat in pace.

Redeundo ad rem ad fauorem conuentorum præfatus Excell. d. Thobias ſubſtantialiter infrà ſcripta fundamenta adducebat. reſpondendo ad quædam dubia per me in medium adducta.

2 Primò. quia † etſi mulier non præſumatur acquiſiuiſſe de bonis viri, quando probatur ex eius induſtria, & artificio aliquid ſuperlucratā fuiſſe. Gerard. de pet. San. ſing. 99. Port. Imol. cōcl. 14. limit. 2. lib. 1. hoc tamen procedit ſecundum ipſos, quando conſtat mulierem ex hoc artificio aliquid ſibi acquiſiuiſſe, tunc non pręſumitur acquiſitum de bonis viri, ſed ex dicto artificio, & in iis terminis loquuntur Doct. omnes in cōtrarium allegati, ſi verò non cōſtat, quòd aliquid mulier acquiſierit, vt in caſu noſtro, ſecùs eſt, quia tūc ſi in domo viri aliquid operata eſt, non poteſt reſpectu iſtarum operarum aliquid à viro petere, cùm mulier teneatur viro operari. l. ſicut. ff. de oper. libert. & ita tradit Innocēt. in c. cùm in officiis extrà de teſtam. Cyn. & Bal. in l. 1. C. de bon. quæ lib. idē Bal. in l. ſi inuita. C. de nupt. & in c. 1. §. decedenti, qui feud. da. poſſ. in vſib. feud. Abb. in c. literas, nu. 27. extrà, de reſt. ſpoliat. Alexand. conſ. 209. ponderatis his, n. 10. lib. 6. pract. Papien. in for. libelli, quo vxor agit ad dotem in verbo tanquam bona paraſer-



nalia. col. 2. Rode. Suares allegationes 59. nu. 12. facit, quod tradit Bar. & ſequuntur ibi Bald. & Imol. in l. diuortio. in prin. ff. ſol. matrim.

Secundò reſpondetur, quòd ſors principalis, qua domina Sigiſmūda negotiabatur, erat ipſius Thomæ eius viri, cùm ipſe & aurum, & ſericum ſuis pecuniis emeret, vt probant teſtes, etiam qui
3 à parte aduerſa inducti ſunt, † quoties autem ſors qua negotiatur mulier, viri eſt, quicquid ex ea negotiatione vxor lucratur, viri eſſe dicitur, vt tradit Alciat. ita concordans opin. in 3. reg. præſumpt. 26. nu. 11.

Tertiò reſpondetur, eſto ꝙ mulier quicquid ex artificio ſuo acquirit, ſibi acquirat, quod tamē omnino verum non videtur ex pręedictis, tamen in propoſita ſpecie nō probat pars aduerſa, id, quod lucrata eſt dict. domina Sigiſmūda eſſe apud Tho
4 mam, † quare cùm hoc, quòd partis aduerſæ fundamentum eſt, non probetur, dictus Thomas eſt abſoluendus, l. qui accuſare, C. de edendo cum ſimil. Nec dicatur id probari ex teſtibus examinatis deponentibus, dictam dominam Sigiſmundā iudicio eorum potuiſſe lucrari centum florenos ſingulis annis, & credere veriſimiliter illos verſos in vtilitatē d. Thomæ. Quia reſpondetur, iſtos teſtes non probare, tum, quia de eorum iudicio
5 deponunt, † teſtis autem ſuper facto debet deponere, non iudicare. Bar. in l. qui teſtamento. §. fi. ff. de teſtamen. Dec. in c. de quo vult Deo. nu. 61. extrà, de iud. tum etiā, quia de credulitate deponentes probare non dicuntur, gloſſ. & ibi Bar. in l. 2. §. pen. ff. de aqua plu. arcen. gl. & ibi doct. in c. quoties. extrà, de teſtib. gl. Paul. de Caſt. Ro. Alex. & alij in rub. ff. de iur. iur. cum vulgaribus. Et ſi forſan diceretur, quòd immo teſtes deponunt ſoluiſſe multoties ipſi Thomæ, & ſic ad Thomam peruenerunt pecuniæ huius artificij, quare ad illas reddendas tenetur. Reſpondetur primò, quòd ſi quid percepit Thomas ex mercede mercium pręedictarum, illud percepit ex eo, quia & ſericum & aurum emebat ſuis pecuniis, ac etiam domi quandam famulā, ſeu ancillā retinebat, quæ eodem ſe exercebat artificio, vt probant teſtes partis aduer
6 ſæ fol. 13. & fol. 14. qui † cum à parte aduerſa inducti ſint penitùs probare dicuntur, nec contra eos aliquid poteſt obiici. l. ſi quis teſtibus. vbi doct. C. de teſtib. cum vulgar. adeo, quod ſi quid percipit ex dicto artificio dicatur percepiſſe ratione prædicta, nō autem mala fide, & animo eas pecunias ſubtrahendi, quod in dubio non eſt præſumendū. l. meritò. ff. pro ſoc. cum vulgar.

Præterea reſpondetur, quòd ſi quod artificium dicta domina Sigiſmunda exercuit, in eo artificio contracta erat ſocietas ſaltem tacitè inter ipſam, & dictum Thomā, ex quo Thomas, & pecunias impendebat pro emendis auro, & ſerico, & ancillas domi retinebat, eodem exercitio ſe exercētes, vt teſtes etiam partis aduerſæ deponunt, & inſimul. d. Thomas, & d. Sigiſmunda habitabant, vt in terminis tradit Pet. Gerar. in contrarium adductus. d. ſing. 99. inter virum & vxorem, & ideo támque ſocius potuit dictas pecunias recipere. iuxt. tot. tit. ff. pro ſoc.

7 Et ſi forſan diceretur, quòd licèt ſint ſocij † ex quo tamen ipſe adminiſtrauit, tenetur rationem adminiſtratorum reddere. Soc. cōſ. 40. lib. 4. Dec. conſ. 110. col. fin. cum vulgar. Reſpondetur, quòd cùm ambo adminiſtrauerint, quia & d. Thomæ, & dictæ dominæ Sigiſmundæ ſoluebatur preciū mercium prædictarum, non poteſt vnus ab altero rationē adminiſtrationis petere, vt tradit Paul. de Caſt. conſ. 126. non ſequendo ordinem, colum. 1. lib. 2. quem refert & ſequitur Aim. conſ. 159. nu. 6. libro primo.

Pro contraria opinione ſcripſit ſatis eruditè magnificus ll. Doct. Peruſinus dominus Frāciſcus Cantuccius, qui licèt per plura folia ſatis doctè omnia attigerit, eius fundamenta tamen ſunt infrà ſcripta.

8 Primò. quia † lucra facta per iſtam d. Sigiſmundam conſtāte matrimonio ex iſta licita negociatione ex eius opera, & induſtria ad eius hæredes pertinere dicuntur, non autem ad dictum Thomam eius virum. Bal. poſt Petr. & Cyn. in l. ſi vxorem, col. 3. nu. 6. verſ. cæterùm. C. de condit. inſer. idem Bal. in l. cùm oportet. in prin. col. 4. nu. 12. in fi. verſ. prædicta vera. C. de bo. quę lib. & ibi Cor. 2. col. in fi. verſ. ſecundum Bal. idem Bal. conſ. 299. dicunt Pet. & Cy. nu. 4. verſ. ego tamen puto, lib. 1. Alber. in l. Quintus, nu. 3. ff. de don. inter virum & vxor. Rom. conſ. 159. ſuper eo. col. 3. n. 4. in fi. verſ. facit, quod dicimus. Abb. conſ. 36. circa primum, col. 1. ſub nu. 2. verſ. formaliter quæſtio iſta. libr. 2. Soc. conſ. 249. materia. col. vlt. nu. 30. ver. tollitur tamen. lib. 2. Ant. de prat. vet. int. conſ. Alex. libr. 4. conſ. 133. verè crudelis, col. 2. num. 3. verſ. cæterùm. & col. vlt. nu. 7. verſ. & ſic aliàs dicebam. Fulgoſ. in l. ſi mulier. §. ſi vir vxori. ff. de dona. int. vir. & vx. Pet. de Rauen. ſing. 131. verſ. ſed ſi vxor. Gerard. ſing. 99. num. 3. & 4. Boer. deciſ. 81. & breuiter dico, num. 3. verſ. & niſi. & num. ſeq. par. 1. Io. Lup. in repet. rub. extrà, de donat. int. vir. & vxo. §. 60. col. 6. nu. 19. in fin. verſ. facit, quod voluit. Alc. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. nu. 16. limit. nu. 10. Rip. reſponſ. 124. licèt plura. nu. 3. Crot. in l. frater à fratre, nu. 120. verſ. ideo ſecūdum Bal. ff. de cond. indeb. Neuiz. in ſilua. nup. lib. 4. n. 23. in 6. limit. Bellon. conſ. 17. in caſu propoſito, nu. 11. Port. Imol. in tract. regul. 4. 12. limit. lib. 1. Iac. Nouell. in trac. reg. poſt Petr. Duen. reg. 96. in 3. fallen. Riminal. Iun. in §. 1. nu. 32. inſt. per quas perſon. moder. Peruſ. in tract. de paupert. quæſt. 8. Spec. 2. num. 24. Fernan. Vaſq. in tract. illuſt. quæſt. lib. 3. cap. 105.
* n. 16. verſ. fallit tamen, & hęc opinio * eſt ab omnibus recepta, & vltra allegata per dominum conſulentem. idem tenuit Crauet. conſ. 61. dominus Ant. nu. 7. lib. 1. Rol. à Val. conſ. 91. nu. 21. & 22. lib. 2. Bero. conſ. 191. nu. 57. lib. 1. Ant. Gabriel. in tract. comm. cōcluſ. qui quamplurimos allegat. immo, omnes ferè citatos per dominum conſulentem, lib. 1. concl. 15. in tit. de præſumpt. & vnum obiter
9 dicam, † quod etſi bona empta per vxorem præſumantur empta de bonis viri, tamen neque vir, neq; eius hæredes poterunt bona empta per vxorem vendicare, ſed ſolùm poſſunt agere ad precium dictorum bonorum. Bar. in l. & ſi tempora, C. de fid. inſtrum. lib. 10. Crott. in repet. l. frater à à fratre, num. 20. in fin. ff. de cond. ind. & concluſio principalis quemadmodum eſt comm. ita eſt iuri conſona. cùm ceſſet ſuſpicio turpis quæſtus, vt

aduertunt omnes ſcribentes, nec vxor ad præceptum viri negociari teneatur, vnde ſi negociatur, ſibi acquirit. Bal. in d. l. ſi vxorem, adducunt etiam doct. text. in l. ſi mulier. §. ſi vir vxori. vbi Fulg. ff. de donat. int. vir. & vxor. vbi cauetur vxoris eſſe veſtimenta, quæ ipſa ſibi cõfecit ex lana, quam ei maritus donauit.

Ad argumenta Excellentiſſimi d. Conſultoris
10 ex aduerſo reſpondetur non obſtare. nam † licèt vxor teneatur operari viro d. l. ſicut. ff. de oper. libert. hoc eſt intelligendum quò ad operas obſequiales, puta parare menſam, & lectum, & alia ſimilia, non autem quò ad operas fabriles, & artificiales. ita diſtinguit Bal. in l. 1. col. 2. nu. 7. verſ. tu dic. C. de legat. & ibi Salyc. & Corn. in 2. col. Caſtrenſ. in l. diuortio, col. 4. n. 10. verſ. ſed ſi peteret. ff. ſol. matrim. idem Bald. in l. ſi vxorem. col. 3. nu. 6. verſ. ſed l. dicit. & in l. 1. nu. 1. C. de bon. quæ. lib. Bened. de Rauen. d. ſing. 121. Capr. conſ. 72. cum viſo, & conſiderato, n. 15. Ang. in l. filię licèt, in prin. C. de collat. Abb. in c. in literis, col. vlt. ad fi. de teſtib. Alexan. conſ. 100. ſuper primo caſu noſtro, in ver. & iſto caſu. lib. 1. Gerar. d. ſingul. 99. n. 4. Rip. d. reſp. 124. nu. 4. Roder. Suar. in l. 9. for. nu. 12. ver. hinc dicebat. Ant. de Prat. ver. dicto cõſ. 133. Boer. & Lup. vbi ſuprà, Mod. Peruſ. in d. tract. & loc. n. 23. & nu. 24. Petr. pet. in tract. de teſtam. cõiug. lib.
* 5. cap. 10. nu. 5. vbi hanc opin. *com. appellat, quẽadmodum eam veriorẽ dicit Io. Lup. d. §. 62. verſ.
11 ſed quòd priùs dixi, nec mirum, quia † vxor non eſt in poteſtate viri, ſed patris. l. ſi vxorem. C. de cond. inſer. lat. Tiraq. in tract. de ll. connub. in l. 1. num. 1. & ita arguunt Ant. de prat. Vet. & Io. Lup. vbi ſuprà.

12 Secunda ratio eſt, quia † vxor poteſt ſocietatẽ coire cum viro. l. ex diuerſo. §. 1. vbi glo. & Bal. ff. ſol. matr. quæ ſocietas ſit ſolùm de his, quæ ſunt ex quæſtu. l. coire. §. fin. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. & vxor ſi aliquid ſibi ſtipuletur vnà cũ viro acquirit ſibi partem ſuam. Bal. in d. l. ſi vxorem, verſic. item
13 ſi ſtipuletur. Et iſtæ operæ fabriles, † non niſi à libertis ſuis patronis debentur, cùm fuerint impoſitæ, & promiſſæ. l. operis non impoſitis. ff. de oper. liber. ex quibus liquido apparet. d. l. ſicut. in operibus obſequialibus, nõ autem fabrilibus debere intelligi.

Secundum fundamentum non obſt. quando ſors videlicet, qua vxor negociatur, eſt mariti, tũc
14 † acquiſita per dictam negociationem, ſunt viri. Alciat. in tract. præſumptio. reg. 3. pręſump. 26. nu. 2. cùm ergò ſors qua negociabatur dicta domina Sigiſmunda eſſet viri, nõ ipſius, ergo lucra ad dictum virum ſpectare dicuntur, quia opinio Alcia. non eſt vera, nec ibi aliquid determinat, quẽ
15 admodum enim ſi filius † negocietur cum pecunia patris, lucrum inter patrem, & filium diuidi
* debet. Dec. qui de communi * teſtatur. in l. illud, nu. 10 C. de collat. ita ex identitate rationis eſt dicendum, quando vxor cum pecunia viri negociatur, immò, cùm vir paſſus fuerit, quòd vxor negocietur cum pecunia ſua, cenſetur ei lucrum donare ob meritum pudicitiæ. Fulg. conſil. 198. Lup. vbi ſuprà. §. 60. nu. 20. Nec eſt dubitan. quòd
16 † quando vir ponit pecunias, vxor verò induſtriã lucrum debeat eſſe commune. Bal. d. conſ. 299. nu. 4. in fi. ea ratione, quia lucra inter ſocios debent communicari. l. 1. & l. coire. ff. pro ſoc.

Tertium fundamentũ pariter non obſt. quòd lucra non fuerint probata, cùm teſtes deponant de credulitate, & ſic probare non dicantur. l. te-
17 ſtium. C. de teſtib. id † enim non procedit, quando id, de cuius probatione agitur, non ſubijcitur ſenſui teſtis, nam tunc eius teſtimonium probat. §. ſi verò abſunt. in auct. de hæred. & Falcid. Campeg. in tract. de teſt. reg. 209. in 14. fall. ſed actus iſte lucrandi certam quantitatem, non ſubiicitur certo ſenſui noſtro, ergo, &c.

Coadiuuantur prædicta ex cõfeſſione extra iudiciali pluries facta per dictum Thomã, ꝙ Sigiſmunda eius vxor poterat ſuperlucrari quolibet anno florenos centum, quæ quidem confeſſio
18 † extraiudicialis in ciuilibus probat. l. generaliter. C. de non nume. pec. Et teſtis deponens de peritia artis etiam deponẽs de credulitate plenè probat. l. 1. in prin. & ibi Bar. ff. de ven. inſpic. Corn. conſ. 237. nu. 17. lib. 1. Campeg. in tract. de teſtib. reg. 219. in 3. fall. Conrad. in pract. ciuil. lib. 1. c. 9.

Ad quartum fundamentum, dum dicebatur, non probari lucra perueniſſe ad manus d. Thomæ, quia multi teſtes deponunt dictum lucrum
19 perueniſſe ad manus dicti Thomæ, † & quæ fiunt inter maritum, & vxorem, à cõmuniter accidentibus probantur, præſumptionibus, & indiciis. Marſ. in rub. de probat. col. 4. num. 10. verſ. & iſtis multis, & quotieſcunq; ſocius locupletatur, præſumitur locupletatus ex pecuniis ſocietatis, quas præ manibus habebat. Bero. cõſ. 191. in cauſa vertente, num. 49. & ſeq. lib. 1.

Dum verò dicebatur vlt. loco, quòd cùm inter Thomam & Sigiſmundam fuerit cõtracta ſocie-
20 tas, & ambo adminiſtrauerint, † non poteſt vnus ab altero rationem adminiſtrationis petere, Paul. de Caſt. d. conſ. 126. Crauet. conſ. 159. ſub nu. 6. lib. 2. Reſpondetur d. Sigiſmundam nihil adminiſtraſſe, & quatenus adminiſtrauerit, lucra conuertiſſe in vtilitatem domus, nec doctr. Caſtr. eſt ita ſimpliciter intelligenda, ſed tunc demum habet locum, quando ſocij ſe inuicem ſeparauerint, & eorũ ſeparatio per annos 20. & vltra durauerit, ſempérq; tacuerint, Ita in ſpecie ad d. conſ. Caſtrenſ. reſpondet Bero. conſil. 191. nume. 39. in fin. libro 1. reſpondet etiam Bero. ibi, nu. 33. prædictam doctr. Caſtrenſ. non habere locum, quando vnus ſocius plus adminiſtrauit; quàm alius, prout verè euenit in caſu noſtro, cùm plus ſaltẽ dictus Thomas dicatur adminiſtraſſe, quàm d. D. Sigiſmunda.

Nihilominus ad tollendam omnem dubitationem, iudicaui dicta lucra ſpectare ad hæredes dictæ dominæ Sigiſmũdæ, taxanda per duos homines communiter eligendos. iux. l. hac ædictali. §. illud. C. de ſec. nupt. detractis tamen operibus obſequialibus. & quatenus partes eſſent diſcordes eligendi, vel in quantitate taxanda, reſeruaui actionem partibus eligendi tertiũ, & in euen-
21 tum recuſationis electionis tertij, † reſeruaui mihi actionem in ſententia interueniendi tanquam tertium, iuxt. not. per. Bartol. in l. Creditores. C. de pignor. Sal. in l. 2. col. pen. C. de reſcind. vendit. quam practicam ſequitur ac probat nouiſſimè Rebuff. in l. vnic. in glo. in verſ. ſubtilitatem. nu. 16. vſque ad nu. 20. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter manu ſer Berardini Ballarini Peruſini notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*



## DECISIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vocato ex teſtamẽto auito per fideicommiſſum, licitum eſt propria authoritate capere poſſeſſionẽ bonorum.*
2 *Clauſula conſtituti ad hoc, vt operetur, requiritur principaliter, quòd conſtituens poßideat cum titulo valido & efficaci.*
3 *Donatio facta abſenti, non valet ante ratificationẽ.*
4 *Mandatũ ſpeciale requiritur ad acceptandã poſſeßionem.*
5 *Donatio facta monaſterio, vel in piam cauſam, nõ valet in bonis alienari probibitis, & quòd Trebellianica non poßit deduci, niſi de fideicõmiſſo vniuerſali.*
6 *Poſſeßio tam ciuilis, quàm naturalis, transfertur per clauſulam conſtituti.*
7 *Notarius poteſt acceptare donationem nomine capellæ ſiue eccleſiæ, ad hoc ſaltem, vt reuocabiliter dicatur tranſlata poſſeßio, & dominiũ in ipſam capellam.*
8 *Donatio ex ſola ſcientia donatarij fit ſtatim valida, & irreuocabilis.*
9 *Eccleſiæ fauore quilibet priuatus poteſt acceptare donationem, factam ipſi eccleſiæ.*
10 *Donatio, facta eccleſiæ abſenti, irreuocabiliter ei acquiritur.*
11 *Ratihabitio, an & quomodo requiratur ad hoc, vt donata eccleſiæ perpetuò ei acquirantur.*
12 *Donatio eccleſiæ fauore etiam aliquo non acceptante, eſt irreuocabilis, nec donantem poteſt pœnitere etiam ante ratihabitionem.*
13 *Donatarius poßidens vigore cõſtituti, præfertur alteri donatario, cui fuit facta actualis traditio poſſeßionis, & num. 18.*
14 *Poſſeßio probatur ex perceptione fructuum, ſiue penſionis.*
15 *Poſſeßio non probatur ex perceptione fructuũ iure familiaritatis.*
16 *Donatio facta abſenti, quandoque valet, vt minus reuocari poßit.*
17 *Abſenti etiam quærantur omnia, ſaltem reuocabiliter.*
19 *Acceptatio præſumitur ex ſola ſcientia donatarij.*
20 *Syndicus, & quilibet alius, poteſt acceptare donationem factam eccleſiæ.*
21 *Donantis principalis intentio eſt attendẽda in donatione.*
22 *Donans poteſt agere contra eccleſiam, non ad reuocationem donationis, ſed quòd ei ſeruentur promiſſa.*
23 *Donatio facta eccleſiæ, poteſt reuocari, non adimpleta conditione, ex mente Beroi, cuius error oſtenditur.*
24 *Mandatũ habens ad acceptandam donationẽ, nõ ob id cẽſetur habere ad acceptandã poſſeßionẽ.*
25 *Donatio perfecta & acceptata reuocari nõ poteſt, neque expreßè, neque tacitè.*
26 *Donatio nomine eccleſiæ abſentis ſtipulata, licèt non formiter, valet fauore eccleſiæ.*
27 *Miſſus in poſſeßionem, ſiue per cõſtitutum, dicitur verè miſſus, & talis poſſeßio, cùm ſit quid facti, non infringitur ex cauſa dominij.*
28 *Doctor referens plures opiniones vltimam approbare videtur.*
29 *Bona licèt ſint ſubiecta fideicommiſſo, fideicõmiſſarius durante eius vita de illis diſponere poteſt.*
30 *Alienatio quando fit per probibitum ignorãtem, bona illa eſſe probibita alienari, & fit perſonæ ignoranti, valet, quomodocunque loquantur verba teſtamenti.*
31 *Textus in §. fin. l. fin. de leg. 2. in quibus terminis loquatur.*
32 *Poſſeßio in contractu euidenter inutili ſuſtinetur.*
33 *Cauſa filiorum, quo caſu ſit fauorabilior pia cauſa.*
34 *Trebellianica non habet locum in fideicommiſſo particulari, ſed in vniuerſali.*
35 *Legitima quãta ſit, cognoſcitur ex numero filiorũ.*
36 *Verborum cortex non eſt conſiderandus in inſtrumentis, ſed quid reuera adinuicem partes contraxerint.*
37 *Poſſeßio ciuilis, & naturalis licèt transferatur ex clauſula conſtituti, apud donantem, tamẽ remanet detentatio quædam.*

### Argumentum.

Donatio facta monaſterio ab ingrediẽte religionem de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, & alienari prohibitis, an, & quando valeat.

Multa de notario ſtipulante nomine abſentis.

De clauſula conſtituti, & eius effectu.

De modo probandi poſſeſſionem, & an donans eccleſiæ poſſit donata reuocare.

De relictis eccleſiæ, vel piæ cauſæ, an detrahatur trebellianica, & plura de legitima filiorum quanta ſit, & an cauſa filiorũ ſit potior pio cauſa.

IOSEPHVS Herculanus de Peruſia, antequam ingrederetur religionem fratrum S. Dominici de dicta ciuitate donauit eius bona dictę eccleſiæ S. Dominici, & ſyndico eiuſdem eccleſiæ præſenti, & gratias referenti, cúmque prædicti fratres inſtarent pro immiſſione in poſſeſſionẽ, & quatenus opus eſſet pro manutentione d. Io. Baptiſta Herculanus patruus d. Ioſephi ſe opponebat, aſſerens huiuſmodi donationem non ſubſiſtere, cùm prædictus Ioſephus non valuerit. d. bona donare, cùm adeſſet expreſſum fideicommiſſum excellentiſſimi olim d. Vincentij de Herculanis de Peruſia patris dicti domini Io. Baptiſtæ & patrui prædicti Ioſephi, quod quidem fideicõmiſſum fuit in iudicio productum manu ſer Ioannis Chriſtophori notarij Peruſini, & ad fauorem prędicti d. Ioan. Baptiſtæ. & contra d. monaſterium ſcripſerunt quam plures doct. excellentiſſimi Peruſini, Dicebant enim d. donationem nõ ſubſiſtere, vt ſuprà, cùm ex teſtamento excellentiſſimi. d. Vincentij

de Herculanis eſſet iniunctum fideicommiſſum,
1 & † ſic illa bona non potuerũt extra familiam a-
lienari, quódque dicto Ioan. Baptiſtæ patruo dicti
Ioſephi vocato ex teſtamento auito per fideicom
miſſum, fuit licitum propria authoritate capere
poſſeſſionem dictorum bonorum, Iaſ. & alij in l.
filiusfamiliâs. §. diui. de leg. 1. Rol. à Vall. conſ. 98.
nu. 30. lib. 2. Ferdinan. in d. §. diui. num. 59.

Nec obſt. ſecundum eos, quòd poſſeſſio. d. Io.
Baptiſtæ præſumatur iunior & clãdeſtina. ad not.
per Bart. in l. ſi de eo. §. fin. ff. de acquir. poſſ. etiam
quòd per clauſulam conſtituti potuiſſet transfer-
re poſſeſſionem in dictam capellam, cùm ſecun-
2 dum eos non probetur poſſeſſio d. Ioſephi, † prin
cipale enim requiſitum ad hoc, vt clauſula cõſti-
tuti operetur, eſt, quòd conſtituẽs poſſideat. doct.
in l. quòd meo. ff. de acq. poſſ. Tiraq. latis in tract.
conſt. poſſ. lim. 1. quod quidem conſtitutum requi
ritur eſſe coniunctum cum titulo valido, & effi-
caci. doct. in d. l. quod meo. ff. de acq. poſſ.

Secundò principaliter, quia fuit facta donatio
3 abſenti, † quæ non valet ante ratificationẽ. l. ab-
ſenti. ff. de don. quòd habet locum etiã quod fue-
rit facta eccleſiæ. Ruyn. in conſ. per eum allegato.
Nec ſyndicus potuit acceptare talem donationẽ,
cùm non haberet mandatũ ſyndicus ad obligan-
dum monaſterium, videlicet, ad faciendum cele-
brari miſſas, iuxta conuenta in d. inſtrumẽto do-
nationis, & non potuerit obligare perſonas ad
præſtationem operum ſpiritualium. arg. l. iuſtiſſi-
ma. ff. de ædil. ædict. inferens d. aduocatus princi-
palis ad multa ſimilia, ſubdens dictum ſyndicum
non potuiſſe acceptare donationem illam, quam-
uis lucroſam, cùm cõtractus ille eſſet indiuiduus.
Dicens etiam d. ſyndicum non potuiſſe acceptare
poſſeſſionem, & ſi forſan potuiſſet acceptare do-
4 nationem, † cùm ad acceptandam poſſeſſionem
requiratur ſpeciale mãdatum. Rot. Rom. deciſ. 9.
licèt. de reſt. ſpolia. quódque dictus ſyndicus per
illa verba, ve ringratio, non dicitur acceptaſſe di-
ctam donationem, Nec operatur, quòd ſyndicus
acceperit poſſeſſionem bonorum donatorũ, quia
poſſeſſio erat plena, & priùs capta per dictum do-
minum Io. Baptiſtam. Nec obſtat ſecundum eum,
quod etſi d. Ioſephus nõ potuerit donare, nõ im-
peditur tamẽ poſſeſſionis tranſlatio. l. 1. §. ſi vir. ff.
de acq. poſſ. quia ſecundum eoſ. text. ille loquitur,
quãdo trãsfertur actualis, & realis poſſeſſio. doct.
in d. §. ſi vir. Tiraq. in tract. conſt. poſſ. lim. 7. nu. 12.

Vltimò videtur, quòd monaſterium non poſſit
5 vendicare poſſeſſionem, † niſi in bonis non alie-
nari inhibitis. Bart. in l. Codicillis. §. inſtituto de
leg. 2. etiam ſi fieret in piam cauſam. Cor. cõſ. 272.
colum. 6. lib. 4. & ſic fuiſſet valida vſque ad legiti-
mam, nec trebellianica poteſt deduci, cùm nõ ſit
fideicommiſſum vniuerſale, & excludebantur ra-
tione notoriæ proprietatis, cùm in actis appareat
teſtamentum dicti domini Vincentij, & exceptio
proprietatis excludat reſtitutionem. c. ad deci-
mas. extrà, de reſt. ſpol. & latè per dominum con-
ſulentem.

Confirmabantur prædicta per ſubtile argu-
mentũ, factũ à magnifico d. Petrophilippo Mat-
tiolo ſubſcribente, ponderando verba inſtrumen
ti dictæ donationis, dum in eo dicitur, quòd fra-
tres dicti conuentus, poſtquã adepti fuerint cor-
poralem poſſeſſionem dictorum bonorum, & di-
ctam et bona tenuerint, & poſſederint, dicit enim,
quòd per iſta verba videtur actũ, quòd non fuerit
tranſlata, niſi ciuilis poſſeſſio per conſtitutum.

Quibus tamen non obſtantibus, videtur do-
nationem illam ſubſiſtere, rectéque Reuerendos
patres S. Dominici egiſſe poſſeſſorio retinendæ,
cùm in donatione facta à dicto Ioſepho interue-
6 nerit clauſula conſtituti, † per quam transfertur
tam ciuilis, quàm naturalis poſſeſſio, vt poſt mul-
tos, quos allegat, tradit Tiraqu. in tract. conſtit.
poſſ. par. 1. verſ. illud autem. nu. 4. & vltra eum no-
uiſſimè Rol. à Val. conſ. 57. nu. 23. lib. 3. Neuiz. conſ.
82. nu. 14. & conſ. 83. nu. 13. & conſ. 9. num. 30. quod
quidem conſtitutum dat poteſtatẽ intrandi pro-
pria auctoritate. idem Neuiz. d. conſ. 82. nu. 26. nec
dicitur innouare. ibidem Neuiz. nu. 36. & cõpre-
hendit bona præſentia, & futura. Soc. in l. 3. §. in-
certum. ff. de acq. poſ. Petr. Ioan. Anchar. quæſt.
fam. 2. nu. 16. par. 2. Nat. conſil. 171. nu. 3. lib. 1. & v-
traque poſſeſſio transfertur. Bero. conſ. 158. nu. 1.
lib. 1. conſ. 41. nu. 12. lib. 3. 53. nu. 6. eod. lib. 3. 58. nu.
7. lib. 3. 29. num. 5. lib. 1. de qua tranſlatione non eſt
dubitãdum, cùm in proceſſu probetur. d. Ioſephũ
tempore factæ donationis poſſidere. l. quamuis. §.
1. vbi doct. ff. de acquir. poſ. iux. Tiraquel. omnes
congerentem vſque ad eius tempora more ſuo in
d. tractat. conſtit. poſ. in 1. limit. & vltra eum Nat.
conſ. 225. nu. 11. lib. 2. vbi hoc limitat non habere
locum in antiquis, & quòd transferatur poſſeſſio
exiſtens penes conſtituentem tradit Bero. conſil.
158. nu. 45. lib. 1. 53. nu. 6. lib. 3. 63. num. 24. lib. 3. ſuf-
7 ficítque † notarium acceptaſſe dictam donationẽ
nomine dictæ capellæ, ſiue eccleſiæ, ad hoc ſaltẽ
vt reuocabiliter dicatur tranſlata poſſeſſio, & do-
minium in ipſam capellam, ad not. per Natt. in
conſ. 315. nu. 1. lib. 2. & conſ. 198. nu. 3. lib. 1. & magis
in terminis per totum conſ. in dotatione, & do-
natione, facta eccleſiæ. Bero. conſil. 4. per tot. cõſ.
lib. 1. ita intelligentes conſ. Caſtrenſ. 195. viſis his,
quæ narrantur. lib. 2. & ita eſt etiam intelligendus
Ruy. conſ. 126. ſub num. 10. verſ. nec eſt etiam ve-
rum. lib. 1. dicunt enim præfati doct. operari acce-
ptationem Notarij, quando donatio non eſt re-
uocata re integra, ſecùs, quando re integra non
eſſet acceptata, prout verè fuit in caſu noſtro, cùm
facto fuerit dicta donatio acceptata per dictos pa
tres, accipiendo effectualem tenutam, & poſſeſ-
ſionem dictorum bonorum.

Præterea vltra acceptationem notarij inter-
uenit etiam acceptatio ipſius ſyndici præfati con
uentus S. Dominici, probatur enim in proceſſu,
quòd ſtatim perfecta donatione ſyndicus tam
nomine monaſterij, quàm ſuo egit gratias, de di-
8 cta donatione præfato Ioſepho, † quo fit vt dona-
tio illa fuerit ſtatim valida, & irreuocabilis. l. nec
ambigi. C. de donat. & tradit in fortioribus ter-
minis. Soc. Iun. conſ. 67. pro habenda, nu. 11. & ſeq.
lib. 3. vbi d. non ſolùm ſufficere acceptationem,
ſed etiam ſcientiam donationis, ea ratione, quia
ea quæ nobis proſunt, & commodum, ac vtilita-
tem afferunt, cenſemur acceptare. Bart. in l. quæ
dotis. col. penul. verſ. quæro quid de præſente. ff.
ſolut. mat. qua acceptatione ſtãte, ſequitur. quòd
dicta



dicta donatio à principio valuerit irreuocabili-
ter, nec reuocari potuerit in præiudiciũ dictæ ca-
pellæ. Bald. in l. cum à ſocero. C. de iur. dot. doct.
in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de ver. oblig. Dec. cõſ.
58. Crauett. conſ. 251. n. 11. & nouiſſimè Cæph. cõſ.
33. ex donatione, n. 5. & 6. lib. 1. vbi in fortioribus
terminis Cęph. cõſuluit, nõ ſolũ donationẽ poſſe
acceptari à donatario, ſed etiã à quolibet alio ex-
traneo, ad not. in l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & l. bono.
ff. rẽ rat. hab. & eò magis eſt, cũ id fecerit. Tanquã
gerens vtiliter negotia dictæ eccleſiæ, & clariſſi-
9 mi iuris eſt † fauore eccleſiæ, etiam quemlibet pri
uatum poſſe acceptare donationem factam eccle
ſiæ, gloſſ. in c. quoties cordis. 1. q. 7. Iaſ. in l. ſtipula-
tio iſta. §. alteri, n. 6. ff. de verb. oblig. Fel. in c. ſi cau
tio, n 27. extrà, de fid. inſtr. Didac. Couar. lib. 1. var.
reſol. cap. 14. verſ. quamobrem quæ admodũ ſunt
notanda ad declarationem Ber. d. conſil. 4. libr. 1.
quia ſi quilibet priuatus poteſt acceptare fauo-
re eccleſiæ, multò magis Notarius, qui eſt publi-
ca perſona, hæc tamen difficultas non cadit in ca
ſu noſtro, cùm non fuerit acceptata à Notario ſo-
lummodo, neque à priuata perſona, ſed à ſyndico
dictæ capellæ.

10 Et † quòd donatio facta eccleſiæ abſenti irre-
uocabiliter ei acquiratur, tradit poſt multos Ti-
raq. in tract. piæ. cauſæ. priuil. 114. licèt alleget per
paucos contrarium tenentes, ex quo eſt conclu-
dendũ donationẽ iſtam non potuiſſe, nec tacitè,
nec expreſſè reuocari, vt per Cæph. poſt alios, d.
conſ. 33. lib. 1. Quæ quidem prima donatio ad fa-
uorem d. capellæ facta, ex alio non potuit reuoca-
ri, quia in ea aderat iuramentũ. c. quemadmodũ.
in fin. extrà, de iureiur. Spec. in tit. de donat. §. 1.
verſ. quid ſi actum. Gerar. ſin. 18. nota. nu. 18.

11 Et ſi tu dixeris, † ad hoc, vt donata eccleſiæ per-
petuò acquirãtur, requiritur quandoque ratihabi
tio. gl. & doct. in l. ſi ſeruus vetante. ff. de verb. o-
oblig. Aret. in §. item duobus, in prima gloſ. inſt.
per quas perſon. cùm beneficium non conferatur
in inuitum. l. hoc iure. §. non poteſt. ff. de do. Reſ-
pondetur prædicta non procedere in donatione
facta eccleſię, & dato, quòd prędicta procederẽt,
eſſent tamen intelligenda, quò ad irreuocabilem
donationem, vt ſuprà dictum fuit, de qua poſtea
irreuocabilitate (vt ita dixerim) erit diſcutien-
dum in iudicio petitorio, non autem ſunt diſcu-
tienda in præſenti iudicio poſſeſſorio, ſed re vera
in caſu noſtro non oportet huiuſmodi ingredi dif
ficultates, cùm expreſſè in proceſſu probetur di-
ctam donationem fuiſſe per d. ſyndicum accepta-
tam verbis, deinde facto, dum accepit actualem
poſſeſſionem dictorum bonorum.

Nec dicatur, ex verbis illis prolatis à ſyndico,
nõ inferri acceptationẽ, cùm etiã gratias agamus
de oblationibus, quæ quotidie fiunt, licèt multo-
ties non acceptemus, quia duobus, vel tribus mo
dis reſpondetur. Primò, fauore eccleſiæ etiam ali-
quo non acceptante dictam donationem, effectã
12 fuiſſe irreuocabilem, † nec donantem potuiſſe pœ
nitere, etiam ante ratihabitionem. Couar. poſt a-
alios d. lib. primo. cap. 14. nu. 11. var. reſol. Tiraq. in
tract. piæ cauſ. priuil. 114. Secundò reſpondetur
non ſolùm fuiſſe ſufficientia verba illa ſyndici ad
hoc, vt donatio intelligatur acceptata, verumetiã
ſimplex ſcientia. Soc. Iun d. conſ. 67. n. 11. lib. 3. Ter
tiò, reſpondetur verba illa debere intelligi ad ac-
ceptationem, vel non ad acceptationem ſecundũ
ſubiectam materiam, vt videlicet, ſi præcedẽs ma
teria indicet beneficium fuiſſe ſubſecutum, intel-
ligatur quis agere gratias de beneficio ſubſecuto,
ſi verò quis tenuerit beneficium, & nihilominus
gratias egerit, intelligatur etiam gratias egiſſe de
beneficio non ſubſecuto ſiue non acceptato, nos
autẽ ſumus in claris, d. ſyndicum ob donationẽ à
d. Ioſepho dictæ capellæ collatã, gratias egiſſe, vt
probant teſtes, igitur coniecturis nõ indigemus.
l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig.

Confirmantur prædicta authoritate Alexand.
conſ. 14. lib. 1. Dec. conſ. 302. nu. 9. cum quamplu-
ribus adductis à Rol. à Val. conſ. 51. etſi nu. 24. lib.
13 2. vbi dicunt, quòd † donatarius poſſidens vigo-
re cõſtituti, prefertur alteri donatario, cui fuit fa-
cta actualis traditio poſſeſſionis, quę poſ. bene po
tuit transferri in monaſterium, licèt bona illa eſ-
ſent prohibita alienari, cùm etiã ex contractu nul
lo transferatur poſſeſ. l. 1. §. ſi vir. ff. de acquirend.
poſſeſſio. & tradit poſt Præpoſ. Bal. Tiraq. & alios
Roland. à Valle dict. conſ. nu. 35. vbi. d. tranſlatam
etiam poſſeſſionem etiam ex contractu nullo
per clauſulam conſtituti, & ſic in terminis caſus
noſtri.

Sed quia per reſponſiones ad contraria, colli-
getur veritas prædictorum, ideo miſſa faciã alia,
quæ adduci poſſent, & ſolummodo reſpondebo
contrariis.

Non ob. igitur primum fundamentum, dum
dicebatur non probari in proceſſu. d. Ioſephum
tempore donationis poſſediſſe. d. bona donata,
quia immo legitimè probata fuit. d. poſſeſſio, tũ
per perceptionem fructuum, tum etiam quia lo-
cauit. d. bona. d. Barnabeæ eius matri, vt hæc o-
mnia in proceſſu probantur, & clari iuris eſt, ex
14 perceptione † fructuũ, ſiue penſionis probari poſ
ſeſſionem. Bar. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de
acq. poſſ. Afflict. poſt multa conſ. Alex. dec. 125. in
prin. quæ perceptio fructuũ eò magis probat poſ
ſeſſionem, cùm ipſa. d. Barnabea, non ſimpliciter
ſoluerit fructus, ſed etiam in dominũ d. Ioſephũ
recognouerit, quibus duobus concurrentib. opti
mè probatur poſſeſſio ex perceptione fructuum
Iac. Æmil. poſt alios conſ. 115. n. 2. & 3. & ꝗ perce
ptio fructuũ probet poſſeſſionẽ, tradit nouiſſimè
Ber. con. 77. n. 16. lib. 3. & conſ. 47. n. 19. eo. lib. 3. &
Menoch. in trac. Retinen. poſ. in 3. rem. n. 564. Cra
uet. conſ. 107. n. 2. Rip. in l. 1. nu. 109. ff. ſol. matrim.
deciſ. pedemon. 43. n. 2. quos quidem fructus ipſe
Ioſephus percepit non iure familiaritatis, ſed iure
15 ſuo, non enim me præterit, † quòd quando per-
cipiuntur fructus iure familiaritatis, ex eorũ per-
ceptione non probari poſſeſſionem ſcriben. in l.
qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſ. Dec. conſ.
400. nu. 5. Alc. reſponſ. 400. in fine. Menoch. in d.
tract. retinen. poſ. in 3. rem. num. 566.

Secundum fundamentum minùs obſtat, dum
dicebatur conſtitutum in caſu noſtro non potuiſ
ſe operari, cùm non ſit coniunctum iuſto tit. ex
16 quo donatio fuit facta abſenti, † quia donatio fa-
cta abſenti quãdoq; valet, vt minùs reuocari poſ-
ſit, Anc. conſ. 159. nu. 10. Cæph. conſ. 33. nu. 15. lib. 1.

Nec eſt dubium ante ratificationem fuiſſe quæſi-
tum ius ipſi monaſterio, ac etiam poſſeſſoriū ex
clauſula conſtituti, & allegata in contrariū, quod
requiratur(prout verè requiritur regulariter) vel
non procedunt in donatione facta eccleſiæ, vel
procedunt quò ad irreuocabilem acquiſitionem,
17 quia †abſenti etiam quæruntur omnia ſaltem re-
uocabiliter.Ruy.conſ.126.nu.10.lib.1.& poſt Soc.
Ruy.Rub.Guid.Pap.& Soc. Iun. tradit Cæph. d.
conſ.33.num.16.lib.1.vbi aſſerit hanc eſſe magis
* com.* opin. Cùm ergo ipſi capellæ & fratribus
etiam abſentib.ex cō.opin.vt dixi, eſſet (reuoca-
biliter ſaltem) quęſita poſſ.dictorum bonorū do-
natorum,& ex clauſula conſtituti intelligerētur
poſſidere. d.bona, ſequitur, quòd ex ſecunda do-
natione,facta præfato Io.Baptiſtæ,de bonis ſubie
ctis fideicōmiſſo, & ex ingreſſu in poſſeſſionem
dictorum bonorum,dictus Ioan.Baptiſta dicatur
turbaſſe dictos fratres exiſtentes,tunc tēporis in
poſſeſſione dictorum bonorum,qui quidem fra-
tres debent præferri in exiſtentia in poſſeſſione
dictorum bonorum , ob clauſulam conſtituti,
cùm præſertim re integra etiā acceperint poſſeſ-
ſionem dictorum bonorum.Alexan.conſ.14.in fi.
lib.1.Dec.conſil.302.num.9.& nouiſſimè poſt Io.
And.Specul.Iaſ.Marſil.Pariſ.Guid.Pap. & Ruyn.
tradit Rol.à Vall.conſil.51.& ſi iure,nu. 24.lib. 2.
18 vbi d. quòd † donatarius poſſidens vigore clauſu
læ conſtituti præfertur alteri donatario , cui po-
ſtea fuit facta actualis traditio,quæ omnia in ter-
minis videntur decidere caſum noſtrum,& licèt
gl.in l.illud.C.de ſac.ſan.eccleſ.& Ruyn.& Clar.
in locis per dominum conſulentem allegatis fir-
mauerint,etiam donationem ad pias cauſas non
ſubſiſtere ante ratificationem, nihilominus con-
traria opinio eſt verior, melioribus rationibus
fulcita, & iudicio meo magis cō. vt videri poteſt
ex allegatis per Tiraquel.in d.tract.piæ cauſ. pri-
uil.114. vbi gloſſ.Iac.de Rau. Alber.Bal.Caſtrenſ.
Corn.Panorm.Felyn.Car.Alex.& Dec.allegat,im
mò,quòd valeat irreuocabiliter etiam ante acce-
ptationem,& fauore nō pię cauſæ,deducit Cęph.
in ſæpius alleg.conſ.33.lib.1.

Similiter non obſtat dum dicebatur. d. ſyndicū
per dicta verba,ve ringratio,non acceptaſſe d.do-
nationem,immò, quòd non potuerit eam acce-
ptare,cùm enim in d.donatione.d.Ioſephus appo
ſuerit,quòd quolibet anno celebrarentur tot miſ
ſæ,dicebat d.Aduocatus.d.ſyndicum non potuiſ-
ſe obligare monaſterium ad illas operas ſpiritua-
les,pluribus enim modis reſpondetur, dico enim
19 ex ſola †ſcientia donatarij pręſumi acceptationē,
ad not.in l.quę dotis.ff.ſolut.mat. Soc. Iun.conſ.
67.num.11.l.3.Aret.in l.qui abſenti.col.2.num. 4.
ff.de acq. poſſ. Cæph.d. conſ.33.nu.19.lib. 1. quod
autem interuenerint præſentia & ſcientia dicti
ſyndici probant omnes teſtes adhibiti in inſtru.d.
donationis.

Secundò mihi videtur per d.verba (ve ringra-
tio)d.ſyndicum acceptaſſe d. donationem , quæ
verba ſunt referenda ad proximè geſta l. ſi ſeruus
plurium.de leg.1.cùm vulg.Immo(vt dixi)non ſo-
20 lùm ſyndicus,ſed etiam quilibet † alius poteſt ac
ceptare donationem,factam eccleſiæ,vt ſuprà di-
xi.c.quoties cordis.1.q.7.Iaſ.in l.qui Romæ.§.Fla
uius.nu.24.ff.de verb.oblig.& in l.ſtipulatio iſta.
§.alteri.n.6.ff.de verb.obl.Fely.& alij, vt deducit
Couar.lib.1.var.reſol.cap.14.num.13.

Nec obſtat prædicta procedere in munifica &
ſimplici donatione,non in iſta partim onerosa i-
pſi eccleſiæ ex obligatione celebrationis d.miſſa-
21 rū,quia † in donatione eſt attendendum,quæ fue
rit principalis intentio donantis, an donatio ipſa
ſit,vel conditio,aut modus.l.& generaliter.ff. de
donat.ſed iſte Ioſephus fecit donationē iſtā prin-
cipaliter pro anima ſua, & ſuorum defunctorum.
ergo illud eſt principaliter attendendum.

Præterea cùm donatio illa, vt præſupponitur
aſcendat ad ſummam & valorem ſcutorū.10. vel
12.mil.in circa,& conditio ſiue modus nō impor
tet.10.aurei quolibet anno,obligatio illa non eſt
attendenda, ſed id, quod principaliter agebatur
ad commodum dicti monaſterij.d.l. & generali-
ter.ff.de donat.allegata autem ex aduerſo poſſent
procedere,quando obligatio facta per ſyndicum
æquipolleret valori ipſius donationis.

Vlteriùs reſpondetur(& hæc reſponſio omnia
claudit)nec fuit ab aliquo conſiderata, dici enim
non poteſt donatio illa, niſi conditionalis , ſiue
modalis,cùm fuerit facta iſtis pactis adiectis,quo
ſtante ſequitur,quòd donatio valeat fauore eccle
22 ſiæ,licèt † poſtea donans poſſit agere contra ec-
cleſiam non ad reuocationem donationis,ſed tā-
tummodo quòd ei ſeruētur promiſſa,cap. verùm
extrà de cond. appoſit. & ibi Card.Abb. & Præ-
poſ.Caſtrenſ.in l.1.col.2.ff.de donat.Soc.in l. qui-
bus.§.Termilius,col.pen.ff.de cond. & demonſt.
Bal. Nouel. in tract. dot. in 6.part.57.priuil. Did.
Couar.lib.1.cap.14.nu.6.var.reſolut.vbi dicit cō-
trarium fore in donatione conditionali,ſiue mo-
dali facta non eccleſiæ,quia tunc ob promiſſa nō
ſeruata,non ageretur ad intereſſe, ſed ad rem do-
natam.l.1.C.de don.quæ ſub mod.vbi Couarr.re-
prehendit Rom.aliter tenentē in conſ. 274. & ea
eſt ratio ſecundum Did.in pręallegato loco,quia
in donatione facta eccleſiæ ipſamet liberalitas eſt
cauſa, modus vero eſt cauſa impulſiua. arg.l.tria.
ff. de manumiſſ. teſtam. vbi & ſi text.loquatur in
libertate,multò magis cōfert ad fauorē eccleſiæ.

Dicendum eſt igitur donatione valuiſſe,ſyndi-
cumq; obligaſſe eccleſiam ad prædicta,quo tem-
pore obligationis adimplendæ,licèt non fuerint
adimpleta promiſſa, nihilominus donatio ſubſi-
ſtit,licèt ipſi Ioſepho aduerſum prædictum mo-
naſterium competat actio,ad faciendum ſibi ad-
23 impleri promiſſa,ex quibus apparet † maximè er
raſſe Bero.in conſ.4.lib.1.dum firmauit donatio-
nem factam eccleſiæ,poſſe reuocari non adimple
ta conditione , quia per ſuprà dicta apparet do-
nationē ſubſiſtere,licèt poſſit agi pro modo, ſiue
conditione adimplenda,in vno poteſt ſaluari for
ſan Ber. quod in caſu ſuo videtur præſupponere
conditionem fuiſſe cauſam finalem,non impulſi
uā ipſius donantis,quod non erat in caſu noſtro.

Ad illud dum dicebat d.Aduocatus ex aduer-
ſo,& ſi ſyndicus habuerit mandatum ad acceptā-
24 dam donationem, † non tamen habebat ad ac-
ceptandam poſſeſſionem.l.1.per procuratorem.ff.
de acq.poſſ.probatur in pluribus locis per ſuam
excellentiam adductis. Reſpondetur, vt aliàs ſu-
prà



prà dictum fuit,nullum requiri mandatum fauo-
re eccleſię,cùm nō ſolùm ſyndicus,ſed etiā quili-
bet priuatus potuerit,acceptare donationē eccleſię
lucrotam.Iaſ.in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri,nu.6.ff.
de verb.oblig.vlteriùs doct.allegati per d.Aduo-
catum, loquuntur dummodo donatio non fuerit
ratificata, ſed vt ſuprà dictum fuit,donatio iſta
intelligitur ratificata per ſcientiam dicti ſyndici,
& per illa verba,ve ringratio da parte del mona-
ſterio, ergo cùm donatio illa fuerit ratificata,
intelligitur etiam quoad poſſeſſionem, vt tradit
Iaſ.in d.§.per procuratorem.

Non obſtat,dum dicitur,quòd etſi omnia ritè
fuerint acta per ſyndicum,nihilominus præfatus
Ioſephus potuit interuertere poſſeſſionem.l.3. §.
quòd ſi ſeruus.ff.de acquir.poſ.quodq; minus fue
rit concepta ſtipulatio dictæ donationis in mo-
naſterium, cùm concipi debuerit in perſonam i-
pſius ſyndici.Tiraq.poſt alios in tract.conſt.poſſ.
in 15.ampl.n.15.cū ſeq.Negatur enim aſſumptum,
quòd donās potuerit interuertere dictā poſſeſſio-
25 nem,poſt factam donationē dictæ capellæ,†quæ
cùm eſſet perfecta, & acceptata reuocari non po
tuit,neq; expreſſè,neq; tacitè,vt in terminis pro-
priis noſtris nouiſſimè poſt alios voluit Cæph.d.
conſ.33.n.6.lib.1.& ego puto veriſſimum,& ſic ri
tè fuit actū interdictæ retinendæ per dictos fra-
tres,cùm per clauſulam conſtituti in eos eſſet trāſ
lata,& ciuilis,& naturalis poſſeſſio.Tiraq. in tra.
conſtit.poſſ.in princip.num.4.ex quibus videtur
malè locutum fuiſſe Baldum in l. Celſus.num.18.
ff.de vſucap.quódq; rectè egerint fratres,interdi-
cto retinēdæ.(dato,quòd per d.Ioſephum fuiſſet
interuerſa dicta poſſeſſio)probatur ex doct.Aret.
in §.retinēdæ.n.4.inſtit.de interd.vbi dicit, quòd
ſi ego turbor in mea poſſeſſione ciuili, competit
mihi illud interdictum retinendæ, quòd (vt ipſe
dicit)eſt aliquādo reſtitutorium. Præterea ſtatim
quod Reuerendi patres audiuerunt d. Io.Baptiſtā
ingreſſum fuiſſe in poſſeſſionem dictorum bo-
norum,ſiue ſaltem in partem, in eorum actis pe-
tierunt non ſolùm manu teneri,ſed etiam immit-
ti,quatenùs opus eſſet,ex quibus negari non po-
teſt,Reuerendos patres rectè egiſſe ad doctr. Ti-
raq.in d.tract.conſtit poſſ.in 26.ampl.in fin.

Stipulatio ritè concepta fuit per notarium,ſed
dato,quòd non formiter fuerit cōcepta, & quòd
26 fuerit concepta nomine eccleſiæ abſentis,†dona-
tio valet fauore eccleſiæ vt ſæpius dictum fuit ex
doctr.Couar.poſt alios. d.lib.1.var. reſol. cap. 14.
& magis in terminis Tiraq.in d.tract.conſtit.poſ.
in 29.ampl. vbi poſt Bart.dicitur valere conſtitu-
tum factum à tertio fauore eccleſiæ.

Vlterius d.Aduocatus dicebat non obſtare.l.1.
§.ſi vir vxori.ff.de acquir.poſſ.vbi valet alienatio
poſſeſſionis facta ab vxore , & ſi dominium alie-
nare non potuiſſet , dicit enim tunc ilud proce-
dere quando prohibitus acquireret cum effectu
poſſeſſionem.ſecùs ſi fictè per conſtitutum doct.
in d.§. ſi vir. Quia reſpon. ſtante pro vera, prout
vera eſt opin. illa, quòd ex conſtituto trāsferatur
vtraq; poſſeſſio.vt ſuprà deduximus, ſequitur ꝙ
27 † immiſſus in poſſeſſionem, etiam per conſtitu-
tum,dicatur verè immiſſus in poſſeſſionē quę poſ
ſeſſio cùm ſit quid facti,non infringitur ex cau-
ſa dominij.d.§.ſi vir vxori,qui quidem tex.nec di
cit, nec intelligi poteſt in immiſſione reali,ſed o-
mnino intelligi debet in immiſſione facta per cō
ſtitutū, dicit enim text.*Si vir vxori cedat poſſeßio-
nem in cauſa donationis*,& quæ ſequuntur , quòd
verbum,Cedere,intelligi non poteſt de effectuali
poſſeſſione,ſed ficta,cùm verbum illud magis im
portet ius,quàm factum arg.auct.offeratur.C.de
lit.conteſt.& iſte eſt verus,& nouus ſenſus.d.§. ſi
vir vxori,verùm quia hodiernis corruptis tempo
ribus(licèt perperam) potiùs videtur credi autho
ritatibus doct.quàm legib.ipſis reſpon.quòd d.§.
ſi vir,ex intentione doct. magis communiter in-
telligitur ſibi vēdicare locum,etiam in poſſeſſio-
ne ficta tranſlata per conſtitutum , vt tradunt ibi
28 doct. & Tiraq. in d.tract.conſt.poſſ.& † licèt Ti-
raquell.nec vnam nec alteram opin.firmet, tamē
vltimam ab ipſo relatā approbare videtur. gl. in
l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel.Soc. Iun. cōſ.
24 pater.num.7.lib.3.

Reſpo.vlteriùs quod tex.in d.§.ſi vir, non pro-
cedit in caſu noſtro, ibi enim à princ. contractus
erat euidentiſſimè inutilis & prohibitus,tot. tit.
ff.& C.de don.int.vir.& vxor.quod non eſt in ca
ſu noſtro,dato enim quòd bona eſſent ſubiecta fi-
29 deicommiſſo,† nihilominus prædictus Ioſephus
durante eius vita, de dictis bonis diſponere po-
tuit,l.fi.§.ſin autē.cum auth.res, quæ vbi Bart.A-
lex.Soc. & Iaſ.C.com.de legat.Opizo.in repet.l.
filiusf.§.diui,ſub n.2.& ſeq.de leg. 1. & licèt non
ignorē quāplurimos tenuiſſe contrariū , quando
prohibitio eſt expreſſa,& quando præſertim ad-
ſunt illa verba,quòd non contraueniens admitta
30 tur.Nihilominus quando alienatio† fit per pro-
hibitum ignorantem bona illa eſſe prohibita a-
lienari, & alienatio fit perſonæ ignoranti (veluti
fuit in caſu noſtro)tunc alienatio valet quando-
cūque loquantur verba teſtamenti.l.fin.§. fin. de
leg.2.doct.in l.fi.C.cō.de legat.& in l. Marcellus.
§.res,quę.ff.ad Trebell. & nouiſſimè in expreſſa
prohibitione tenuit Rol.à Val.conſ.81.libr.2.ſtāte
enim ignorantia ambarum partium aliis hæredi-
bus nō datur regreſſus ad bona,ſed ad æſtimatio-
nem bonorum.d.§.fin.l.fin.de leg.2.& conſequē-
ter d.C.Ioannes Baptiſta non contraueniens, nō
habet actionem ad vindicanda bona alienata, ſed
31 tantùm ad precium. d.§. fin.qui † tex. eſt intelli-
gendus in omni fideicommiſſo , per quæcunque
verba prægnantia concepto, cùm non ſe fundet
in alio,quàm in ignorantia contrahentiū , quòd
autē contrahentes fuerint ignorantes, deducitur
ex l. qui in alterius. vbi Dec. Cag. & Mayn. ff. de
reg.iur.& ex not.per doct.in l.qui Romę.§. duo
fratres.ff.de verb.oblig.vbi dicitur, filiū præſumi
ignorare teſtamentū patris.Sed expreſſiùs proba-
tur ignorantia.d.Ioſephi, per inſtrumentū dona-
tionis,poſtmodū factæ d.d.Ioan. Baptiſtæ eius pa
truo in proceſſu productæ , vbi in principio in-
ſtrumēti d. Ioſephus aſſerit non habuiſſe notitiā
teſtamēti auiti,quodq; ipſe prohiberetur aliena-
re immobilia propterea cùm ad præſens habue-
rit notitiam d.teſtamenti, donat bona illa prohi-
bita alienari.d.Io.Baptiſtæ eius patruo ex quibus
apertiſſimè colligitur d.Ioſephū non habuiſſe no
titiam d.teſtamenti,& contentorum in eo.

Sed dato,quòd huiuſmodi reſponſiones eſſent
dubiæ, an videlicet ex bonis expreſſè prohibitis
alienari ſubſiſtat alienatio ad vitam ipſius pro-
hibiti, nec ne, ſtante nihilominus iſta dubietate,
(quod negatur)quo ad poſſeſſionẽ non videntur
32 poſſe moleſtari,dd.patres.d.§.ſi vir vxori,† vbi ſu
ſtinetur poſſeſſio in contractu euidenter inutili,
quãtò magis ſuſtineri debet,vel valida vel dubia,
vt dictum fuit,maximè fauore eccleſiæ, pro qua
in dubio eſt iudicandum.l.ſunt perſonæ. ff. de re-
lig.& ſumpt.fun. cum vul.facit gl.in c. 2. §. ſuper
eo.verſ.feciſſent.de nou.oper.nunc.& in c.expen
dit.12.q.1.quòd religioſi viri præſumuntur iuſtè
litigare,cũ ipſi ſua dimiſerint bona propter Deũ,
vnde non eſt præſumendũ,quòd appetant aliena.

Ad illud quod ſit fauorabilior cauſa prædicto-
rum filiorũ,& nepotũ reſpectiuè d.magnifici do-
33 mini Vincentij,quàm eccleſiæ,& piæ cauſę,†hoc
negatur ſimpliciter debere intelligi,ſed tantũmo
do quoad legitimã, in legitima enim tantùm eſt
potior cauſa filiorũ, quã pia,ita Couar.poſt alios
lib.1.var.reſol.c.29.num.5.Vlteriùs prædicta pro-
cedunt,quãdo pater tentaret aliquid in præiudi-
cium filiorum nouiter ſuceptorũ, ſed nos ſumus
in diuerſis terminis, nẽpe in domino rerũ dona-
tarum,vt ſuprà latè deductum fuit.

Dicebat etiam excellẽtiſſimus d.aduocatus ex
aduerſo non eſſe locum detractioni Trebelliani-
cæ, cùm non ſimus in fideicommiſſo vniuerſali,
34 ſed in particulari,† cùm tantummodo bona im-
mobilia alienari prohibeantur,& adſint etiã mo-
bilia.Soc.Iun.conſ.49.num.16.& ſeq.lib.3.& cõſ.
126.nu.4.lib. 1.Reſpondebat enim oretenus excel
lentiſſimus d.Aduocatus d.fratrum d.Raynaldus
Rodulphius illud procedere poſſe, quãdo ex ad-
uerſo deductum fuiſſet, ſupereſſet etiã bona mo-
bilia,& nomina debitorum,quæ appellatione im
mobilium contenta non fuiſſent.l.à diuo Pio.§.
in vendit.ff. de re. iur.Por.Imol.conc.10.lib.3.ſed
ex aduerſo non fuit deductum non ſupereſſe bo-
na iſta,vt tenebatur deducere gl.in l. cùm de leg.
ff.de probat.& non ſunt in termino,quòd hoc ad
præſens deducere poſſint,cùm iam ſit lata per me
ſententia,prout in cedula,meritò eſt dicẽdum eſ-
ſe locum detractioni trebellianicæ.tot.tit.ff.& C.
ad Trebell.& dum D.Aduocatus videbatur ſe re-
ſtringere ad legitimam, nec diceret quanta foret
35 ipſa legitima eſt dicendum,†quòd cùm ſint duo
maſculi & tres fœminę,& ſic vltrà quatuor,quòd
legitima ſit ſemis, auth. nouiſſima. C. de inoff.
teſt. quódque illæ mulieres dotatæ faciant partẽ
ad fauorem maſculorum, ad impinguandam le-
gitimã maſculorum,ſtãte ſtatuto Peruſino,quod
dotatæ excludantur ſecundum veram, & magis
* communem * opinionẽ,vt poſt alios tradit Boſſ.
in tit.de pub.bon.Port.Imol.concl.5.lib.3. & no-
uiſſimus modernus Peruſinus Cæſar Fumagio-
lus, dudum conſocius meus in ſtudio Peruſino,
in ſua ſolenni repet.l. in quartum, num.317. ff. ad
l.Falcid.

Vltimò hæc omnia iudicio meo vnico verbo
tolluntur,cùm enim in ſecunda donatione facta
per d.Ioſephum prædicto d.Ioan.Baptiſtæ,de bo-
nis non prohibitis alienari,cum conſenſu tamen
d.D.Ioan.Baptiſtæ.idem Ioſephus ſibi reſeruauit
vſumfructum omnium bonorum ad vitã ipſius,
quem poſtea vſumfructum idem Ioſephus dono
dedit ipſi fratribus,& ſic prædictus d.Ioann. Ba-
ptiſta nõ eſt audiẽdus in iſto iudicio poſſeſſorio.

Poſtremò non obſtat ſubtilis conſideratio exi
mij Iuriſcon. d. Petriphilippi Mattioli Peruſini,
dum ex verbis inſtrumẽti donationis colligebat.
tacitè actum fuiſſe inter partes, quòd ciuilis tan-
tũ poſſeſſio trãsferretur,& ſic in præſenti iudicio
obtinere non poſſe Reuerẽdos patres ſancti Do-
6 minici.† Quia in inſtrumentis non eſt conſide-
randus cortex verborum,ſed quid re vera ad inui
cem partes contraxerint.l.in conuentionibus.ff.
de verbor.ſignificat.modò dico, quòd verba illa
(quando erunt in poſſeſſionem realem dictorũ,
bonorum, teneantur expendere pro reſarcienda
eccleſia ſcutos centum,& quòd celebraretur cer-
tus numerus miſſarum)intelligi debent infrà ſcri
pto modo,videlicet,quòd tunc dicti patres te-
neantur prædicta facere, quando recollegerint
fructus in dictis rebus donatis,nolebat enim do-
nans grauare eccleſiam, ad præmiſſa faciendum
de bonis monaſterij, ſed de bonis donatis, & ſi
verba dicti inſtrumenti optimè perpendantur,
nil aliud ſignificant,ex quo ſequitur,quòd à prin-
cipio,& ciuilis,& naturalis poſſeſſio eſſet trans-
lata in monaſterium,ob clauſulam cõſtituti,ſub-
tilis tamen fuit conſideratio d.Mattioli.

7 Poteſt etiam reſponderi vlteriùs, quòd † licèt
ex clauſula cõſtituti vtraque poſſeſſio fuiſſet trãſ-
lata,nihilominus apud donãtem remanet detẽta-
tio quædam.Bal.in l.ab emptione.ff.de pact. quo
fit vt etiã conceſſa conſideratione d.Mattioli,ver
ba illa intelligantur reſpectu nudæ detentationis
remanſæ penes d.Ioſephum,quæ poſtea detenta-
tio fuit, vel erit abdicata à d.Ioſepho,quando d.
patres erunt in naturali poſſeſſione d.bonorum.

Tandem ſententiaui in iudicio iſto poſſeſſorio
ad fauorẽ d.Capellæ & fratrũ ſancti Dominici,
& contra D.Ioan.Baptiſtam,cui d.Ioan.Baptiſtæ
reſeruaui ius in petitorio iudicio, die 25. Auguſti
1569.manu ſer Berardini Ballarini notarij Curia-
lis Peruſini.Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Mors dicitur ſufficienter probata,quando quis vi-
ſus fuit ingredi bellum & non exire.*
2 *Mors alicuius dicitur eſſe probata ex eo,quod iu-
uenis bellicoſus per mundũ vagari cœpit, & ab
eo tẽpore, quo de eius vita dubitari cœpit,lapſũ
ſit quinquenniũ, nec de eius ſoſpitate aliquid ſit
notũ, & ibi quid in probanda morte mariti, ad
hoc,vt vxor alium accipere poßit.*
3 *Mors vagantis per orbem quomodo probetur.*
4 *Mors alicuius debet plenè, & non per præſumptio-
nes probari, quãdo quis de homicidio impu-
tatur.*
5 *Conſtitutus quis præſumitur in periculo mortis,
quando fuit viſus ingredi ciuitatem,in qua erat
peſtis.*
6 *Mors in magnatibus quomodo probetur.*

*Hoſpi-*



7 *Hoſpitale ad hoc,vt nominetur locus pius, quæ re-
quiſita habere debeat.*
8 *Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias cau
ſas.*
9 *Trebellianica detrahitur de relictis hoſpitalibus
profanis.*
10 *Trebellianica nec mediatè nec immediatè detra-
hitur de relictis hoſpitali pio.*
11 *Alciati locus in conſ.182.perpenditur & declara-
tur circa ſolemnitates teſtamentorum,in quibus
inſtituuntur hoſpitalia.*

## Argumentum.

Materia probandi mortem alicuius exa
ctiſſimè declaratur.

Et circa relicta hoſpitalibus multa diſſe
runtur, docetúrque qualia hoſpitalia ſint
profana, & qualia habeantur pro locis
piis.

Et an de relictis huiuſmodi hoſpitali-
bus detrahatur trebellianica.

AGENTES hoſpitalis de Miſeri-
cordia ciuitatis Peruſiæ, egerunt
contram quoſdam detentores bo-
norum,ſubiectorum fideicommiſ-
ſo ad fauorẽ dicti Hoſpitalis aliàs
inito caſu, quo hæredes cuiuſdam Simonis dece-
derẽt ſine filiis maſculis,fuerunt probata omnia
extrema habilia,præſertim mortes grauatorum,
& licèt de viſu non fuerit probata mors d. Ioan.
Baptiſtæ vltimi comprehenſi, videtur tamen in
caſu noſtro probata ſatis concludenter, cùm te-
ſtes deponant,quòd ille Io.Baptiſta militabat ſub
admiralio prope Mediolanũ, quodque fuit viſus
1 ingredi bellum & non exire,† quo caſu mors di-
citur ſufficienter probata,Bart.per text.ibi in l.fi.
ff.de infam.Cãpeg.in tract.de teſtib.reg.317.verſ.
2.ſi teſtis,& in reg.350.verſiculo 4.ſi magno exer-
citu. poſt Barth. inibi alleg. Monçad. Hiſpan. in
addit. ad Crott.in tract. de teſtib.4 par.num. 155.
præſertim quando non eſt de recenti. Crauet.
conſ.127.nu.17.& in terminis de illo, qui fuit in-
greſſus bellum,& nõ reperitur,quòd præſumatur
mortuus,tradit Ang.in l.2.§.ſi dubitetur. ff. quẽ-
admod.teſt.aper.Dec.conſ.575.in caſu,in quo du-
bitaui. col. pen. verſ. nec in caſu iſto. limitando
tamen, vt per eum Natt.conſil. 241. ſentio quòd
Baldaſar. lib. 2. vbi plus dicit poſt Bart.in trac.de
2 teſt.col.8.verſ.mortuum hominem.† quòd ſi per
mundum cœpit vagari iuuenis bellicoſus, & ab
eo tempore,quo de eius vita cœpit dubitari, ela-
pſum ſit quinquennium, nec de eius ſoſpitate
aliquid ſit notum,mortem eſſe probatam, hoc e-
nim ſtatuit Imper. in muliere, quæ virum tanto
tempore expectauit.l.vxor.C.de rep.quę lex licèt
poſtea fuerit abrogata,tamen illud fuit quantùm
ad matrimoniũ, quæ eſt cauſa nimis grauis præ-
iudicij cùm non poſſit id eodem ſtatu reponi,
quod etiam ſequitur Alex. conſ.4. videtur inſpe-
ctis,colum.4.verſ.plus ſubdit.lib.2.remota ergo
cauſa matrimonij.Natt.poſt alios d. cõſil.241.lib.
2.in indiuiduo decidit caſum noſtrum quantùm
ad hoc,vt quis admittatur ad hæreditatem alicu-
ius tãquam pręmortui,vt ſufficiat probare illum
talem ingreſſum fuiſſe bellũ, deinde non fuiſſe vi
ſum,vel per quinquenniũ nõ redierit domũ,poſt-
quã de eius morte contingit dubitari,& ea eſt ra-
tio, quia dato quòd reuerteretur, non inueniret
actum explicatum,cui(vt ita dixerim) mederi nõ
poſſet per reſtitutionem rerum captarum tanquã
præmortui,ſecus eſſet in vxore,quæ ſemper tene-
tur expectare certum nuncium mortis viri, c. in
pœnitentia.extrà de ſponſ.& ea eſt ratio, quia ſi
poſtea reuerteretur primus vir,ille non poſſet ei
reſtituere intactam vxorem,& quòd mors intelli
gatur probata,quoad adeundas hæreditates, per
iſtas præſumptiones,quòd tales fuerint ingreſſi
bellum,& nunquã reuerſi,vel quòd de eorũ mor
te fuerit dubitatũ poſt quinquennium faciet(veh
nobis)ad decidendas multas quæſtiones hîc Peru
ſiæ,in ciuitate mea Aſſiſij,& vbiq; locorum, fue
runt enim multi,qui iuerunt ad bellũ contra Tur
cas,ad inſulam præſertim Cypri, cumq; notoriè
conſtet inſulam illam fuiſſe ab inimicis Chriſtia-
ni nominis expugnatã, maxima cum cæde Chri-
ſtianorum, vtiq; cum poſt captam inſulam mili-
tes illi non fuerint viſi,præſumuntur mortui, &
ſic prętendentes intereſſe debent admitti ad eorũ
hæreditates, veluti ſi dilucidè, & clarè mortem
probaſſent.ita etiam vltra alios tradit Rober.Ma-
ran.in repet.l.is poteſt.num.145.ff.de acq. hæred.
3 inſerto.in 3.vol.repet.in quo loco firmat † mor-
tem etiam probatam,quando quis per orbẽ cœ-
piſſet vagari, & poſt quinquenniũ contingit de
eius morte dubitari,quod etiã poſſit applicari ad
multos caſus,de multis enim circumfertur etiam
mortuos, licèt plena notitia non habeatur, ſat e-
rit ibi quinquennium, & probare,quòd ille talis
erat ſolitus vagare per orbem, quodq; nunquam
tranſacto quinquennio,poſtquam cœpit dubita-
ri de eius morte fuit viſus, tũc iſtis probatis per
prætendentes intereſſe legitimum admittuntur
ad eorum hæreditates,ſiue bona,cùm non tracte-
tur de præiudicio irreparabili, prout de matrimo
nio,vt ſuprà dixi,vel quando quis imputaretur de
4 homicidio, †quia tũc debet plenè,& non per cõ-
iecturas probari mors.Fely.in c.quoniam frequẽ-
ter.§.porrò.col.fi.vt lit.non conteſt.& Marant.in
d.repet.l.is poteſt. num.147.verſ.prædictos. ff.de
acquir. hæred. qui locus eſt omnino videndus,
cùm multos modos probandi mortem inſeruerit,
nec eſt omittendum,per iſtas præſumptiuas pro-
bationes probari mortem,quoad commodum pe
cuniarium,quando quis fuiſſet viſus ingredi ciui
5 tatẽ, in qua erat peſtis, nam † ex hoc præſumitur
conſtitutus in periculo mortis.Cor.conſ.131. col.
2.& 3.lib.4.Marant.in d.repet.l.is poteſt.n.147.ff.
de acquir.hęred.vbi idem dicit de mercatore,qui
aſcendit nauẽ,& ſuperuenit tẽpeſtas, & non fue-
rit reuerſus.nec ipſe,nec nauis, tunc præſumitur
mortuus,vel quòd tranſiuerit loca inſidioſa,& pe
6 riculoſa.immo †quando eſſemus in aliquo ma-
gnate mors probaretur per famã etiam abſq; iſtis
requiſitis Ang.in l.ſi quidem.C.ſol.matr.Marant.
in rep.l.is poteſt.num.146.ff.de acquir.hæred.poſ
ſet poni exemplum in illuſtriſſimo domino A-
ſtorre Balliono Peruſino, Heroe prudentiſſimo,

qui adeò animosè eius prudentia per longũ tem-
pus defendit ciuitatem Famaguſtæ, agreſſæ à du-
centûm millibus Turcis, vt ni victualiæ, & alia
neceſſaria defeciſſent, vnquam ab eis fuiſſet expu
gnata, prout fuit cum damno graui totius Reipu
blicæ Chriſtianæ ob duplicem amiſſionem, & in-
ſulæ, & ſtrenuiſſimi Ducis Aſtorris, qui ſub fide
fuit interfectus, licèt eius nomen ob præclariſſi-
ma ipſius facinora, in æuum ſit duraturum, mors
igitur iſtius poſſet probari per famam. Dicamus
itaque rectè fuiſſe probatum mortẽ iſtius, de quo
quærimus propter ingreſſum belli, ad effectũ cõ-
ſequendi eius bona per prædicta.

Circa ſecundum caput, ex quo relictum erat fa
ctum Hoſpitali, an eſſet locus detractioni Trebel
lianicæ, cùm eſſet locus pius, parùm eſt inſiſten-
dũ, cùm aduerſariimet non inficientur Hoſpitale
ſanctę Mariæ de Miſericordia eſſe locum pium,
& verè eſt locus, qui pius iure merito nuncupari
poteſt, eſt enim conſecratus, adeſt eccleſia cũ cam
panili, in qua quotidie celebrantur diuina officia,
adſunt ſepulturæ, curantur infirmi, nutriũtur mul
titudines infantium, qui ex tota iſta prouincia il-
luc tranſmittuntur, traditur nuptui, quotãnis cer
tus numerus mulierum, qui inibi fuit alitus, & e-
ducatus, & tandem moderatè, & honeſtè guber-
bernatur à perſonis catholicis, piis, circũſpectis,
adhibito ſemper in electionibus cõſenſu religio-
ſiſſimi, & prudentiſſimi Antiſtitis Cardinalis, &
7 epiſcopi Peruſini Fuluij Cornei, adeo † quòd
huic hoſpitali conuenire videantur omnia requi
ſita, ad hoc, vt hoſpitale nuncupetur locus pius
relata à Felyn. in c. de quarta. extrà, de præſcript.
vbi 19. requiſita enumerat, & à Nicol. Euerard. in
cent. ſuis legal. in loc. ab eccleſia ad pia loca, à Io-
doc. in lib. com. opin. in ver. Hoſpitalia, vbi poſt
alios ponit differentias Hoſpitalium, quę non di-
cuntur loca pia. dicit enim, quòd talia Hoſpitalia
non ſunt conſecrata, quodq; epiſcopus in eis nul
lum ius habet, quemadmodum (vt dixi) Illuſtriſ-
ſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis, & epiſco-
pus Peruſinus habet ius in dicto Hoſpitali S. Ma-
rię de Miſericordia de Peruſio, & ſic loca illa ſunt
profana, quemadmodũ aliæ domus particulares,
& iſta hoſpitalia vtiq; nullũ priuilegium habent.

Cùm igitur hoſpitale prędictum ſit locus pius,
8 ſequitur, quòd † quemadmodũ de relictis ad pias
cauſas non detrahitur Trebellianica. auct. ſimili-
ter. C. ad l. Falcid. ſic pariter non detrahatur de re
licto, de quo agimus, facto prædicto Hoſpitali de
Miſericordia, ita poſt multa conſilia Cor. Pariſ. &
aliorum tradit Tiraquell. in tra. de pia cauſ. priu.
27. vbi atteſtatur hanc opinionem eſſe veriorem,
* & magis communem* hanc eandem opinionem
per multas authoritates tenuit Iac. Phil. Port.
Imol. concluſ. 9. libr. 5. & poſtea Ant. Gabr. con-
cluſ. 2. tit. de pia cauſa, num. 15. lib. 6. & ſat fuerit,
indicaſſe iſtos authores, quia ex eorũ lectura in-
uenies ferè omnes vſque ad hæc tempora, qui hãc
opinionem tenuerunt, pręter Euerar. & Iodoc. in
locis ſuprà citatis, & profectò iſta opinio ſemper
mihi placuit, quod de relictis factis huiuſmodi
Hoſpitalibus nõ poſſit detrahi Trebellianica, ſe-
9 cùs † eſſet dicendum, quando relictum eſſet factũ
aliis hoſpitalibus profanis, in quibus non cele-
brarentur diuina officia, & epiſcopus in eis nul-
lam prorſus iuriſdictionem haberet, vt declarat
Iodoc. vbi ſuprà, quia de relictis huiuſmodi Hoſ-
pitalibus poſſet detrahi Trebell. quemadmodum
de relictis particularibus perſonis, Tiraq. & Port.
vbi ſuprà, ad quos & ad Felin. in d. c. de quarta.
extra, de præſcript. ſemper eſt recurrendum. im-
mò † ſtante pro vera concluſione ſuprà firmata,
10 quod huiuſmodi relictum, factum prædicto Hoſ
pitali, dicatur relictum piæ cauſæ, non potuiſſet
detrahi Trebellianica, nec mediatè, nec imme-
diatè. Rom. in auct. ſimiliter, col. 78. C. ad l. Falcid.
Iaſ. in l. Marcell. col. 8. ff. ad Trebel. Dec. conſ. 504.
col. 2. Crauet. cõſ. 137. magiſter Robertus, numer.
13. libr. 1.

11 Propterea † aliàs dubitaui de reſponſ. Alciat.
192. cùm teſtamentum, num. 2. to. 3. lib. 9. Dicit e-
nim ibi Alciat. quòd quando hoſpitale eſt inſtitu-
tum, ſufficiunt duo teſtes, ſi enim Alciat. intelle-
xit de Hoſpitali, qui verè ſit locus pius, quemad-
modum ego ſuprà declaraui, & iſto caſu bene lo
cutus fuiſſet Alcia. quia ſufficerẽt duo teſtes, cap.
relatum, c. cùm eſſes. extrà, de teſtamen. ſi verò Al
ciat. intellexiſſet de aliis Hoſpitalibus non piis,
puta non inſtitutis epiſcopali auctor. & abſque
campanili, & eis, in quibus epiſcopus nullum ius
habet, tunc falſa eſſet opinio Alciat. quia cùm ſi-
milia hoſpitalia iudicentur tanquam de locis pri-
uatis, vt latè ſuprà dictum fuit, quemadmodum
aduerſus eos detrahitur Trebell. ita in eis reſtituẽ
dis requiretur idem numerus teſtium, qui requi-
ritur in inſtituendo alias perſonas, non priuile-
giatas. tot. tit. ff. & C. de teſt. niſi quando eſſemus
in terris eccleſiæ, quia illo etiam caſu in perſonis,
etiam non priuilegiatis inſtituẽdis ſufficerẽt duo
teſtes. d. c. relatum, & c. cùm eſſes. extrà. de teſtam.

Redeundo ad propoſitum thema, cùm fuerit
probata ſufficienter mors. d. Ioan. Baptiſtę per in-
greſſum belli, vt in princ. narratum extitit, cumq;
pariter fuerit inſtitutũ d. Hoſpitale, & ſic relictũ
fuerit factum piæ cauſæ, & conſequenter non ve
niret detrahenda Trebellianica, ſententiaui ad fa
uorem prædicti Hoſpitalis, manu ſer Octauiani
Aurelij Peruſini Not Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Armorum delatio, quo iure ſit prohibita, tam in ci-
uitatibus, quàm extrà.*
2 *Nobilibus, quomodo & quando ſit licita vel prohi
bita armorum delatio.*
3 *Arma vnuſquiſque poteſt de iure cõmuni deferre
gratia defenſionis.*
4 *Statutũ prohibens portare arma, de quibus armis
intelligatur.*
5 *Armorum vſus cõmuniter vigore ſtatutorũ non eſt
prohibitus, quoad euntes & redeuntes extra ci-
uitatem.*
6 *Præſides prouinciarum de iure non poſſunt conce-
dere delationem armorum, quid autem ſit de
conſuetudine.*
7 *Merces prohibitæ, ſi deferantur in nauim inſcio do-
mino nauis, non confiſcatur nauis.*
8 *Arma accommodans alicui, præſumitur accommo-
dare ad actum licitum.*
9 *Arma accommodans alicui, qui cum ipſis captus
fuit à birruarijs non poteſt illa ab ipſis repetere,
ſi commodatarius ea in locis prohibitis detulit
ipſo ſciente, ſed tantùm precium à cõmodatario.*
10 *Arma accõmodans alicui, dicenti, ſe iturũ rus, li-
cèt is interficiat hominem dictis armis, non pro-
pterea obligatur.*
11 *Conuerſans cum bannito publicè conuerſante per
ciuitatem, & tollerato non punitur.*

## Argumentum.

**Delationis armorum materia, tam de iure communi, quàm municipali, quàm etiam ex forma bannimentorũ tractatur. Et an, & quando accommodans alicui, qui captus eſt, arma poſſit illa repetere à birruariis, & eſt materia quotidiana.**

CAPITANEVS Horatius Can-
tagallina de Peruſia accommoda-
uit cuidam de Eugubino, habitato-
ri dictæ ciuitatis Peruſiæ, vnam lo-
ricam, cum qua præfatus Eugubi-
nus intus dictam ciuitatem, fuit adinuentus & ca
ptus à capitaneo Latino, tũc temporis huius pro-
uinciæ Barigello, in ipſiúſque examine confeſſus
fuit, ſe dictam loricam detuliſſe, eò, quia time-
bat offendi ratione & cauſa ab eo narrata in dicto
examine, fuit demum relaxatus ſoluta leui pœna
pecuniaria, & dicta Lorica remanſit penes dictũ
Barigellum, qui prætendebat eam ſe eſſe ſuperlu-
cratum, cum vigore bannimentorum prouincia-
lium eſſet prohibita delatio armorum, & præſer-
tim loricæ.

Tempore ſyndicatus d. Barigelli præfatus capi-
taneus Horatius porrexit petitionem coram do-
minis ſyndicatoribus, pro recuperanda d. lorica,
qui quidem ſyndicatores intellecto, quod dictus
capitaneus Horatius ſimpliciter mutauit eidem
Eugubino dictam loricam, condemnauerunt d.
Barigellum ad reſtituendum dictam loricam eidẽ
capitaneo Horatio, à qua ſententia Barigellus ap
pellauit, & cauſam committi obtinuit d. Audito-
ri in ciuilibus tunc temporis, qui dominus Audi-
tor reuocauit ſententiam dictorum ſyndicatorũ,
dictúmque Barigellum pro dicta cauſa non mo-
leſtari mandauit, capitaneus Horatius appellauit
à dicta ſententia, & cauſa mihi commiſſa fuit, &
ſatis diſcuſſa cum dominis aduocatis vtriusque
partis, deueni ad ſententiam prout in cedula, ſed
antequam declarem ad fauorem cuius ſententia-
uerim, & ob quas rationes motus fuerim, infrà
ſcripta præmittenda eſſe duxi, ad faciliorem deci
ſionis intelligentiam.

1 In primis enim ſciendum eſt, quòd † de iure di
geſtorum tantummodò erat prohibita dilatio ar-
morum in ciuitatibus, in itinere verò poterat v-
nuſquiſque deferre arma. l. 1. & ibi Bart. ff. ad l. Iul.
de vi pub. De iure autem nouiſſimo erat prohibi-
ta delatio armorũ, tam in ciuitatibus, quàm in iti
nere ſine licentia principis. §. penult. auct. de arm.
glo. rubr. C. de fabricienſ. lib. 11. & l. 1. C. vt arm.
vſ. lib. 11. & non ſolùm erat interdicta delatio ar
morum ruſticis, ſed etiam nobilib. niſi peregrè
proficiſcantur, tenuerunt multi, quos refert Ti-
raq. in tract. de nobil. c. 20. num. 69. vbi tamen re-
cenſet multos contrarium tenentes, ſed quia hic
non eſt caſus noſter, nec vnam, nec alteram opi-
nionem approbo, hoc tantùm dicam quoad no-
2 biles, † quòd licet ex conſuetudine poſſent defer-
re arma, nõ poterunt ea deferre ad iudicij locum,
ſiue congregationem, ſcholaſticorum, ciuium,
vel alterius vniuerſitatis. Ang. in l. qui dolo, quã
legit ſub l. armatos. §. 1. verſ. item qui cum telo.
ff. ad l. Iul. de vi publ. ſecundò limitatur, ne quis
etiam nobilis poſſit deferre arma in concionem.
ita Tiraquel. vbi ſuprà, num. 73. vſque ad num. 77.
& de delatione armorum in regno tradit Afflict.
deciſ. 265. num. 96. quæ tamen difficultates non
cadunt tempore Sanctiſſimi D. P I I V. Pont. Max.
ſanctitas enim ſua interdixit delationem armo-
rum, etiam nobilibus & priuilegiatis perſonis,
immo equitibus S. Pauli, Lauretanis, & Piis, qui
titulo oneroſo dictas dignitates emerant, & vti-
nam ſanctiones ſuæ mandarentur ſeruari à qui-
buſdam officialibus, qui vt dictos nobiles ad ſe
attrahant, eis permittunt delationem armorum
in contemptum ordinis ſuæ ſanctitatis.

3 Et † licèt de iure communi vnuſquiſque poſſet
deferre arma gratia defenſions, vt poſt alios do-
cet Iacob. Bouell. in repet. l. capitalium. §. famo-
ſos. num. 131. & ſequent. ff. de pœn. tamen & vigo-
re mot. prop. S. D. N. P I I V. & vigore bannimen-
torum vbique locorum in ſtatu eccleſiaſtico eſt
prohibita delatio armorum, etiam ad defenſionẽ,
ſed vt ſcias regulã cum ampliationibus & limita
tionibus, quando, & quomodo ſit prohibita, vel
permiſſa delatio armorum, videas Pet. Duen. in
reg. 55. inci. arma. & nouiſſimè erudiriſſimum Me
noch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 398.
num. 19. & ſeq. Hodie tamen circa delationem ar
morum parum, aut nihil ſeruatur ius commune,
ſed quælibet ciuitas, vel prouincia habet in hoc
ſpecialia ſtatuta, vel conſuetudines, ita teſtatur.
Iul. Clar. in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 79.
verſ. arma noua. in fine.

Item eſt præmittendum, quòd ſi ſtatuto caue-
4 retur, ne portentur arma, † tunc tantummodo
comprehenderetur arma offenſibilia, non autem
defenſibilia, vt loricam, & corazinam, neque cõ
tinerentur fuſtes, & lapides, & alia ſimilia, nam
& ſi appellatione armorum hæc omnia contineã
tur. l. armorum appellatione. ff. de verb. ſign. l. ar-
matos. ff. ad l. Iul. de vi. publ. l. 3. armis. ff. de vi, &
vi arm. §. armorum. inſt. de interdi. glo. in clem.
ne in agro. in verſ. arma. de ſta. monach. Tamen
propriè loquendo huiuſmodi arma defenſibilia
armorum appellatione non continentur. gloſ. in
clem. 1. in ver. arma. de ſtat. monach. tradit in ter-
minis Amod. de iuſtin. in trac. ſynd. in prooem. nu.
88. & ſequenti, vbi expreſſè de lorica mentionem
facit, dicit etiam ibi ſub num. 89. non comprehẽ-
di gladium ad incid. panem, neque moderatoriũ
ad moderandum calamos, gl. in §. fin. auct. de arm.
Bart. in l. pediculis, §. argento. ff. de au. & arg. lega-
to. ſecùs eſſet iure communi inſpecto, quia etiam

defenſibilia arma, & alia cēſentur prohibita, cùm
cauſam dēt ad percuſſiones, & homicidia. l. ſi ſer.
C. de his, qui ad eccleſ. confug. ita dicit Afflict. de-
ciſ. 265. Pariſ. conſ. 71. nu. 17. lib 4. Roll. à Vall. conſ.
3. num. 25. cum plur. ſeq. lib. 2.

Eſt pariter aduertendum, quòd communiter
vigore ſtatutorū vſus armorum non eſt prohibi-
5 tus, † quoad euntes, & redeuntes extra ciuitatē.
Amod. in ſuprà citato loco, num. 89. verſ. item de
iure digeſtorum. Hodie autem in ciuitatibus, &
locis ſubditis ſedi Apoſtolicæ prohibetur delatio
archibuſſettorum paruorum minoris menſuræ
trium palmorum, tam intus, quàm extra ciuitates
ſub pœna furcarum, prohibetur etiam delatio a-
liorum archibuſorum ad rotam licèt iuſtæ men-
ſuræ, ſub alia mitiori pœna, ac etiam delatio pu-
gionum etiam extra ciuitates, & in itinere ex or-
dine Sanctiſ. D. N. P I I Papæ V. in quo ordine ex-
preſsè comprehendit etiam officiales, quòd non
poſſint deferre dictos archibuſettos, qui quidem
officiales ni expreſsè fuiſſent nominati. vtique nō
fuiſſent comprehenſi cùm poſſint impunè deferre
arma. l. 3. & ibi Bald. ff. de off. præf. vig. vbi dicit
licere deferre arma etiam officialibus, epiſcopi,
reprehendens quendam poteſtatem interranen-
ſem, qui iuſſerat capi officialem epiſcopi dictæ ci
6 uitatis pro delatione armorum, † quam delationē
armorum de iure etiam præſides prouinciæ con-
cedere nequeunt. Luc. de Pen. in l. 1. C. vt arm. vſ.
lib. 11. de conſuetudine tamen iſti præſides prouin
ciæ in ſtatu eccleſiaſtico concedunt delationem
armorum præterquam archibuſſettorum paruo-
rum ad rotam, & nimirum, cùm in bulla S. D. N.
P I I Quarti fel. mem. vltra alias pœnas appoſue-
rit etiam pœnam excommunicationis. In prouin
cia tamen Marchiæ Anchonitanæ antequam à
bannitis, & graſſatoribus viarum dicta prouincia
infeſtaretur, erat prohibita delatio armorum cu-
iuſuis generis, tam intus ciuitates quàm de loco
ad locum. & in itinere, poſt modum fuit valde op
preſſa à bannitis, ideo ſuperiores pro tēpore per-
miſſerunt de loco ad locum deferri arma, præter-
quam archibuſſettos ad rotam paruos.

His ita præmiſſis deueniendo ad deciſionē ca-
ſus noſtri, dico in proceſſu non probari d. capita-
neum Horatium habuiſſe notitiam præfatum Eu-
gubinum velle deferre. d. loricam intus ciuitatem
Peruſiæ, ſub ſpe licentiæ obtinendæ à Reueren-
diſſ. d. Gubernatore. vt præſupponit eius aduoca-
tus, quo fit vt data ignorantia dicti capitanei Ho
ratij, dictam loricam accommodantis, ſi Eugubi-
nus ipſo inſcio detulit dictam loricam intus ciui-
tatem contra prohibitiones, & bannimenta, non
debet nocere ipſi capitaneo Horatio ignoranti. l.
7 cotem ferro. §. dominus. † vbi Barth. & poſterio-
res. de publ. vbi in terminis diſponitur. quod ſi
merces prohibitæ deferantur in nauim inſcio do
mino nauis, non confiſcatur nauis, ſic in caſu no-
ſtro, cum dicta lorica fuerit delata ab Eugubino
inſcio capitaneo Horatio, non eſt quid ei impu-
tetur cur dictam eius loricam vendicare non poſ
ſit, & licet text. ille loquatur in naui, tamen ex i-
dentitate rationis doct. inducunt ad omnia, quæ
deferuntur inſcio domino vt poſt Cyn. Bald. Sal.
Alber. Caſtrenſ. Imol. Felyn. & alios, tradit Boer.
deciſio. 173. & primò præſuppono num. 24. vſque
* ad num. 29. & ibi num. 25. de communi * teſtatur,
quæ ſunt admodum notanda ad intel. d. §. domi-
nus. Secus tamen ſi dictus capitaneus Horatius
ſciuiſſet. d. Eugubinum velle deferre loricam in-
tus ciuitatem. l. cum in plures. §. pen. vbi Alber. ff.
loc. & docet Boer. d. deciſ. 173. num. 28.

Præterea cum delatio loricæ ex generali con-
ſuetudine non ſit prohibita de loco ad locum, ſed
tantummodo intus ciuitates, & loca, eſt præſu-
mendum dictum capitaneum Horatium eam in
dubio accommodaſſe ipſi Eugubino ad actum li-
8 citum, † & ſic ad eam deferendam extra ciuitatem
ad euadendum ipſum à dolo, & pœna. arg. not.
per Bart. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de o-
per. nou. nunciat. ſecus eſſet dicendum ſi dictus
capitaneus Horatius accommodaſſet archibuſet-
tum, vel aliud genus armorum prohibitorum de-
ferri tam intus ciuitates, & loca, quam in itinere
& de loco ad locum, iſto enim caſu non potuiſſet
excuſari cum vtroque caſu ſit prohibita d. dela-
tio armorum, ſed quia delatio d. loricę (vt dicebā)
erat tantum prohibita intus ciuitatem, eſt dicen.
dictam accommodationem fuiſſe factam ad actū
licitum, & permiſſum, nempe ad eam deferendam
extra ciuitatem, & ſic iure merito d. capitaneus
Horatius poteſt dictam loricam vendicare, quan-
9 do autem † præfatus Eugubinus. d. loricam detu-
liſſet per ciuitatem cum ſcientia d. Capitanei Ho-
ratij, iſto caſu dictus Capitaneus Horatius non
potuiſſet vendicare dictam loricam à Barigello,
ſed tantummodo precium ipſius ab ipſo Eugubi-
no, deferente, l. ſi. in fi. ff. de pign. act. l. lectos, C.
de per. & commod. rei vend. Sal. in l. 1. C. vt nem.
pri. Boer. d. deciſ. 173. num. 28.

Non ſunt etiam paruipendenda duo fundamē-
ta vel tria Excellentiſſimi domini Raynaldi Ro-
dulphi aduocati præfati capitanei Horatij. dice-
bat enim non eſſe prohibitum accommodare ar-
ma, cum ſi hoc eſſet, prohiberentur etiam vendi.
arg. l. nec non §. quod eis, ff. ex quib. cauſ. maior.
& à verbis diſcedi non oportet. l. 1. §. is, qui nauē,
10 ff. de exercit. † & quotieſcunque quis ſimpliciter
accommodat arma alicui puta dicenti ſe iturum
rus, licèt is interficiat hominem cum dictis armis,
non propterea obligatur commodans. Bald. in l.
quicunque, num. 22. C. de ſeru. fugit. & ibi Sal. &
ſicut ibi in grauiſſimo delicto excuſatur commo-
dans cum iſta credulitate, licèt non fuerit diligen
tior in perquirendo, an ille ſe contulerit rus, vel
aliò diuerterit ad hominem occidendum, nihilo-
minus excuſatur, ita in propoſito excuſari debet
capitaneus Horatius, cùm iſte commodatarius
non tam acriter deliquerit, ſed ſolùm contra edi-
ctum arma detulerit.

Addit aliam ſubtiliſſimam conſiderationem
præfatus Excellentiſſimus aduocatus, dicens, vt
plurimùm dictas loricas accommodari, vt quis
eas pignoret pro pecuniis conſequendis. Immò
idemmet dominus aduocatus dicit, & bene, hoc
caſu debuiſſe excuſari dictum capitaneum Hora-
tium, etiam quòd ſciuiſſet dictum Eugubinum
voluiſſe deferre dictam loricam per ciuitatem,
cùm publicè deferret enſem, quòd eſt plus, iuſta
credulitate ductus putabat ipſum potuiſſe defer-
re lori-



re loricam, quòd eſt minus, ſumendo argumen-
11 tum de eo, † qui conuerſabatur cum bannito pu-
blicè conuerſante per ciuitatem & tolerato, Ang.
in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. Marcil. in l. 1. num.
2. ff. de ſic. Petr. Duen. in reg. 68. Bannitus. Erat etiā
deſerta cauſa, propterea omnibus ritè animaduer-
ſis, ſententiaui contra dictum Barigellum ad fa-
uorē dicti capitanei Horatij, manu ſer Raynaldi
de Rubeis Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ratione redditunm regalium in carcerem mittendus eſt, donec ſoluat, nec admittitur ad ceſſionem bonorum.*

2 *Subditus volens cedere bonis, ad hoc, vt liberetur à ſolutione collectarum, quæ imponuntur ſubditis pro quantitate bonorum, quæ poſſident, an ſit admittendus.*

3 *Debitor fiſci ex delicto non debet admitti ad ceſſionem bonorū, ne delicta remaneant impunita.*

4 *Debitor fiſci ex cōtractu admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum.*

## Argumentum.

Ceſsionis bonorum beneficiū, quibus competat, diſcutitur, ordinatè caſus proponuntur, & breuiter enucleantur.

PAVLINVS quidam de Peruſia,
obtinuit commiſſionem ſe admitt.
ad alterum de beneficiis iuris, vide-
licet ceſſionis bonorum, ſiue quin-
quennalis dilationis, & cauſa mihi
commiſſa, fuerunt citati omnes creditores, inter
quos erat eius creditor, dominus Sfortia Pauluc-
cius de Peruſia, in ſumma & quantitate ſcutorū
viginti duo, occaſione gabellæ vini, de qua gabel
la idem d. Sfortia erat conductor, qui quidem d.
Sfortia comparuit, & inſtabat d. Paulinum non
poſſe admitti ad neutrum prædictorum benefi-
ciorum, cùm eius creditum (vt ipſe dicebat) eſſet
camerale, fuit dubitatum, antequam aperiretur
ſententia, quid iuris.

In primis contra dictum Paulinum dubitatio-
nem faciebant tradita à Didac. Couar. cap. 1. num.
4. in fin. verſ. regulariter lib. 2. var. reſol. vbi opti
mè declarans materiam ceſſionis bonorum, ſub-
1 nectit, † quod ſi quis reperiatur debitor ratione
redditũum regalium, præcisè in carcerem mit-
tendus eſt, donec ſoluat. allegat text. in l. nemo
carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. Guid. Pap. quæſt.
61. Videtur enim ſapere delictum, & conſequen-
ter non admittendum. Clar. in pract. crimin. lib.
5. §. fin. quæſt. 95. verſ. ſed pone, quòd iſte, & hoc
eò magis eſt dicendum, cùm dominus Sfortia cre
ditor prætendat, doloſè iſtum Paulinum petere
ſe admitti ad ceſſionem bonorum, ad eleganter
tradita per Natt. in conſ. 361. in lib. 2. Vnde iure
merito Sanctiſ. D. P I V S V. Pont. Max. nuper e-
didit breuè contra iſtos decoctores, & fallitos,
quòd non poſſint audiri, niſi conſtitutis in carce
ribus, citato fiſco, & docto, quòd ob eius infortu
nia deuenerunt in paupertatem.

Verùm quia non conſtat in proceſſu de aliqua
fraude iſtius Paulini, qui probauit ob eius infor-
tunia deueniſſe in paupertatem, neque propriè de
bitum prouenit ex delicto, ſed tantummodo dif-
ficultas oritur, ex quo videtur debitum camerale,
ad tradita per Couarr. vbi ſuprà, propterea, vt di-
ſtinctè procedamus, & reſolutio iſtius deciſionis
plana reddatur, tres ſunt conſiderandi caſus, co-
gnito enim, In quo ex illis caſibus verſemur, co-
gnita erit, & cōſequēter veritas huius deciſionis.

Primus caſus eſt, quando debitor vult cedere
bonis, ad hoc, vt liberetur à ſolutione collectarū,
quæ imponuntur ſubditis pro quantitate bono-
rum, quæ poſſident iux. not. per Caſtr. in l. pro-
2 pter. C. de ceſſ. bon. & iſto caſu † aut ſubditus non
eſt ſoluendo, & tunc admittetur ad ceſſionem bò
norum. Cyn. in l. 1. quæſt. 3. C. de ceſſ. bon. Ioan.
Fab. in §. fin. inſt. de act. ſi verò eſt ſoluendo, tunc
capietur, ſed non carcerabitur, ſed aperta, & li-
bera cuſtodia ſub cautione in palatio detinebi-
tur, donec ſoluerit, & ita procedit text. in d. l. ne-
mo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. ſecundum
Bal. in l. 1. col 2. verſ. quæro nunquid debitor fiſci,
& ibi Sal. col. 3. verſ. quæro 3. debitor fiſci. C. de
ceſſ. bon. & tradit nouiſſimè moder. Ariminen. in
tract. de ceſſ. bon. quæſt. 9. 4. par. princ. poſt princ.
aliàs ſi eſſet ſoluendo, & ad ceſſionis beneficium
admitteretur in fraudem fiſci, non obſtante ceſ-
ſione ad collectarum ſolutionem cogi poſſet, vt
poſt alios, quos allegant, tradunt dd. Moder. in d.
tract. de ceſſ. bon. in 4. q. in princ.

Secundus caſus eſt, quando quis eſt fiſci debi-
3 tor ex delicto, & tunc † vtique nullo pacto admit
ti debet ad ceſſionem bonorum, ne delicta rema-
neant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. tum
etiam, quia non valēs ſoluere in ære luat in cor-
pore. l. quicunque. C. de ſer. fugit. Aret. in §. fi. col.
3. in princ. verſ. quæro, an non tantum debitor.
inſt. de act. & deducunt præfati moderni in dicto
loco, numero tertio, & vltra eos excellentiſſimus
Iulius Clarus in ſua pract. crim. §. fi. quæſt. 95. verſ.
ſed pone quod.

Tertius eſt caſus, & vltimus pro nunc, quando
4 quis eſt debitor fiſci ex cōtractu, & iſto caſu † de-
bitoribus ceſſionis beneficium competit. gloſ. in
§. penult. inſtit. de ſoc. in ver. debita. Gul. de Lud.
ſing. 44. incip. gloſ. eſt. Cæpol. conſ. ciuil. 9. quidā
ex delicto. in princ. quod procedit etiam quòd à
principio debitum negauerit, dummodo non
latitauerit, vt poſt Cyn. Bart. & Sal. declarant dd.
Moder. Arimin. in allēg. tract. de ceſ. bon. quæſt.
9. 4. quæſt. princ. num. 5.

Nos autem, ſiue ſimus in primo caſu, ſiue in vl
timo, dummodo non ſimus in ſecundo, nempe
quando debitum prouenit ex delicto, cùm fuerit
facta per dictum Paulinum indicatio bonorum,
confeſſio debiti, & aliqua fraus in eo non fuerit
detecta, propterea pronunciaui contra dictum
Dominum Sfortiam, & ad fauorem dicti Paulini,
in admittendo ipſum ad ceſſionem bonorum, ma
nu ſer Simonis Franciſchini Not. Curialis Peru-
ſini. Laus Deo.

## DECISIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fructus recollecti ante obitum prælati ad hæredes eius pertinent, pendentes verò ad ſucceſſorem.*
2 *Fructus omnes reperti tempore mortis prælati ex forma extrauagantium, & de conſuetudine pertinet ad cameram Apoſtolicam. & num.5.*
3 *Poſſeſſor triennalis bonæ fidei facit fructus ſuos. declara, vt num.18.*
4 *Beſtiæ emptæ ex fructibus abbatiæ, ſpectant ad nouum commendatarium.*
5 *Pactum quod fundus ſit inemptus ſi emptor ſuo tẽpore non ſoluat pretium, cum cenſeatur appoſitum fauore venditoris, ita demum procedit, ſi vẽditor velit.*
6 *Beſtiæ emptæ ab adminiſtratore eccleſiæ, ſi non apparet, de quibus pecuniis, præſumãtur in dubio, emptæ de bonis eccleſiæ.*
7 *Procurator generalis ad vendendum, an, & quo caſu poſſit, vel non poſſit habere fidẽ de pretio, ponitur regula cum fallentijs.*
8 *Beneficij poſſeſſor, an, & quo caſu teneatur producere & oſtendere bullas.*
9 *Inſtrumentum probat contra producentem, etiam in verbis enunciatiuis.*
10 *Confeſſio licet enũtiatiuè, & incidẽter facta probat contra confitentem.*
11 *Verba enuntiatiua emiſſa propter aliud an & quando probent.*
12 *Verba enunciatiua (licet emiſſa propter aliud) fauore eccleſiæ & piæ cauſæ probant.*
13 *Verba enunciatiua incidenter prolata pr[illegible]er aliud (ſi fuerint geminata) probant, etiam quoad tertium, nedum inter eaſdem perſonas.*
14 *Animalia empta de bonis eccleſiæ ad ipſum ſpectant.*
15 *Fructus etiam percepti reperti tempore mortis prælati ad quem ſpectent.*
16 *Res empta à clerico, an empta præſumatur de bonis ipſius vt ad ipſum ſpectent, vel de bonis eccleſiæ, vt ad eccleſiam pertineant.*
17 *Auctoris mala fides nocet ſucceſſori vniuerſali.*
19 *Contrahens cum aliquo prius debet de eius authoritate inueſtigare.*
20 *Paupertas vel diuitiæ quando ſunt fundamentum intentionis alicuius debent per deducentem probari*

### Argumentum.

Bona empta ab adminiſtratore beneficij, an ex propriis, vel ex beneficij pecuniis præſumantur empta.

An ſucceſſor poſſit illa vendicare.

Et an fructus beneficij tam pendentes, quàm collecti ſpectent ad ſucceſſorem, vel ad hæredes prælati, vel ad quem.

ILLVSTRISSIMVS, & Reuerendiſſimus Cardinalis Federicus Cæſius bon. mem. Commendatarius Abbatiæ Vallis pontis, exiſtentis in pertinentiis Peruſiæ, conſtituerat Gubernatorem dictæ Abbatiæ Illuſtrem d. Marcellum eius coniunctum, cuius tamen auctoritas erat limitata, quia non poterat de fructibus dictæ Abbatiæ diſponere, ſed tantummodo poterat exigere, & terras ad laboritium dare, prout eſt videre in proceſſu, vbi fuit producta dicta auctoritas, durante tempore dicti Gubernatoris, idem d. Marcellus de prouentibus eiuſdem Abbatiæ, emit quaſdam ſues (vt vocant ſcrofas) quas quidam d. Marcellus de ſigillo prætenſus inſtitor ſuprà dicti Illuſtris d. Marcelli, vẽdidit cuidam d. Vincentio Blaſiotto de Eugubio pro certo conuento precio, qui d. Marcellus poſt mortem d.d. Vincentij, quietauit d. Guidum eius filium, & hæredem, obiit d. Illuſtriſſimus Cardinalis, & in locum ipſius in dicta Abbatia ſucceſſit Reuerendiſſimus D. Petrus Donatus Cæſius Epiſcopus Narnienſis, qui tanquam Commendatarius dictæ Abbatiæ, egit contra dictum D. Guidũ, pro recuperando precio, & intereſſe dictarũ ſuiũ, quod quidẽ intereſſe fuit probatum per multos teſtes aſcendere per tot annos, vſque ad ſummam ſcutorum trecẽtorum, deueni ad ſententiã prout in cedula, quam antequam aperirem, dedi infrà ſcripta dubia facientia contra Reuerendiſſimum Narnienſem, quæ dubia fuerunt coadiuuata à magnifico d. Aduocato ipſius d. Guidi Blaſiotti. Dicebam etenim videri dicendum d. Reuerendiſſimum Epiſcopum non debere audiri, cum non ſit Abbas antiquus d. Abbatiæ, ſed recens, & titulum non per bullas, ſed per teſtes probauerit. Benint. dec. Bon. 18. n. 2. poſt Ioan. And. in c. 1. de præ. in 6.

Secundò, quia Reuerendiſſimus Commendatarius non probauit d. animalia fuiſſe empta de bonis, aut redditibus d. Abbatiæ, & licet teſtes aliqui dicant d. animalia fuiſſe empta de bonis d. Abbatiæ, non tamen concludentem rationem aſſignare videntur.

Tertiò, dato, quòd prædicta animalia probarentur empta de bonis dictæ Abbatiæ, non tamẽ
ſequitur, quòd Reuerendiſſimus Commendatarius ſucceſſerit in fructibus, & bonis ex dictis fructibus emptis, quia, aut loquimur de iure com.
Canonico, & debentur hæredibus commendata-
1 rij prædefuncti. † fructus enim recollecti ante obitũ prælati, quales ſunt iſti, ad hæredes eius pertinent, pendentes verò ad ſucceſſorem, gl. & ibi doct. in c. ſi propter. de reſcript. c. præſenti. de off. ord. in 6. vbi Dom. Fran. Hoſt. Henr. Boich. Car. Imol. & alij. c. fin. de pecul. cler. & hanc eſſe com.
* *opin. teſtatur Didac. Couarr. var. reſolut. lib. 1. c.
2 15. nu. 12. Aut † loquimur ſecundum extrauagantes ſummorum pontificum, & conſuetudines, & tunc omnes fructus pertinent ad Reuerendiſſimam Cameram Apoſtolicam, tanquam ſpolia.
3 Poſtremò, † cùm d.d. Guido dicto fructus per triennium bona fide poſſederit, etiam ſi alias teneretur reſtituere, hoc caſu ſuos fecit, gloſſ. ſing. in l. ſequitur. §. fructus. vbi Bartol. ff. de vſucap. idem Bart. in l. 3. C. quòd met. cauſ. Alex. Iaſ. & alij, in l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. Bal. in tract. præſcri.
* 4. par. princ. quæſt. 35. & alij communiter, *vt teſtatur Didac. Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 3. ſub nu. 7. verſ. 4. concluſio.

Pro parte Reuerendiſſimi Commendatarij conſiderabam infrà ſcripta fundamenta.

Primò, cùm dictæ Beſtiæ fuerint emptæ ex fructibus



ctibus dictæ Abbatiæ, vt in proceſſu probatur, ſe-
4 quitur, quòd † ipſi nouo commendatario ſpectare dicantur per ea, quæ deducit Abb. in cap. 1. extrà de pec. cler. & extat bulla Iul. III. Pont. Max. diſponentis, quòd huiuſmodi fructus ſpectant ad nouum ſucceſſorem, quæ cùm clarè determinet caſum noſtrum, non eſt vlterius inſiſtendum. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. de leg. 3.

Prætereà vt deducebat Excellentiſſimus dominus Aduocatus, & præceptor meus Thobias No-
5 nius, illud pro cedit, † quia fructus & prouentus fuiſſent à Camera occupati, aliàs cùm hoc non fuerit factum, cenſentur relicti nouo ſucceſſori, quæ concluſio vltra excellentiſſimum Aduocatum comprobari poteſt ex l. 2. ff. de leg. com. vbi illud pactum, quòd fundus ſit inemptus, ſi emptor ſuo tempore non ſoluat precium, cùm cenſeatur appoſitum fauore venditoris. ita demum procedit, ſi venditor velit, idem probatur in l. Sabinus. ff. de in diem adiec. vbi etſi illud, quòd ſi intra tempus alicui meliorem conditionem attulerit, res ſit inempta, dicitur ad venditoris fauorem factum, ideo intelligitur venditore volente. facit Dec. conſ. 12. iunctis no. in conſimili, & pulcherrimo caſu per Cæpha. conſ. 43. monaſterium, num. 4. 5. 6. & ſeq. lib. 1. prædictis tamen adminiculis non eſt opus, cùm ceſſent virtute bullæ prędictæ Iul. III. bon. mem. Pont. Max.

Secundò, quia cùm dictæ Beſtiæ fuerint emptæ per d. illuſtrem d. Marcellũ, nec appareat de qui-
6 bus pecuniis † præſumuntur in dubio emptæ de bonis eccleſiæ. Abb. in cap. cùm eſſes, num. 24. extrà, de teſtam. Soc. Sen. conſ. 91. col. 3. verſ. confirmatur, lib. 3. & nouiſſimè Menoc. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 155. num. 9. & 10. ſi hoc procedit in dubio, quantò magis eſt dicendum procedere in caſu noſtro, in quo ſumus in claris dictas Beſtias fuiſſe emptas de bonis eccleſiæ, vt probant multi teſtes in proceſſu examinati, & licet fuerint examinati quidam monachi dict. Abbatiæ, nihilominus probant ad fauorem eorum Abbatis, Campeg. in tract. de teſtib. reg. 94.

Vlterius venditio facta de dictis beſtiis, non ſubſiſtit, quia vt dictum fuit, dictus illuſtris d. Marcellus habebat authoritatem limitatam, nec
7 potuit habere fidem de pretio. nam † licet regulariter procurator generalis ad vendendum poſſit habere fidem de pretio. l. qui Romæ. §. Callimachus. in fin. ff. de verb. obligat. doct. com. in l. à diuo Pio. §. ſed & ſi emptor. ff. de re iud. Aret. & Port. in §. venditæ. inſt. de rer. diuiſ. Soc. Iun. conſ. 21. doctiſſimè. lib. 3. iſthæc tamen regula fallit in duobus caſibus, & in vnoquoque capite accommodatur ad caſum noſtrum, quòd præfatus illuſtris d. Marcellus non potuerit vendere habita fide de pretio. Primò enim fallit dicta regula, quando Procuratori eſſet limitatum pretium, quia tũc non poſſet habere fidem de pretio, nam diceretur minus vendere. l. ſi pretio in diem. in fin. ff. de in diem adiec. Secundò, fallit in procuratore fiſci, minoris, vel eccleſiæ, quia tales perſonæ non poſſunt habere fidem de precio. l. ſi procurator, in fin. ff. de iur. fiſc.

Cùm igitur iſte illuſtris d. Marcellus haberet limitatam authoritatem, & eſſet procurator rerũ eccleſiæ, meritò eſt dicendum non potuiſſe habere fidem de pretio, & conſequenter venditionem prædictam fuiſſe nullam. alia poſſent adduci ad fauorem Reuerendiſſimi Epiſcopi Narnienſis, ſed ex reſponſionibus ad obiecta aliqua alia ſubnectentur, dum difficultates per d. Aduocatum, & per me ſuſcitatæ dirimentur.

Non obſtat igitur dec. Benint. 18. dum inibi dicitur eſſe neceſſariam oſtẽtionem, & productio-
8 nem bullarum, † quia cùm hodie reperiatur Reuerendiſſimus Epiſcopus in poſſeſſione d. Abbatiæ, præſumitur, quòd etiam olim Abbas, ſiue Commendatarius fuerit, vt Benint. loquitur. arg. l. ex perſonæ. C. de probat. l. 1. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſt. conuen. l. ſi ij, qui adulterij, C. de adult.

Nec dicatur non eſſe locum huic præſumptioni, ex quo apparet, quòd d. Reuerendiſſimus nondum erat Abbas, vt in proceſſu fol. 62. quia ibi potius innuitur contrarium, cùm in eo inſtrumento dicatur, quòd Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Cardinalis Cæſius habebat reſeruationem fructuum, non autem quòd eſſet Abbas, vel Commẽdatarius, vt ex inſtrumento producto conſtat,
9 † quòd contra producentem probare dicitur, etiã in verbis enuntiatiuis. Rom. conſ. 63. & recẽs tempus dicitur arbitrio iudicis. Menoch. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu. 31. Secundò hoc probatur ex confeſſione partis aduerſæ, vt conſtat ex præfatione, ſiue præambulo capitulorum, ac etiã ex primo, & ſecundo capitulo. fol. 17. & fol. 23. hęc
10 † autem partis confeſſio, licèt enunciatiuè, & incidenter facta, probare dicitur contra cõfitentẽ. Rom. d. conſ. 63. & præſertim cùm ſimus in iudicio lite iam conteſtata. Bart. in l. ex hac ſcriptura. in fin. ff. de don. Corn. conſil. 305. col. 4. in fin. lib. 3.

Nec dicatur hoc procedere in eis, in quibus ſtat principalis concluſio libelli, & capitulorum,
11 ſecùs † verò, ſi incidenter fuerit facta, vt poſt Cy. & Pet. declarat Bal. in l. Titia. in fin. princ. de leg. 2. & ſequitur Vital. in tract. clauſul. in clauſ. 42. dum tractat de virtute clauſulæ, & verbis enuntiatiuis, ſub nu. 2. verſ. in aliis autem, per l. qui familiæ. ff. famil. erciſ. quia reſpondetur, quod Bal. & Vital. loquuntur ante litem conteſtatam, tunc enim verba enunciatiua emiſſa propter aliud non probant, ſecùs verò lite iam conteſtata, vt in caſu noſtro, quia Bald. in prædicto loco in vltimis verbis, vult iſta probare, dum dicit, quòd d. l. qui familiæ. declarat Bart. in d. l. ex hac ſcriptura. in fin. ff. de donat. ſed Bart. eam intelligit ante litem conteſtatam, non poſt, vt nos loquimur.
12 Accedit † in caſu noſtro, quia nos ſumus in cauſa pia, fauore eccleſiæ, fauore enim piæ cauſæ verba enuntiatiuè prolata, propter aliud probare dicuntur. Abb. conſil. 11. colum. 2. libro 1. Iaſ. in l. ex his verbis, col. 2. in 5. limit. C. de milit. teſtam.

Accedit demum, quia verba iſta enunciatiua geminata fuerunt, vt ex proceſſu conſtat. fol. 17.
13 & fol. 23. verba † autem enunciatiua incidenter prolata propter aliud, ſi fuerint geminata, probare dicuntur, etiam quò ad tertium, nedum inter eaſdem perſonas. Bartol. in l. cùm ſcimus. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Iaſ. in d. l. his verbis, col. 1. in prima limit. Alex. conſ. 190. col. 6. lib. 6. Dec. conſ. 152. col. fin. cum ſimil.

Circa ſecundum principale dubium, eſt omni-
no dicendum dicta animalia ſpectare ad dictum
Reuerendiſſimum Commendatarium, cùm (vt di
cebam) per teſtes probetur fuiſſe empta de bonis
14 eccleſiæ prædictæ, & ſic† ad ipſam eccleſiam ſpe-
ctare dicuntur. c. fixum. 12. q. 5. tradunt Doct. in c.
1. de pecul. cler. facit 12. q. 3. cum ſimil.

Nec obſtat, quod de iure com. Canonico iſti
fructus dicantur ſpectare ad hæredes prædefun-
cti Illuſtriſſimi Cardinalis de Cæſis, ad quem fru-
15 ctus prædicti ex reſeruatione ſpectabant, † glo. &
Doct. in c. ſi propter. de reſcrip. in 6. doct. in cap.
fin. de pec. cler. Did. var. reſolut. lib. 1. cap. 15. nu. 12.
quia præfati doct. loquuntur de conſuetudine, nõ
de iure communi, vt ex eorum inſpectione con-
ſtat, quia immo de iure communi in his fructi-
bus, etiam perceptis, eccleſia dicitur ſuccedere,
vt eſt tex. expreſſus, in c. relatum. cl. 2. de teſt. & ibi
hoc dicit Did. & tradit Henr. Boich. in contr. ad-
ductus in d. cap. fin. ſub num. 4. ad fi. de pecul. cler.

Præterea prædicta locum habent in fructibus
perceptis, ſecùs verò, ſi ex iis fructibus ſit empta
16 res aliqua, quia † ſi non conſtet fuiſſe emptam no
mine clerici, ſed ſit facta emptio nomine eccleſię,
vel ſimus in dubio, res iſtæ ad ipſam eccleſiam ſpe
ctant, vt in terminis declarat Bal. in l. cùm ipſe n.
4. C. de contrahend. empt. Innoc. in c. cùm in offi-
ciis, col. fi. de teſt. doct. præſertim Imol. col. 3. in c.
fi. de pec. cler. quæ difficultas hodie in caſu noſtro
non cadit, quia cùm ſimus in fructibus non exa-
ctis, ex bulla Iul. 3. ſpectant ad ſucceſſorem.

Nec obſt. bona fides dicti rei conuenti, quia li-
cèt ipſe ſit in bona fide, ex quo tamen eſt hæres
domini Vincentij, qui in mala fide fuit, hoc ſibi
17 quoque nocere debet, † mala fides enim authoris
nocet ſucceſſori vniuerſali. l. cùm hæres. ff. de di-
uerſ. & temp. præſcript. Bald. in tract. præſcript. in
2. par. 3. par. princ. q. 12. circa med. & meliùs hanc
materiam explicat Did. Couar. in regul. poſſeſſor.
in 2. relect. §. nono. de reg. iur. in 6. Por. Imol. ſiue
Ant. Gab. in concluſ. 1. lib. 4. vbi atteſtatur de ma-
* gis comm. * opin. quæ regula procedit tam reſpe-
ctu præſcriptionis, quàm vſucapionis, vt dicit
Bar. in l. ex diuerſo. ff. de rei vend.

18 Nec dicatur, quòd dicti fructus † triennio di-
cantur vſucapti à reo conuento. iux. gl. ſing. in l.
ſequitur. §. fructus. ff. de vſuc. cum conc. per Did.
Couar. lib. var. reſol. 1. cap. 3. ſub. nu. 7. verſ. 4. con-
cluſ. Quia gl. illa loquitur in bonæ fidei poſſeſſo-
re, & contrarium expreſsè vult in hærede, qui ſuc
ceſſit malæ fidei poſſeſſori, ſicuti in caſu noſtro, vt
ibi per eum, declarat Alex. & Iaſ. in l. ſi me & Ti-
tium. ff. ſi cert. pet. Ruyn. conſ. 204. col. fi. lib. 1.

Nec emptor venit excuſandus iuſto errore, nẽ
pe quod putauerit d. illuſtrem d. Marcellum, ſiue
d. Marcellum inſtitorem habere authoritatem
19 vendendi, quia† prius debebat inueſtigare de eius
authoritate. l. qui cum alio contrahit, ff. de reg. iu.
cùm procurator etiam generalis non habeat po-
teſtatem alienandi. l. procurator tutorũ. ff. de pro-
cur. Rom. ſing. 133. volo dare tibi.

Demum non obſtat præſumptio, quòd Beſtiæ
illæ potuerint eſſe emptæ de pecuniis, d. illuſtris
d. Marcelli, cùm ſit diues, quia vt aliàs dicebam,
contrarium per teſtes productos in proceſſu pro-
batur, ſed dato, quòd eſſemus in dubio, fundamẽ-
20 tum retorquetur in contrarium, quia † quando
paupertas, vel diuitiæ, ſunt fundamenta intentio-
nis alicuius, prout in caſu noſtro diuitiæ erant
fundamentum rei, debebat per eos deduci, ipſum
illuſtrem d. Marcellum fuiſſe diuitem. latiſſimè
Did. Couar. lib. var. reſol. 2. c. 6. immo, cùm ſimus
in dubio, eſt præſumendum quòd illuſtris ille d.
Marcellus fuerit pauper, cùm quilibet pauper &
nudus à principio naſcatur, quę qualitas non in-
telligitur ſublata curſu temporis, niſi probetur,
Crott. in repet. l. ſi conſtante, col. 14. verſ. quid te-
nendum. ff. ſol. matr. Benint. deciſ. bon. 22. teſtator,
num. 11. 12. & ſequent.

Sed re vera non eſt opus ingredi aliquas ex iſtis
difficultatibus, cùm venditio non fuerit facta à d.
illuſtri. d. Marcello, ſed à d. d. Marcello prætenſo
inſtitore d. illuſtris. d. Marcelli, nec doctum fuit
de aliqua authoritate ipſi d. Marcello à d. illuſtri
d. Marcello attributa. ideo ſententiaui contra Bla
ſiottum ad fauorem Reuerẽdiſſimi Epiſcopi Nar
nienſis, cui Blaſiotto reſeruaui ius agendi contra
dictum d. Marcellum de caſtro ſigilli prætenſum
inſtitorem. manu ſer Ludouici Alexij Peruſini
Notarij Cur. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus quis dicatur. & num. 13.*
2 *Cornei conſilium 147. lib. 2. declaratur.*
3 *Contrahens mala fide amittit melioramenta.*
4 *Beneficij rector non poteſt etiam cum expreſſo cõ-ſenſu, abſque diſpenſatione, locationem ſuo nomine vltra triennium factam approbare.*
5 *Locator ad viginti nouem annos, finita locatione, poteſt repetere melioramenta.*
6 *Melioramenta facta bona fide, etiam in fundo alieno, repeti poſſunt.*
7 *Scriptor poteſt vti retentione quinternorum, donec ſibi de mercede fuerit ſatisfactum.*
8 *Coloni poſſunt repetere melioramenta, licet ceciderint à re conducta propter cenſum non ſolutum, ſecùs in emphyteuta.*
9 *Aedificantes bona fide, vel melioramẽta facientes in re aliena, poſſunt repetere.*
10 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*
11 *Eccleſia non debet quid iniuſtum facere.*
12 *Ruſticis ſubuenitur arbitrio iudicis attenta qualitate ruſticorum.*
14 *Simplices repetere poſſunt velut errantes, & ſimplicitati eſt ſuccurrendum.*
15 *Ruſticis quibus caſibus ſubueniatur.*
16 *Iudices debent habere æquitatem ante oculos.*
17 *Res meliorata poteſt retineri ab eo, qui ipſam meliorauit, donec ſibi ſatisfiat, etiam quod talis res non ſit ei aliter obligata.*
18 *Poſſeſſor etiam malæ fidei deducit melioramenta.*
19 *Meliorationes & expenſæ prò plantandis vineis factæ poſſunt repeti.*
20 *Fructus percepti, an & quando compenſentur cũ melioramentis. num. 21.*

Argu-



### Argumentum.

Melioramentorum materia exactè tra-
ctatur, an, & quando repeti poſſint, & an
ipſa faciens poſſit rem melioratam retine
re, donec ſibi ſatisfiat. Et an debeant cõ-
putari cum fructibus perceptis.

DON Philippus de Philippis de Can
nario Aſſiſienſis Diœceſis, & Re-
ctor Eccleſiæ Sancti Seueri de Pla-
tea de Peruſia, egit contra quẽdam
magiſtrum Ioannem Longobardũ,
habitatorem Peruſiæ, pro recuperatione cuiuſdã
vineæ, vt aſſeritur ipſi magiſtro Io. per 29. annos
locatæ, à quodam nepote d. Nicolai de ſancto El
pidio, tunc temporis rectoris d. Eccleſiæ, qui qui-
dem fuit repertum nullum habere mandatum ad
huiuſmodi conceſſiones faciendas, neque in d. lo
catione fuiſſe adhibita ſolennia requiſita in alie-
nationibus rerum eccleſiæ. ideo præfatus magi-
ſter Ioannes videns non fouere ius, quoad reti-
nẽdam poſſeſſionem, offerebat apud acta eam re-
ſtituere, dummodo ipſi reficerentur melioramẽ-
ta ibi per eum facta, aſſerebat enim habuiſſe ter-
ram nudam, in eáque plantaſſe vineam, arbores,
& arundinetum, Replicabat ipſe don Philippus
ipſi magiſtro Ioanni talia melioramenta non fuiſ
ſe reficienda, cùm ſit poſſeſſor malæfidei, & res
eccleſiæ conduxerit à non domino, & vltra trien
nium, non adhibitis debitis ſolennitatibus, con-
tra diſpoſitionem Pauli II. & Pauli IIII. Pont.
Max. & quatenus adeſſent aliqua melioramenta
eſſe excomputanda cum fructibus per 14. annos
perceptis à d. magiſtro Ioanne, dicebat etiam d.
Aduocatus d. don Philippi, præfatum magiſtrum
Ioannem non eſſe adiuuandum tanquam ruſticũ,
1 † cùm iſte non poſſit dici ruſticus, cum habitet ci
uitatem, & ruſticus dicatur ille, qui habitat ruri,
aut. quibus mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis igitur, cũ
concor. allegatis à Boer. in dec. 272. & præſuppo-
no. in principio. & quatenus eſſet ruſticus, dicit
non eſſe ei ſubueniendum, cùm ſit ſagax. l. Athle-
tæ. §. de ruſticis. ff. de excuſ. tut. Et Ruſticis non
ſubuenitur, niſi in caſibus à iure expreſſis. l. fin. C.
de iur. & fac. ignor. & Ruſticus contrahens non
ſeruata forma iuris, non excuſatur. Bald. in l. iuris
ignorantia. C. qui admitt. Dec. conſ. 285. n. 2. prim.
col. Pariſ. conſ. 32. num. 17. cum ſeq. lib. 2.

2 Nec huic concluſioni † ſecundum eum obſta-
bat conſilium Corn. per me allegatum. 147. lib. 2.
quia ibi ex eo eſt, ex quo ſtatutum Cortonæ non
ligabat homines vallis Pierlis, non ſubditæ ciuita
ti Cortonæ, nimirum ſi Cor. videtur determinare
ad fauorem conſimilis caſus, quemadmodum no-
ſter. Cùm igitur dictus magiſter Ioannes contra-
3 xerit mala fide, † debet amittere melioramenta
prædicta. gl. in l. colonus. in princip. ff. loc.

Hæc erant quæ ſatis coloratè poterant adduci
contra d. magiſtrum Ioannem. infrà ſcripta verò
ſunt, quæ ego adducebam ad fauorem ipſius ma-
giſtri Ioannis.

Nam in proceſſu per teſtes examinatos ad fa-
uorem d. magiſtri Ioannis conſtat, quod & ſi ne-
pos d. d. Nicolai tunc temporis rectoris. d. eccle-
ſiæ non haberet authoritatem locandi bona d. Ec
cleſiæ. Nihilominus idem d. Nicolaus rector ta-
citè d. locationem ab eius nepote ipſi magiſtro
Ioanni factam approbauit, dum ſubminiſtrauit i-
pſi magiſtro Ioanni aliquot ſumptus pro plan-
4 tanda vinea prædicta, & licet† d. d. Nicolaus etiã
cum expreſſo conſenſu non potuiſſet abſque diſ-
penſatione dictam locationem vltra triennium
factam approbare. capit. 1. & tot. tit. extrà, de reb.
eccl. non alien. iunctis bullis Pauli II. & IIII.
Pont. Max. negari tamen non poteſt, quin ex præ-
dictis arguatur ſcientia rectoris ipſius eccleſiæ,
& bona fides ipſius magiſtri Ioannis, vt videatur
dicendum poſſe recuperare d. melioramenta, quę
præſumptio coadiuuari poteſt ex conſ. Bero. 119.
num. 10. 11. & ſeq. lib. 1. vbi dicit, quòd quidam em
phyteuta vnius eccleſiæ petit ſe cõfirmari ab alio
non domino, ſciente tamen & patiente, & non
contradicente vero domino, dicit ibi Bero. quòd
ſcientia illa nocuit vero domino, quantò magis
igitur eſt dicendum in caſu noſtro, quòd cùm d.
dominus Nicolaus ſciuerit d. locationem, & taci
tè approbauerit d. magiſtrum Ioannem ſaltem
poſſe petere melioramenta bona fide, facta in d.
poſſeſſione ipſi locata ad 29. annos, quæ verè ma-
gis dici debet locatio, quàm conceſſio in emphy-
5 teuſim, ſi eſt locatio, † repetere poteſt melioramẽ-
ta plantatæ vineæ arborum, & arundineti, tex. eſt
in terminis in l. colonus. ff. locat. vbi loquitur de
vinea plantata, quas expenſas repetere poteſt co-
lonus, etiam, quòd ita non conueniſſet. l. domi-
nus Horreorum. §. 1. ff. loc. quæ leges non ſolùm
habent locum in conductore ad modicum tem-
pus, ſed etiam ad longum tempus. Caſt. in d. l. co-
6 lonus. ff. loc. Nec † reuocatur in dubium ſemper
poſſe repeti melioramenta facta bona fide, etiam
in fundo alieno. l. pen. ff. loc. c. 1. §. ſi vaſallus. hic
fi. lex Corr. §. certè. inſt. de rerum diu. Bero. in ter-
minis, conſ. 78. & ſi dubia. n. 61. lib. 2. vbi Bero. poſt
Ab. in c. 1. extrà. de in integ. reſt. ſatis ad propoſi-
tum dicit, quòd ſi quis contraxit cum eccleſia, &
contractus per reſtitutionem in integrum reſcin-
datur, ille, qui fecit melioramenta, poteſt ea repe-
tere, immo vti retentione, donec ei d. melioramẽ
ta, ſiue eorũ æſtimatio reſtituantur. allegat etiam
in ſimil. text. in l. ſi non ſortem. §. ſin autem. ff. de
7 cond. ind. quæ dicit, † ſcriptorem poſſe vti reten-
tione quinternorum, donec ſibi de mercede fue-
8 rit ſatisfactum. immo† ſimiles coloni, qui faciunt
talia melioramenta, poſſunt ea repetere, licèt ce-
ciderint à re conducta propter cenſum non ſolu-
tum, quod ſecùs eſt in emphyteuta. Iaſ. poſt alios.
in l. 2. nu. 28. C. de iu. emph. vbi poſt Caſt. aſſignat
rationẽ differentiæ, cur magis hoc in conducto-
re, quàm in emphyteuta, & nouiſſimè Menoc. in
9 trac. de rec. poſſ. in 15. rem. n. 551. & † non ſolùm co
lonus, & emphyteuta poſſunt repetere meliora-
menta neceſſaria, ſed omnes alij, qui bona fide æ-
dificãt, vel talia melioramẽta faciunt in re alien. l.
qua ratione in princ. ff. de acq. rer. dom. doct. in. l.
Marcellus. §. 1. de leg. 1. & latiùs. Pet. Duen. in reg.
237. in c. emphyteuta, poſt Bal. Caſt. Lanc. Dec. Af-
flic. Cum. Gui. Pap. Ful. Ab. Brun. Alb. & Iaſ. quod
10 rationabiliter videtur conſtitutũ† cùm nemo de-
beat locupletari cũ aliena iactura. l. nã hoc natu-

ra.ff.de cond. in d.l. locupletari. de reg. iur. in 6.
bonus tex.in l. planè. §. ſed benigniùs.ff.de petit.
11 hæred. & tantò magis † hoc eſt dicendum in ec-
cleſia, quæ non debet, quid iniuſtum facere.c. &
ſi clientulus. de feud.non alienan.Natt. conſ. 515.
num.12.lib.3. ne aliàs ſit opus contra ſimiles cle-
ricos inuehi, quemadmodum poſt alios multos fa
cit Neuiz. conſ.100.num.12. vbi admonet quem-
libet cauere à quouis contractu cum eccleſia, tan
quàm re periculoſa. & Luc.de Pen. in leg. 2. col.
fin.C.de præd.& omnib.reb.nauic.in 5.not.lib.11.
inuehit contra prælatos, qui dant rem ſterilem,
quàm cùm poſtea vident melioratam, dicunt ec-
cleſiam læſam, & Neuiz. in dicto loco refert au-
diuiſſe vnum magnum aduocatum conſultum, à
quodam, qui quærebat modum tenendũ pro cau-
tione ſua in futurum, qui reſpondit, nullus eſt mo
dus, niſi quòd talem rem nunquam bonifices, &
ego multoties vidi clericos, quamplurimos di-
centes, vel eccleſiam læſam, vel inſtitores non ha-
bere ſufficiens mandatum, in damnum eorũ, qui
contraxerunt, immo à fide dignis audiui, quòd
cùm quidam emphyteuta cuiuſdam eccleſiæ Aſſi
ſij, cuius nomen pro meliori tacere libuit, detu-
liſſet debito tempore ſolitum canonem, ipſe inſti
tor, ſiue Gubernator, finxit tunc temporis ſe eſſe
occupatum, dixítque dicto emphyteutæ, reuerta-
ris ad tui commodum, quia nũquam tibi labetur
tempus, ille bonus vir credidit, & abiit, cúmque
poſt aliquot menſes denuò detulerit cenſum, ſiue
canonem, ille inſtitor finxit ſe longiùs ire, & recu
ſauit cenſum recipere, dicens, rem illam incidiſſe
in commiſſum, negans vnquam promiſiſſe, quòd
non laberetur tempus, & hodie pendet coram me
cauſa cuiuſdam religioſi, qui petebat ſe reintegra
ri ad poſſeſſionem cuiuſdã domus, à qua dicebat
ſe fuiſſe ſpoliatũ, adeo, quòd reus conuentus erat
conatus, vel reſtituere domum, vel ſaltem pretiũ,
euenit, quod reperiit quietationem generalẽ, ſunt
profectò res mali exempli, & contra ſanctiſſima
dogmata, & canones, & contra exemplarem vitã
ſanctiſſimorum Põtificum, qui in huiuſmodi ne-
gotiis decreta multa, & cõſtitutiones ordinarũt,
& reliquerũt, & in præmiſſis ſalua ſit ſemper pax
eorum, qui ſectantes vitam vigilantiſſimorum pa
ſtorum honeſtam vitã ducunt, & ab iis abſtinẽt.

Si ergo vnuſquiſque ædificando, vel plantan-
do bona fide in fundo alieno poteſt repetere me-
lioramenta, vt dictum fuit, quantò magis præfa-
tus magiſter Ioannes hoc poterit facere, cùm ſit
12 ruſticus, quibus ruſticis † ſubuenitur iuxta id,
quod iudex arbitrabitur attẽta qualitate ruſtico-
rum Barb.conſ.55. in fin. lib. 2. Ploc. in repet. l. ſi
quando, num.443. C.vn.vi, & nouiſſimè circum-
ſpectus Menoch.in tract.de arb.iud.caſ.194.cent.
2.lib.2. nec fuit probatum in proceſſu iſtum ma-
giſtrum Ioannem fuiſſe verſutum, quæ qualitas
cùm ſit fundamentum intentionis aduerſariorũ,
debebat deduci, & probari. l.habebat. in princ.
ff.de inſt.act. l. denunciaſſe.§. 1. ff. de adult. Alex.
conſil.15.nu.7.lib.5. Dec.conſ.252.num.6. & 269.
num.5.& 6. cùm quamplurimis adductis à Men.
in d.tract. de arb.iud.caſu 191.num.4. cent.2. lib.
2.vbi Iaſ.Afflict. Tiraquel. Crauett.Moder.Pariſ.
Brun. & Curt. Iun. allegat.

13 Et licèt † ruſticus (ſecundum quod deducebat
d. Aduocatus) ille propriè dicatur, qui ruri ha-
bitat, per iura, & authoritates ab ipſo allegatas,
hoc eſt verum, quò ad quædam, puta, quod in cõ-
fectione teſtamenti ruſticorum non requirantur
ſolitæ ſolennitates.l.fin.C. de teſt. verùm quò ad
alia priuilegia conceſſa ruſticis, competunt etiam
aliis ruſticis licèt habitãtibus in ciuitate, arbitrio
tamen iudicis, vt docet excellentiſſimus Menoc.
in d. aureo tract. de arb. iud. caſu 194. cent. 2. in
princ. libr. 2. Et ſolidum fundamentum magiſtri
Ioannis, vltra prædicta, conſiſtit in deciſione
Corn.conſ.157.col.2.lib.2. & Rip.in tract. de peſt.
de rem. præſeruat.num.233. vbi in terminis deci-
dunt caſum noſtrum, dicunt enim, quòd ruſticus,
qui contrahit, non ſeruata ſolennitate venit ex-
cuſandus, nec reſponſiones domini Aduocati ex
aduerſo quidquam faciunt, cùm determinatio i-
pſorum ſit generalis, & vera.

Concludendum eſt igitur, dictum magiſtrum
Ioannem, qui emit, non ſeruatis ſolennitatibus,
eſſe excuſandum, per prædicta, cùm non ſolùm
ſit Ruſticus, ſed etiam ſimplex, prout mihi fuit
facta fides, ob quam ſimplicitatem venit pariter
14 excuſandus, † ſimplices enim repetere poſſunt,
veluti errantes. Bald. in l.1. in princ. C. ne fil.pro
patr. & ſimplicitati eſt ſuccurrendum. Card. in
clem. 2. in 2. not. de pœnitent. & remiſſ. arbitrio
tamen iudicis. Barb. conſ.6.colum.9.in fin.lib.4.
Menoc. præclarè in tract.de arb.iud.caſ.193.cent.
2.lib.2.vbi ex Bal. ſententia enumerat minores ru
ſticos, & mulieres.

15 Non obſt.quòd deducebat d. Aduocatus † ru-
ſticis non ſubueniri, niſi in caſibus à iure expreſ-
ſis, ex Alexand. in l. iuris ignorantiam. C. qui
admitt. cum ſimil. quia reſpondetur hanc regu-
lam procedere, quando ruſtici tractant de lucro
captando, non autem, quando tractant de dam-
no vitando. vt deducunt recentiores in d. l. iuris
ignorantiam.C.qui admit.vbi nec Alex. diſſentit.
Præterea, vt ſupra deduxi, eſt expreſſum in iure,
quòd ruſticis contrahentibus non ſeruata forma
ſtatuti ſubueniatur. Corn.d.conſil. 147. colum. 2.
16 lib.2. Conſiderata ergo æquitate, † quam iudices
debent habere ante oculos. l. quòd ſi epheſi.ff.de
eo, quòd cert.loc. & quæ debet præferri rigori.l.
placuit.C. de iud.ruſticis eſt ſubueniendum, ſi ita
iudici viſum fuerit, Menoc. in d.tract.de arb.iud.
caſ.194.in fin.cent.2.lib.2.

Stantibus igitur præmiſſis, prædicto magiſtro
Ioanni eſſe ſubueniendum, non eſt ambigendum
ipſum poſſe vti retentione d. vineæ, donec ipſi
17 fuerit ſatisfactum de dictis melioramentis, † etiã
quòd illa bona non ſint ei aliter obligata. l. in re-
bus.§. poſſunt. ff.commod.l.pen.ff.de dol.except.
l. & ſi in area.ff.de cond.ind.l. qua ratione.§. lite-
ræ.ff. de acquir. rerum dom. cum concord.addu-
ctis à Neguſan. in tractat. de pign.in 4.memb. 5.
part.princ. num. 8. 9. & ſeq.vbi aduertit impen-
dentes bona fide in re aliena, vt ſint cauti, ne re-
ſtituant rem, niſi prius conſequuti fuerint æſti-
mationem melioramentorũ, cùm nullum aliud
habeant remedium.d.l.ſi in area. in fi. ibi nullo a-
lio modo, quàm per retentionẽ.ff. de cond. inde.
Bar.Caſt.& Iaſ.in l.qui exceptionẽ.§.pen.ff.eo. ti.
de cond.



de cond.indeb.Neguſan. in loco ſuprà citato. vbi
duodecim declarationes ponit, quòd tu dicas
procedere licèt melioramenta non eſſent liqui-
data, vt d. ibi Neguſan.& vltra eum Capic.deciſ.
18 17.in cauſa. num.7. Immò † etiam malæfidei poſ-
ſeſſor deducit melioramenta. iuxt. lat. tradita à
præclariſſimo Menoc.in tract.recuper.poſſ.in 15.
remed.nu. 514. vbi moder. iſte excellens multa ad
propoſitum conferentia adducit, & meliùs cæte-
ris materiam melioramentorum declarat, ſi hoc
in malæfidei poſſeſſore, quantò magis in iſto, qui
eſt bonæ fidei poſſeſſor, auth. multò magis.C. de
19 ſac. ſanct. eccleſ. cum ſimil. Et in puncto † quòd
meliorationes, & expenſæ pro plantandis vineis
factæ poſſint repeti.tenuit vltra allegata, Caſtren.
conſ.327.viſo puncto.in 3. dubio, Neguſan.vbi ſu-
prà, num.11.in fin.

20 Et ſi tu dixeris, † vnà cum domino Aduocato
ex aduerſo, iſtas bonificationes debere excompu-
tari, cum fructib. à dicto magiſtro Ioanne perce-
ptis, c. ad noſtrã.extrà, de reb. eccleſ. non alien. l.
inſulam.§.fructus.ff.ſol. matrim. Reſponderi po-
teſt dupliciter ex intentione ſcribentium, & pri-
mò illud non procedere, quando fructus perci-
perentur ratione dominij vtilis, puta domini rei
emphyteuticæ, quia tunc non compẽſantur cum
fructibus.Fel. c. cùm cauſam.pen. & vlt. col. ex-
21 trà, de re iud. Secundò reſpondetur † tunc fructus
computari cum melioramentis, quando tempo-
re perceptorum fructuum fundus ratione directi
dominij ſpectaret ad petentem fundum, puta ad
iſtum don Philippum, qui cùm tunc temporis fa
ctorum melioramentorum, non eſſet rector. d.
Eccleſiæ, nec dominus fundi, propterea d.melio-
ramenta cum fructibus excomputari non debẽt,
ita accurat.poſt Bald.Caſtr.Alex. Iaſ. & alios do-
cet Neguſ.in d. tract.de pign.in 4 memb. 5. part.
princ. num. 14. & 15. qui duo caſus optimè appli-
cãtur ad caſum noſtrum. & in pulcherrimo caſu,
quando melioramenta cum fructibus excompu-
tentur, tradit Bero. conſ.79.num.62. & ſeq. lib. 2.

Quibus omnibus ritè animaduerſis ſententia-
ui ad fauorem magiſtri Ioannis, quò ad d. melio-
ramenta, condemnaui tamen ipſum ad reſtituen-
dum dictum fundum perſoluta ipſi magiſtro
Ioanni æſtimatione dictorum melioramento-
rum. manu ſer Philippi Peruſini Notarij Curia-
lis. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio fundi emphyteutici facta irrequiſito domino, & ceſſatio per biennium à ſolutione cenſus faciunt emphyteutam cadere in commiſſum.*

2 *Ratificatio non minus facto, quàm verbis fieri poteſt.*

3 *Mandatum ſufficiens ad faciendum principalem cadere in pœnam, quando dicatur.*

4 *Emphyteuta, qui non poßidet, non tenetur ſoluere canonem, & aßignatur ratio.*

5 *Mandatum ad ſoluendum vnuſquiſque regulariter cenſetur habere, fallit tamen vt ibi, cum declaratione.*

6 *Dominus, an poßit opponere de iure tertij, & an liceat domino directo vendicare rem emphyteuticam alienatam ab emphyteuta eo inſcio.*

7 *Emphyteuta alienans res emphyteuticas inſcio domino, regulariter cadit à iure ſuo, fallit tamen vt ibi.*

8 *Minor non poteſt alienare eius bona non adhibitis decreto, & aliis ſolennitatibus, & hoc regulariter, fallit tamen vt ibi.*

9 *Emphyteuta ad hoc vt priuetur iure ſuo, requiritur vera, & effectualis traditio.*

10 *Cauſam nõ eſſe deſertã in dubio pronũtiandũ eſt.*

### Argumentum.

**Emphyteuta, an, & quando cadat à iure ſuo ob alienationem de re emphyteutica factam irrequiſito domino.**

**Et an, & quando ob biennalem non ſolutionem cenſus incidat in commiſſum.**

RECTORES ſapientiæ nouæ de
Peruſia, dederunt in emphyteuſim
Ludouico Siluagij de dicta ciuitate
vſque in eius tertiam generationem
finitam maſculinam & fœmininã,
tenimentum terræ, de quo conſtat in proceſſu
per publicum inſtrumentum. Ludouicus præfa-
tus deceſſit, ſuperſtitibus ſibi capitaneo Antonio
Maria filio maſculo, & Veronica filia fœmina.Ex
Veronica nati ſunt Petrus Paulus prædefunctus,
Alexander, Pamphila, & Bernardina, qui & quæ
viuunt. Poſt mortem ſupra dicti Ludouici, primi
inueſtiti, capitaneus Antonius Maria eius filius,
poſſedit tenimentum terræ, de quo agitur, vſque
ad eius obitum. Poſt obitum capitanei Antonij
Mariæ poſſederunt dictum tenimẽtum terrę ſem-
per, Iulius & Beccutus filij Veronicæ nunquam
poſſederunt.Stantibus ſupra dictis veris in facto,
orta eſt lis, quia prædicta Alma domus ſapientiæ
nouæ mouit litem contra Iulium & Beccutum,
& commiſſa eſt cauſa ſuper deuolutione bono-
rum, tum ob alienationem de dictis bonis factam
irrequiſito domino, tum ob canonem non ſolu-
tum, & de pluribus fuit dubitatum.

Primò, an dictum tenimentum terræ reuerſum
fuerit ad ſapientiam nouam ob alienationem irre
quiſito domino factam, & canonem nõ ſolutum.

Secundò, an Iulius & Beccutus ſint comprehẽ-
ſi in inueſtitura, vel ſit lapſum fatale.

Vltimò, an Iulio & Beccuto fuerit in tempore
oppoſitum de iure tertij, nec fuerit in termino
exceptum, quod ſapientiæ non intereſt, & agit ſi-
ne actione.

Et omiſſis aliis fundamentis facientibus ad fa-
uorem dictæ ſapientiæ nouæ, videbatur ſufficere
1 illa, videlicet † alienatio facta de dicto fundo ir-
requiſito domino l.fin. C. de iur. emphyt. & ceſ-
ſatio per biennium à ſolutione cenſus, l.2. C. eo.
de iur. emphyt. præſupponitur enim quod do-
minus Blaſius Angelicus I. V. D. nomine filio-
rum, & filiarum dictæ Veronicæ, promiſit ita &
taliter curare alias de ſuo proprio, quod prædicti
permittent libere & ſine aliqua moleſtia, dictos

Iulium & Beccutum poſſidere dictum tenimen-
tum terræ, dicti olim capitanei Antonij Mariæ,
inter quæ bona cōprehendebantur bona iſta em-
phyteutica dictæ Almæ domus ſapientiæ nouę, &
licet dictus D. Blaſius non haberet mandatum ad
huiuſmodi alienationem faciēdam, nihilominus
poſt factam tranſactionem, facto & re ipſa dicti
Iulius & Beccutus, approbauerunt geſta à prædi-
cto magnifico D. Blaſio, cū filij Veronicæ ingreſſi
fuerint poſſeſſionem bonorum ipſis aſſignatorū
in tranſactione dicti pariter Iulius & Beccutus
2 poſſederant bona ipſis aſſignata, & ſic† ex dicta ta
cita ratificatione, quæ nō minus facto quam ver-
bis fieri potuit. l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab.
videbatur eos cediſſe ab eorum iuribus.

Ad fauorem conuentorum ſcripſit ſatis doctè
& eleganter excellens, & reuerendus Dominus
Ludouicus Senſus I.V.D. Peruſinus, quod qui-
dem conſilium fuit ſubſcriptum à quampluribus
excellentiſſimis doctoribus Peruſinis, videlicet
d. Ioanne Danzetta decano collegij, Luca Hercu-
lano, Ioan. Paulo Lācellotto, Marco Antonio Eu-
genio, Cornelio Benincaſa, Horatio Mauro, Ber-
nardino Alfano, Franciſco Cantutio, & Galiffo
Bacialla, adeo quod communem opinionem in
propoſito themate conſtituiſſe videantur, licet
omnes ſimpliciter confirmauerint conſilium ex-
cellentis d. Ludouici Senſi, principalis cōſultoris.

Solida fundamenta conuentorum ſunt duo.
Primò, quoad alienationem irrequiſito domino
factam, non eſt quid eis imputetur, quia licet d.
Blaſius prædictus habuerit mandatum ad tranſi-
gendum, ex quo tamen per dictam tranſactionē,
& alienationem, prædicti de Beccutis inciderent
in pœnam, eſt neceſſariò dicendum d. D. Blaſium
non habuiſſe mandatum ſufficiens ad faciendum
3 eos cadere in pœnam,† niſi in dicto mandato fue
rit dictum, vel niſi habuiſſet mandatum ita ſpeci-
ficū quod virtualiter ex eo iudicari poſſet, ipſum
d. Blaſium habuiſſe etiam mandatum ad faciendū
cadere in pœnam, prædictos de Beccutis, & licet
Dominus Aduocatus nihil alleget, hoc probat A-
lex. conſil. 39. num. 2. lib. 7. facit Ruyn. conſil. 138.
num. 25. lib. 5. Benint. deciſ. 94. proponebatur. Fe-
lyn. in cap. 1. colum. 7. vt lit. non conteſt. & noui-
ter poſt alios Bero. conſil. 25. viſis num. 13. libr. 3. &
Iacob. Emylian. conſil. 124. in cauſa. num. 13. Cum
ergo d. Blaſius, non ſolum non haberet manda-
tum ſpecificum, ſed immo nullum, non potuit
obeſſe dictis de Beccutis, vt inciderent in pœnā,
ſiue in commiſſum.

Ita pariter non poteſt dici iſtos de Beccutis in-
cidiſſe in commiſſum ob canonem non ſolutum,
cum non fuerit ſolutum, neque à filiis dictæ do-
minæ Veronicæ, neque à dictis Iulio, & Beccuto,
quia vt deducit dominus conſultor principalis,
filij d. Veronicæ comprehenſi in emphyteuſi, qui
tamen non poſſidebant, non tenebantur ſoluere
4 canonem, emphyteuta† enim qui non poſſidet,
non tenetur ſoluere canonem. Allegat conſ. Abb.
74. duo principalia. 1. vol. Caſtrenſ. conſil. 105. 2.
vol. Pariſ. conſil. 108. num. 42. lib. 1. Soc. Iun. conſ.
78. num. 13. & ſeq. lib. 1. & vltrà allegata per eum,
idem tradit Bald. in l. ſolennibus. C. de rei vend.
Cagnol. in l. qui actionem habet, num. 8. ff. de reg.
* iur. Iul. Clar. qui de magis communi* opinione
tēſtatur in §. emphyteuſis, quæſt. 8. verſ. ſed quæro
quid ſit emphyteuta. Bero. conſ. 196. in cauſa illo-
rum, nu. 9. lib. 1. & eſt ratio, quia, cùm non habeā
commoditatem rei emphyteuticæ, non teneor o-
nera emphyteuſis ſubire, nec hoc mihi debet im-
putari, quandiu tertius poſſeſſor contra me liti-
gat, arg. l. quandiu. C. qui admitt.

Iulius autem & Beccutus poſſidentes fundum
emphyteuticum, non tamen comprehenſi in in-
ueſtitura, non tenebantur ſoluere canonem, cùm
nihil conduxiſſent à dicta Alma domo ſapientiæ
nouæ. & quatenus voluiſſent ſoluere, iuſtè re-
ctores dictæ ſapientiæ recuſaſſent recipere cano-
nem, cùm (vt dicebam) non eſſent comprehenſi
in inueſtitura, niſi tamen habuiſſent mandatum
à dictis filiis Veronicæ comprehenſis in inueſti-
5 tura, quia † etſi regulariter vnuſquiſque cenſea-
tur habere mandatum ad ſoluendum. Crauett.
conſil. 129. & conſ. 191. vbi optimè declarat, quan-
do quis præſumatur ſoluere de propriis pecuniis,
vel alicuius tertij. Hoc tamen fallit pro ſolutione
fienda pro re feudali, ſiue emphyteutica, quia ſo-
lutiones huiuſmodi non poſſunt facere, niſi com-
prehenſi in feudo, vel emphyteuſi, vel niſi habue-
rit mandatum à dictis comprehenſis in feudo, vel
emphyteuſi. Bald. in l. acceptam. in fin. C. de vſur.
& hoc ea ratione eſt introductum, quia emphy-
teuta tenetur ſoluere canonem, non ſolùm ad fi-
nem liberationis, verùm etiam ad recognitionem
directi dominij, quam quidem recognitionem
non poſſunt facere, niſi comprehenſi in feudo,
vel emphyteuſi. Iaſ. conſ. 49. lib. 1. Cagnol. in l. in-
uito. num. 10. ff. de reg. iur.

Et iſtæ meæ reſponſiones magis videntur tu-
tæ, quàm illæ domini Aduocati datæ ad tertium
6 dubium, dum dicitur ſapientiæ non licere† op-
ponere de iure tertij, ſed ipſi emphyteutæ com-
prehenſo, Barth. poſt glo. in l. indebiti. §. ſed &
ſi nummi. in fin. ff. de cond. ind. & videtur eſſe
* comm.* opin. ſecundum Apoſtil. ibi ad Barthol.
in litera A. mihi enim illa opin. ſemper fuit viſa
falſa, prout animaduertunt ibi Alex. & Iaſ. nam
ſi ſimpliciter intelligeretur eorum opinio eſſet
dicere non licere domino directo vendicare rem
emphyteuticam, quando eam inſcio domino em
phyteuta alienaſſet, contra l. fin. cum ſimilib. C.
de iure emphy. verùm, ſi res emphyteutica occu-
paretur à tertio, tunc ex quo non eſt, quid impu-
tetur ipſi emphyteutæ comprehenſo, cùm eo in-
uito fuerit facta occupatio, & duret res illius em-
phyteutæ, vendicatio illa competit ipſi compre-
henſo, qui non deliquit, non autem domino di-
recto, & ita eſt intelligendus Barth. in d. §. ſed &
ſi nummi. in fin. & ego puto opin. contr. Barth.
* hodie eſſe magis comm.* cùm ab ea receſſerint.
Bald. Fulgoſ. Alex. & Iaſ. qui non ſunt minoris
authoritatis, quàm Butrig. Alber. de Roſ. & Caſt.
qui ſequuntur opin. Bart. ſed re vera ſi rectè per-
pendantur verba Barth. nulla eſt cōtrarietas, cùm
loquatur iuxta diſtinctionem à me relatam.

Vltimò, vltra allegata per dominum Aduoca-
tum pro dictis Iulio, & Beccuto contra dictam
Almam domum, facit ineuitabile fundamentum,
quòd in terminis, ac in indiuiduo decidit caſum
noſtrum.



noſtrum. Nam in proceſſu apparet, quòd ante trā-
ſactionem initam cum dicto Domino Blaſio, bo-
na illa poſſidebantur per dictos Iulium, & Beccu-
tum, ex hoc ſequitur, quòd licèt dimiſſio illa fuiſ-
ſet facta ab habente mandatum, immo ab ipſis
principalibus comprehenſis, non eis obfuiſſet a-
7 liquo pacto, quia, † & ſi regula ſit, quòd emphy-
teuta alienans res emphyteuticas inſcio domino
cadat à iure ſuo. l. 2. C. de iur. emphyt. fallit tamen
regula illa, quando bona illa non poſſidentur à di
cto emphyteuta, ſed ab aduerſario prout euenit
in caſu noſtro, tunc etenim eſt permiſſa dimiſſio,
& alienatio etiam inſcio domino, ita in indiui-
duo tradit Iaſ. in l. fin. num. 121. C. de iu. emph. Me-
noch. in tract. de arb. iud. caſu. 171. num. 75. lib. 2.
cent. 2. & magis in terminis in tranſactione, & di-
miſſione rei eccleſiaſticæ exiſtentis penes tertiū.
Alciat. reſponſ. 32. placet, num. 6. Tom. 1. lib. 2.

Facit in ſimili id, quod dicimus de minore, qui
8 † licèt non poſſit alienare eius bona, non adhibi-
tis decreto, & aliis ſolennitatibus. l. magis puto.
§. non paſſim. ff. de reb. eor. fallit tamen quando
bona minoris ab aduerſario poſſidentur, tunc et-
enim poterit tranſigere, & alienare etiam nō ad-
hibitis dictis ſolennitatibus. Alcia. reſpon. 94. nu.
9 5. Menoc. vbi ſuprà. Requiritur enim vera† & ef-
fectualis traditio ad hoc, vt emphyteuta, priuetur
* iure ſuo, eſt com.* opin. vt per Iul. Clar. poſt alios
lib. 4. recept. ſent. & emphyteuſis. q. 13. verſ. ſed
nunquid. Nec pars aduerſa poteſt ſe fundare in a-
liqua deſertione, & ſic, cùm ſimus in dubio, eſt
10 pronunciandum cauſam non eſſe deſertam, † vt
poſt Caſtren. Alexand. Caſſad. & Dec. tradit Seb.
Vant. in tract. de nullit. tit. vlt. num. 128. aſſerens
ita ſeruare Rotam, cúmque in aliis dubiis non fie
ret fundamentum. ideo ex præmiſſis ſententiaui
contra dictam Almam domum, & ad fauorem cō
uentorum, manu ſer Lemmi de Rubeis Notarij
Peruſini. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia licèt currat non obſtantibus impedimen-
tis infirmitatis, & abſentiæ, conceditur tamen re-
ſtitutio in integrum.*

2 *Impedimenta, ex quibus quis prætendit reſtitui
aduerſus curſum inſtantiæ, regulariter ſunt pro-
banda.*

3 *Iuramento poteſt doceri de impedimento, dummo
do non fuerit affectatum, & dummodo de tali
impedimento, quis fuerit proteſtatus.*

4 *Impedimentum belli poteſt probari per iuramen-
tum, & ſucceſſiuè impedimentum quibus concur
rentibus iuramento probetur.*

5 *Cauſam non eſſe deſertam regulariter in dubio
pronuntiandum eſt.*

6 *Impedimentum non iuuat in cauſa quæ poteſt ex-
pediri per procuratorem.*

7 *Impedimentū abſentiæ, vel infirmitatis aduoca-
ti, vel procuratoris non excuſat in loco vbi eſt
multitudo talium aduocatorum, & procuratorū.*

8 *Impedimentum non excuſat quando tolli poteſt.*

## Argumentum.

**Impedimenti materia aduerſus decur-
ſum inſtantiæ ad ipſum impediendum ex-
actiſſimè tractatur, ex quibus cauſis, &
quomodo detur. & impeditis qualiter
ſuccurratur.**

DON ANTONIVS Petri de Sa-
xoferrato titulo donationis inter vi
uos, donauit omnia ſua bona Scipio
ni eius fratri germano, quibuſdam
conditionibus, & pactis appoſitis,
reſeruatis ſibi, cauſa teſtandi, florenis viginti, &
vſufructu in eius vita. idem don Antonius præ-
tendens reuocare dictam donationem ob non ſer
uata pacta, ac etiam ob multas ingratitudines, in-
ſtituit iudicium in hac curia in ſecunda inſtantia,
& cauſa mihi commiſſa, fuit tantummodo dubi-
tatum an prædicta cauſa eſſet deſerta. Fuit proba-
ta ex parte d. Don. Antonij eius infirmitas, ac e-
tiam impedimentum, & abſentia d. Attilij de Sa-
xoferrato eius aduocati, licet enim exiſtentibus
1 talibus impedimentis† inſtantia currat, ſecundū
* magis communem opinionem,* de qua teſtatur
Marant. in tractat. iudic. part. 5. verſic. deuenio ad
quintam partem, num. 31. poſt Barth. Bald. Ioan.
de Imol. Alexan. Felyn. & alios, conceditur tamē
reſtitutio in integrum, vt ponit Marant. in ſupra
citato loco, talibus enim impeditis ſuccurritur. l.
ſuccurritur. cum ll. ſeq. ff. ex quibus cauſ. maio. &
in puncto in impeditis infirmitate. poſt Barth. &
Alexan. tradit Vant. in trac. null. in tit. de null. ex
defec. iuriſ. num. 161. verſ. ſi quis agitur, & alia im-
pedimenta cumulat Marant. in ſupra citato loco,
2 quæ † quidem impedimenta regulariter ſunt pro
banda per teſtes. argu. l. commeatus. ff. de re milit.
Barth. & Alexan. in l. 2. §. quòd diximus. ff. ſi quis
* cautionibus, vbi Iaſ. teſtatur de cōmuni* Vant. in
tract. nullit. in tit. de null. ex defec. iuriſd. nu. 166.
verſ. & erit aduertendum. & eſt text. in l. fi. §. illud,
ibi, euidentiſſimis probationibus. C. de tēp. app.
quē tex. in caſu quæſt. noſtræ allegat Rom. in ſin.
211. tu ſcis, & nouiſſimè hāc regulā ponit Nouell.
poſt reg. Pet. Duen. in reg. 25. incip. impedimentū.
3 Hæc tamen regula fallit tribus modis, † qui-
bus per iuramentum poteſt doceri de impedi-
mento, dummodo tamen non fuerit affectatum.
l. 3. §. ſubuenitur. ff. ad Sillan. Felyn. latè in cap. vlt.
de teſt. Silu. Aldeb. in §. item tria. in 7. lim. inſt. de
excuſ. tut. Grauat. in addit. ad prax. Veſtr. lib. 6. c.
vlt. nu. 24. Dummodo etiam de tali impedimento
quis fuerit proteſtatus. Affl. deciſ. 50. n. 3. Boer. de-
ciſ. 49. n. 5. Fel. in c. venerabilis, n. 7. de iud. Grauat.
* vbi ſ. d. nu. 24. in fin. & de cōmuni* teſtatur quod
requiratur proteſtatio, Miſing. in cent. 3. obſer. 59.
4 Primò, † quando impedimentum eſſet noto-
rium, puta quod anno proximè elapſo fuerit bel-
lum in partibus Galliæ, inter catholicos, & vgo-
nottos, vel quod ad præſens ſit bellum inter Chri
ſtianos, & Turcas, vel quid ſimile, huiuſmodi e-
nim impedimenta poſſunt probari per iuramen-
tum. ad not. in ſimili per Boer. deciſ. 40. Secundò
fallit, quando concurrerent aliæ cōiecturæ, quia
concurrentibus aliis cōiecturis impedimentum

poſſet probari per iuramentum.Rot.dec.311.in an
tiquis. Fel.in c.ex parte.col.pen.extra de reſcript.
Tertiò fallit in appellationibus ad curiam de lon-
ginquo,quia tũc impedimentũ poteſt probari per
iuramentũ,ſecus quando nõ de longinquo, Affli.
dec.79.in cauſa,n.2.Grauat.vbi ſ̃.n.24.in princ.

Et licet in caſu noſtro ſimus extra has difficul-
tates, cum per teſtes fuerit probata infirmitas.d.
don Antonij,& abſentia d.D.Attilij eius aduoca-
ti,placuit tamẽ huiuſmodi materiam, incidenter,
ordinatè tamen declaraſſe,ac diſtinctè ad effugiẽ-
das confuſiones doctorum. Faciebat etiam ad fa-
uorem d.don Antonij regula generalis quę eſt,in
5 dubio† pronuntiari debere cauſam non eſſe deſer
tam.l.1.vbi Caſtr.ff. ſi quis caut. & hæc erant quæ
ego conſideraui ad fauorem dicti don Antonij.

Negari tam iuridice non poteſt quin cauſa nõ
ſit deſerta per lapſum primi, & ſecundi fatalis,nõ
obſtantibus allegatis impedimentis,quia allegata
in contrarium procedunt quotieſcunque cauſæ
non ſunt tales,quæ poſſint per procuratorem ex-
pediri,hæc autem erat talis quæ poterat per pro-
6 curatorem expediri,merito † impedimentum nõ
iuuat. Vant.poſt alios in d. tract.de null.in tit. de
null.ex defec.iuriſ.nu.161.verſ.ſi quis igitur, idem
tenet Vant.ibi nu.164. Bar.in l. 2. §.fin.ff. de cuſt.
reo. Alex.in l.quæſitum.§.fin.ff.de re iud.doct. in
l.2.§.1.ff.ſi quis caut.Dec.in terminis,conſ.677.vi
ſis. & in c. in nomine domini,n.5. extra de teſtib.

Nec ſimiliter ipſum iuuat abſentia d.d.Attilij
eius aſſerti aduocati, quia in proceſſu non appa-
7 ret ipſum eſſe eius aduocatum, præterea † quem-
admodum labitur inſtantia non obſtante infirmi
tate, quando cauſa poteſt expediri per procura-
torem non obſtante impedimento principalis,
prout ſupra dictum fuit, ita etiam quando eſſet
infirmus vel abſens procurator,vel aduocatus,eſ-
ſemus tamen in loco,in quo alij aduocati,& pro-
curatores conduci poſſunt,quia doct. in hac ma-
teria peremptionis inſtantiæ faciunt ſolidum, &
8 generale fundamentum, † quod impedimentum
non excuſat quando tolli poteſt.Dec.d.conſ.677.
Old.conſ.247.cir.med.Bal.in l. quibus diebus. ff.
de cond.& dem.per tex.in c.fin. extra de elect. &
in c.cum ſit Romana.extra de app.Crott.conſ.87.
num.15.Natt.conſ.60.num.13.lib.1.

Huic autem don Antonio facile erat remoue-
re huiuſmodi impedimentum, & alium aduoca-
tum conducere,cum in terra Saxiferrati,quæ cõ-
tinue viguit præclariſſimis doctoribus, facile (vt
dicebam) fuiſſet alium aduocatum conducere,
propterea huiuſmodi excuſationibus ſe iuuare
non poteſt, licet non inficiar ſecus fuiſſe,quando
fuiſſemus in loco in quo de facili non potuiſſet
alium aduocatum conducere. propterea ſenten-
tiaui contra d. don Antonium cauſam deſertam,
& inſtantiam peremptã,manu ſer Octauiani Au-
relij Peruſini Not.Cur. Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator generaliter conſtitutus ad lites,& cau
ſas regulariter intelligitur cõſtitutus ad lites præ
ſentes tantum,non autem ad futuras.*
2 *Mandatum procuratorium ex quibus verbis co-
gnoſcatur inſeruire etiam ad cauſas,& lites fu-
turas.*
3 *Mandatum ad lites factum tempore quo dominus
nullas habebat lites, ne reddatur eluſorium, cõ-
prehendit lites futuras.*
4 *Procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum
& alienandum bona, intelligitur ad bona, quæ
conſtituens tunc habebat,non autem ad futura.*
5 *Mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi, & ab
eius forma non licet recedere, ſiue reſpiciat res,
ſiue perſonas.*
6 *Remiſsio facta à procuratore excedente fines mãda
ti non valet in præiudicium domini cõſtituentis.*
7 *Verba participij temporis relatiua poſita in man-
dato declarant in quibus ſit data adminiſtratio.*
8 *Procurator generalis ad vendẽdum non poteſt re-
mittere ius redimendi, etiam quod tempore quo
conſtituitur procurator, iam conſtituens emiſſet
cum pacto redimendi.*

### Argumentum.

Mandatum ad lites, vel ad vẽdendum,
an, & quomodo comprehendat lites, &
bona præſentia tantum, vel etiam futu-
ras,& futura.

Et multa traduntur concernentia facul
tates procuratorum,& validitates eorum
mandatorum,& in quibus poſſint nocere
conſtituentibus,vel non.

VRSINVS de Gratianis de Peru-
ſia,vendidit quoddam tenimentum
terræ Felcino de Gratianis ex eadẽ
ciuitate, cum pacto illud redimen-
di infra certum tempus, notarius
tantum ſtipulatus eſt dictam emptionem pro Fel
cino, qui facto eam ratificauit, cum poſſederit,
& poſſideat dictum fundum, & Capitaneus A-
ſtor ſimiliter de Gratianis procurator generalis
dicti Felcini, promiſit dicto Vrſino quòd dictus
Felcinus dictum tenimentum terræ reuendet, a-
lias de ſuo teneri voluit, durante adhuc tempore
redimendi, dictus Capitaneus Aſtor reuendidit
dictam petiam terræ dicto Vrſino, qui Vrſinus e-
git contra dictum Felcinum executiuè,pro relaxa
tione dictæ petiæ terræ.

Procurator ipſius Felcini replicabat,perperam
contra dictum Felcinum fuiſſe actum, cum ipſe
non promiſerit retrouendere, nec obligari ex re-
trouenditione facta per dictum Capitaneum A-
ſtorem, quia etſi eſſet procurator dicti Felcini, e-
rat nihilominus procurator ante emptionem à di
cto Felcino factam de dicta petia terræ, & conſe-
quenter non videbatur conſtitutus procurator
ad bona poſtea quæſita.

Videtur igitur dicendum dictam remiſſionem
ipſi Vrſino factam à dicto Capitaneo Aſtore,pro-
curatore dicti Felcini,non ſubſiſtere, quia cum di
ctus Capitaneus Aſtor eſſe per prius conſtitutus
procurator à dicto Felcino, quam Felcinus dictũ
fundum emerit, nõ videtur dictum Capitaneum
Aſto-



Aſtorem habuiſſe mandatum ad vendendum,
ſiue remittendum iura quæ non competebant i-
pſi Felcino tempore quo ipſum procuratorem
conſtituit.

Nam quemadmodum procurator generaliter
1 conſtitutus ad lites, & cauſas, †regulariter intelli
gitur conſtitutus ad lites præſentes tantum, non
autem ad futuras. Bart. & alij in l. omnem. ff. de
procur.Rot.deciſ.563.Felyn.in c.relatum.in 6.dif.
extra de off. deleg. Vant. in tract. nullit.in tit. de
null.ex defect.inhabilit.ſeu mand.num. 98. verſ.
ſeptimo.Grauat. in addit.ad Veſtr.lib.4.c.5.litera
G.nu.38.facit in arg.text.in l.ſi ita. ff.de au.& arg.
* leg.& eſt magis com.* opin.de qua teſtatur Fran.
Turz.in lib.ſuo com.opin. in opinione 93. incip.
ex text.num.3. adhibito tamen infrà ſcripto tem-
peramento,videlicet, quod duobus caſib. nõ ha-
2 beant locum quæ diximus.Primo, † quando mã-
datum haberet aliqua verba prægnantia ex qui-
bus poſſet dignoſci mentem conſtituentis fuiſſe
conſtituere ad omnes lites etiam futuras, puta ꝙ
in mandato diceretur ad omnes,& quaſcunq; li-
tes,& cauſas, quia niſi huiuſmodi cauſæ require-
rent ſpeciale mandatum, comprehenderentur in
mandato etiam cauſę futuræ.Rot.deciſ.19.in no-
uiſ.addit Alex.in addit.& Bar.in l.damni infecti.
§.ſi quis ita.verſ. futuras. ff.de dam.inf.Felyn. in
c. coram de offic. deleg. & in c. ſedes,num. 23.de
reſcript.Grauat.vbi ſ̃.nu.38.Secundo quando cõ-
ſtituens tempore quo conſtituit procuratorẽ nul
3 lam haberet litem, quia † ad hoc, ne mandatum
reddatur eluſorium,comprehenduntur etiam li-
tes futuræ.Rot.deciſ.19.fuit dubitatum. Vant. in
ſuprà citato loco poſt Bart. in l. in debitum.ff. de
cond.int.& in l.cum prætor.ff.de op.nou.nũciat.
* Grauat.vbi ſuprà, num.38.& eſt communis *opi-
nio,vt per Curt.Iun.in l.2.nu.43.ff. de iuriſd. om.
iud.quæ tamen limitationes nõ poſſunt adaptari
ad caſum noſtrum.

Sicut ergo regula eſt,quod habens mandatum
ad lites intelligitur tantummodo illud habere ad
4 præſentes tantùm.Ita procurator† iſte ad venden
dum debet intelligi conſtitutus ad vendendum,
& alienandum bona, quæ tunc temporis habe-
bat dictus Felcinus conſtituens, non autem po-
ſtea ab eo acquiſita, cùm præſertim non adſint
verba illa in mandato narrato in prima limitatio-
ne, ob quæ poſſit argui mens conſtituentis fuiſ-
ſe conſtituere ad vendendum etiam bona poſtea
quæſita, neque mandatum reddatur eluſorium,
cum tempore quo conſtituit procuratorem d. ca
pitaneum Aſtorem d.Felcinus haberet quam plu-
rima bona.

5 Facit vulgaris regula quæ eſt, quòd †fines mã-
dati ſunt diligenter cuſtodiẽdi.l.diligẽter,ff.man
dat.text.not.in c.cũ dilecta, de reſcript. vbi dicit
quod forma mãdati debet exacta diligẽtia obſer-
uari,ita vt ab ea recedere nullo modo liceat, ſiue
reſpiciat res,ſiue perſonas,idem voluit Bal.in l.1.
§.igitur.ff.de exer.& in c.cum veniſſent.de eo qui
mit.in poſſ.Rolan. à Vall. qui hoc declarat conſ.
43.num.38.lib.2.

Cum ergo iſte Capitaneus Aſtor exceſſerit fi-
nes mandati in remittendo ius redimendi, remiſ-
6 ſio † illa non debet valere in præiudicium dicti
Felcini conſtituentis.l. ſi procurator, & ibi Bart.
C.de procurat.Et non ſolum corruunt geſta con-
tra formam mandati,ſed etiam præter, citra, & vl
tra,c.Piſanis.vbi Abb. in 6.not.de reſtit.ſol.& di-
cit Barth.in l.item eorum.§.ſed ſi ita,quod cuiuſ-
que vniuerſ.nom.quòd geſta præter formam mã
dati dicuntur ipſo iure nulla,ſequitur Felin. in c.
cauſam.2.col.in verſ.æquiparant extra de ſenten-
tia & re iud.& paria ſunt non habere mandatum,
& illud non ſeruare, & eius fines egredi.Bal.conſ.
411.coniungamus ſtatutum.2.col.lib.1.

Nec illa verba poſita in mandato refragantur
prædictis,dum dicitur,dantes tibi in prædictis,&
7 quolibet prædictorũ, &c.quia † cùm ſint verba
participij temporis relatiua declarant in quibus
ſit data adminiſtratio, Socyn.Iun.poſt alios,cõſ.
22.num.29.lib.3.poteràtque forſan magis expedi-
re ipſi Felcino facere ipſam reuenditionem per ſe
ipſum quam per d.procuratorem,puta cauſa op-
ponendi aliquam compenſationem,vel ob aliam
ſimilem cauſam, quam in terminis noſtris conſi-
derat.Soc.Iun.d.conſ.22.num.21.lib.3. quod conſ.
in terminis, & in indiuiduo, immo in fortiori ca-
ſu, decidit caſum noſtrum, dicit enim Socyn.Iun.
8 quod † procurator generalis ad vendendum, nõ
poteſt remittere ius redimendi, etiam quòd tem-
pore quo conſtituitur procurator iam conſtituẽs
emiſſet cum pacto redimendi, & ſic ſumus in for-
tioribus terminis cum in caſu noſtro.d. Felcinus
non emiſſet fundum iſtum,in caſu autem Socyn.
Iun.conſtituens iam emiſſet fundum cum dicto
pacto,quod profecto videtur mirabile,cum pro-
curator in caſu Socyn. Iun.poſſit vendere, quòd
eſt plus,non autem poſſit remittere ius redimen-
di,quòd eſt minus, contrarium tamen ibi deter-
minat Socyn.Iun.per probatas & validiſſimas ra-
tiones,in caſu tamen noſtro ſumus extra omnem
difficultatem,cùm iſte capitaneus Aſtor procura-
tor non cenſeatur conſtitutus ad vendendum ni-
ſi bona quæ tunc temporis habebat dictus Felci-
nus conſtituens, arg.d.l.ſi ita.ff.de aur.& arg. le-
gat.ob quas rationes iam decreueram ſententia-
re ad fauorem d. Felcini, & contra dictum Vrſi-
num,ſed quia mihi fuit facta fides d.Felcinum ap
probaſſe dictam retrouenditionem factam per di
ctum capitaneum Aſtorem, ideo ſententiaui ad
fauorem d. Vrſini, & contra dictum Felcinum.
manu ſer Cęſaris Paulini Peruſini Notarij Curia-
lis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio regulariter non datur ab interlocuto-
ria.*
2 *Statutum ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem,
vel confirmatum à ſuperiore poteſt tollere appel-
lationem.*
3 *Raynaldi Rodulphi Iuriſconſulti Peruſini laudes.*
4 *Appellatio datur à pronuntia iudicis ſuper admiſ-
ſione,vel reiectione teſtium, & de ratione, & ex
amplificatione.num.5. & 7.*
6 *Statutum prohibens appellationẽ, ne reddatur ſu-*

*perſluum, cenſetur prohibere etiam in cauſis à iu
re permiſsis appellari.& exemplificatur in conſti
tutione Marchiæ Anchonitanæ denegante appel
lationem in cauſis poſſeſſoriis.*

## Argumentum.

Appellatio an detur in cauſa poſſeſſorij
à pronuntia ſuper admiſſione, vel reiectio-
ne capitulorum, vel teſtium.

Et multa traduntur ad materiam ſtatu-
torum loquentiũ in appellationibus ad-
mittendis vel non in cauſis poſſeſſoriis, &
declarantur.

CAPITANEVS Aſtor de Gratia-
nis de Peruſia, in cauſa quam habe-
bat cum d. Ioanne Baptiſta Marti-
nello de eadẽ ſuper poſſeſſione quo
rundam bonorum maximi momẽ-
ti, produxit quædam capitula coram domino Fa-
britio de Trebeio, tunc temporis Peruſię audito-
re, cuius anima quieſcat in pace, diebus enim ela-
pſis ab hac vita receſſit. erat enim vir, probus, qui
d.Fabritius reiecit quædam capitula, tanquam ſu
per eiſdem, vel directo contrariis, vel forſan ex
eo, quòd concernerent petitorium, à qua prouin
cia d. capitaneus Aſtor appellauit, & cauſa mihi
fuit commiſſa vna cum d.Iacobo Fattadochio de
Firmo, ad præſens Rotæ Peruſinæ Auditore.

Pro parte ergo dicti domini Ioannis Baptiſtæ
dicebatur ab huiuſmodi interlocutoria nõ licuiſ-
ſe appellare, ſtante ſtatuto Peruſino reiiciẽte ap-
pellationem ab interlocutoria, quod ſtatutum
1 eſt conſonum iuri ciuili † quo ſimiliter cauetur
ab interlocutoria regulariter nõ dari appellatio-
nem.l.ante ſententiam.ff.de app. recip.l.ante ſen-
tentiã.C.quorum appell.nõ recip.& hanc quæſt.
videtur in terminis decidere Bar.in d. l.ante ſen-
tentiam, quæ eſt lex 2.ff.de appell.recip. vbi dici-
tur, quòd ex eo non appellatur in cauſa poſſeſſo-
ria, quia grauamen illatum poteſt reparari in pe-
titorio, cauſa de qua agitur eſt huiuſmodi meritò
&c.nec poſſunt aduerſarij iuuari iure canonico
quo etiam ab interlocutoria datur appellatio. c.
cum ceſſante.c.fin.de appellat.quia ius canonicũ
eſt ſublatum per ſtatutum Peruſinũ confirmatum
à Sixto IIII. Pont.Max.ſimiliter huiuſmodi ſtatu-
tum non videtur tollere defenſionem. cle. paſto-
2 ralis.§.cæterum.de re iud. quia † per ſtatutum po
* teſt tolli appellatio.Doct.com.* in rub. de appel.
Nicel.in tract.conclu.glo.num.152.& ſeq.Bart.in
l. omnes populi, num.27.ff.de iuſt.& iu. vbi Mo-
der.Bon.numer.105.dicunt eſſe comm.opin.cum
Bar.quando ciuitas non recognoſcit ſuperiorem,
vel ſtatutum fuerit confirmatũ à ſuperiore prout
euenit in caſu noſtro.

Pro parte d. Capitanei Aſtoris ſcripſit doctiſ-
ſimè Excellentiſſimus d.Raynaldus Rodulphus
3 † Peruſinus iuris ciuilis, & literarum humanarũ,
nemini ætate noſtra ſecũdus, legens in hoc Almo
ſtudio in prima cathedra lectiones matutinas, cu
ius authoritas, & nomen adeo per orbem vaga-
tur, vt non ſolum Itali, & ex honeſtis familiis or-
ti conuolitent ad ipſum auſcultandum, verum e-
tiam ex remotis regionibus, & quamplurimi ex il
luſtriſſimis familiis.

Allegauit præfatus excellentiſſimus Doctor
Conſ.in terminis Corn.35.lib.1.quem refert, & ſe-
quitur Pet.Duen.in reg 52.in 9.fallen. vbi dicunt
in terminis non admittendæ appellationis in cau
4 ſa poſſeſſoria † non vendicare ſibi locum, quando
iudex pronunciat teſtes eſſe admittendos, vel nõ
eſſe admittendos, tunc enim regula nõ habet lo-
cum, & datur appellatio, & vltra d. Aduocatum,
ita inueni tenere Barth.Soc.in reg.22.poſt Bald.in
l.per hanc.C.de tempor.appel. & notata in c. in-
terpoſita.extra de app.& Grauat.in addit.ad prax.
Veſtr.c.10.num. 6. lib.3.verſ.rurſus. & d.Auditor
Rotæ ſupra relatus allegauit in terminis conſil.
Nat.172.in cauſa.par.1.vbi in materia decreti reii-
cientis appellationem ab interlocutoria, quando
alia expectari poteſt ſententia diffinitiua poſt ſe,
dicit non vendicare ſibi locum, quando iudex
pronunciaret, eſſe teſtes admittendos, vel nõ ad-
mittendos, quia tunc datur appellatio etiam ab i-
ſta interlocutoria, quemadmodũ ergo in caſu
Natt.etiam ſtante decreto reiiciente appellationẽ
datur appellatio, quãdo admittuntur, vel reiiciũ-
tur teſtes, ita eſt dicendum in caſu noſtro, etiam
ſtante ſtatuto Peruſino.l.illud.ff.ad l.Aquil. cum
ſimil. Et ea eſt ratio vltra d.aduocatum, quia † etſi
5 hoc damnum regulariter poſſit reparari in iudi-
cio petitorio, hoc tamẽ non eſt ſemper tutũ, exẽ-
plum in poſſeſſorio retinendę, in quo admittitur
etiam articulus concernens proprietatem, tan-
quam pertinens ad cauſam, ex quo facit obtinere
eum qui de titulo probat, ſtantibus probationi-
bus æqualibus.Dec.conſ.162.colum.3.in princip.
Marant.in tract.iud.par.4.incip.ſeptima principa
lis diſtinctio, num.20. vtique ſi probationes reii-
cerentur, vel obtineret ille qui fouet iniuſtam
cauſam, non poſſet præiudicium aliquando repa-
rari in petitorio, cũ interim teſtes informati poſ-
ſent eorum claudere diem, ſed quando teſtes exa-
minarentur in poſſeſſorio, licèt poſtea obirent,
poſſent eorum dicta reproduci in iudicio petito-
rio.l.fin.C.de teſtib.ex quo ergo imminet præiu-
diciũ irreparabile, vel cauſa mortis, vel qualibet
alia conſimili cauſa, non mirum igitur ſi à dicta
pronuncia, & ſi interlocutoria, etiam ſtante ſtatu
to, debet dari appellatio, quæ ratio licet ſit noua,
mihi videtur ſatis concludens, & iuri conſona, li
cet ab aliquo ex ſcribentibus (quos viderim) non
viderim cogitatam.

Et ſi tu dixeris huiuſmodi concluſioni adhuc
obſtare dictum ſtatutũ Peruſinum, reiiciens ap-
pellationẽ ab interlocutoria, quia cenſetur pro-
hibere etiam in cauſis à iure permiſſis appellari,
6 ne † ſtatutum reddatur ſuperfluum. Bald. in l.2.
C.de appell.Benint.deciſ.17.quæſitum fuit.in fin.
vbi etiã allegat.Neguſ.in tract.de pign. in 8. par.
princ.par.1.col.1.num.3.in fin.vbi dicit ſtante cõ-
ſtitutione Marchiæ denegante appellationem in
cauſis poſſeſſoriis, ex quo prouideat aliquid vltra
ius commune, debet denegari appellatio etiam in
caſibus à iure permiſſis. Reſpondeo negando aſ-
ſumptũ Neguſ.& aliorum, quòd conſtitutio ſiue
ſtatutum aliquid prouideat vtra ius cõmune, ſed
ad effu-



ad effugiendas immortalitates litium reduxerunt
ius canonicum ad ciuile, & ſic ſatis operatur, ſi
reducitur ius canonicum ad ciuile, nec lites fiant
immortales. qua reductione poſtea facta, conue-
niunt omnes declarationes ſtatuto, quæ conueni
7 rent iuri ciuili, quo iure ciuili inſpecto, † immo
ſtante ſtatuto de quo loquimur, datur appellatio
quando reiiciuntur, vel admittuntur teſtes, Corn.
d.conſ.35.libr.1.Pet.Duen. reg.52.in 9.limit. Bart.
Soc.reg 22.in 2.fall.Grauat.vbi ſuprà. & Nat.in d.
conſil.172.libr.1.& ſic ſunt intelligenda, & decla-
randa, quæ pro parte dicti domini Ioannis Bapti-
ſtæ Martinelli allegabantur, quibus, ex prædictis
videtur virtualiter reſponſum, & hanc opinio-
nẽ inueni poſtea tenere dec.Pedem.25.n.14. verſ.
contrarium. Iac. Menoch. in tract. de adipiſcen.
poſſ.rem.4.num.817.

Præfatus ergo d.Iacobus Fattadochius, & ego
vna cum voto Reuerendiſ. d.Buonſignori Finet-
ti huius Prouincię Gubernatoris digniſſimi, & pa
troni mei, ſententiauimus d.cauſam non eſſe re-
mittendam, & d.Capitaneo Aſtori licuiſſe appel-
lare, etiam ſtante prędicto ſtatuto Peruſino, & ſic
remanſimus iudices cauſæ principalis.c. vt debi-
tus.extra de appellat.manu ſer Simonetti Euſebij
Not.Curialis Peruſini.Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

# DECISIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in cauſa poſſeſſoria prohibetur per con-
ſtitutionem Egidianam, quæ ſeruatur in ter-
ris eccleſiæ, quicquid diſponat ius Canonicum.*
2 *Reſtitutio licet detur filiis etiam ex ſpolio facto pa
tri, hoc tamen debet probari.*
3 *Curiæ Peruſinæ ſtylus circa venditionem bonorum
debitoris ad inſtantiam creditoris, non valentis
conſequi ſuum creditum.*
4 *Ius tertij allegari non poteſt ad impediendam reſti
tutionem, etiam quod opponeretur de dominio
ipſius.*
5 *Tertius in cauſa poſſeſſorij poteſt opponere exce-
ptionem dominij, nec poteſt fieri reſtitutio omiſſa
iſtæ exceptione dominij iuris tertij.*
6 *Minores non poßident, nec dicuntur ſpoliati, & nõ
poſſunt agere ſpolio.*
7 *Regula quod à ſententia lata in poſſeſſorio, nõ de-
tur appellatio, limitatur multipliciter.*
8 *Appellatio ſtante inordinato proceſſu, datur etiam
in poſſeſſorio. & num.10.*
9 *Appellatio datur in poſſeſſorio à ſententia lata ſi-
ne cauſæ cognitione.*
10 *Oppreßis eſt ſuccurrendum.*
11 *Appellatio regulariter in dubio eſt admittenda.*

## Argũmentum.

Reſtitutionis aduerſus ſpolium materia
tractatur.

Tertius, an poſſit excipiendo de domi-
nio impedire petitam reſtitutionem ad-
uerſus ſpolium.

Appellatio, an, & quo caſu detur in ma
teria poſſeſſorij.

ANDREAS, & fratres de Caſtro
Viculi Comitatus Peruſiæ, ad præ-
ſens degentes in territorio Eugubij,
prætendentes ſe fuiſſe ſpoliatos à
quodam d. Franciſco Maria de Od-
dis de Peruſia, de quibuſdam petiis terrarum, ege-
runt poſſeſſorio reintegrandæ, contra d.Adrianũ
de Oddis filium dicti domini Franciſci, & cauſa
fuit commiſſa per Reuerendiſſimum dominum
Lucium Saxum huius prouincię Gubernatorem
digniſſimum, domino Candido Zitello de Nur-
ſia, ad præſens Commiſſario Apoſtolico hic Pe-
ruſiæ, pro prætenſa oppoſitione facta curiæ, qui
quidẽ d.Commiſſarius ſentẽtiauit ad fauorem d.
Ruſticorum, & cõtra dictum dominum Adria-
num, à qua ſententia d.d.Adrianus appellauit, &
cauſa fuit mihi commiſſa, inſtabatúrque per di-
ctos Ruſticos declarari in cauſa huiuſmodi poſ-
ſeſſoria non licuiſſe appellare.cùm & ſi non pro-
1 betur in proceſſu, omnes fratres poſſediſſe, † ſuffi-
cere tamen videtur poſſediſſe alterum ex ipſis. l.
communis ſeruus.cum ſummario Caſtrenſ.ibi.ff.
de acqui.poſſ.appellatio autem in cauſa poſſeſſo-
ria prohibetur per conſtitutionem Egidianam,
& de iure Ciuili, quæ cõſtitutio Egidiana, quic-
quid diſponat ius Canonicum, eſt ſeruanda in ter
ris Eccleſiæ.Pro parte dicti domini Adriani dice-
batur licuiſſe appellare, cùm ipſi egerint poſſeſſo-
rio reintegrãdæ ex ſpolio ipſis facto, in proceſſu
autem non probetur ipſos poſſediſſe, ſed eorũ pa-
2 trem, & † licèt filiis detur reſtitutio, etiam ex ſpo-
lio facto patri.Socyn.in l.rem, quæ nobis. in 2.
quæſt.num.10.ff. de acq.poſſ.Soc.Iun.conſ.34.nu.
10.lib.3.hoc tamen debet probari, ad tradita per
Menoch.in 1.reſponſ.cauſ. finarienſ.num. 143. in
proceſſu, hoc non probauerunt, meritò obtinere
non debent.

Secundò, prædictus d. Adrianus induxit quoſ-
dam teſtes probantes patrem dictorum Andreæ,
& fratrum fuiſſe colonum d. D. Franciſci Marię,
& remanſiſſe eius debitorem in quinquaginta
minis grani, & cuiuſdã quantitatis vini, ob quod
debitum dictas terras, de quibus agitur fuiſſe ad-
iudicatas cuidã Franciſco Lucæ Alberti Peruſini
eas ementis pro dicto domino Frãciſco Maria de
3 Oddis, iuxta ſtylum curiæ Peruſinæ, † quando e-
nim quis eſt creditor alicuius, & non valet ſatis-
fieri, committuntur quædam bannimenta, & tẽ-
pore ſubhaſtationis fiẽdę creditor procurat quod
tertius quidã offerat, & poſtea ille tertius retro-
uendit creditori, & debitor habet tempus ſex mẽ
ſium ad redimendum rem ita ſubhaſtatam. & li-
cet dictus dominus Adrianus nõ docuerit de re-
troceſſione ei, vel eius patri facta à dicto Fran-
4 ciſco Lucæ Alberti, & ſic † cùm ius tertij non poſ
ſit allegari à d.Adriano, ad impediendam reſtitu-
tionem, immo, etiã quòd opponeret de dominio
ipſius, Ioan.And.in c.ſi beneficia.verſ. non obſtat
regula.de præb.in 6.Dec.conſ. 84. cũm diffuſiſſi-
mè congeſtis nouiter ab Ant.Gab. in tract. com-
mun.concluſ.lib.5.concl.1.num.43. de reſt. ſpol.

* vbi de magis communi * teſtatur quando tamen
5 † exceptio iſta opponitur à tertio, prout fuit fa-
ctum in caſu noſtro, tunc non poteſt fieri reſtitu-
tio omiſſa iſta exceptione dominij iuris tertij. An
ton. de Butr. Abb. & Imol. in cap. in literis de reſt.
ſpol. Fel. in c. cùm ſuper. col. pen. de re iud. Guid.
Pap. ſing. 276. Soc. reg. 379. in 2. fall. cum concor-
dãtibus prope innumeris adductis ab Ant. Gabr.
in ſuprà citato loco, nu. 45. vbi nu. 46. poſt Bart.
& Alex. in l. ſi alienam. ff. de procur. dicit hoc ha-
bere locum dummodo ius tertij deducatur in a-
ctis, vel incontinenti conſtare poſſet, aliàs fieret
reſtitutio ſpoliato præſtita cautione, ius autem i-
ſtius tertij fuit probatum, meritò, &c. & hoc fun-
damentum ſufficit.

Videbatur etiam impedienda reſtitutio, quia
6 † cùm aliqui ex fratribus dicti Andreæ eſſent mi
nores, non valuerunt poſſidere. l. 1. §. adipiſcimur.
vbi doct. ff. de acquir. poſ. Tiraq. in tract. le mort.
ſaiſit. in princip. ſi non poſſederunt, minus
poſſunt dici ſpoliati, non poſſunt agere ſpolio,
cùm priuatio præſupponat habitum. l. decem. de
verb. obligat. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu.

7 Præterea illa regula, † quòd à ſententia lata in
poſſeſſorio, non detur appellatio, habet multas
limitationes congeſtas à Duen. reg. 52. & à Gra-
uat. in addit. ad prax. Veſtr. cap. 3. lib. 7. num. 38. &
inter alias, præcipua etiam eſt illa, quando pro-
ceſſus eſt inordinatus, prout erat iſte, qui erat in-
ordinatiſſimus, cùm modo experti fuerint vnam
actionem modo aliam, modo nomine patris, mo
do nomine filiorum, & modo nomine ipſius An
dreæ tantùm, immo in dicto proceſſu deſunt mul
ta folia, adeo, quòd impoſſibile ſit iuſtam ſenten-
tiam proferre, niſi reiterentur acta, & accuratiùs
8 † cauſa proponatur, ſtante igitur inordinatiſſimo
proceſſu, etiam in poſſeſſorio datur appellatio.
Innoc. in cap. ſignificauerunt. in ver. appellaſſe. de
teſtib. in c. ex conqueſtione. col. 2. extrà, de reſt.
ſpol. Ang. conſ. 46. ſtatuto ciuitatis Florẽtiæ. Nat.
conſ. 121. in cauſa poſſeſſorij, nu. 4. libr. 1. & de in-
ordinato proceſſu loquitur. Menoc. in tract. de
adipiſcend. poſ. in 4. rem. nu. 446. in quibuſdam e-
tiam caſibus datur appellatio in poſſeſſorio, de
quibus per Bero. conſ. 110. ad à ſententia. Item po
tuit appellare ab iſta ſententia licèt in poſſeſſo-
9 rio lata, † cùm fuerit lata ſine cauſæ cognitione.
Menoch. poſt alios in tractat. de adipiſc. poſ. 4. re-
med. nu. 485. Itidẽ quando ſententia eſt euidenter
iniuſta, Menoch. vbi ſuprà, num. 850. & vltra prę-
dictos Berenga. Fernand. in repet. §. nihil com-
mune. l. naturaliter. nu. 27. & 28. ff. de acq. poſſ. li-
cet enim Iudex à quo, ſit valde excellens, & ſit
pręſumẽdum quòd iſthęc omnia nouerit, nihilo-
minus forſan ex ſuprema authoritate à ſummo
pontifice conceſſa, fuit inductus ad credẽdum, e-
tiam extraiudicialiter forſan informatus, quòd
ruſtici iſti fouerent ius, cùm præſertim haberent
magnum aduerſarium, & ex primatibus Peruſiæ,
ego autem iuxta qualitatem meam iuriſdictionis
volens procedere per iuris tramites, non poterã,
niſi ſecundum acta, & actitata pro iuſtitia iudi-
care ad lat. tradita per Didac. Couar. lib. 1. cap. 1.
var. reſol.

Et ea eſt ratio, quod detur appellatio in iſtis ca
10 ſibus, quia † quando eſt inordinatus proceſſus,
non dicitur ritè cognitum, & ſic quis dicitur op-
primi, & oppreſſis eſt ſuccurrendum. cap. omnis
oppreſſus. 2. quæſt. 6. & nemini legitima defenſio
eſt auferenda. cap. cùm inter. extrà, de except. fa-
cit ad fauorem d. d. Adriani vulgaris regula quæ
11 eſt, † in dubio appellationem eſſe admittendam.
Nouiſſimè Rolan. à Val. poſt alios conſil. 18. nu-
mer. 3. lib. 3.

Reuocaui igitur ſententiam domini iudicis à
quo, & abſolui dictum dominum Adrianum ab
obſeruatione iudicij, reſeruato iure ipſis Andreę,
& fratribus meliùs agendi, manu ſer Hieronymi
Euſebij Peruſini Not. Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Curiæ Peruſinæ ſtylus circa licentias, & mandata executiua.*
2 *Captura etiam nulla debet confirmari, & quomodo id fiat.*
3 *Carceratus, licet iniuſtè, ſi captura de nouo erat cõmittenda, non eſt relaxandus.*
4 *Tenuia (licet nulliter conceſſa) debet confirmari.*
5 *Statutum Peruſinum, & ſtylus curiæ Peruſinæ circa capturas debitorum quomodo intelligatur, & practicetur.*

### Argumentum.

Captura conceſſa abſque renouatione licentiæ, & non ſeruata formula ſtatuti ſoli, an retractetur, vel teneat, & confirmetur.

DOMINVS Franciſcus Piccinus de
Peruſia, carcerari fecit quendam Ru
ſticum eius debitorem, abſque tamẽ
renouatione licentiæ prout requiri-
tur tam ex diſpoſitione ſtatuti Peru-
1 ſini, quàm etiã ex ſtylo huius curiæ, † quampri-
mum enim accedit nouus Gubernator ad hanc
prouinciam, non poſſunt exequi licentiæ, & mã-
data executiua per prius relaxata, niſi priùs reno-
uentur.

Nihilominus ex quo Ruſticus ille confiteba-
tur debitum, ego pronunciaui dictum Ruſti-
2 cum non eſſe relaxandum, quia † captura etiam
nulla debet confirmari. Caſtrenſ. conſil. 39. in
cauſa capturæ, & in l. fin. §. fin. ff. quod met. cauſ.
Dec. conſ. 449. num. 19. ahibita tamen diſtinctio-
ne. Bero. in conſ. 162. num. 15. libr. 3. vbi poſt alios
dicit, quod ſi quis debitor fuit indebitè, & non
ſeruata forma carceratus, practica eſt, quòd reuo-
cetur captura, ſed ſtatim confirmetur, & non rela
xetur, idem tenet Crauet. in conſ. 46. num. 7. poſt
Caſtrenſ. Ang. Alex. Iaſon. Abb. Anch. Soc. Curt.
* Iun. & alios. & iſta eſt com. * opin. quòd iniuſtè,
3 & perperam † carceratus, ſi de nouo captura erat
committenda, carceratus ille non ſit relaxandus.
Gozad. conſ. 21, col. 7. ante med.

Ita di-



4 Ita dicitur de tenuta, quæ † licet nulliter con-
ceſſa fuerit, debet tamen confirmari. Angel. & A-
lex. in l. ſi finita. ff. de damno inf. ſequitur Crauet.
d. conſ. 46. num. 7.

Nec obſt. ſtatutum Peruſinum, & ſtylus curiæ,
quia ille debitor non detinetur ex prima captura
5 ſed ex confirmatione facta, præterea † non paſſim
omnes debitores capiuntur, non renouatis licen
tiis, ſed quando aliquando euenit vt capiãtur, me-
liùs eſt conſulere creditoribus quàm rigori ſtatu
ti, & ita ſeruatur in curia Reuerendiſſimi Guber-
natoris, ſiue Illuſtriſſimorum legatorum huius
prouinciæ, & hoc tantò magis eſſet conceden-
dum, quando debitores non eſſent admodum ſol
uendo, & ſic, vt ſuprà iudicaui, manu ſer Simo-
netti Euſebij Notar. Peruſini Curialis Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Capi vt quis poßit tanquam ſuſpectis de fuga, ante omnia debet conſtare de credito, & de deterioratione poſt contractum debitum.*
2 *Suſpicio fugæ non poteſt probari per iuramentum, ſed per duos teſtes, vel per iuramentum.*
3 *Fides de debito liquido, & claro fieri debet ad obtinẽdam capturam contra aliquem pro ſuſpitione fugæ, & pro parua quantitate quis non debet iurari ſuſpectus.*
4 *Iuramentum creditoris ex communi obſeruantia ſufficit pro ſuſpicione fugæ, & facilius admittitur, quando eſt periculum in mora.*
5 *Iuramentum contra ſuſpectum de fuga ſufficit deferri à notario, cùm nõ ſimus in iis, quæ expediri ſolent iudice ſedente pro tribunali.*
6 *Creditum quomodo ſufficiat docere ex ſtylo curiæ Peruſinæ, ad effectum obtinendi capturam cõtra ſuſpectum de fuga.*
7 *Mandatum de capiendo in curia Peruſina conceditur aliquando, etiam non docto de credito, & quando.*
8 *Periculum eſſe in mora, & quem eſſe ſuſpectum de fuga, quando dicatur.*
9 *Arbitrio iudicis relinquitur, pro quibus quantitatibus velit concedere mandatum executiuũ contra aliquem.*
10 *Mandatum executiuum conceditur contra laniones, etiam quòd creditores à principio habuerint ſcientiam eos non eſſe ſoluendo.*

### Argumentum.

Materia mandati executiui contra ſuſpectos de fuga tractatur, contra quos, quomodo, pro quota quantitate, & quæ requirantur ad illud obtinendum tam de iure, quàm de conſuetudine.

FVERVNT capti quidam tanquã
ſuſpecti de fuga, procurator ipſo-
rum dicebat eſſe malè captos, cum
(etſi conſtet de debito) non tamen
deteriorauerunt eorum conditio-
1 nem, † ad hoc enim, vt quis poſſit capi tanquam
ſuſpectus de fuga, ante omnia debet conſtare de
credito, & deterioratione poſt contractum debi-
tum. Bart. in l. ſi creditores. ff. de priuil. cred. Soc.
* in reg. 34. & 78. vbi de com. * atteſtatur. Rip. in l. 2.
num. 37. ff. ſolut. matrim. Rol. à Val. nouiſ. conſil.
65. num. 8. & ſequen. lib. 3. & vltra eum doctiſſi-
mus Menoch. in tract. de arbitr. iud. caſu. 87. num.
14. lib. 2. cẽtur. 2. vbi poſt Ang. dicit reprobari pra-
cticam aduocatorum, qui faciunt capi decocto-
res ſolo iuramento abſque eo, quòd probent tẽ-
pore obligationis debitorem fuiſſe diuitem, dein
de eſſe effectum pauperem, & ibi Rol. atteſtatur
de com. dicítque nu. 9. mutationẽ debere eſſe in-
ſignem, & notabilem, nec ſufficit ſecundum eum
ibi, nu. 10. quod ſubſequatur poſt capturam pro-
batio ſuſpitionis, quia præcedere debet.

2 Nec † ſuſpitio poteſt probari per iuramentũ,
ſed per duos teſtes, vel inſtrumentum, ita Bald.
Ang. Aret. Alex. Hercul. Lanfranc. Cott. Duen.
Curt. Rip. Dec. Pariſ. Parpal. Matheſ. Iaſ. Bologn.
relati per Excellentiſſimum Rol. à Val. d. conſ. 65.
num. 11. 12. 13. & 14. vbi poſt Corn. conſ. 36. litera.
* D. lib. 4. atteſtatur de comm. * opin. & hæc, quoad
ſuperuenientiam ſuſpitionis.

3 Debet pariter † vt dicebam fieri fides de de-
bito liquido, & claro, Bald. in l. apertiſſimi, ad fin.
C. de iud. in l. conſentaneum, col. 5. ver. quæro. C.
quomodo & quando iud. Caccialup. in tract. de
debit. ſuſpect. de fug. 6. q. princip. colum. 7. vbi di-
cit, quòd pro parua quantitate quis non debet iu
rari ſuſpectus, idem dicit Menoch. in tract. de arb.
iud. caſu 87. n. 21. lib. 2. cent. 1. & quòd debeat fieri
fides ante omnia de credito, multos allegat Rol.
à Val. d. conſ. 65. num. 18. lib. 3.

Hæc erant in ſubſtantia, quæ me ancipitem red
debant, ne concederem mandata de capiendo, cũ
tantùm docerent de creditis, quo verò ad ſuſpi-
tionem fugæ, tantummodo iurabant, verebárque
de doct. Neuiſ. in conſil. 25. vbi dicit caueant iudi-
ces, ne ad capturas perſonarum procedãt ita leui-
ter, ne ignorantiæ ipſorum attribuatur. Credo ta-
men, quòd ſi Neuiz. fuiſſet creditor aliquarum ſi-
milium perſonarum ſciuiſſet perſuadere iudices,
vt docto de credito ſtarent ipſius iuramento, ne
donec iudex informatur de ſuſpicionibus, debi-
tor aufugiat.

Quare Paul. de Caſtr. in conſil. 40. ſecundum
4 antequam impreſſionem tenuit, † ſufficere iura-
mentum creditoris iurãtis, debitorem habere ſu-
ſpectum de fuga, dicítque ibi ſeruari per totum
mundum, & faciliùs admittetur, quando eſt pe-
riculum in mora, ſecundum Innocen. in cap. quo-
niam frequenter, extrà vt lite non conteſt. Caccia
lup. in tract. de deb. ſuſpect. in 6. q. princ. num. 12.
nec in hoc caſu, quando eſt periculum in mora
diſſentit Rol. d. con. 65. n. 26. lib. 3. Dec. cõſ. 75. col.
2. verſ. quartò hoc. Pariſ. conſ. 99. n. 32. in fin. libr. 1.
Menoc. in tract. de arb. iud. caſu 87. n. 3. lib. 2. cen.
1. vbi poſtea in diſcurſu illius c. dicit hoc eſſe iu-
dici arbitrarium.

Accedat prædictis conſ. Bero. 10. nu. 5. lib. 3. vbi
etiam facit mentionem de dicto conſ. Dec. 77. di-
cit enim Bero. quòd creditor præſumitur igno-
raſſe debitorẽ à principio fuiſſe nõ ſoluẽdo, cùm

in dubio quis præſumatur idoneus, quòd credi-
tor poteſt ipſum iurare ſuſpectum, & quòd ſuffi-
ciat iuramentum creditoris, tenuit Bero. conſil.
5 12.nu.7.lib. 3. vbi dicit, † ſufficere tale iuramentũ
deferri à notario, cùm non ſimus in his quæ ex-
pediri ſolent iudice ſedente pro tribunali, & n.15.
dicit, quod & ſi iudex à principio potuiſſet dene-
gare capturam propter aliqua à iudice omiſſa, ta-
men ſi illam conceſſit, ea ſuſtinetur, nec debitor
ſecundum eum relaxari debet, donec non cauerit
de iudicio ſiſti. & iudicatum ſoluendo, & hanc
partem de iure ſemper tenui veriorem, ſed in hac
curia Peruſina ſumus extra omnem dubitationẽ,
immo in prouincia Marchiæ Anchonitanæ, &
credo in tota ditione eccleſiaſtica, ſtatur enim
quoad ſuſpicionem ſolo iuramento creditorũ, &
ita hîc paſſim ſeruatur.

6 Quo verò ad creditum, † ſufficit ex ſtylo hu-
iuſce curiæ probari, vel per inſtrumenta, vel per
vnicum teſtem cum iuramẽto creditoris, vel per
libros mercatorum, vel per apocas ſcriptas ma-
nu debitorum, etiam nõ recognitas, iurant enim
talem habere ſuſpectum de fuga, vel ex eo, ꝙ non
poſſideat immobilia, vel non ſufficientia pro cre
dito, ad latè poſita poſt alios per Rolan. d. conſ.
65.libr.3.& per Menoch. vbi ſuprà. in iſtis enim
duobus locis, adeo explanatur iſtæc materia, vt
non fuerit relictus additioni locus, & mihi vide-
tur dedecus tranſcribere ad verba dicta Moder-
7 norum, apud enim peritos deridentur, & † in i-
ſta curia Peruſina, aliquando conceditur manda-
tum de capiendo etiam non docto de credito,
quando tamen is, qui petit mandatum eſt merca-
tor, vel alius fidedignus, qui ſtatim pollicetur iu-
dici velle docere de credito, iurátque non ſolùm
eum habere ſuſpectum, ſed etiam eſſe periculum
in mora, quod etiam iuri conſonum eſt, quando
eſt periculum in mora. Ang. in l. nemo carcerem,
C. de exact. trib. lib. 10. Rom. in l. 2. in princ. ff. ſol.
8 matr. Nat. conſ. 430. num. 6. lib. 2. & † tunc dicit eſ
ſe periculum in mora, & quem eſſe ſuſpectum de
fuga, quando quis eſt forenſis, vel receſſurus, aut
non poſſidet immobilia. Bart. Bald. & Ang. in l.
ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan. Natt. d. conſ. 430. n.
2. lib. 2. qui quidem debitor ſuſpectus de fuga, po-
teſt capi etiã lite pendente. Iaſ. in l. ſi ab arbitro. 2.
col. in fin. verſ. quid ſi lite pendente. ff. qui ſatiſd.
cog. Ant. Gabr. lib. com. concl. lib. 2. concl. 4. n. 30.
tit. de iudic.

Circa quantitates pro quibus mandata executi
9 ua relaxantur hoc † eſt arbitrarium iudicis. Iaſ. in
l. ſi ab arbitrio, num. 5. ff. quid ſatiſd. cog. Menoch.
in d. tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 87. in fi. Hîc
tamen Peruſiæ multoties conceditur mandatum
pro credito vnius ſcuti, arbitrio dominorum Au-
ditorum pro tempore attẽta qualitate debitoris
ipſius ſuſpecti.

Quibus optimè per me percunctatis pronun-
ciaui dictos debitores eſſe bene captos, nec fore
relaxandos, donec non cauerint de ſtan. iuri &
iudicadum ſoluendo, quę mandata conceduntur
etiam contra Peruſinos non poſſidentes immo-
bilia, & creditores eos iurant ſuſpectos, immo,
10 † conceduntur contra laniones, etiam quòd cre-
ditores à principio habuerint ſcientiam eos non
eſſe ſoluen. quod in ſimili facit doctr. Bal. in rub.
C. de reuo. his, quæ in fraud. cred. n. 5. quem ſecu-
tus eſt Iaſ. in d. l. ſi ab arb. iſti enim laniones con-
flant multa debita, deinde tranſactis diebus bac-
canalibus, ſe abſcondunt, propterea contra iſtos
paſſim cõceduntur mandata executiua, tanquam
cõtra ſuſpectos de fuga, licet aliquãdo eſſet impu
tandũ creditoribus, qui non curant vendere ani
malia iſtis decoctis, vt vendant plus iuſto pretio.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Cautela pro mente res furtiuas.*
2 *Domino vero non debet auferri vendicatio rei ſuæ.*
3 *Pubicè, vel palàm quid fieri, differũt, & quid ſit publicè, & quid palàm.*
4 *Cridæ ſeu proclamata excludunt quencumque habentem ius in re, vel ad rem.*

### Argumentum.

Emptor rei furtiuæ vt non teneatur abſque refectione pretij reſtituere rem emptam vero domino, quid facere debeat.

QVIDAM Mengãna Hoſpes in ſu-
burbio Sancti Petri de Peruſia, e-
mit à quadam muliere, quoſdam
pannos lini, cum proteſtatione,
quod ſi non eſſent illius mulieris,
intelligebat emere pro vero domino, poſt non
multos dies fuit repertus dominus dictorum pã-
norum, qui dum volebat à dicto hoſpite recupe-
rare pannos oppoſuit de proteſtatione per ipſum
facta, & offerebat ſe paratum reſtituere pannos,
quatenus ei redderetur pretium exburſatum,
1 † iuxt. cautelam Bart. Cæpolæ. 10. qui dat cautelã
ad text. in l. 2. C. de furt. vt fiat proteſtatio per e-
mentem, quod intendit emere pro vero domino,
allegat Hoſtienſ. in loco de quo ibi per eum.

Ego verò ſemper tenui dictam cautelam Cæ-
pol. falſam, quam etiam reprobat Nat. in cõſ. 436.
iſte Marcellus n. 2. lib. 5. Iacob. Mand. licet de Cæ-
pol. mentionem non faciat, conſ. 84. caſus. Boſſ. in
tit. de furt. num. 50. vbi dicit debere fieri procla-
ma ad hoc, vt emptor poſſit recuperare pecunias.
Alciat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. nu.
20. licet eã non approbet, nec improbet. Iul. Clar.
in eius pract. crim. §. furtum. lib. 5. verſ. ſed hîc in-
cidenter quæro.

Si enim dicta cautela eſſet vera aufferretur ve-
2 ro domino vendicatio rei ſuæ † contra l. id, quod
noſtrum eſt. ff. de reg. iur. pręſertim cùm hęc pro-
teſtatio arguat dolum ex coniecturis in empto-
re, qui putabat rem illam eſſe alienam. Bart. in d. l.
2. C. de furt. arguitur etiam dolus in emptore ob
eius nimiam diligentiam. gl. in l. ſi quis ſub con-
ditione. ff. de condit. inſtit.

Vlte-



Vlterius dicta cautela redditur falſa per ea,
quæ ipſemet Cæpol. allegat. Hoſtien. enim in lo-
co per ipſum citato dicit proteſtationem iſtam
3 debere publicè fieri, eſt tamen differentia, † quòd
aliquid fiat publicè, vel palàm, quia publicum di-
citur, quod omnibus patet. Bartol. in l. 1. §. pen. ff.
de ſuſp. tut. palàm dicitur fieri coram duobus, vel
tribus. Fel. in c. exceptionem, col. pen. extrà, de ex-
cept. ad hoc ergo, vt emptor poſſit recuperare
pretium, debet facere proclama. vt dicit Boſſ. in d.
4 tit. de furt. numer. 50. iſtæ † enim cridæ excludunt
quemcunque habẽtem ius in re, vel ad rẽ. Alciat.
reſponſ. 57. quæritur num. 2. Tom. 1. lib. 2. cùm er-
go d. Menganna non fecerit proclama. ſed tantũ-
modo fuerit proteſtatus, ego pronunciaui contra
ipſum, non obſtante. d. proteſtatione obligatum
eſſe ad reſtituendum pannum emptum vero do-
mino, etiam non facta recuperatione pretij per
eum perſoluti, manu ſer Horatij Peruſini Not.
Cur. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas, quando non eſt ſoluendo, propter neceſſitates poteſt imponere collectas.*
2 *Collegio cuicunque licito competit facultas imponendi collectas pro ſuis neceſſitatibus.*
3 *Collectæ quæ imponuntur per collegia, & vniuerſitates ex cauſa neceſſitatis, poſſunt imponi incõſulto principe, licèt aliàs requiratur conſenſus principis.*
4 *Collectas indicendi ius ſpectat àd ſupremos principes, & eſt de regalibus ipſius principis.*
5 *Onus eſſe debet vbi eſt emolumentum.*
6 *Ioannis Pauli Lancellotti Iuriſconſulti Peruſini laudes.*
7 *Collectæ imponi debent citatis citandis.*
8 *Collecta debet eſſe æqualis.*
9 *Collectæ non debent ſolui vniformiter quolibet anno, ſed ſolutio debet variari ſecundum neceſſitates occurrentes, & occurrentium caſuum.*
10 *Neceſſitatis cauſa ceſſante, ceſſat id, quod ob neceſſitatem eſt conceſſum.*
11 *Bona communis, an priùs requirentibus ciuibus ſint exponenda, quàm fiat indictio muneris.*
12 *Damnũ, vel lucrũ ceſſans allegãti quid incumbat.*

### Argumentum.

Collectarũ materia tractatur qualiter, & quibus caſibus imponi poſſint, & ipſas imponendi ius ad quem pertineat.

HOMINES Collegij Aromatario-
rum ciuitatis Peruſiæ aſſerentes di-
ctum collegium habere aliquas ne-
ceſſitates, impoſuerunt collectam
omnibus aromatarijs dictæ ciuita-
tis, degentibus tam in plateis, quàm extra pla-
teas, videlicet, vt vnuſquiſque ex dictis aromata-
riis ſolueret tantum pro quolibet die feſtiuo, quo
dicti aromatarij aperirent apothecas, quod qui-
dem decretum fuit confirmatum à Reuerendiſſi-
mo domino Lucio Saxo, tunc tẽporis huius pro-
uinciæ Gubernatore digniſſimo, & domino meo
obſeruandiſſimo.

De qua quidem impoſitione maximopere cõ-
queſti fuêre aromatarij degentes extra plateas, di-
centes hanc indictionem collectæ fuiſſe factam
in fraudem ipſorum, cùm omnes aromatarij ex-
tra plateam, continuè & vnoquoque die feſtiuo
aperiant apothecas, degentes verò in plateis non
omnes aperiãt apothecas, ſed vnus tãtũ pro quo-
libet die feſtiuo, adeo, quòd degẽtes extra plateas
omnes ſoluunt quolibet die feſtiuo, aromatarij
verò de plateis, non omnes ſoluunt, ſed vnus tan-
tũ pro quolibet die feſtiuo, prout ſuprà dictũ fuit.

Ad fauorem aromatariorum de plateis facie-
bat, quia certi iuris eſt, quòd quando vniuerſitas
1 non eſt ſoluendo, † tũc propter neceſſitates ipſius
vniuerſitatis poteſt imponere collectas. gl. in §. ſi
quis igitur ex qualibet in verſ. perſoluit. auth.
quib. mod. nat. effic. ſui. Ang. in l. 4. §. actor. ff. de
re iud. glo. in c. cùm dilecta, extrà, de reſcrip. Bart.
& alij in l. 1. §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſque v-
niuerſ. nom. Crauett. conſ. 195. nu. 1. Nat. conſ. 520.
num. 20. lib. 3. eſt communis opinio, de qua no-
uiſſimè teſtatur Egid. Thom. in tract. de collect.
mihi. car. 358. num 3. & ſeq. vbi innumeros cumu-
lat obiectiſque reſpondet, & non ſolùm pro ne-
ceſſitatibus licet vniuerſitati, & municipio impo
2 nere collectas, † verùm etiam cuicunque alio col
legio licito, prout eſt illud, & in collegio cerdo-
num reſpondit Anchar. in cap. fin. in fi. de his, quę
fiunt à maior. par. cap. Felyn. in c. cùm omnes. n.
16. extrà de conſtit. & in vniuerſitate ſtrazarolũ
conſuluit Socy. Iun. conſ. 38. nu. 8. lib. 1. & nouiſs.
Nicol. Feſtas. Mutin. in tract. de æſtim. & collect.
3 part. 2. nu. 17. & † huiuſmodi collectæ, quæ impo-
nunt per iſta collegia, & vniuerſitates, poſſunt
imponi etiam inconſulto principe, licet aliàs re-
quiratur cõſenſus principis. Fel. in c. cùm dilecta.
4 num. 20. verſ. adde. extrà de reſcript. & † cùm alias
ius indicendi collectas ſpectet ad ſupremos prin-
cipes, & ſit de regalibus ipſius principis. c. 1. quæ
ſint. regal. l. quidquid. C. de vectigal. l. vectigalia.
C. nou. vectigal. impo. non poſ. latiſſ. Moder. Egid.
Thomat. in tract. de collect. car. 357. num. 3. & eſt
tex. in terminis in l. placet. C. de excuſat. mun. vbi
etiam præfecto prætorio inhibetur, ne grauami-
na indicat.

Nec videbantur poſſe grauari Aromatarij ex-
tra plateas, ex quo quolibet die feſtiuo aperiebãt
omnes apothecas, & ſic plus perſoluebant, quàm
Aromatarij de plateis, quia debet attendi quod
principaliter agitur. l. non omnis. ff. ſi cert. petat.
Secundò, non videtur poſſe conſiderari aliena in
æqualitas, quia dato, quòd plus grauarentur A-
romatarij extra plateas, quàm illi de plateis, rele-
uantur tamen in alio, quod vnoquoque die feſti-
uo omnes poſſunt aperire apothecas, quod non
licet aromatariis de plateis, & ſic magis ſuperlu-
5 crantur, & † vbi eſt emolumentum, ibi quoque
onus eſſe debet, §. 1. inſt. de legit. patron. tutel.

Ego in hac cauſa, conſiderabam, quantum ad
primũ caput impoſitionis, & authoritatis ipſius
collegij, quatenus vrgerent neceſſitates, & ſer-
uaſſent ſeruanda, habuiſſe authoritatem in dicen-

di collectas, ſed quia, vt infrà demonſtrabitur, nõ formiter dictam collectam indixerunt, propterea videtur perperam dictam collectam à dictis Aromatariis de plateis fuiſſe indictam.

Secundò videbatur perperam indicta ratione inæqualitatis, prout elegantiſſimè demonſtrauit Excelllentiſſimus dominus Ioan. Paulus Lancel-
6 lottus † Peruſinus I. V. D. legens in prima cathedra huius Almi Gymnaſij lectiones verſpertinas iuris Canonici, nec eſt opus admodum ipſum laudibus extollere cum liber inſtitutionum in iure Canonico ab ipſo æditus, demonſtret ipſum eſſe comparãdum cum aliis Theophilo, & Doroteo, & ego audiui à fidedignis in quibuſdam partibus dictas inſtitutiones reputari pro text. & publicè in ſcholis declarari.

Dicebat enim duobus potiſſimum fundamentis dictam collectam fuiſſe malè indictam. Primò
7 ex ratione formæ nõ ſeruatæ † cùm omnes in huiuſmodi impoſitione fuiſſent citandi. argu. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. adoptio non iure facta. cum l. ſeq. ff. de adop. Soc. Iun. conſ. 77. num. 3. lib.
8 1. Secundò, † quia collecta debet eſſe æqualis. l. omnes. C. de oper. pub. l. cùm poſſeſſor. C. de oper. pub. Rol. in terminis. conſ. 66. num. 11. lib. 1.

Vlterius ego dicebam, dictam indictionem
9 fuiſſe nullam, cùm collectæ † non debeant ſolui vniformiter quolibet anno, ſed ſolutio debeat variari, ſecundũ neceſſitates occurrentes, & occurrentiam caſuum, gl. in l. reſcripto, §. fi. ff. de mun. & hon. Bart. in l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. no. cũ aliis adductis à Ruyn. conſ. 126. ſuper dubio. num.
10 5. libr. 4. Et ceſſante † cauſa neceſſitatis, ceſſat id quod ob neceſſitatem eſt conceſſum & introductum c. 2. vbi Car. & Butr. extrà, de cuſt. euchar. Bart. in l. 1. §. nunciatio, col. 3. verſ. quandoque fit, ff. de oper. nou. nunt. vbi dicit, quòd quando ſtatuitur aliquid ob neceſſitatem, intelligitur habere locum quatenus duret neceſſitas, l. ſenatus. ff. de off. præſid. l. 1. in fin. ff. de fer. Tiraquel. in tract. ceſſan. cauſ. par. 1. num. 179.

Conferunt in terminis, quæ tradit Rebuff. in l.
11 fin. C. de quib. mun. vel præſtat. vbi quærit, † ſi pars ciuium diceret, exponantur priùs bona, quæ ſunt in communi, deinde fiet indictio muneris, nunquid ſint audiendi, & concludit, quòd ſic per l. 2. C. de præd. Decur. ſin. decr. non alien. in fin. l. ad reparationem, C. de aqu. duc. ſic in caſu noſtro, quatenus collecta imponi potuiſſet, erant priùs impendendæ pecuniæ, ſi quæ eſſent in communi, & pro reſiduo indicenda collecta ad tempus determinatum, & imminente neceſſitate idẽ voluit Natt. conſ. 418. in diſtributione. nu. 1. lib. 2. vbi num. 2. dicit, hoc non ſolùm habere locum in vniuerſitatibus, verũetiã in ipſo principe, qui nõ poteſt alios collectare, niſi priùs excuſſa eius burſa, ego tamen, & ſi hæc ſint vera, etiã quoad principẽ, credo tamẽ, quòd nullus ex vaſalis eſſet ita audax, vt principi iſta ꝓponeret, propterea quoad principes, puto in practica obtineri nõ poſſe.

Allegata in contrarium non indigent reſponſione, ad illud tantùm fundamentum erit reſpondendum, dum fuit dictum iſtos aromatarios extra plateas non poſſe dici grauatos, cùm magis ſuperlucrentur, quod quidem argumentum à principio mihi maximam dubitationem faciebat, Huic tamen fundamento de facili reſpondetur. Dico etenim, quod ſi illi aromatarij de plateis non omnes aperiunt apothecas quolibet die feſtiuo, hoc non prouenit ex cauſa aliorum aromatariorum extra plateas, ſed ex ordine ſuperiorũ, ac etiam ipſiuſmet collegij aromatariorum. Secundò reſpondetur dictum lucrum in exercitio aromatariorum non haberi in conſideratione, quemadmodum in aliis exercitiis, nam exercitiũ artis aromatariæ eſt huiuſmodi, vt ſoliti accedere ad aliquam aromatariam, ad eam ſemper & continuò accedant, præſertim pro medelis, & licet vltra medelas poſſint aliquid venundare, vt piper, & aliquid aliud ſimile, tamen hoc non eſt habendum in conſideratione, ſed id quod principaliter in apotheca aromatariorum, à commmuniter accidentibus venundari ſolet, vt experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra cap. quam ſit. extrà, de elect. cum vulgar.

Tertiò, non fuit probatum lucrum dictorum aromatariorum extra plateas, & damnum aromatariorũ de plateis, debebant enim probare quòd
12 non ob aperitionem fuerunt in tali damno † quoque tanti ſuperlucrati fuiſſent. Iaſ. poſt alios in l. 3. §. vltimo, n. 7. ff. de eo, quod cert. loco. Ruy. cõſ. 103. n. 4. lib. 1. Rub. conſ. 88. Crauet. conſ. 320. n. 3. & n. 6. Neuiz. conſ. 77. n. 24. Rol. à Val. conſ. 35. n. 5. & 6. vol. 1. Menoc. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 119. num. 2. cum ſequent.

Sententiaui contra Aromatarios de plateis, videlicet, quod in fine anni tantum perſoluat vnus Aromatarius extra plateas, quantum vnus Aromatarius de plateis, manu ſer Franciſci Gualterotti Peruſini Not. Cur. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pretij mentio requiritur pro eſſentia venditionis.*

2 *Quantitas, an ſit expreſſa, vel ne, non attenditur, cùm quæſtio principalis non eſt de quantitate pretij.*

### Argumentum.

Vẽditio ex quibus præſumatur, & quomodo probetur per teſtes.

EVSEBIVS Valentini de Caſtro formarum comitatus Peruſiæ, prætendens ſe ſpoliatum poſſeſſione vnius domus, cum horto, egit poſſeſſorio reintegrandæ contra Binum de dicto caſtro, qui prædicta poſſidebat, qui Binus conatus fuit deducere ſe emiſſe dictam domũ cum horto, & induxit quoſdam teſtes, qui videbantur probare, audiuiſſe dici à patre dicti Euſebij ſe vendidiſſe dictam domum, qui tamen teſtes erant ſingulares, & fuerunt reprobati, ſed dubitatum fuit, an dempta ſingularitate, & reprobatione dictorum teſtium illi teſtes probaſſent, cùm non deponerent, pro quo pretio prædicta fuiſſent
1 vendita, & † pro eſſentia venditionis requiratur mentio pretij. §. pretium. & §. item pretium. inſt. de empt. & vend.

Fuit reſolutum, quòd depoſitio illorum vale-
2 ret, quia † quotieſcunque quæſtio principalis non eſt de quantitate pretij, non curamus, an quantitas ſit expreſſa nec ne, & depoſitio teſtium valet. Alex. poſt alios in l. ſi duo. §. Marcellus. ff. de iur. iur. Bar. in l. ſi quod ex Pamphila, de leg. 2. Afflic. deciſ. 83. in cauſa antiqua, nu. 6. faciunt dicta per Crauet. in conſ. 272. nu. 19. vbi dicit, quod ſi probetur rem meam ad te perueniſſe, & ego coner docere de pretio, licet de pretio non docuerim, tu teneris mihi ſaltem ad reſtituendum rem meã.

Iſti igitur teſtes optimè probaſſent, etiam non facta mentione pretij, cùm quæſtio principalis nõ eſſet ſuper pretio, verùm quia vt dicebam, teſtes erant ſingulares, & fuerunt repulſati. ideo iudicaui contra reum, conuentum ad dimittendum & relaxandum dictam domum cum horto manu ſer Cæſaris Paulini Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Agens hypothecaria non poteſt obtinere niſi prius egerit contra bona principalis ſibi obligata.*

2 *Excuſſio ſimplex bonorũ principalis non ſufficit, niſi ſubſequatur ſententia iudicis declaratoria excuſſionem eſſe legitimè factam.*

3 *Exceptio excuſſionis, cum nitatur æquitate, non videtur reiicienda.*

4 *Creditores poſteriores diligentes in habendo apocam, & exigendo pecunias non ſunt moleſtandi hypothecaria.*

5 *Iuri quæſito alicui non poteſt per aliquem ſuperiorem præiudicari.*

6 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.*

7 *Creditor anterior eſt præferendus poſterioribus.*

8 *Excuſſio principalis non requiritur quando cauſa eſt commiſſa ſola facti veritate inſpecta, & ſucceſsiuè id quomodo intelligatur.*

9 *Poſſeſſor tertius in materia excuſſionis qua exceptione poſsit ſe tueri.*

10 *Iudex poteſt iudicare vt Deus.*

11 *Declaratio iudicis licet requiratur, excuſſionem eſſe legitimè factam, non tamen eſt neceſſe, quod talis declaratio feratur in ſcriptis.*

12 *Exceptio excuſſionis, etiam non legitimæ factæ, nõ eſt neceſſaria inter mercatores, inter quos proceditur de bono & æquo.*

13 *Excuſſio non eſt neceſſaria cum agitur vtili hypothecaria pro conſequendo nomẽ debitoris, & ſic non requiritur in ſaluiano interdicto.*

14 *Excuſſio non eſt neceſſaria quando debitor obligauit, & hypothecauit omnia eius bona mobilia, & ſtabilia, quæ conſtituit nomine creditoris poſſidere.*

15 *Excuſſio non eſt neceſſaria quando debitor eſt notoriè non ſoluendo.*

16 *Abſens dicitur notoriè non ſoluendo, quæ notorietas poteſt probari per famam.*



17 *Captus ab hoſtibus dicitur non ſoluendo, item & carceratus, & quando principalis eſt abſens.*

18 *Filiusfamilias notoriè dicitur non ſoluendo, quia regulariter nihil habet in bonis viuente patre, ſaltem reſpectu vſusfructus.*

19 *Mutuans pecuniam in emptionem alicuius rei præfertur in re empta, etiam anterioribus creditoribus, & mulieri agenti pro conſequenda dote. dummodo res ſpecialiter obligetur pro ſoluendo pretio venditori.*

20 *Hypotheca an competat primo creditori pro pecunia ſoluta ſecundo creditori in pecunia bona fide conſumpta, & declaratur doctrina Afflicti, & aliorum.*

21 *Probatione non indigent ea, quæ fiunt in conſpectu principis.*

22 *Conſuetudo fori eſt ſeruanda.*

### Argumentum.

Excuſſionis materia in actione hypothecaria copioſè tractatur, quomodo, & quibus ſeruatis ad eam deueniendum ſit, & quando ſit neceſſaria, vel non.

Hypothecaria quando locum habeat, & quibus competat, & quibus caſibus poſterior creditor præferatur anteriori.

Notoriè non ſoluendo quomodo & quando quis dicatur.

IOANNES filius Hieronymi de Mãcinis de Peruſia anno 1560. emit à quadam domina Cencia Nicolai, quandam poſſeſſionem ſitam in ſuburbijs Peruſiæ, inuoc. piano de S. Anna, iuxta viã, & alia latera, pro pretio florenorum 950. de quibus in conſtanti habuit florenos 400. de reſiduo conſtituerunt annuum & perpetuum cenſum florenorum 60. quolibet anno ſuper dicta poſſeſſione.

De anno 1562. Idem Ioannes vendidit dicta bona Cæſareo de Cæſareis, pro pretio florenorum 910. promiſitq; de euictione, pro quo fideiuſſit Hieronymus Mancinus pater dicti Ioannis, cum obligatione, & hypotheca omnium ſuorum bonorum. Cúmque dictus Ioannes profectus fuiſſet Anchonam, animo proficiſcẽdi Alexandriam Ægypti, cauſa & occaſione negotiandi, & venũdãdi merces quas deferebat, antequam ex Anchona diſcederet, obtinuit ſchedulam ſecuritatis de bonis quæ deferebat, pro ſcutis ſexcentis auri.

Euenit quod in nauigatione illa iſte Ioannes fuit captus à Turcis, amiſſis libertate & bonis. Quibus auditis per dictam Dom. Cenciam, egit contra d. Cæſarium pro relaxatione dictæ poſſeſſionis, ob reſiduum pretij ipſi non ſoluti, & obtinuit ſententiam ad ſui fauorem. Volénſque dictus Cæſareus releuari indemnis, intimauit iudicium dicto Hieronymo patri, & fideiuſſori dicti Ioannis, & obtinuit ſententiam ad ſui fauorem contra dictum Hieronymum, qui quidem Hieronymus volens releuari pariter indemnis, obtinuit literas ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Alexandrino directas Reuerendiſſ. Recuperato tunc temporis huius prouinciæ Gubernatori, tenoris videlicet, quod conſtito ſibi ſumma-

rie, & ſola facti veritate inſpecta, de anteriori cre
dito ipſius Hieronymi pro concurrenti quantita-
te mandaret reſtitui dictam ſcedulam ſecuritatis,
quæ reperiebatur penes Vincentium Fidelem, &
Rodulphum Danzettam de Peruſia, creditores pa
riter ipſius Ioannis, pro pannis ei datis ad creden-
tiam, & habita fide de pretio, qui tamen erant po-
ſteriores creditores ipſius Hieronymi. Qui quidẽ
Reuerendiſſimus Gubernator Auditis partibus
in contradictorio pronuntiauit ad vlteriora eſſe
procedendum in cauſa, & interim præfati Vincẽ-
tius, & Rodulphus detinerent dictam ſchedulam,
& pecunias aſſecuratas exigerent, quas tamen de-
tinerent in depoſitum, ſine præiudicio iurium am
barũ partiũ, donec cauſa pro iuſtitia expediretur.
Poſt diſceſſum dicti Reuerendiſſimi Recupe-
rati, fuit reaſſumpta dicta cauſa coram Reueren-
diſſimo d. Lutio Saxo eius ſucceſſore, qui ſerua-
tis ſeruandis tulit ſentẽtiam prout in notula, quã
tamen non aperuit, cúmque inſtaretur coram Re
uerendiſſimo domino Buonſignoro Finetto ad
præſens huius Prouinciæ Gubernatore digniſſi-
mo pro apertura dictæ ſententiæ, d. S. Reuerend.
mihi commiſit aperturam dictæ ſententiæ, quam
tamẽ antequam aperirem, mihi occurrit de quã-
pluribus dubitari contra dictum Hieronymum:
Primò, quia dictus Hieronymus videtur male
egiſſe contra dictos tertios poſſeſſores, non facta
prius diſcuſſione bonorum dicti Ioannis ſi qua
1 exiſterent, agens † enim hypothecaria, nõ poteſt
obtinere, niſi prius egerit contra bona principa-
lis ſibi obligata, auth. hodie. C. de pign. Neguſ. in
tract. de pign. 8. part. num. 9. & 10. & eſt comm.
opin. vt per Ant. Gab. in tit. de fideiuſſ. concl. 1. n.
21. lib. 3. Natt. conſil. 521. num. 7. lib. 3. Bero. conſ.
86. num. 1. lib. 3. Neuiz. conſ. 3. num. 17. Rol. à Val.
conſ. 9. num. 5. libr. 1. quæ excuſſio requiritur etiã
quod quis ageret ex credito cauſa dotis. Mandel.
conſ. 97. num. 53. Natt. conſ. 81. nu. 1. lib. 1. & Rol.
2 à Vall. conſ. 86. num. 22. & 23. lib. 2. immo † ſim-
plex excuſſio bonorum principalis nõ ſufficeret,
niſi etiam ſubſequeretur ſententia iudicis decla-
ratoria excuſſionem eſſe legitimè factam. Barth.
in l. ſtipulatio. §. habet. ff. de oper. nou. nunt. Barth.
Alex. & Iaſ. in l. exitus ff. de acquir. poſſeſ. Cæph.
conſ. 98. num. 9. lib. 1. dicens, num. 10. & 11. in hu-
iuſmodi excuſſione debere citari partem, & debet
conſtare excuſſionem eſſe legitimè factam, non
ſolum de bonis teſtatoris, & hæreditariis, verum
3 etiam de quibuſcũque bonis hæredum quæ† ex-
ceptio excuſſionis, cum nitatur æquitate, ob id
non videtur reiicienda etiã in iſto iudicio, in quo
virtute dictarum literarum Illuſtriſſimi, & Reue-
rendiſſimi Cardinalis Alexandrini proceditur ſo-
la facti veritate inſpecta. Deci. in c. ex parte, el 2.
col. 2. verſ. quartus effectus. extra de off. delegat.
Alc. in l. vlt. in princ. ff. ſi cert. pet. & Reſponſ. 382.
* num. 5. Crauett. qui de comm.* teſtatur, conſ. 263.
col. 2. verſ. ſecundum iſtam opin. excellens Men.
in tract. de arb. iud. quæſt. 51. num. 6. & 7. lib. 1. &
vltra eum Cæph. conſ. 86. caſus iſte, num. 16. lib.
1. quæ diſcuſſio erat neceſſaria ſi non ratione or-
dinis iudicarij, ſaltem quoad intereſſe tertij. Rol.
à Val. conſ. 9. n. 21. verſ. & ſi forſitan lib. 1. & conſ.
14. num. 16. eod. lib. 1.

Secundò principaliter faciebat contra dictum
Hieronymum quia Rodulphus Danzetta, & Vin-
centius Fidelis erant pariter creditores dicti Ioan
nis, vt ſupra dictum fuit, ex cauſa pannorum ipſi
4 Ioanni venditorum, & licet † ſint poſteriores cre
ditores, ex quo tamen fuerunt diligentes in habẽ-
do apocam, & exigendo pecunias non poſſunt
ſuper hoc moleſtari, ita enim deciſum fuit in cõſ.
Neapolitano. vt per Afflic. dec. 190. Capit. dec. 78.
Gramm. poſt dec. ſuaſ. quæſt. 1. Paris. conſ. 69. lib.
4. Did. Couar. lib. pract. quæſt. in q. 29. Cæph. conſ.
86. num. 5. lib. 1.
Nec eis videtur obſtare decretum prædictum
Reuerendiſſimi Recuperati, videlicet quod dictæ
pecuniæ exigerentur per dictos Vincentium, &
Rodulphum, eáſque detinerent ſine præiudicio
iurium ambarum partium, quia decretum illud
non probatur niſi per fidem notarij, abſque teſti-
bus, & quia illud chyrographum aſſecurationis,
5 fuit illis datum & conſignatum, adeo† quòd Re-
uerendiſſimus Gubernator non videtur potuiſſe
eis præiudicare in iure quæſito. Abb. Fely. Dec. &
omnes in cap. quæ in eccleſiarum. extra de conſt.
immo cum præfatus dictus Gubernator eſſet in-
ferior à principe, etiam cum cauſa non potuiſſet
eis præiudicare ſecundum Dec. ibi poſt Bal. in l. 2.
col. 2. verſ. item vult quòd ſi papa. C. de ſeruit. &
aqu. & in l. reſcripta, col. fin. verſ. tertio quæro, C.
de prec. imp. off. & quatenus ſimus in dubio, non
eſt præſumendum quòd eis voluerit præiudicare.
l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. nos
autem ſumus in claris quòd per dictam clauſulã
6 noluit præiudicare, quæ clauſula † cum fuerit in
fine appoſita, refertur ad omnia præcedẽtia. l. doli
clauſula. ff. de verb. oblig.
Quæ fundamenta licet aliquantulum me du-
bitantem reddiderint, nihilominus ſentẽtiaui ad
fauorem dicti Hieronymi, & contra prædictos
Vincentium, & Rodulphum, & mea ſententia iu-
ſtificatur infrà ſcriptis fundamentis, ſiue potius
in reſponſionibus ad obiecta.
Solidum autem & principale fundamentum
ipſius Hieronymi eſt, quia vt ex proceſſu conſtat,
ipſe eſt anterior creditor, quam ſint ipſe Vincen-
7 tius, & Rodulphus † & ſic eſt eis præferendus. l.
potior. ff. qui pot. in pign. hab. Cap. qui prior. de
reg. iur. in 6. Cæph. conſ. 86. n. 6. lib. 1. quam regulã
cum multis ampliationibus, & limitationibus põ
nunt Rip. in l. priuilegia. C. de priuil. credit. Neg.
in tract. de pign. in 2. memb. in 5. par. à nu. 1. vſque
ad num. 31. & nouiſſimè. Pet. Duen. in reg. 168. inc.
creditor prior.
Obiecta non obſtant, nam dum opponebatur
ipſi Hieronymo de excuſſione nõ facta, hoc pro-
cedit regulariter, ſed neceſſario non eſt ſemper
fienda excuſſio. Primò enim non requiritur excuſ
ſio in caſu noſtro, cùm cauſa fuerit commiſſa per
Illuſtriſſimum Alexandrinum ſola facti veritate
8 inſpecta† Rom. conſ. 430. Rub. in l. naturaliter. §.
nihil commune, num. 329. in fi. ff. de acq. poſ. Alex.
conſ. 114. colum. vlt. lib. 6. Crauett. conſ. 201. num.
47. Rolan. à Vall. conſil. 71. num. 38. lib. 1. conſil. 9.
num. 21. eod. lib. Menoch. qui refert doct. pro vna,
& altera parte, ita tamen firmare videtur in tra-
ctat. de arbitr. iud. quæſt. 51. numero 8. Ant. Gab.
in trac.



in tract. comm. concluſ. tit. de fideiuſſ. concluſ. 1.
num. 66. lib. 3. vbi multos pro vna, & altera parte
allegat, ſed quia doct. modo in vnam modo in al-
teram partem inclinant, aduertas ne erres, quia
recte intelligenti, doct. vel non ſunt contrarij, vel
non rite perceperunt iſtam materiam.
Dico igitur quod quando cauſa committitur
ſummarie, & ſola facti veritate inſpecta, prout e-
uenit in caſu noſtro, non eſt neceſſaria illa iudi-
cialis, formalis, & ſolennis excuſſio, quæ alias re-
quireretur, ſed bene iudex ad inſtantiam tertij
poſſeſſoris poteſt ſe ſummarie, & extraiudiciali-
ter informare, an ille debitor principalis poſſi-
deat, & quatenus repererit ipſum poſſidere, tunc
mandare debet agi prius contra principalẽ quam
9 contra tertium poſſeſſorem, & ſic † ille tertius
poſſeſſor poterit ſe tueri exceptione non de ordi-
ne iudicij non ſeruato, ſed ſolum de ſuo intereſſe,
in eo fundando ſuam intentionẽ, & ita ſunt con-
cordandæ opiniones, & ita etiam eſt intelligen-
dus Corn. in conſ. 55. col. pen. lib. 3. & Rol. à Vall.
d. conſil. 9. num. 21. lib. 1. clauſula igitur illa ope-
ratur reſpectu ordinis, & ſolennitatis iudiciariæ
tantum, quemadmodum in aliis iudiciis in qui-
bus ſub tali forma cauſæ committũtur, nam non
propterea aufertur ius tertio, ſed virtute illius
clauſulæ, vel abbreuiantur dilationes, vel præpo-
ſterantur, vel iudex ſe extraiudicialiter informat,
& cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates. Corn.
conſil. 243. lib. 4. Marſ. ſing. 272. Gramm. deciſ. 19.
num. 4. Marant. in l. is poteſt, num. 155. ff. de acqu.
10 hær. & iudex † poteſt iudicare vt Deus. Bald. in l.
pen. verſ. 6. quæro. C. de iur. delib. cum aliis noui-
ter congeſtis à Rol. à Vall. conſil. 53. num. 15. lib. 2.
vbi num. 12. Rol. dicit poſt alios vnum notabile
verbum, quòd virtute dictæ clauſulæ, is obtinere
debet qui agit ex vna cauſa, & de alia probat,
quamuis regulariter ſecus fiat.
In caſu autem noſtro conſtitit ſummariè mihi
per teſtes examinatos, & per alias probationes e-
tiam ad patris inſtantiã receptas, licet nõ ordina-
riè fuerit facta diſcuſſio, tamen virtute dictæ clau
ſulæ ſat fuit me fuiſſe informatũ, etiam ad inſtan-
tiam partis d. Ioannem non eſſe ſoluẽdo, & ſic a-
11 lia diſcuſſione non erat opus. Et licet † requiratur
declaratio iudicis excuſſionem eſſe legitime fa-
ctam, vt ſupra dictum fuit, & tradit Gab. in tract.
com. concluſ. lib. 3. de fideiuſſ. concl. 1. n. 51. & ſeq.
Rol. à Vall. d. conſ. 9. nu. 11. lib. 1. non tamen eſt ne-
ceſſe quod ſententia iſta ſiue pronuncia feratur in
ſcriptis. Ant. Gab. in ſuprà citato loco, num. 55. ſed
ſat eſt quod conſtito iudici principalem non eſſe
ſoluendo, iudex mãdet ad vlteriora procedi. Ant.
Gab. vbi ſupra nu. 53. prout punctaliter euenit in
caſu noſtro, cum enim fuit viſum d. Ioannem nõ
eſſe ſoluendo, & ſic quòd exceptio excuſſionis
non releuabat dictos Vincentium, & Rodulphũ,
fuit mandatum ad vlteriora procedi.
12 Secundò, exceptio † excuſſionis non erat ne-
ceſſaria etiam ſi non fuiſſet legitime facta, quod
negatur, quia omnes iſti erant mercatores, inter
quos cũ procedatur de bono, & æquo, huiuſmo-
di exceptio reijcitur. Boer. deciſ. 221. num. 14. in
fin. Strach. in tract. de merc. in tit. quom. in cauſ.
mer. proced. ſit. verſ. de exceptionib. num. 5. & 6.
Crauett. conſ. 263. col. 3. verſ. ſed præmiſſis.
Tertiò, in caſu noſtro nõ erat neceſſaria excuſ-
13 ſio † cum ageretur vtili hypothecaria pro conſe-
quen. nomen debitoris. l. nomen. C. quæ res pign.
oblig. poſſ. ſiue etiam egerit ſaluiano interdicto
non erat neceſſaria excuſſio. Crauet. conſ. 201 nu.
45. Rolan. à Vall. d. conſ. 9. num. 18. lib. 1. Socyn. ſen.
conſ. 80. col. 2. lib. 3. Ant. Gab. in d. lib. comm. con-
cluſ. tit. de fideiuſſ. lib. 3. concluſ. 1. num. 108. & ita
eſt veriſſimum quod in ſaluiano interdicto non
requiratur excuſſio, prout aliàs iudicaui.
Quartò, nõ erat neceſſaria excuſſio, quia Ioan-
nes generaliter obligauit, & hypothecauit omnia
eius bona mobilia, & ſtabilia, quæ conſtituit no-
14 mine dicti Hieronymi poſſidere, & ſic † non erat
neceſſaria excuſſio. Menoch. in tract. Recup. poſſ.
in 14. Remed. nu. 28. & ſeq. Rol. à Val. d. conſ. 9. nu.
19. lib. 1. Pariſ. conſ. 103. num. 8. lib. 3. aduertendo ta-
men quod etiam iſto caſu requireretur excuſſio,
niſi creditor via executiua ageret contra tertium
poſſeſſorem, quia tunc non eſt neceſſaria excuſ-
ſio, alias ſecus, quod ad modum eſt notandum ad
euitandas doct. contrarietates, ita in terminis in-
ducit Bero. conſil. 80. num. 2. lib. 3.
15 Rurſus non erat neceſſaria excuſſio, † quia iſte
Ioannes erat notoriè nõ ſoluendo, Neguſ. in trac.
de pign. 1. memb. num. 31. 8. par. Cæphal. conſ. 86.
nume. 16. lib. 1. Rolan. d. conſil. 9. nume. 20. lib. 1.
* Corn. qui de com.* teſtatur conſil. 151. col. fin. lib.
4. Ant. Gab. qui ferè innumeros adducit. lib. 3. tit.
de fideiuſſ. concluſ. 1. nu. 50. qui & ſi num. 51. dicat
requiri pronunciam iudicis, principalem non eſ-
ſe ſoluendo. æquipollet tamen huic pronunciæ
altera pronuncia iudicis mandantis ad vlteriora
procedi, veluti euenit in caſu noſtro. Ant. Gabr.
poſt Alex. in d. tit. de fideiuſſ. lib. 3. concluſ. 1. nu. 53.
& in terminis Pariſ. conſil. 50. nu. 48. lib. 1. Ex plu-
ribus autem dictus Ioannes dicitur non ſoluẽdo
16 primo, quia † abſens dicitur notorie non ſoluen-
do. Crauett. d. conſil. 201. num. 45. quæ notorietas
poteſt probari per famam, prout fuit factum in
caſu noſtro. Iaſ. in §. item ſeruiana. in fin. inſtit. de
17 act. Item † captus ab hoſtibus dicitur non ſoluen-
do. Bart. & cæteri in l. ſi conſtante. ff. ſol. matrim.
Item carceratus. Pariſ. conſil. 50. nu. 61. lib. 1. Item
quando principalis eſt abſens. Rol. d. conſ. 9. nu-
me. 22. lib. 1. quæ omnia poſſunt rite applicari ad
caſum noſtrum, licet ex abundanti fuerint di-
cta, cum ex actis virtualiter appareat fuiſſe factã
excuſſionem, & Ioannem iſtum non eſſe ſoluen-
do, non tamen conticendo, aduerſarios in huiuſ-
modi exceptione non eſſe audiendos, cum non
ante litem conteſtatam exceptionem iſtam op-
poſuerint, prout facere tenebantur. Crauet. con-
ſil. 77. num. 17.
Ex alio etiam (vltra omnes Docto. quos vide-
rim in caſu noſtro) poteſt dici non requiri excuſ-
ſionem, & notorie iſtum Ioannem non eſſe ſol-
18 uendo, † cum dictus Ioannes ſit filiusfamilias, &
regulariter, nihil poſſit habere in bonis viuente
Hieronymo eius patre, ſaltem reſpectu vſusfru-
ctus. l. 1. C. de bon. matern. l. fin. C. de bonis quæ
lib. & hypotheca contracta per filium non valet
ratione prohibitionis, de qua in d. l. fin. §. filius
autem, & in dictis bonis nõ poteſt fieri executio.

Bart.in l.quotiens.ff.de Noxal.& in l.ſi finita, §.ſi
de vectigalibus.ff.de damn.infec.

Non obſt. quoddam fundamentum quod ore
tenus faciebant d.d.Aduocati ex aduerſo, videli-
cet dictos Vincentium, & Rodulphum, eſſe præ-
ferendos etiam ipſi Hieronymo anteriori credi-
tori cum pecuniæ in apoca eſſent redactę ex pan-
nis ipſi Ioanni à præfato Vincentio,& Rodulpho
vēditis.per reg.l.licet. C.qui pot.in pign.hab.vbi
19 † quādo res aliqua emitur cum pecunia alicuius,
emptor præfertur in re empta,etiam anterioribus
creditoribus, quæ lex habet locum etiam contra
mulierem agentem pro conſequenda dote, Cæ-
poll.caut.134. incip. vulgaris eſt regula. verſ.item
aduerte, Neguſan. in tract. de pignor. in 5. par.2.
memb. num.22.verſ.eſt dubium. Quia diſpoſitio
illa non ita ſimpliciter loquitur, ſed eo tātum ca-
ſu quando res emptæ particulariter obligantur
pro ſoluendo pretio venditori, vt declarant ibi
doct.& ego allegaui in terminis Soc. Iun. in cōſ.
* 10.nu.8.lib.1. vbi num.11.dicit eſſe * comm.opin.
contra Cæpol.& Neguſ.prædicti autem Vincen-
tius,& Rodulphus non reſeruauerunt ſibi domi-
nium ſuper dictos pannos, neque probauerūt di-
ctam cedulam aſſecurationis, & pecunias prædi-
ctas emanaſſe ob venditionem dictorum panno-
rum potiuſquam ob aliam cauſam, propterea nō
videbantur præferendi.

Vltimum principale fundamentum non obſt.
20 dum dicebatur de conſumptione pecuniæ † facta
bona fide per coſ.ad not. per Afflic.Grām. Capit.
Pariſ. Cæph. & Couar. in locis de quibus ſupra.
Quia Reuerendiſſimus Recuperatus tunc tēpo-
ris Peruſiæ Gubernator in publica audientia de-
creuit,pecunias dictæ aſſecurationis exigi per di-
ctos Rodulphum, & Vincentium eáſque retineri
per eos,donec cauſa expediretur, ſine præiudicio
iurium ambarum partiū, adeo quòd verſamur ci-
tra omnem dubitationem, cum conditionaliter
prædicti habuerint dictas pecunias, nec fuerint
conſumptæ,& ſic ceſſat authoritas Afflic.& alio-
rum. Pręterea deciſ.Afflict.& aliorum procedunt
potius de ęquitate quadam, & ad dirimendum li-
tes,quam de rigore iuris,ne totus mundus cōtro-
uertatur,cum negari non poſſit, pecunias exactas
à ſecūdo creditore eſſe obligatas primo credito-
ri.Hîc autem ceſſat bona fides iſtorū, ceſſat etiam
conſumptio dictarum pecuniarū.Quamprimum
enim audiuerunt dictū Ioannē perueniſſe ad ma-
nus piratarum ſe contulerunt ad ciuitatem An-
chonæ,& dictam aſſecurationem in manibus ha-
bere curauerunt, licet veriſimiliter attēta cōmu-
ni patria,ſimultanea conuerſatione,& vicinitate,
ſcire potuerint adeſſe etiam anteriores credito-
res.doctrinæ igitur Afflict.& aliorum procedunt
ſtante bona fide poſteriorum creditorum,& con-
ſumptione pecunię,neutrum quorum interuenit
in caſu noſtro, iudex ergo bonus hæc omnia ar-
bitrari debet,pro æquitate,& conſcientia.

Nec dubitari poteſt de pronuncia d. Reuerēn-
diſſimi Recuperati, ex quo nō ſit vallata teſtibus,
21 quia † ea, quæ fiunt in conſpectu principis non
indigent probatione.l.omnium.C.de teſtib.& ita
ſeruatur de ſtilo huius curiæ Generalis, illuſtriſſi-
mi enim Legati,ſiue Reuerendiſſimi pro tempo-
re Gubernatores ſtant in audiētia publica adſtan-
tibus inibi dominis Auditoribus, & Procurato-
ribus, extrahitur enim vnus notarius quolibet
menſe,qui accipit rogitus, & pronuntias illuſtriſ
ſimorum Legatorum, ſiue Reuerendiſſimorum
Gubernatorum quas deſcribit in quodam libello
dicto la Vachetta, abſq; eo quod apponat teſtes,
procuratores enim, & alij ſunt loco teſtium, di-
ctisq; pronuntiis,& decretis omnimoda fides ad-
22 hibetur,quæ † fori conſuetudo eſt ſeruanda.l.3.in
fin.ff.de ſtat.lib.& mores agentiū ſequi debemus.
l.Labeo, eod.titul. de ſtat.lib. de quo ſtilo poteſt
iudex in camera, & extraiudicialiter ſe informa-
re.Vant.poſt multos quos allegat in tract.null.in
tit.de null.ex defec.proceſſ.nu.86.& ita etiam ſer-
uari vidi in prouincia March. Anchon. dū ibi fui
duabus vicibus Auditor ſub legationibus Illu-
ſtriſſimorum Cardinalium Tridentini, & ab Al-
taemps,ac etiam ſub Guberniis Reuerendiſſimo-
rum Pauli Odeſcalchi,& Vincentij Portici.

Sententiaui itaque ad fauorem dicti Hierony-
mi,& contra dictos Vincentium,& Rodulphum,
declaran.pecunias exactas ex dicta apoca, eſſe re-
ſtituēdas d.Hieronymo anteriori creditori reſer-
uato eis iure agendi contra alia bona dicti Ioan-
nis, ſi qua exiſterent, ac etiam contra bona quæ
detinerentur per alios poſteriores creditores d.
d.Vincentij, & Rodulphi, manu ſer Raynaldi de
Rubeis Not.Cur.Peruſini.Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Vxori relictæ dominæ, & vſufructuariæ debentur*
*tantum alimenta,quando extant filij.*
2 *Alimenta vt præſtentur mulieri relictæ dominæ,&*
*c.quot,& quæ requirantur.*
3 *Abbas tenetur ſubminiſtrare expenſas monacho*
*ſecum litigante idē in ſorore petente legitimam*
*à fratre,à quo pendente lite debet alimentari.*
4 *Vir tenetur ſubminiſtrare alimenta vxori quando*
*litigat cum eo.*
5 *Diſpoſitio. §. de inofficioſo. l. ſi inſtituta. ff. de in-*
*off.teſtam.extenditur ad omnes,& ſingulas per-*
*ſonas cuiuſcunque generis de alimentis diſce-*
*ptantes.*
6 *Litigans (ſi fuerit inops) non ſolum poteſt petere*
*alimenta,ſed etiam impēſas litis,& quid in hoc*
*ſeruetur in ſtatu eccleſiaſtico.*
7 *Diſpoſitio.d.§.de inofficioſo.habet locum etiam in*
*prima inſtantia.*
8 *Alimenta poſſunt per teſtatorem relinqui etiam*
*diuiti.*
9 *Alimenta regulariter debent præſtari in domo hæ-*
*redis grauati.*
10 *Alimenta ſunt præſtanda extra domum grauati,*
*quando inter hæredem & alimentarium eſt lis.*
11 *Alimenta vxori relicta debentur detractis prius*
*expenſis pro filio.*
12 *Victum ſuum quis non tenetur coarctare propter*
*alimenta cuiuſcunque, niſi largas habeat fa-*
*cultates.*

Argu-



### Argumentum.

Alimentorum materia tractatur.

Vxor relicta domina, & vſufructuaria,
an pendente cauſa alimentorum debeat
interim alimentari.

Alimenta in quo loco præſtanda ſint,
an ſcilicet in domo grauati, vel extra, &
quando.

An,ſi bona ſufficiant pro alimētis reli-
ctis à marito vxori, exiſtēte filio,prius de-
trahantur expenſæ pro filio, & de reſiduo
(ſi ſupereſt) præſtentur alimenta vxori.

QVOD iſti dominæ Iacobæ Boua-
rinæ, relictæ dominæ maſſariæ, &
vſufructuariæ, ex quo remanſit fi-
lius, cenſeantur tantummodo ei
relicta alimenta,non videtur dubi-
1 tan. † cum hoc paſſim concedant doct. ex con-
ſuetudine Burg.Aut.hoc locum. C.ſi ſecun.nup.
mul.Iaſ.in l.nemo poteſt, in 2.lect.num.52.de leg.
1.Rolan.à Val.conſ.74.nu.10.lib.2. Mandell.conſ.
88.num.8.Pariſ.conſil.21.nume.3.lib.2.Bero.con-
ſil.33.num.1.& 13.& conſ.32. nume.1. & conſil. 35.
nume.6. libr.2. quæ omnia habent locum etiam
quòd in teſtamento dictum fuerit. donec cum fi-
liis ſteterit,& vitā vidualem ſeruauerit. Soc.Iun.
conſ.88.lib.3.

Sed quia dicta domina Iacoba fecit quoddā in-
ſtrumentum,virtute cuius prætēditur ex aduerſo
amplius ipſi dominę Iacobæ non deberi alimēta,
fuit de tribus dubitatum.Primò,an pendente cau
ſa alimentorum dicta Domina Iacoba debeat in-
terim alimentari. Secundò, in quo loco ſint præ-
ſtanda iſta alimenta. Tertiò,quatenus bona teſta-
toris non ſufficerent pro alenda dicta Domina
Iacoba, & filio, an ante ſint detrahenda alimenta
filij, & de reſiduo d. d. alimentari, an verò dicti
fructus ſint inter ipſos diuidendi.

Circa primam quæſtionē videbatur dicendū,
ipſam dominam Iacobam non eſſe alimentādam
2 quia † ad hoc vt hæc alimēta præſtentur, tria con
currere debēt.Primò,quòd actor ſit filius, vel ne-
pos.Secūdò, vt ſit pauper.Tertiò, vt primam ſen-
tentiam pro ſe obtinuerit aduerſus reum, text.eſt
celebris in l.ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff.de in-
offic. teſt. quem ita ibi intelligunt gl. Bart. Alex.
Ang.Caſtre.Fulg.& Alc.in reg.3.præſumpt.9. nu.
9.& de paupertate Alex.in l.inſulam.§.vſuras,nu.
3.in fi. ff.ſol.matr.quæ cum non cōcurrant in ca-
ſu noſtro, non videtur dicta domina Iacoba ali-
mentanda, præſertim cum iſta propriè nō ſint a-
limenta,de quibus loquitur d.§.de inofficioſo.

Contrarium determinaui in iſto primo capite,
non obſtantibus ſuprà dictis obiectis, quibus ex
comm.conſenſu doct.facile reſpondetur.æquitas
enim diſpoſitionis.d.§.de inofficioſo.fuit extenſa
per docto.non ſolum fauore filiorum & aliorum
deſcendentium, ſed etiam fauore aliarum perſo-
3 narum litigantium de alimentis.† exemplum in
monacho litigāte cum Abbate, quia tenetur Ab-
bas interim ſubminiſtrare expenſas gloſſ.in c. ex
parte,extra de accuſ.glo.in l.fin.de ordin.cognit.
Pariter ſi ſoror legitimam à fratre petat, pendēte
lite debet alimentari. Cæphal. conſil.127. propo-
4 nitur, nu.7.lib.1. Et in terminis quod † vir tenea-
tur ſubminiſtrare alimenta vxori quando litigat
cū eo,voluit Affli. deciſ.10.& deciſ.152. vbi ambo
dicunt ita fuiſſe iudicatū,ſi ergo huiuſmodi con-
cluſio habet locū quando vxor litigat cum viro,
multo magis habere debet locum in caſu noſtro,
in quo mulier iſta petit alimenta ex diſpoſitione
iuris.authen.multo magis,C.de ſacr.ſanct.eccleſ.
& licet iſta proprie non ſint alimenta, cum ſub-
rogentur loco vſusfructus,ſtantibus liberis,nihi-
5 lominus † æquitas d.§. de inofficioſo. fuit exten-
ſa per Doctor. ad omnes & ſingulas perſonas cu-
iuſcunque generis de alimentis diſceptantes, vt
nouiter tradit Cæphal. d. conſil.127. proponitur
nume.10.lib.1.poſt Guid.Papæ,quæſt.561.Crauet.
conſil.164. per text.in l.fin.§.fin.de ord.cognit.&
6 † non ſolum poſſunt peti alimenta, ſed etiam im-
penſæ litis, quando litigans eſſet inops. Cæphal.
qui concordantes allegat d.conſil. 127. nume.10.
lib.1.Didac.Couar.lib.pract.quæſt.cap.6.vbi poſt
* alios de comm. * teſtatur, in ſtatu eccleſiaſtico
non ſeruatur, quòd expenſæ litis etiam pauperi-
7 bus per diuites ſubminiſtrentur. Similiter † diſ-
poſitio d.§. de inofficioſo habet locum etiam in
* prima inſtantia.eſt commun. * opiñ.vt per Affli.
dd.deciſ.10.& 152. Cæphal.d. conſil.127.libr.1.Di-
dac.Couar.vbi ſuprà.Nec obſtat,quod iſta domi-
8 na Iacoba prætendatur diues, quia † per teſtato-
rem poſſunt relinqui alimenta etiam diuiti.Bald.
in l.de alimentis, C.de tranſact.Afflict.d.deciſ.10.
num.7.vnde videmus eadem priuilegia habere a-
limenta relicta diuiti ſicut pauperi.l.cum hi. §.ni-
hil.ff.de tranſact.Natt.conſ.590.num.5.lib.3. licet
hoc dubium non ſit opus ingredi,cùm non fuerit
in proceſſu probatum dictam dominam Iacobā
fuiſſe diuitem.

Circa ſecundum dubium,in quo loco ſint prę-
9 ſtanda alimenta, † regulariter dicas debere præ-
ſtari in domo hæredis grauati, Barth.in l.Caio, §.
Imperator,ff.de alim.& cib.legat. Alex.conſ.100.
in princ. lib.1. Menoch. diffuſe in tractat. de arb.
Iud.caſu 170.n.8.lib.2.cent.2. & vltra eum Iacob.
Emyl.conſ.145.num.15.Rol.à Vall. conſ.89. num.
14.lib.3.& conſ.22.num.9.lib.1.

Hæc tamen regula multas patitur limitatio-
nes, quas nouiter congerit Menoch. in ſuprà ci-
tato loco, ponit etiam vltra eum Bero. conſil.24.
num.10. lib.2. & omiſſis aliis quarum etiam ali-
qua poſſent applicari ad caſum noſtrū, vnica tan-
tum,& infra ſcripta limitatio, ſufficiat, quod tūc
10 † alimenta ſint præſtanda extra domum grauati,
quando inter hæredem & alimentarium eſt lis,
prout erat inter iſtos, nam tunc poſſunt peti ali-
menta extra domum grauati. Iaſ.cōſ.42. dub.lib.
1.Rol. à Vall. d.conſ.22. num.12. lib.1. & Menoch.
in d.loco.num.16.ex quibus non videtur difficul-
tas,alimenta eſſe præſtāda extra domum propter
litem prædictam.

Circa tertium dubium, an ſint prius deducen-
da alimenta pro d. filio, & de reliquo quatenus
ſuperſit, debeat alimentari ipſa domina Iacoba,
an verò inter ipſos ſint diuidendi fructus, & in
hoc caſu abſque hæſitatione eſt concludendum

ante omnia eſſe deducen.expenſas pro filio, & de
11 reſiduo alimentari d.D.Iacobam,cum,vt dicebat.
Excellētiſſimus dominus Marcus Antonius, hæc
præſumatur voluntas teſtatoris, arg. l.cum acu-
tiſſimi.C.de fideicomm.alleg.Barb.cōſ.63. in pri-
mo ar. lib.2. Paul.Pic.in l.Titia cum teſtamento,
§.Titia,quæſt.61.de leg.2.quos refert, & ſequitur
Soc.Iun.conſil.97.pro reſolutione, nume.24.lib.
1.& ego vltra eum addo Bald. in terminis in l.1. §.
officioſo. in fin. ff. de tut. & rat. diſtrahen. quem
refert & ſequitur Natt.conſil.387. nume.8. libr.2.
12 vbi Bald.dicit,quòd † non tenetur quis coarctare
victum ſuum, propter alimenta matris, vel alte-
rius cuiuſcunque,niſi largas habeat facultates, &
ſic Bald. in terminis noſtris de matre decidit ca-
ſum noſtrum.ſcripſit etiam in hac cauſa Excellen
tiſſ.d.Cæſar Fumagiolus,dudum collega meus in
ſtudio Peruſino, ſatis doctè, ſed ego ne viderer
reſcribere ſcripta per eos, aliis mediis vſus fui,
prout ipſi nouerint. Pronuntiaui iux. reſolutio-
nes hic factas, & præſertim d. d.Iacobæ deberi a-
limenta extra domum,detractis ante alimentis e-
ius filio debitis.Laus Deo. *Ioſ.Lud.Aud.*

# DECISIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Peruſinum de omnibus cauſis compro-
mittendis inter coniunctos eſt validum.*
2 *Miſſio in poſſeſſionem (cum ſit mixti imperij) li-
cet non poſſit fieri per arbitros, poteſt tamen per
ipſos pronuntiari de mittendo.*
3 *Actio in factū naſcitur ex interdicto quorū bonorū.*
4 *Cauſæ mixti imperij poſſunt cōpromitti, quādo fieret
compromiſſum in homines tanquā arbitratores.*
5 *Compromiſſum factū in tertium (ſi aliud nō appa-
ret) præſumitur factū tanquam in arbitratorem.*
6 *Fideicommiſſarius qui poſſidet, & eſt paratus in-
continenti docere de iuribus ſuis, dicitur legiti-
mus contradictor ad impediēdum immiſſionem
in poſſeſſionem.*
7 *Statutū Peruſinum de cauſis cōpromittendis inter
cōiunctos, patitur quamplurimas declarationes.*
8 *Miſſio in poſſeſſionem, cum ſit mixti imperij, non
poteſt fieri per arbitros, & alios magiſtratus mu
nicipales.*
9 *Donator poſt perfectam donationem non poteſt te-
ſtari, nec aliquem contractum facere.*
10 *Compromiſſum non poteſt fieri ſuper inſtrumento
donationis iuratæ.*
11 *Compromiſſo non eſt locus in articulo iuris certo,
& claro.*
12 *Compromiſſo vt ſit locus, opus eſt peti ante litē con
teſtatam, & intra quintum diem.*
13 *Alienare qui non poteſt non poteſt compromittere,
quia ex compromiſſo poteſt ſequi alienatio.*
14 *Arbitratores licet poſſint procedere de facto, non
tamen ſequitur quod poſſint exercere iuriſdi-
ctionem quæ eſt mixti imperij, ſed quod poſſint
procedere de facto, non ſeruata forma iuris. &
aſſignando maiorem partem vni, quam alteri.*
15 *Fideicōmiſſarius vt dicatur legitimus cōtradictor,
requiritur quod poſſeſſionē apprehenderit, facta
ſibi reſtitutione reali, ſiue ſaltem verbali.*
16 *Marci Antonij Eugenij Iuriſconſulti Peruſini
laudes.*
17 *Trebellianicam detrahere intendens quid debeat
facere.*
18 *Fideicōmiſſarij non ſunt legitimi cōtradictores ob
detractionem legitimæ.*
19 *Contradictor legitimus ad impediendā miſſionem
in poſſeſſionem, quando quis dici poſſit.*
20 *Poſſeſſionē rerum vacantiū accipiens non incur-
rit pœnam, poteſt tamen ab hæredibus auocari
poſſeſſio.*
21 *Menochij locus in tractat.adipiſcen. poſſeſſ. repre-
henditur.*
22 *Licentia de ingrediendo poſſeſſionē dantur à iu-
dicibus cōditionaliter, quatenus poſſeſſio ſit va-
cans, & ſine præiudicio habentium potiora iura.
& ad quem effectum impetrentur.*
23 *Imperator nec etiam poſſet mittere in poſſeſſionē,
& præiudicium parti afferre, niſi parte citata.*
24 *Miſſio in poſſeſſionem nō poteſt exerceri per ma-
giſtratus municipales, quomodocūque petatur,
ſiue per officium iudicis, ſiue per actionem.*

## Argumentum.

Compromiſſi inter coniunctos fiendi
materia tractatur, & quid ſit ſtante ſtatuto
quod cauſæ inter coniunctos compromit
tantur, quomodo dictum ſtatutum intel-
ligatur.

An vocati per fideicommiſſum ſint
legitimi contradictores ad impediēdum
miſſionem in poſſeſſionem ab aliis peti-
tam, vel de manu hæredū dicta bona ac-
cipere teneantur.

Et multa traduntur circa materiā miſ-
ſionis in poſſeſſionē, ad quem ſpectet, &
quid operetur licentia de ingrediendo.

IOANNES Andreas Camilli de Bari-
gianis de Peruſia dum eſſet in humanis
condidit teſtamentum, in quo hæredes
inſtituit vniuerſales eius filios natos, &
naſcituros, quibus per fideicommiſſum ſubſtituit
cippum domus, moritur præfatus Ioan. Andreas
relicta vxore prægnāte, quæ poſt paucos dies pe-
perit poſthumum Io.Andræam nuncupatum, in
memoriam patris prædefuncti, qui quidem Ioan-
nes Andreas poſthumus agens vigeſimū primum
annum in circa, Galliam contra Vgonottos pro-
fectus fuit, vbi ſine filiis mortuus fuit, ſuperſtiti-
bus ſibi domino Ioan.Frāciſco Scotto eius auun-
culo, & fratre d.Catharinæ matris eiuſdem Ioan.
Andreæ, & domina Sulpitia Camilli eius amita,
& proximioribus in gradu.

Audita morte præfati Io. Andrææ poſthumi,
dominus Laurentius Barigianus & litis conſor-
tes, tanquam fideicommiſſarij impetrauerūt à me
licentiam accipiēdi poſſeſſionem bonorum dicti
Ioan. Andreæ, quatenus ſit vacans, & ſine præiu-
dicio habentium meliora, & potiora iura, iuxt.
ſtylum huius curiæ, quam poſſeſſionem inſtabāt
pariter accipere præfati d.Ioan. Franciſcus Scot-
tus, & d.Sulpitia, quod cum eis concedere nō fas
eſſet, cùm non eſſet vacans, fuit incepta lis coram
me, deinde fuit mihi commiſſa ab Illuſtriſſimo, &
Reuerendiſſimo D.Cardinali Alexandrino, & per
diuerſa



diuerſa reſcripta, videlicet Reuerēdiſſimi D.Lu-
cij Saxi, & Reuerendiſſimi D.Buonſignori Finet-
ti ad præſens Gubernatoris digniſſimi, & cauſa
fuit ſatis diſcuſſa cùm tranſcederet ſummam vn-
decim millium florenorum, in eáque pro vna &
altera parte interueniebant primates doctores,
& procuratores huius ſtudij.

Fuit de duobus principaliter dubitatum. Pri-
mò, an d.cauſa inter præfatos eſſet compromit-
tenda, ex quo erant coniuncti ad inuicem, & ſta-
tutum Peruſinum mandat omnes cauſas inter cō
iunctos compromitti. Secundò, an d.de Barigia-
nis vocati per fideicommiſſum ſint legitimi con-
tradictores ad impediendam huiuſmodi immiſ-
ſionem in poſſeſſionem, vel de manu hæredum d.
bona accipere teneantur.

Quod autem iſta cauſa ſit compromittenda,
videbatur in terminis decidi per d. ſtatutum Pe-
1 ruſinum, † quo vt dicebam cauetur omnes cau-
ſas inter coniunctos compromitti, quod quidem
ſtatutum validum eſt.Bald. in §.quibus. in prima
cōſt.cod.Iaſ.in l.1.nu.8.ff.de ll.Afflict.deciſ.46.Ti
raq.in tract.ceſ.cauſ.in prima par.in princ. n. 34.
Blanc.in trac.de comprom.in prin.Bero.conſ.26.
n.4.lib.3.quam regulam multifariam multiſque
modis ampliat, & limitat.Petr.Duē.in reg.36.in-
cip.Affines, quod quidē ſtatutū non alia quidē ra
tione factum eſt, niſi vt inter perſonas ſanguine
coniunctas euitetur rigoroſus iudiciorum ſtrepi-
tus.Alex.in l.qui ſe patris.col.pe. C.vnd.lib. Nat.
conſ.622.n.7.lib.3. habent enim ab arbitris habi-
liorem audientiam, & minores faciunt expenſas.
Iac.Emyl.conſ.80.num.8.

2 Et licet † per arbitros non poſſit fieri immiſſio
in poſſeſſionem cùm ſit mixti imperij.l.iubere ca
uere.ff.de iuriſdict. om.iud. poteſt tamen per i-
ſtos iudices fieri pronūcia de immittendo.d.l.iu-
bere, & ſic cauſa poterat cōpromitti. Addito ſub-
tili fundamento d.aduocati dicentis, actores ex-
3 periri interdicto quorum bonorum; † ex quo na-
ſcitur actio in factū.§.fi.vbi not.inſt. de inter. er-
go nil ad nos de mixto imperio quòd officio iudi
cij nobili expeditur, Bart.in l.imperium.nu.15.ff.
de iuriſd.om.iud. & officium iudicis nobile dif-
fert ab actione.l.licet.ff.de procur.& officium iu
dicis nullam præſupponit obligationē. l. qui per
colluſionē.ff.de act.emp.& ſic per iſtos arbitros
non poſſet fieri immiſſio, quæ exerceri deberet,
per officium iudicis nobile, quia cum nos ſimus
in interdicto quorum bonorum, non naſcitur a-
ctio, & ſic ceſſat officium iudicis.

Secundò principaliter facit, quod huiuſmodi
cauſa debeat compromitti. Alex.conſ.65.in cauſa.
nu.3.lib.7.allegatū per alium dominū aduocatū,
4 † vbi Alex.declarat Bar.in §.de liberali.l.non di-
ſtinguemus, ff.de arbi. dū dicit cauſam mixti im-
perij non poſſe cōpromitti, non militaret deciſ.
Bar.quando fieret cōpromiſſum in homines tan
quā arbitratores, cùm ergo ſtatutū Peruſinū man
det fieri cōpromiſſum etiā tanquā in arbitrato-
res, ergo in eos ſecundū Alex. poſſunt compro-
mitti etiam cauſę mixti imperij. Poteſt confirma-
ri d.domini aduocati, authoritate Rom. in ſing.
5 515.incip.partes, vbi dicit, quòd † quando partes
cōpromittunt in tertiū, & promittūt ſtare d. ſuo,
ſi non appareat an compromiſerint in eū, tanquā
in arbitrū, vel arbitratorē, cenſetur cōpromiſſum
factum tanquā in arbitratorē, alleg.c.veniēs, ex-
trà, de iureiu. Immo ſtatutū met Peruſinū tollit o-
nem dubitationē, cùm expreſſè dictet, quòd ho-
mines eligendi poſſint procedere de iure, & de fa
cto, & de æquitate, tanquā arbitri arbitratores, &
amicabiles compoſitores, & ſic magis ſibi vendi-
care locū videtur, dec.allegata.Alex.in d.conſ.65.
lib.7. Hæc quoad compromiſſum.

Videbantur pariter domini de Barigianis fo-
uere ius etiam in ſecundo capite, cùm in teſtamē-
to appareat eſſe vocatos per fideicommiſſum, &
poſſeſſionē d.bonorū acceperint de mādato meo
videntur iuſtè poſſidere, l.iuſtè poſſidet. ff. de ac-
6 quir poſſ. nulli enim dubiū eſſe debet, † quòd fi-
deicōmiſſarius qui poſſidet, & eſt paratus in con
tinenti docere de iuribus ſuis, dicitur legitimus
contradictor ad impediendā immiſſionem. glo.
in l.fi.C.de edic.di.Ad.tol.per reg.dolo facit ext.
de reg.iur.Dec.cōſ.467.col.2.vbi dicit, quòd miſ-
ſio in poſſeſſionem poteſt impediri, quando quis
aſſerit ſe fideicommiſſariū & poſſeſſorem bono-
rum, de quibus agitur, & offert ſe incontinenti
probare, & ratio naturalis ſuadet, vt euitetur cir-
cuitus.Iuxt.l. ſingularia.ff.ſi cert. pet. idem de fi-
deicommiſſario, quòd ſit legitimus contradictor
Ant.Gabr.vbi ponit ampl.& lib.comm. concluſ.
lib.4.de fideicōmiſ.concl.5.Repetentes omnes in
d. l. fi.præſertim Zuecard. Neuiz. conſ.33.nu.14.
Crauett.conſ.69.num.2.

Et hæc erant quæ primo aſpectu faciebant ad
fauorem Barigianorum, cúmque diu cauſa eſſet li
tigata, & multoties in ſcriptis & in voce allega-
tum, inſtarétque tempus ſententiæ proferendæ
ſuper iſto iudicio poſſeſſorio domini de Barigia-
nis inſteterunt coram Reuerendiſſimo d.Guber-
natore, vt in probatione ſententiæ interueniret
magnificus dominus Ioannes Toloſanus Audi-
tor, & collega meus hon. ac etiam cauſa expe-
diretur cum voto ipſius Reuerendiſſimi prout fa
ctū fuit, & ſatis diſcuſſa cauſa nos inclinauimus
pro iuſtitia contra Barigianos, moti fuimus infra
ſcriptis fundamentis.

Primò, quia etſi ſtatutum Peruſinum mandet
omnes cauſas inter coniunctos compromitti,
7 † dictum tamen ſtatutum patitur quamplurimas
declarationes, quas congerit Marant.in tract.iud.
in 6.Par.princip. verſ.ſecundus actus. Pet. Duen.
d.reg.36.& alij doct.paſſim, & omiſſis illis, quæ
non faciunt ad caſum noſtrū, duas, vel tres in me-
diū afferā, quibus moti fuimus ad iudicandū cau-
ſam non eſſe compromittendam.

8 Primò, quia † immiſſio iſta cùm ſit mixti im-
perij non poteſt fieri per arbitros, & alios magi-
ſtratus municipales. Bar. in l. non diſtinguemus.
§.de liberali.ff.de arbit.Petr.Duen.d.reg.36. in 13.
limit. vbi concord. alleg. & tradunt doct. com.
* in l. iubere cauere. ff.de iuriſd.omn.iud. vbi di-
cunt poſſe tantummodo per arbitros pronuncia-
ri aliquem eſſe immittendum in poſſeſſionem,
ſed effectualis illa immiſſio non poteſt fieri per
arbitros, ſiue alios magiſtratus municipales. tex.
eſt in terminis in l. ea, quæ. §. magiſtratus. ff.ad
municip.vbi d.I.C.*magiſtratibus municipalibus nō*

*eſſe permiſſum immitere in poſſeßionem.* & eſt magis
comm. opin. vt per Iaſ.in l. iubere. num.18.Dec.
num. 8.Longouall.in repet.l.imperium.nu. 166.
ff.de iuriſd. om.iud. accuratè meliùs cæteris Me-
noch .in tract.de arbitr.iud.quæſt.74.nu.24.25.&
ſeq.libr.1. & licet arbitri potuiſſent pronunciare
de immittendo , tamen iſti petebant immiſſionẽ
ipſam,& circuitus ſunt euitandi, & hoc fuit prin-
cipale fundamentum.

Secundò, non erat locus compromiſſo , quia
Ioan. Andreas antiquior antequam conderet te-
ſtamẽtum,& apponeret fideicommiſſum , dona-
uerat inter viuos omnia ſua bona ſuis filiis natis
& naſcituris,quo fit,vt bona iſta donata d. Ioan-
nes Andreas vltimo loco defunctus tranſmiſerit
ad d.dominum Ioan.Franciſcum Scottum,& do-
minam Sulpitiam ei magis coniunctos. Si enim
præcedebat donatio,vt dictũ fuit,fruſtrà eſt quę-
9 rere de fideicommiſſo,cùm † poſt perfectam do-
nationem.d.Ioannes Andreas antiquior non va-
luerit teſtari, nec aliquem contractũ facere Ro-
land.à Vall.conſil.61.num.4.lib.2.Succedit etiam
ex hoc inſtrumento donationis iurato,quòd non
10 poſſit fieri compromiſſum.† Bart.in l. eleganter.
ff.de cond.indeb.Corn.conſ.62.lib.4.Soc.conſ.4.
num. 1. lib. 1.& conſ.300. numer.5.lib.2.Duen.d.
reg.36.limitat. 7. Marant. in tract. iud. in 6.part.
numero 18.

Tertiò, quia negari non poteſt , quin non ſi-
mus in articulo iuris certo quòd iſti Barigiani
non ſunt legitimi contradictores ad impedien-
dam huiuſmodi immiſſionem in poſſeſſionem, ſi
11 ſumus in articulo † iuris certo & claro non eſt
locus compromiſſo.Bald.in l.Ancillæ.colum. 1.
C.de furt.& in l.cùm proponas.C.de reb.cred.A-
lex.conſ.62.col.2.lib.2.Marant.vbi ſuprà.num.29.
Fel.in c.cùm veniſſent,extrà,de iud.Duen.d. reg.
36.num. 16. Si ſumus in quæſtione iuris , quæ re-
quirat altiorem indaginem , vel eſt factum du-
bium,immiſſio non eſt retardanda.Ruy.conſ.87.
numer.28.lib.3.

Quartò, quia ad hoc vt ſit locus cõpromiſſo,
12 † opus eſt peti ante litem conteſtatam , & intra
quintum diem,ita dictat ſtatutum,quòd non fuit
factum per dominos Barigianos,ergo,&c.

Vltimò conſiderabã vltra alia adducta non eſſe
locum petito compromiſſo, etiam præſuppoſita
validitate teſtamenti & fideicommiſſi,& poſtha-
13 bita ſuprà dicta donatione,nam † qui non poteſt
alienare,non poteſt compromittere, quia ex cõ-
promiſſo poſſet ſequi alienatio. Abb. & doct. in
c.cũ tempore de arbit. Lap.allegat. 102. Dec. poſt
Rom.conſ.282.Viſo proceſ.nu.3. nouiſſimi Mod.
in tract.de fideicomm. in 3. part. quæſt. 72. verſ.
de tranſactione autẽ.bona autẽ,de quibus agitur,
ſecundum dominos Barigianos prætenduntur
ſubiecta fideicommiſſo , meritò de eis compro-
mitti non poteſt.

Nec illæ limitationes de mixto imper.obſtant
conſ.Alex.65.lib.7.quia iudicio meo Alexan.ma-
14 ximopere errauit,nam † licet arbitratores poſſint
procedere de facto.l.ſocietatem.§.arbitrorum. ff.
pro Soc.non tamen ſequitur,quòd poſſint exer-
cere iuriſdictionem , quæ eſt mixti imperij,ſed ꝙ
poſſint procedere de facto,non ſeruata forma iu-
ris,item aſſignando maiorem partem vni, quàm
alteri.Bald.in l.& in maioribus.C.de appell.Ruy.
conſ.129. viſo compromiſſo.in prin.lib.1.aliàs ſe-
queretur abſurdum,quòd magiſtratus municipa
les poſſent exercere iuriſdictionẽ contra tex.in d.
l.iubere.& per Menoch.d.quæſt.74.lib.1. & ſic e-
uidenter apparet de errore Alex. de cuius autho-
ritate non eſt curandum,cùm loquitur contra le-
ges,nec mirum,quia aliàs fuit ſibi contrarius , vt
oſtendit Cæph.conſ.92.cùm in teſtamento,nu. 2.
lib.1.immo aliquando reprehenſus. Menoch. in
tract. de arbitr.iud.caſ.201.num.18.lib.2.

Quòd autem iſti de Barigianis non ſint legiti-
mi contradictores , ſat eſſet allegata donatio , &
præfatus d. Ioannes collega meus allegauit conſ.
15 Rol.à Vall.78.lib. 3. Ad hoc enim vt † fideicom-
miſſarius dicatur legitimus condradictor requi-
ritur,quòd poſſeſſionem apprehenderit facta ſibi
reſtitutione reali,ſiue ſaltem verbali.l. cohæredi.
§.cùm filię.ff.de vulg.& pup.l.reſtituta.ff.ad Tre-
bell.vbi Caſtr. dicit feciſſe irritare plures proceſ-
ſus,idẽ voluit Natt.conſ.223.lib.1.vbi dicit,quòd
non ſolùm non eſt legitimus contradictor , verũ
etiam amittit iura,quæ habet,amplians hoc pro-
cedere,etiam quando fideicommiſſarius aſporta-
ret fructus maturos,& in tantum hoc eſt verum,
quòd dicta apprehenſio non poſſit fieri,etiam v-
bi reſtitutio fieret ipſo iure.Nat.d.conſ.223.lib. 1.
Rolan.à Val.d.conſ.78.nu.15.lib.3.vbi Alex.Dec.
Gal.Cæph.& Ber.allegat. dicítque hanc eſſe ma-
* gis comm.*opinio.quę procedunt etiam,ſi fidei-
commiſſarius incontinenti vellet docere de iure
ſuo,exceptis duobus caſibus.Primus,quando ius
tranſit ſine reſtitutione.Secundus,quando fidei-
commiſſarius haberet licentiam à teſtatore , vel
hærede ingrediendi poſſeſſionem propria autho-
ritate.ita voluit nouiſſimè Menoch.poſt Zuccar.
in tract.de adipiſc.poſ.4.remed.num.632. & 633.
neutrum iſtorum interuenit in caſu noſtro,meri-
tò,&c.Et eò magis non poſſunt dici legitimi cõ-
tradictores,vt optimè nouit Excellentiſſimus d.
Aduocatus d.Marcus Antonius Eugenius Peruſi-
16 nus † legens ius Canonicum in prima cathedra
de mane, ad domum cuius conuolitant omnes
tanquam ad oraculum Apollinis , ob eius ſcien-
tiam & integritatem,dicebat enim, quòd ex quo
præfati d.Scottus,& d.Sulpitia intẽdebant detra
17 here Trebell.† poſſeſſionem debent accipere de
manu ipſorum facta dicta detractione Caſtrenſ.
in d.l.fin.colum.penultim.de edict.di.Adr.tol.&
vltra eum Anton. Gabr. libr. commun. concluſ.
lib. 4.de fideicom. concluſ.5.numero 7. Roland.
d.conſil.78.num.21.lib.3. vbi omnes & antiquos,
& modernos allegat,& vltra eũ idem voluit, ad-
hibita quadam declaratione , nouiſſimus Me-
noch.in d.tract. adipiſc. poſſ. remed. 4. numero
638.& ſequen.

Sed quia de detractione Trebellianicæ poteſt
dubitari, ob quædam verba teſtamenti. ideo po-
teſt etiam conſiderari,quò prædicti poterant de-
tra here etiam legitimam,cùm reſtitutio deberet
fieri diuerſis temporibus.Alciat.reſponſ.572. Ro-
lan.à Vall.conſil.12.numer.8.lib.1.ob quam detra
18 ctionem † legitimæ fideicommiſſarij non ſunt le-
gitimi contradictores , vt in puncto voluit Ro-
land. à



land.à Vall.d.conſ.78.nu.21.lib.3. quę legitima in
teſtamento nõ poteſt dici prohibita,cùm hoc te-
ſtator non potuerit facere ſine cauſa, & dato ſine
præiudicio quod potuiſſet, erat de ea fienda ſpe-
cialis,& ſpecifica mentio.l.ſi quando. §.& gene-
raliter.C.de inoff.teſtament.Afflict.deciſ.168.nu.
3.Cæph.conſ.148.viſis num.25.lib.1.

Tunc enim iſti de Barigianis fuiſſent legitimi
contradictores ad impediendam immiſſionem,i-
19 ſtam , quando teſtatur † cis in vita poſſeſſionem
dediſſet vel licentiam ingrediendi poſt eius mor-
tem,quòd non reperitur factum in caſu noſtro.l.
Titia cũ teſtamento.§.Lucius.de leg.3.Bald.conſ.
335.Dec.conſil.84. col.2.in princ.conſ.424.col.3.
Iaſ.in l.non dubium. C. de legat.Gozad. conſ.93.
numer.10.Rol.d.conſ.78.num.17.libro 3. Anton.
Gabr.lib.com.concluſ.lib.4.de fideicommiſſ.cõ-
cluſ.5.num.5.nouiſſimè Menoch.in d.tract.adipi-
ſcen.poſſeſ.4.Remed. numer. 636.vel,quando te-
ſtator conſtituiſſet executores teſtamenti fidei-
commiſſarios.Bald.& Iaſ.in d.l.non dubiũ. Dec.
d.conſ. 743.colum. 2.Rol. à Vall.d.conſ.73.num.
18.lib.3.quæ omnia procedunt,etiam ſi dicta poſ-
20 ſeſſio fuerit vacans , quia licet † non incurrant
pœnam accipiendo poſſeſſionem rerum vacan-
tium doctor.in d.l.non dubium. C. de legat. po-
teſt autem ab hæredibus auocari poſſeſſio.Ro-
land.à Vall.dicto conſilio 78.numer.19.& 20.lib.
3.allegat Dec.conſ.84.col.1.in fin.424.col. 3. verſ.
non obſt.allegata.467.col.2.in fi.Pariſ.conſ.53. n.
14.lib.3 & conſ.81.nu.21.lib.2.& ſic videntur ma-
lè loquutos fuiſſe doct.Allegatos per Ant.Gab.d.
lib.4.de fideicomm.concluſ.5.à prin. vſque ad nu
merum quintum , quia opinio contra eos eſt ve-
rior,& communis,bene ſaluari poſſunt dicta eo-
rum,vt non incurrant pœnas , non autẽ quòd nõ
teneantur reſtituere omnia ſcriptis hæredibus,vt
ſuprà deductum fuit.

21 Et ideo † non video, quomodo defendi poſſit
Menoc.vir profectò eruditiſſimus in d.tract.adi-
piſc.poſſ.in 4.remed.num.636.in fi.vbi poſt Alc.
dicit,quod tunc etiam fideicom.eſt legitimus cõ-
tradictor,quando ob aliam cauſam poſſeſſionem
aſſecutus fuerit , quia vera & recepta opinio eſt,
quòd nunquam fideicomm.dicantur legitimi cõ
tradictores,etiam quòd apprehẽderint poſſeſſio-
nem vacantem, niſi in vita teſtatoris fuerit data
licentia ingrediendi poſſeſſionem,vel poſt mor-
tem,vel quando eos conſtituiſſet executores te-
ſtamenti,vt ſuprà dictum fuit,adeo., quòd ſaltẽ
per coniecturas appareat eis licuiſſe,vel de licen-
tia teſtatoris,vel hæredis,vel alio caſu permiſſo,
aliàs ſemper fideicommiſſarij dicuntur poſſidere
cum vitio,etiam rem vacantem ad effectum ſaltẽ
reſtituendi ſcriptis hæredibus, vt deductum fuit
ſuprà,ex Rolan.poſt Dec.& Pariſ.aliàs ſi fideicõ-
miſſarij nolint docere de prædictis,ſed de eorum
iuribus quoad fideicommiſſum, non ſunt legiti-
mi contradictores, & ſi in continenti velint do-
cere de iuribus ipſorum quoad fideicommiſſum,
vt voluit Zuccar.in d.l.fin.num.117.C. de edi.di.
Ad.tol.ſed tunc demum eſt audiendus de eius iu-
ribus in continenti,quando velit docere de licẽ-
tia ſibi attributa à teſtatore,vel aliquid ſimile, vt
dicatur poſſidere ſine vitio,quod etiam admittit
Menoch.in d.tract.adipiſc.poſſ. rem. 4.num. 633.
634.& ſequen.

Neq; licentia mea de ingredien. poſſeſſionem
22 eis opitulator , quia † tales licentiæ (vt dicebam)
dantur conditionaliter,quatenus poſſeſſio ſit va-
cans,& ſine præiudicio habentium potiora iura,
& iſtæ licentiæ impetrantur ſolummodo ad eua-
dendas pœnas bannimẽtorum,ſtatim enim quòd
controuertitur cauſa auditis iuribus vtriuſque
partis, reuocatur immiſſio illa,quatenus immiſſi
non foueant ius , non eſt ergo quid , cur dicatur
iſtam immiſſionem eſſe reuocandam, cùm in poſ
ſeſſorio præfati Barigiani nullum foueant ius,&
debeant habere poſſeſſionem de manu hęredum,
& immiſſio iſta parte non citata , non valet. l. fi-
nal.C.ſi per vim.vel al.mod.l.meminerint.C.vn.
vi. quòd procedit etiam , quòd iudices haberent
ampliſſimam poteſtatem immittendi in poſſeſ-
ſionem, quia nihilominus nõ poſſent immitere,
niſi parte citata. Anchar. conſilio 271. in primo
23 dub.immo,† nec imperator ipſe poſſet immitte-
re in poſſeſſionem, & præiudicium parti afferre,
niſi pate citata.Ruy.cõſ.17. Quia n.4.lib.5.nec ſuf
ficit generalis citatio,ſed particularis requiritur.
Bald.in d.l.fi.quæſt.4.C.de edic.di.Adr. tol. Ruy.
in d.conſ.17.num.5.lib.5.

Nec prædictis obſt.ſubtile motiuum Excellẽ-
tiſſimi d.Aduocati,ex aduerſo,dum conſtituebat
differentiam inter officium iudicis,& actionem,
* quia comm.* opinio eſt,quòd quomodocunque
24 † petatur,iſta immiſſio,non poſſit exercere per i-
ſtos magiſtratus municipales. ita Caccialup. qui
de com.teſtatur.in d.l.iubere cauere.num.3.ff. de
iuriſd.om.iud.à qua com. in iudicando nõ eſt re-
ceden.Alex.in l.cum prolatis.de re iudicat.

Fuit ergo ſententiatũ ad fauorem.d.D.Io.Fran
ciſci Scotti,& d.Sulpitiæ,& cõtra dominos Bari
gianos videlicet cauſam non eſſe cõpromitten-
dam,& prædictos non eſſe legitimos contradi-
ctores,ad impedien.quòd prædicti non immitte-
rentur in poſſeſſionẽ d.bonorum prout immitti
mandauimus,reſeruato Barigianis iure , ſi quod
cõpetit in petitorio iudicio.manu ſer Raynaldi
de Rubeis Peruſini Not.Cur. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus ad lites tenetur ſatiſdare,nec ſufficit iuratoria cautio,quia tenetur ad omnia ad quæ tenetur procurator generalis.*

2 *Curatores ad lites de ſtylo curiarum non tenentur ſatiſdare.*

3 *Procuratores ad lites de ſtylo curiæ Peruſinæ ad quæ teneantur.*

### Argumentum.

Curator minori datus ad lites, ita procurator ad quæ teneatur de iure,& de ſtylo curiarum.

IN quadam cauſa, in qua interueniebant
pro vna parte dominus Bartholomæus
Corſettus, & dominus Ludouicus Chi-
rardus Cauſidici Peruſini, fuit dubitatum, an ex
quo principalis d. d.Ludouici erat minor, ipſé-
que fuerat decretus curator ad lites dicti minoris
teneretur ſatiſdare, præfatus Corſettus dicebat
1 de iure teneri † allegando in terminis doctr. Bar.
in l.etſi ad ſpecies, numer.1.ff. iud. ſolu. vbi Bart.
poſt gloſ.decidit, quòd curator datus ad lites te-
netur ſatiſdare. & vltra eum idem tenuit Ang.A-
ret.in §.fin.in fin.princ.inſt.de curat.Capell.Tho
loſſ.quæſt.246.incip. item ſi curator. Alex. conſ.
80.lib.5.Neuiz.conſ.17.nu.64.nec ſufficit iurato-
ria cautio.Iaſ.in l.1.in 8.limi.ff.qui ſatiſd.cog. &
eſt ratio ſecundum Neuiz.vbi ſuprà poſt Alex.ab
eo allegatum, quia curator ad lites tenetur ad o-
mnia ad quę tenetur curator generalis, & hæc de
iure nullam habent dubitationem.

Verùm de ſtylo in multis curiis in quibus prę-
fui, & præſertim Peruſiæ non vidi obſeruari,
2 † quòd iſti curatores ad lites ſatiſdent, prout etiã
in curia Delfinali nõ ſeruari teſtatur Guid. Papæ.
conſ.330.incip.quinque ita pariter no ſeruari te-
ſtatur Neuiz.d.conſ.17.nu.64.in fin.dicens quòd
dantur aliquando ſeruientes curiæ in contuma-
ciam minoris.

3 Hîc autem † Peruſiæ coguntur procuratores
ſuſcipere huiuſmodi tutelas, & curas, & tantum
modo iurant vtilia facere, & inutilia præter-
mittere, quódque eis ſemper liceat vti veritate
ſi enim (vltra prædicta) tenerentur ad cauen-
dum, nullus profectò inueniretur procurator,
qui huiuſmodi onera ſuſciperet etiam quòd mi-
nores eſſent ditiſſimi: propterea mandaui & in i-
ſta cauſa, & in aliis ſimilibus eſſe proceden-
dum ad vlteriora etiam non data cautione per
huiuſmodi curatores ſtante ſupra dicto ſtylo,
licet de iure communi ſecùs eſſet dicendum.
Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus regulariter cũ cautione de rato admit-
titur pro alio coniuncto fallit, vt num.2.*
3 *Fœminæ non poſſunt interuenire in iudiciis, etiam
pro coniunctis, cum ratione.*
4 *Ratificatio requiritur in comparitione, ſeu admiſ-
ſione coniuncti pro coniuncto.*
5 *Coniunctus quo caſu non admittatur pro coniun
cto etiam cum cautione de rato.*

### Argumentum.

**Cõiunctus quãdo, & quomodo admit
tatur, vel nõ ad iudicium pro coniuncto.**

DOMINA Antonia de Peruſio re-
liquit poſt eius mortem quatuor fi-
lios, Antonium, aliàs Petenella, &
Hippolytum maſculos, & dominã
Rubertam, & Mariam fœminas.

Præfatus Antonius tanquã filius, & hæres di-
ctæ ſuæ matris inſtetit reintegrari ad medietatẽ
cuiuſdam domus, videlicet ad quartam partem
ſpectãtem ad eum pro eius rata, & ad aliam quar-
tam pro Hyppolyto eius fratri abſente pro quo
de rato promiſit, ex aduerſo replicabatur d.Agen
tem non eſſe audiendum, niſi pro eius rata, & nõ
pro rata d.Hippolyti.

1 Nam licet † regularites coniunctus cum cau-
tione de rato admittatur pro alio coniuncto.l. e-
xigendi.vbi doct.C.de procurat.l.ſed, & hæ. ff.de
procurat.vbi de fratre loquitur.l. Pomponius. §.
* ſi.ff.eod tit.quòd communiter * ſequuntur doct.
ſecundum Alex.conſ.4.nu.3.lib.2.vbi dicit, quòd
tranſuerſales vſque ad quartum gradum admit-
tuntur, & tradit Bart.in l.1.nu.5.de procur.Rip.in
c.cum M.nu.60.extra de conſtit.Aret.in §.fin.col.
2.in fin.inſt.de except.cum cautione tamen de ra
to, vt dicebam, quia coniunctus ex ſuo facto alte-
ri coniuncto præiudiciũ inferre non poteſt. Rip.
vbi ſuprà per text.in l.3.§.1.ff.iud.ſol.l. 1. C. quib.
reſ.iud.non noc.Dec.conſ.8.& Crauet.conſ.109.
num.4.circa princip.& multas ampliationes, &
limitationes ponit Petr.Duen.

2 Tamen † iſta regula fallit, quando coniunctus
vult experiri contra alium pariter coniunctum.
Alex.in l.exigendi.in 8.fall.C.de procur. per l. ſi
duos.de procur.& apoſtil.ad Bar.in d.l.ſed & hæ.

Replicabatur ex aduerſo, doctr.Alex. non ob-
ſtare.ſed tantummodo habere locum, quando cõ
iunctus ageret cõtra alium pariter coniunctum
maſculum, ad hoc vt termini ſint pares, ſecùs ſi
d. mulier vellet agere pro d. Hippolyto fratre,
3 † quia non poſſet. l.alienam.C.de proc.vbi Alex.
& Iaſon.qui ita obſeruari dicunt, Natt.in matre,
quòd non poſſet agere.conſ.143.nu.6.lib.1. ea ra-
tione, ne fœminæ parcentes proprio pudori im-
miſceant ſe iudiciis in cœtu virorum. d. l.alienã.

4 Sed † ex quo requirebatur etiam ratificatio d.
Hippolyti.Bart.in l.1.num.3.C.quib.reſ.iud. non
noc.& in l.ſæpe.nu. 4.ff.de rei iud.& in l. ſi quis.
§.ſtipulationum in fin. ff.iud. ſol. quæ ratificatio
debet ſubſequi infra 10.dies datos ac appellandũ,
prout dicit Iaſ.in d. l.exigendi.nu. 10.in 12. limit.
Specu.in tit.de appel.poſt prin.& not.in l. bono-
rum.ff.rem rat.hab.

Ego non ſubſecuta aliqua ratificatione, neque
mandato, putaui limitationem Alex. eſſe veram
5 † quòd coniunctus non admittatur etiam cum
cautione de rato contra alium pariter coniunctũ,
& ſic pronunciaui.d.agentem fore tantummodo
reintegrandum ad quartam partem d.domus ipſi
tangentem, quo verò ad ratam dicti Hippolyti,
ex quo agebat contra alios pariter coniunctos,
pronunciaui non eſſe audiendũ abſque mandato
ipſius Hippolyti.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO L.

SVMMARIVM.

1 *Agenti obſtat exceptio non implementi.*
2 *Promiſsio quælibet habet tacitam conuentionem, ſi
ſibi obſeruatur fides.*

*Exce-*



3 *Exceptio, tu non impleuiſti, eſt adeo efficax, vt ſi ex
forma ſtatuti eſſet ſublata omnis exceptio, iſta ta
men ſemper poteſt obyci.*
4 *Factum vbi eſt diuerſum, ibi diuerſum ius ſtatui
debet.*
5 *Inſtrumentũ habens dicitur habere probationẽ pro-
batam.*
6 *Clauſula conſtitui operatur tranſlationem poſſeſ-
ſionis.*
7 *Conductoribus lucrũ, & dãnum, cedit cõmodo, &
incommodo.*
8 *Dãnum leuis momenti non eſt in conſideratione, vt
conductoribus fiat remiſsio mercedis.*
9 *Actui (licet præiudiciali) acquieſcens conqueri nõ
poteſt.*
10 *Proteſtatio an, & quando releuet, vel non.*
11 *Principis factum ſemper cenſetur excluſum.*

### Argumentum.

**Executionem petenti quid obiici poſ-
ſit, & de efficacia exceptionis non imple-
menti oppoſitæ à conuento contra agen
tem.**

HIERONYMVS Sotius, aliàs il
Medechetto, de Peruſia annis proxi
mè decurſis conduxit pro certo cõ-
uento pretio, & tempore à domino
Alderio della Caſa, tunc temporis
huius prouinciæ Vicetheſaurario tres partes ex
quatuor aquæ lacus Peruſini, qui quidem Hiero-
nymus ſublocauit multos ſolidos. d. aquæ lacus
domino Emylio Alfano & litis conſortibus de
Peruſia, finita conductione cùm adueniſſet tem-
pus ſoluendi, d.Theſaurarius, qui habebat tantũ
actionem contra d.Hyeronymum, aſtrinxit dictũ
Hyeronymum ad ſibi ſoluendum non ſolùm e-
ius ratam, ſed etiam ratam d.d. Emylij & aliorũ
cúmque d.Hieronimus executiuè experiretur co
ram me, præfatus d.Emylius & litis conſortes, in-
frà ſcriptas allegabant, ad impediendam peti-
tam executionem.

Primò, quod dictus Hieronymus non imple-
uerit ex parte ſua, ea quæ promiſit in contractu
1 ſubdelegationis, & † agenti obſtat exceptio non
implementi.l.Iulianus.§. offerri, vbi Bart.ff.de a-
ction.empt.l.filiæ licet.C.de collat. Corn. conſil.
106.num.5.lib.1. Crauet.conſil.151.num.10. Pariſ.
2 conſ. 3. nume. 57. lib.1. quælibet † enim promiſ-
ſio habet tacitam conuentionem ſi ſibi obſer-
uatur fides, c.peruenit, de iureiurand. Crott.con-
ſil. 75.num.12.& conſil.86.num.9. Bero.in termi-
nis conſ.144.n.11.lib.1.& eſt adeo efficax iſta ex-
3 ceptio, † vt ſi ex forma ſtatuti eſſet ſublata omnis
exceptio, iſta tamen ſemper poteſt obiici.Bartol.
in l.1.§.parui.ff.quod vi aut clam. Crauet. conſil.
151.num.10.Rolan.à Val.conſ.53. lib.1.dicens hoc
procedere etiam quòd promittẽs deficeret in mi-
nimo capitulo, & ad demonſtrandum, quòd di-
ctus Hieronymus non adimpleuerit deducunt
probata in actis fol.183.vbi apparet dictum Hie-
ronymum non cõmunicaſſe lucrum quarti & vl-
timi anni, & ſic videtur, quòd nõ poſſit agere.Ro
land.d.conſil.53.num.33.lib.1. Tum etiam, quia nõ
tradiderit poſſeſſionem vacuam & expeditam.
Bald.in l.fin.verſ.ſed pone, C.de pact.Dec.cõſ.119.
num.1. Vltimò, quia non ſeruauerit pacta appo-
ſita in inſtrumẽto, cùm in eo promiſerit ſeruare
cedulam veteram per verba in omnibus, & per o-
mnia.l.2.§.furioſus, ff.de iur.codicil.

Præfatus tamen Hieronymus negabat factum
4 ita ſe habere, & ſic † diuerſum ius debere ſtatui.
l.ſi ex plagis, §.in cliuio, ff. ad l.aquil.Rol. à Vall.
conſ.23.in princ.lib.3. non enim coram me fuit
petitum lucrum vltimi anni, conſequenter nõ eſt
quid ſuper hoc ei impartiri debeam. l.illicitas. §.
veritas.ff.de offic.præſid. Didac.Couarr. lib. var.
reſol.1.c.1.

Fũdatam igitur habet dictus Hieronymus in-
tentionem ſuam per inſtrumentum cum d. D. E-
5 milio & litis conſortibus celebratum, cùm † ha-
bens inſtrumentum dicatur habere probationes
probatas.Roland.à Vall.poſt alios.conſ.76.nu.8.
conſ.79.nu.47.& conſ.85.nu.38.lib.1.Bero. conſ.
151.nu.21.lib.1. cùm præſertim habet ſua requiſita.
Rol.conſ.2.num.58.conſ.9.num.16.conſ.31.nu.35.
& conſ.39.nu.5.lib.10. Quod quidem inſtrumen-
tum ita executiuè productum nõ poteſt impedi-
ri virtute ſtatuti Peruſini, niſi in quibuſdam cau-
ſis tantùm, & exceptionib.oppoſitis, quarum nul
la fuit oppoſita à d.d.Emylio.& lit. conſortibus,
& ſi aliqua fuit oppoſita, non fuit probata.

Nec poteſt imputari præfato Hieronymo,
quòd non tradiderit poſſeſſionẽ rei vẽditæ, quia
omiſſis aliis reſponſionibus, ſufficiat in inſtru-
mento fuiſſe appoſitam clauſulam conſtituti, quę
6 † clauſula operatur tranſlationem poſſeſſionis. l.
quod meo.vbi doct.ff.de acq.poſſ.Tiraquel.lat.in
tract.conſtit.poſſ.colum.2.numer. 2. Si poſtea in
vltimo anno fecerunt potiùs iacturam, quàm lu-
crum non eſt hoc imputandum ipſi Hieronymo,
qui etiam fecit iacturam pro ſua rata, hoc enim
7 erat in arbitrio ſortis † & eſt emptio aleæ.l.ſi actũ
retis, ff.de act.emp.l.nec emptio.ff.de contrahẽd.
empt. & Baldus in terminis loquens de condu-
ctoribus lacus Peruſini, in l.cùm fundus.C.de ſo-
lut.quem ſequi.Dec.conſil.4.numero ſecundo di
cit, quòd ſi conductores lacus Peruſiæ multum
lucrantur, eorum eſt vtilitas, & illis inuidere non
debemus, ſicut ſi eſſent in damno mederi non de-
bemus, & eſt ratio, quia in huiuſmodi cõductio-
nibus ſtantibus in manibus fortunæ non fit re-
miſſio.d.l.ſi iactum retis.Immo etiam, quòd eſſe-
mus in caſibus, in quibus eſſet fienda remiſſio,
cum virtute dictæ nouæ cedulæ parùm deſtite-
rint piſcatores à piſcationibus huiuſmodi dam-
num leuis momenti, non eſt in conſideratione,
8 vt fiat remiſſio mercedis.Bero.conſ. 140. num. 7.
lib. 1. vbi id ampliat procedere etiam quòd ex fa-
cto locatoris conductor per modicum tempus
fuerit impeditus.Bene verum eſt, ſi impedimen-
tum fuiſſet notabile, etiam quòd fuiſſet impedi-
tus à tertio, cui locator reſiſtere non potuiſſet
ipſe locator teneretur. Natt.conſ.610. num.6. 7.
& 8.lib 3 Sed re vera dicta noua cedula nullum
affert impedimentũ nouis conductoribus, immo
eſt eis vtilior, vt probant teſtes examinati, & ore-
tenus mihi fidem fecit magnificus dominus Pe-
trus Strotius Vicetheſaurarius nunc Peruſię,
cùm per iſtam permittantur multa genera pi-

ſcationum, quæ prohibebantur in cedula veteri,
& hoc eo magis eſt credendum, cùm poſtmodũ
præfatus dominus Vicethesaurarius conduxit d.
piſcationes lacus cum conditionibus in noua ce
dula appoſitis, quod vtique non feciſſet, ſi ei dam
num fuiſſet allaturum. ad l. cùm de indebito. ff. de
proba. cùm præſertim eſſet in poteſtate ipſius d.
Vicetheſaurarij conducere dictas piſcationes, cũ
conditionibus cedulæ veteris, vel nouæ. Nullum
autem damnum præfati paſſi fuêre ex dicta noua
cedula, ſed quidam piſcatores audientes publica-
tionem dictæ nouæ cedulæ, per loca lacus Thra-
ſimeni in expertes literarum dubitauerunt, per d.
nouam cedulam reſtringi modum piſcandi, & ſe
contulerunt Peruſiam, & audito eis magis expe-
dire nouam cedulam, ſtatim reuerſi fuêre ad eo-
rum exercitium, & interim per alios non fuit de-
ſtitutũ à piſcationibus, adeò quòd in nullo dãno
fuêre. Quę quidem noua cedula, etiam quod eſſet
damnoſa, non eſt quid imputetur præfato Hiero-
nymo ex aliis.

Primò, quia tã prædictus Hieronymus, quàm
etiã d. d. Emilius & alij ſubconductores acquieue
9 runt d. nouæ cedulæ, & † ſic de hoc conqueri nõ
poſſunt. Boſ. in tit. de remiſſ. merc. publ. n. 28. quæ
noua cedula cùm deuenerit ad notitiam etiam d.
ſubconductorum, eíque acquieuerint, debet eis
pariter præiudicium afferre, ſicut ipſis principa-
libus conductoribus, cùm nulla conſiderari poſ-
ſit ratio differẽtiæ. arg. l. à Titio. ff. de verb. oblig.
Si enim prædictus d. Emilius, & litis conſortes
prætendebant dictam nouam cedulam eis dam-
10 noſam † debebat proteſtari ipſi Hieronymo. Ruy.
cõſ. 150. n. 14. & 15. lib. 5. quæ proteſtatio expediẽs,
ſiue ſaltem benè erat fieri etiam d. Theſaurario, tã
quam principali. Ruyn. conſ. 64. num. 3. lib. 1. quæ
tamen proteſtatio nil ei profuiſſet, poſtquam ac-
quieuit, vt Ruyn. conſ. 116. nu. 11. libr. 2. & conſ. 17.
num. 5. lib. 4.

Excuſaretur etiam ex alio d. Hieronymus quia
cùm innouatio d. cedulæ emanauerit à ſummo
Pontifice, ſequitur clariſſima iuris diſpoſitio,
11 † quod factum principis ſemper cenſetur exclu-
ſum c. conſtitutus vbi doct. extr. de reſcript. Bald.
conſ. 360. lib. 5. Boſſ. in tit. de remiſſ. merced. publ.
n. 26. & 27. & nouiter in puncto tradit Bero. conſ.
143. n. 24. lib. 1. & licet cedula prędicta præſtitiſſet
eis nocumentum (quod eſt falſum vt deduxi) ni-
hilominus non propterea poteſt retardari execu
tio petita per d. Hieronymum ſtãte ſtatuto Peruſi
no reiiciente ſimiles exceptiones, ſed iſte d. Emy-
lius, & litis conſortes tenentur ſoluere, & deinde
repetere ex diſpoſitione d. ſtatuti. Cùm ergo prę-
fatus Hieronymus præſtiterit patientiam, & o-
mnia per eum fienda adimpleuerit, & allegata ex
aduerſo per excellentiſſimum Aduocatum, licet
ſint vera in iure, non tamẽ fuerũt probata in pro-
ceſſu, immo totum contrarium, propterea nõ in-
digent reſponſione.

Præmiſſis ſtantibus ſententiaui contra d. d.
Emylium, & litis conſortes, & ad fauorem dicti
Hieronymi, videlicet inſtrumentum coram me
productum. & exequi petitum fore purum, liqui
dum, & exequendum, reſeruato prædictis iure
reuidendi computa præfato Hieronymo tanquã
adminiſtratore introitus dicti lacus, manu ſer
Franciſci Gualterotti Peruſini. Not Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LI.

### SVMMARIVM.

1 *Petens plus debito perdit iura ſua, & cõdemnatur in expenſis.*
2 *Reo à quo plus debito petitum eſt, non licet totum debitum negare, ſed verum debitum cõfiteri tenetur.*
3 *Petitio generalis ſe referens ad ſcripturas in quibus verum debitum continetur, operatur vt creditor non dicatur petere plus debito.*
4 *Dolus non præſumitur niſi probetur.*
5 *Procurator non dicitur habere mandatum ad faciẽdum cadere dominum in pœnam.*
6 *Poſitio quando eſt partim vera, & partim falſa, an poßit in totum negari.*
7 *Cautela pro reo, vt reſpondens non dicatur ſimpliciter negare, vel affirmare.*
8 *Debitor ignorans an ſit debitor, & in qua ſumma licitè poterit totum negare, non obſtante quod eſſet debitor in aliqua ſumma, & aßignatur ratio.*
9 *Reus pro caſu poßit litigare ſuper tota ſumma.*
10 *Litigandi iuſtam cauſam habens ab expenſis abſolui debet.*
11 *Petens plus debito vt cadat à iure ſuo quæ requirantur.*
12 *Dolus nõ poteſt cadere in iis, qui ſuccedunt in ius alterius.*
13 *Creditori petẽti plus debito, ne cadat à iure ſuo, neque in expenſis condemnetur, quomodo conſulatur, & de clauſula (ſaluo iure ſuperflui.)*

### Argumentum.

Reus an poſſit ſe tueri contra petentem plus debito, vt nec etiam ad debitum teneatur.

Creditori petenti plus debito quomodo conſulatur, ne cadat à iure ſuo, neque condemnetur in expenſis.

Poſitiones partim veræ, & partim falſæ, an & quomodo poſſint licitè negari.

IN cauſa vertente inter Bartholomæum
Bettolum, & quoſdam Hieronymum &
Leandrum, ex quo præfatus Bartholo-
mæus non fouebat ius in negocio principali di-
cebat nihilominus poſſe ſe tueri, quia prędicti
ab eo petierunt plus debito, fuit dubitatum quid
iuris.

1 Nam † petens plus de debito non ſolum ſua iu
ra amittit, ſed etiam in expenſis venit condemnã-
dus. l. 1. iunct. glo. C. de plus petit. c. vnic. eod. tit.
econuerſo replicabatur, dictum conuentum,
in partem ſaltem probatam, ſiue verè debitam,
& in expenſis eſſe condemnandum, nam licet pro
2 eorum parte plus debito petitum fuerit, † ni-
hilominus ei totum debitum negare non licuit,
Barth. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. in fi. & ibid. Alexan. ff.
de verb. oblig. vbi volũt, quòd actore puta cc. pe-
tente, licèt non ſit verè debitor niſi in quinqua-
ginta, non licet reo totum debitum negare, ſed ꝙ
verum debitum confiteri teneatur, & ibi Alex. at-
* teſtatur de magis com. * opin. quem ſecutus fuit
Aret. conſ. 29. & videtur aſſentire Bart. in l. non po
teſt videri de reg. iur. vbi dicit, ꝙ ſi ego vere quin-
quaginta debeo, & tu à me petis centum, & pro-
pterea totum negauerim, nihilominus pro parte
negata in mora conſtitutus ero, quod dicit Barth.
de facto Piſis habuiſſe, iſti autem actores non poſ
ſunt dici incurriſſe in aliquam pœnam, quia peti-
tio fuit generalis, & ſe referebant ad ſcripturas, in
3 quibus verum debitum continebatur, ex qua † pe
titione generali, & relatione ad ſcripturas non di
cuntur petiiſſe plus debito. Bero. in terminis per
totum conſ. in conſil. 188. lib. 3. vbi n. 6. dicit hanc
præſumptionem eſſe ſumendam ne quis delictũ
incurriſſe dicatur ppſt Abb. in d. cap. vnic. ext. de
plus petit.

4 Et † dolus non pręſumitur niſi probetur. l. quo-
ties. §. dolo. ff. de dol. à quo dolo quælibet leuis
cauſa excuſat. Bero. in materia vbi ſuprà, n. 8. vbi
in indiuiduo dicit non ſufficere pręſumptum do-
lum in petenti plus debito, ſed requiri veram pro
bationem doli.

Poſſunt excuſari ex alio iſti agentes, quia peti-
5 tio fuit facta per eorum procuratorem, † qui non
dicitur habere mandatum ad faciendum cadere
dominum in pœnam. Alex. conſ. 73. lib. 6. & in ter
minis. Bero. d. conſil. 188. in fin. lib. 3. Et eo magis
iſte non poterat totum negare, cum actores par-
tem debitã accipere ſe obtulerunt. Alex. & alij re-
pet. in d. §. ſtipulanti. in fi. Neuiz. conſil. 94. nu. 13.
Barth. in l. qui ſolidum. §. etiã. de leg. 2. Secus eſſet
in poſitionibus ratione periurij. Bar. circa fi. in d.
§. ſi ſtipulanti, vbi Alc. n. 37. & ſeq. Galiaul. n. 18. v-
bi ita eſſe tenẽdum aſſeuerat, Dec. & Cagno. in l.
non poteſt teneri. ff. de reg. iur.

Sed quia etiam quoad poſitiones eſt altercatio
6 inter doct. cùm non defuerint qui dixerint, † lice
re totam poſitionem negare, quando eſt partim
falſa, & partim vera. Iaſ. in l. 1. §. ſed ſi mihi, n. 10. ff.
* de verb. oblig. vbi de com. * teſtatur Grauat. in ad-
dit ad prax. Veſtr. lib. 5. c. 14. n. 24. ad effugiendas i-
ſtas difficultates, talis cautela per practicos fuit
adinuenta, quòd ponens dicat, ſi nõ credit de tã-
to, dicat de quanto, deſcendendo vſque ad mini-
mum nummum, & ſic reus omnino debitã ſum-
mam fateri tenebitur. Iaſ. in d. §. ſtipulanti. nu. 11.
Galiaul. n. 19. Alciat. n. 40. & Cagnol. in d. l. nõ po-
teſt videri, num. 6.

7 Ex aduerſo † eſt cautela pro reo, vt reſpondeat,
nego narrata prout narrantur, quia tunc nec ſim
pliciter negabit, nec ſimpliciter affirmabit, adeo
quod ex dicta implicitate de negatione redargui
non poterit, nec incurreret pœnas contra negan-
tes impoſitas, vt pro confeſſo vel cõdemnato ha-
beatur. iuxta terminos. l. 1. C. de confeſſ. illa enim
verba, prout narrantur, denotant in libello ali-
qua vera, aliqua falſa, & ad prædicta faciunt trad.
per dd. de Rot. dec. 12. de lite cõteſt. in nou. & per
Bar. in l. ſi dubitetur, §. ita demũ. de fideiuſ. & per
pract. Papienſ. in form. reſponſ. rei conuent. in gl.
in verſ. narrata prout narrantur, & pulchre per A-
ret. in §. Item ſi ſocius, inſt. de act. & ſic actor totũ
debitum probare tenebitur. iux. l. qui accuſare, C.
de edend.

Quæ tamẽ procedunt quãdo reus ſciebat ſe in
partem eſſe debitorem, ſi autem eſſet in præſum-
pta ignorantia an eſſet debitor, & in qua ſumma
8 † tunc licitè totum negare poterit, non obſtante
quod in aliqua parte debitor eſſet, quia ratione i-
gnorantiæ, in parte debita in mora conſtitui non
procedit, & ita procedunt tradita à Barth. & aliis
in d. l. non poteſt videri. ff. de reg. iur. Aret. in §. is
qui, col. fin. inſt. de manda. facit l. qui in alterius.
ff. de reg. iur.

Procedunt etiam prędicta quando ſimpliciter
quæritur an liceat reo à quo plus debito petitur
totũ negare, ne in periuriũ & alias pœnas contra
9 negantes indictas incidiſſe dicatur, † at reſpectu
expenſarum omnes vno ore pertranſeunt cum
Bart. in d. l. qui ſolidum, quia niſi actor offerat par
tẽ debitã recipere, reus habet iuſtam cauſam li-
tigandi ſuper toto, & per conſequẽs debet ab ex-
10 penſis abſolui cùm habens † iuſtam cauſam liti-
gandi ab expenſis abſolui debeat. Bart. in d. l. qui
ſolidum. §. etiam de leg. 2. in §. oportet. in auct. de
iudicib. Bald. in l. ſancimus. C. eod. doct. in l. pro-
perandum. §. ſin autem alterutra. C. eo. de iud. &
in §. fi. inſt. de act. & nouiſſimè Didac. Couar. in c.
27. pract. quęſt. cum aliis ibidẽ relatis. Cagnol. in
in l. non poteſt videri. n. 7. ff. de reg. iur. Alc. in d. §.
ſtipulanti. n. 57. Galiaul. n. 20. & ibi Coraſ. in fi. di-
* cunt com. * opin. eſſe cum Bar. quoad expenſas in
d. l. qui ſolidum. Didac. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 2.
verſ. ad tex. in l. qui ſolidum, & nouiter eruditiſſ.
Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cẽt. 2. caſ. 177.
verſ. nona cauſa.

Propterea ego condemnaui d. Bartholomeum
ad debitã ſummam ſoluendam, eúmque ab expẽ-
ſis abſolui, quia in fine actores debitam ſummam
accipere obtulerunt, manu ſer Cæſaris Paulini
Not. Curialis. Nec putaui d. Bartholomæum eſ-
ſe abſoluendum ob prætenſam petitionem ei fa-
ctam de plus debito, quia non aderant requiſita à
11 doct. ad hoc † vt petens plus debito cadat à iure
ſuo, vt ſuprà dicebam, tum etiam quia vltra præ-
dicta requiritur, quòd debitor cautionẽ ab ipſo
creditore exegerit. l. 1. iuncta gloſ. in ver. nullo cũ
diſpendi. C. de plus petit. & requiritur etiam do-
lus copulatiuè, tunc enim non ſolùm iura ſua a-
mittet, ſed etiam veniet in expenſis condemnan-
dus, ita expreſſè tradit Rol. à Vall. cõſ. 71. n. 39. lib.
1. & Crauet. conſil. 326. col. 3. verſ. 3. principaliter
Alex. conſ. 73. n. 7. verſ. tertio principaliter. & cõſ.
83. n. 3. verſ. nec ſimiliter obſtaret, lib. 6. Soc. in tra.
fall. reg. 44. & ante eos Bart. in l. ſi ſeruus. §. boue,
in fi. ff. de cond. fur. vbi ait ſic etiam intelligendũ
tex. in §. ſi quis agens. inſt. de actio. vbi ſi quis plus
debito, re, loco, aut tempore petierit, cadere, dice
bat à cauſa, intelligi etiam debet ſi doloſe petie-
rit, & dictam cautionem exegerit, prout etiã vo-
luit Bero. d. cõſ. 188. per totũ lib. 3. Et dolus nõ po-
12 tuit cadere in iſtis, † cũ ſucceſſerint in ius alterius
l. qui in alterius. ff. de reg. iur. l. fi. ff. pro. ſuo. l. ſi
mulier. ad Velleia. cap. cùm quis. de regul. iur in 6.

Coraſ.in terminis in d.§.ſi ſtipulanti.in fin.vbi di
ſtinguit inter ignorantem,& ſcientem.

Solet etiam per practicos adhiberi cautela, ex
qua eſt conſultum creditori petenti plus debito,
ne cadat à iure ſuo,neque in expenſis condemne
13 tur. †Nempe ꝙ in libello adiiciatur illa clauſula,
ſaluo iure ſuperflui.Aldobr. in Apoſtill. ad §.ſed
hæc quidem.inſt.de action.quæ clauſula ſalutaris
appellatur.Iaſ.ibid.col.1.& in §.ſi quis agens.n.3.
& in §.tripli.col.3.in fin.inſt.de action.Purpurat.
in l.edita,num.297.C.de eden. ſequitur Neuiz. d.
conſil.94.num.14.idẽ dicit de clauſula ſaluo,&c.
quia tũc actor arbitrio ſuo declarare poterit,quid
ſub illa dictione,& cætera, continere, & intelli-
gere voluerit,per not.in l.ſi quis intentione am-
bigua.ff.de iud.& per alia quæ ibi Neuiz. allegat.
Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum debet aliquid operari vltra ius commu-
ne.*
2 *Statutum debet ſecundum ius commune interpre-
tari,ne aliquis indebite damnum patiatur,etiã
ſi ſtatutum fruſtratorium redderetur.*
3 *Abſurdũ eſt vt quis metu pœnæ perterritus ſuum in
defenſum derelinquat.*

### Argumentum.

Materia incidens circa contenta in præ
cedenti deciſione.

Statutum,quod victus victori condem
netur in expẽſis quomodo locũ habeat,
& an contra victum qui habuit iuſtã cau-
ſam litigandi.

INCIDENTER occurrit dubitari in
materia præmiſſi caſus,an ſtante ſtatuto
quod victus victori cõdemnetur in ex-
penſis habens iuſtam cauſam litigandi, tali ſtatu-
to non obſtante,debeat nihilominus in expenſis
condemnari,in qua quidem quæſtione multi te-
1 nuerunt, quod ſtante dicto ſtatuto etiam † ha-
bens iuſtam cauſam litigandi, in expenſis con-
demnetur, vt ſtatutum aliquid operetur præter
ius comm. ad tradita in c. 2. de præben. in 6. per
Bar.in l.1 in princ.ff.ad l.falc. Barbat. in c. conſu-
luit.num.32.de off.deleg.idem Barb.in l.3. §. præ-
tor ait.ff.de dam.inf.Abb.in c.cum veniſſent. ex-
tra de conſtit.& huius opinionis fuit Cremenſ.in
ſing.121.habens,Boer.deciſ.188.num.4. & princi-
palis auctrix fuit.gl.in ver.cauſam,in §.1. in auct.
de exhib.reis.& ibi Ang.& idem Ang.in l.non ſo
lum.de rei vend.& Alber.de Roſa.in tract. ſta. in
2. par.quæſt.92.& multi alij eandem opin. ſecuti
ſunt, quos recenſet Iaſ. in §. ſin autem alterutra,
num.5.& ibi Alex.nume.7.l.properandum. C.de
iudic.

Mihi tamen ſemper contraria opinio placuit,
in hoc caſu quoque amplecti volui, quod immo
non obſtan.dicto ſtatuto iuſtam habens cauſam
litigandi ab expenſis veniat abſoluendus. Nanq;
licet dictum ſtatutum debeat interpretari, vt ali-
quid addat iuri com. vt ſupra dicebatur, illud ta-
2 men verũ eſt, † niſi ita interpretando quis inde-
bite damnum pateretur,aliàs ſecundum ius com.
interpretatio fieri debet, etiam ſi tale ſtatutum ni
hil adderet iuri cõmuni, & fruſtratorium redde-
retur,ad not.per gl.in l.fi. §. in computatione. in
glo.magna in fi.C.de iur.deliber. quam ad hoc i-
bidem Barth.multum extollit, & probat text. in
c.cum dilectus,& in c.ad audientiam. & vtrobi-
que Ant.& Imol.de cler.non reſiden. & Caſtren.
3 in d.§.in computatione.abſurdum enim eſſet † ꝙ
quis metu pœnæ perterritus ſuũ indefenſum de-
relinqueret prout eueniret ſi habens iuſtam cau-
ſam litigandi in expenſis condemnaretur, prout
in terminis tradit Anchar.conſ.182.num.6.vbi i-
deo voluit tale ſtatutum ſecundum ius commu-
ne eſſe interpretandum,hoc idem tenet quoq;,&
ſequitur Alex.in d.§.ſin autẽ alterutra,n.7.vbi di-
* cit iſtam opinionem * eſſe veriorem,& æquiorẽ.
Fulg.conſ.5.vbi d.in ciuitate Placentiæ.d. ſtatutũ
ita fuiſſe interpretatum,& iudicatum. hanc ean-
dem opinionem tenuit Bald.in l. terminato. col.
vltima,C.de fruct.& lit. expenſ. per rationem de
qua ibi per eum,& in l.eos,in §.in cautione, col.
2.C.de appell.Corn.conſ.275.lib. 3. Alex.conſ.34.
n.9.lib.3.& Apoſtill. ad Alex. in conſ.183. in fin.
* lib.5.& ita magis communiter* tenetur,& obſer
uatur vt tradit doctiſſimus Didac. Couar. in lib.
pract.quæſt.c.27.col.10.verſ.eandemque ſenten-
tiam,& hanc quoque opinionem tenere videtur
Menoch. in tract.de arbitr. iud.lib.2.cent.2. caſu
177.in fin.& ita ego etiam in hanc partem incli-
naui rogitu d.ſer Cæſaris.Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex curabit,C.de act.empti declaratur.*
2 *Emptor ſuperlucratur fructus tantummodo pro ra-
ta pretij ſoluti & affertur ratio.*
3 *Vſuræ quæ debentur ab emptore ratione pretij non
ſoluti poſſunt excedere fructus rei venditæ.*
4 *Venditori non eſt licitum recedere à contractu ob
non ſolutionem reſidui pretij,ſed tantum habet
actionem ad intereſſe ratione pretij non ſoluti.*
5 *Venditor quando facit dilationem emptori ad ſol-
uendum non poteſt petere vſuras pretij non ſolu-
luti ex æquitate.l.curabit.C.de act.empt. & af-
fertur ratio.*
6 *Declaratio pretij vigore reſeruationis in contractu
venditionis retrotrahitur ad tempus factæ ven-
ditionis,quod idẽ eſt ac ſi à principio fuiſſet de-
claratum.*

### Argumentum.

Fructus percepti ab emptore è re vẽdi-
ta æſtimanda, parte pretij ſoluta, an ſint
venditoris, vel emptoris ſaltem pro rata
pretij ſoluti.

Declaratur.l.curabit. C. de act. empt.
Venditori an ſit licitum recedere à
con-



contractu ob reſiduum pretij ſibi non ſo-
luti, vel quid ipſi competat.

DOMINA Bartholomæa Baldi de
caſtro Rigonis Comitatus Peruſiæ,
vendidit vnum tenimentum terræ,
Ioan.& Andreæ Marci de dicto Ca
ſtro pro florenis 33. & illud plus ꝙ
extimaretur per homines communiter electos.

Præfati emptores conſecuti fuerunt poſſeſſio-
nem dicti fundi, & habuerunt tantummodo in
contanti florenos illos 33.perceperunt fructus di-
ctæ terræ per multos annos antequam dicta ex-
timatio fieret,poſtea fecerunt dictam extimatio-
nem,& declarauerunt pretium d.terrę aſcendere,
tempore factæ venditionis ad florenos nonagin-
ta quinque quod quidem pretium perſoluerunt
prædictæ d.Bartholomeæ ſine præiudicio præten
ſorum fructuum ſiue intereſſe.

Modo præfata mulier egit coram meo tribu-
nali contra dictos emptores pro dictis fructibus
ſiue eorum extimatione quos perceperunt di-
ctos emptores ante factam extimationem, aſſe-
rens ipſis emptoribus non licuiſſe percipere fru-
ctus, niſi pro rata precij ſoluti,nẽpe florenorũ 33.

Ego autem auditis dominis procuratoribus in
contradictorio iudicio, ſententiaui ad fauorem
d.Bartholomeæ, manu ſer Lẽmi de Rubeis Not.
Peruſini, & declaraui dictis emptoribus non li-
cuiſſe percipere fructus,niſi pro rata precij exbur
ſati iuxta diſpoſitionẽ.l.curabit.C.de actio.empt.
1 † quæ lex etſi loquatur quando à principio fuit
conſtitutum inter emptores, & venditores certũ
precium, vendicat tamen ſibi locum, quando à
principio fuit conſtitutum certum precium, & il
lud plus, quòd declarabitur, prout eſt caſus no-
ſter,quia venditio eo etiam caſu dicitur perfecta.
& pura.l.hæc venditio,ff. de contrahen.empt. l. ſi
pater.§.pen.ff.de pac.dotalib.Bald.in l.fin.ff.de cõ-
trahẽ.emp.Soc.Sen.cõſ.vlt.lib.3.Benin.in ter.dec.
Bon.29.in cauſa Ioannis Andreæ, num.4. & 5.

Facit in puncto quòd not.Bald.in l. traditio in
11.q.ff.de act.empt.Corn.conſ.130.2.col.lib.4. Ti-
raquell.in tract. de vtroque retract. ad fin. titul.
num.71.Afflic.deciſ.20.Ant.Gabr.in tract.comm.
concluſ. libr. 3. de empt. & vendit. concluſ. 3. in
princ. & concluſ. 4.vbi ſuprà relati Doctor. poſt
2 infinitos quos allegãt,dicunt † emptorem ſuper-
lucrari fructus tantummodo pro rata pretij ſo-
luti,ex æquitate.dicta l.curabit.C.de actio.empt.
ita enim dicit Natt. vltra prædictos in conſ. 384.
num.11.& ſeq.lib.2.& Benint.d.deciſ.Bon.29.in fi-
ne,ea ratione,ne quis locupleretur cum aliena ia-
ctura, & tradit diffuſè Ant. Gabr. vbi ſuprà, vbi
ampliat & limitat quamplurimis modis dicta l.
3 curabit immo ſecundum aliquos † d. vſuræ quæ
debentur ab emptore ratione precij non ſoluti
poſſunt excedere fructus rei venditæ. Caſtren. in
l.2. C.de vſur.Corn.conſil.150.col. fin. libr. 4. ve-
rum quia Afflict. d. deciſ. 20. & multi relati per
Ant.Gabr.d.concluſ.4.in 17. amplia. tenent con-
trarium,ego prædicta admitterem tunc intereſ-
ſe & vſuras poſſe excedere valorẽ fructuum,quã-
do venditor eſſet ſolutus negociari,& concludẽ-
ter docuiſſet,tam ſe eſſe ſolitum negociari, quàm
etiam quod tot ſuperlucratus fuiſſet.Ancar.in c.
conqueſtus.verſ.eſt vndecimus caſus. extra de v-
ſur.Alex.in apoſtill.ad Bart.in l.Iulianus, §.offer-
ri.ff.de act.empt.quòd eo magis eſſe dicendum ſi
venditor pecunias ſub vſuris recepiſſet,Iacob.Bu
trig.Anan.& Purpur.relati per Ant.Gabr.in d.cõ
cluſ.4.num.3.

Qui tamen dubitatio nõ cadit in caſu noſtro,
cùm iſti tantummodo petãt intereſſe ratione fru
ctuum perceptorum,tametſi à principio ob non
ſolutionem reſidui pretij quærebant à contractu
venditionis & emptionis, reſpectiuè diſcedere,
4 quod eis non permiſſum,† ſed tantũmodo habẽt
actionem ad intereſſe ratione pretij non ſoluti. l.
inciuile. C. de rei vend.Crott.cõnſ.75.num.19.

Nec huic opinioni obſtant quæ ponit Cagn. in
d.l.curabit,n.51.poſt Cor.Soc.Dec.& alios.& no-
5 uiſſimè Ant.Gabr. in d. cõcl.4. n.20.vbi dicũt† ꝙ
quando venditor facit dilationem emptori ad
ſoluendum non poteſt petere vſuras pretij non
ſoluti, ex æquitate.d.l.curabit,cum ei ſit imputã-
dum qui dilationem conceſſit,quia ſumus in di-
uerſis terminis, obiecta enim procedunt,quando
venditor habuit fidem de pretio ad certum de-
terminatúmque tempus,nos autẽ ſumus in vera
& perfecta venditione, licet reſiduum quantita-
tis pretij, ſit remiſſum alieno arbitrio declaran-
dum,& lex præſumit à principio fuiſſe conuen-
tum de certo & determinato pretio, licet decla-
rando, quæ poſtea declaratio retrotrahitur ad
6 tempus factæ venditionis, quod idem eſt, † ac ſi
à principio à partibus ipſis pretium fuiſſet decla-
ratum, arg.l. fi.C.ad Maced. Pariſ. in terminis q.
noſtræ.in conſil.11.nume.100.lib.1.Et vt dicebam
ex ęquitate ne quis locupletetur cum aliena iactu
ra,cùm præſertim extimatio fuerit facta, prout
fieri debebat,habita ratione ad tempus celebrati
contractus,Pariſ.conſil.16.numer.83.libro 2.
Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta eccleſiaſticus non ſoluens canonem per
biennium cadit à iure ſuo.*
2 *Item tenetur ad ſolutionem canonis præteriti tem-
poris.*
3 *Minor repræſentatur maior virtute iuramenti.*
4 *Minores regulariter ligantur quacunque diſpoſi-
tione.*
5 *Minores ligantur ſtylo, & conſuetudine.*
6 *Minores poſſunt euitare caducitatem in materia
emphyteuſis, ſi hoc petant.*
7 *Text. in l. ait prætor. §. fin.ff. de minor. declara-
tur.*
8 *Minor non reſtituitur aduerſus alium minorem, ſi-
ue aliam perſonam priuilegiatam.*
9 *Minor non reſtituitur ad lucrum, quando lucrum
eſt cum præiudicio tertij.*
10 *Doctr.Dec.in auct.qui rem,num 13. C.de ſac.ſan.
eccleſ. dictans quòd emphyteuta qui cecidit
à iure ſuo ob non ſolutum canonem,extẽditur ha
bere locum etiam contra minores.*

## Argumentum.

Emphyteuta non ſolués canonem nõ ſolum cadit à iure ſuo, ſed etiam tenetur ad ſolutioně canonis præteriti temporis.

Quod extenditur per authorem etiam contra minores, qui quidem minores ligantur ſtylo,& conſuetudine,nec vtuntur priuilegio cõtra alios minores,& alias perſonas pariter priuilegiatas.

DOMINVS Paris Racanus clericus, & ciuis Tudertinus locauerat fundum eccleſiaſticum in emphyteuſim, Simoni, Marinangelo Bernardini Proſperi, & fratribus de caſtro Marcellani agri Tudertini pro certo conuento canone, qui cum per triennium ceſſauerint ſoluere fuit declaratum per iudicem bona prædicta fuiſſe deuoluta ad eccleſiam, cui quidem ſententiæ acquieuerunt etiam prædicti conuenti, verũ quia præfatus dominus Paris prætendebat ab eis etiam canonem dictorum trium annorum decurſorum, fuit agitata cauſa coram me ſuper prædicto cenſu decurſo, quem dicti conuenti ſoluere recuſabant ex eo maximè, quia aliqui eorum prętendebantur minores.

Ego autem in omnibus ſententiaui ad fauorě
1 prædicti domini Paridis, quia † emphyteuta ec-
cleſiæ non ſoluens canonem infra biennium non
ſolùm priuatur re emphyteutica.l.2.C.de iure em
phy.cum amiſſione melioramentorum.Bald.in d.
l.2.in 1.not.& ibi latè Iaſ.Dec.cõſ.518.viſo inſtru
mento per totum, vna cum reſtitutione fructuũ
perceptorum.Ang.in auth.de non alien.§.ſi vero
autem,latè Viu.in lib.1.comm.opin. in opinione
2 94.vbi Iaſ.Fel. & Tiraq. allegat. † Verum etiam
tenetur ad ſolutionem canonis præteriti tempo-
ris.Dec.in auth.qui rem.in 3.not.num.13.C.de ſa-
croſanct.eccleſ.Cæph.conſ.18.cum ex Vaſallis.n.
44.lib. 1. Nec allegata minor ætas quicquam eis
3 opitulatur,quia agentes† vigeſimum primum an
num iurauerunt.ad not.in auct.ſacramenta pube
rum.C.ſi aduerſ.venit.& ponit Dec.in conſ. 31.n.
3.& ſeq.& eo magis, cum effecti fuerint per iuri,
ex quo egerunt non petita abſolutione à iuramě-
to.l.fi.ff.de crim.ſtell. & nouiſſimi in deciſ. ſenat.
Pedemont. dec. 66.n.10. vbi dicunt periuros va-
4 riis pœnis affici debere. Et † quæcunque diſpo-
ſitio regulariter ligat minores. Bal.& Anch.in. c.
Raynutius.n.8.extra de teſtam.idem Bal.in l.2.C.
quæ ſit long.conſuet.& conſil.54. ad hoc. libr. 2.
Caſtren.conſ.47.vltra ea. lib.vlt.Barb. conſ.6. in
princ.lib. 4.& in c.2.de delict.puer.in quibus lo-
5 cis etiam probat † minores ligari ſtylo, & con-
ſuetudine.

Bene tamen minor ætas eis profuiſſet in nego-
6 cio principali, videlicet † ſi ex iſto capite ſe de-
fendiſſent non incidiſſe in commiſſum.Iaſ. in l.2.
n.49.C.de iure emph.Gramm.dec.52. Iulius. Ber.
conſ.49.n.10.lib.3. vbi dicit hoc procedere licet
minores ſciuiſſent rem etiam emphyteuticã, vel
etiam quod eſſent maiores,& ſucceſſiſſent in lo-
cum alterius.Crott.conſ.115.n.10.Quia(vt in prę-
ſatione dicebam) de hoc non fuit apud me con-
trouerſum, ſed coram alio iudice, qui declarauit
dicta bona eſſe deuoluta ad eccleſiam prędictam,
dictæque ſententiæ acquieuerunt, ſolum coram
me agitabatur,an ex quo prædicti amiſerant fun
dum emphyteuticum tenerentur etiam ad ſolu-
tionem canonis præteriti temporis, vltra amiſ-
ſionem fundi.

Nec huic concluſioni obſt.regula.l.ait prætor.
7 §.fi.ff.de min. † quia duobus modis reſpondetur.
Primò,regulã illam procedere quãdo minor pe-
teret ſe reſtitui aduerſus maiorem,ſiue aliam per-
8 ſonam non priuilegiatam,ſed †quando minor pe
tit ſe reſtitui aduerſus minorem, eccleſiam, vel
aliam perſonam priuilegiatam, tunc vtique non
vtitur priuilegio minoris, ita poſt alios tradit
Cæph.conſ.7.n.16.& 17.lib.1.Secundò,reſponde-
tur illam regulã procedere,quod minor reſtitua-
tur eſt lucrum,quando lucrum eſt ſine præiudi-
9 cio tertij,alias ſecus,†ita poſt Aret.declarauit Iaſ.
in l.3.§.Labeo.col.pen.verſ.reſpondet Aret.dupli
citer.ff.de acq.poſ.& ponit Cæph.d.conſ.7.n. 16.
lib.1.Sed negari non poteſt quod niſi iſti teneren
tur ad ſolutioně canonis decurſi cederet in pręiu
dicium eccleſiæ,meritò eſt dicendum prædictos
teneri ad ſolutionem canonis etiam præteriti tě-
poris.iuxt.doctr.dec.in d.auct.qui rem.n.13.C.de
10 ſacr.ſan.eccl. †Quam ego in cauſa iſta expědi ha-
bere locũ,etiam contra d.minores,& ita ſenten-
tiaui manu ſer Raynaldi de Rub.Not.Peruſ. Cur.
Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

# DECISIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti admittuntur ad probandam ætatem aliorum coniunctorum,tanquam magis informati.*

2 *Domeſtici domeſticorum non repelluntur à teſtificando.*

3 *Aetas probari poteſt per obſtetrices.*

4 *Probatur etiam per aſpectum, quæ probatio ætatis per aſpectum hîc mirificè exponitur.*

5 *Aetas probatur per inſtrumentum tutelæ.*

6 *Inſtrumentum prædictum probat non ſolum inter contrahentes,nominatos in inſtrumento eſſe minores,ſed etiam quoad alios,niſi probetur cõtrarium.*

7 *Aetas probatur per librum ſacri baptiſmatis.*

8 *Aetas probatur per deſignationem alicuius temporis notabilis,puta tempore belli Florentiæ,vel Senarum.*

9 *Vrbs capta, & depopulata ſub Clemente VII.Põtifice.*

10 *Carolus V.Rom.Imp.coronatus Bononiæ ſub.Cle. VII.Pont.*

11 *Ioannis Pauli Balioni mors.*

12 *Peruſina ciuitas obediens Sedi Apoſtolicæ pollens armis,literis,ædificiis, atque exercitiis.*

13 *Aetas probatur præſertim in ſtatu eccleſiaſtico dũ deducitur quem eſſe natum tempore Ducis Valentini, & in patria Aßiſij probatur per deſignationem temporis mortis Euerardi de Nepis nobilis illius ciuitatis.*





14 *Aetas in futurum probabitur per deſignationem temporis quo inuictißimus Don Ioannes de Auſtria, & alij Principes colligati die 7. Octobris 1571. prope Lepantum obtinuerunt Victoriam contra Turcas.*

15 *Probatio ætatis per deſignationem temporis non dicitur concludens,ſed præſumptiua, niſi deponatur de certo tempore.*

16 *Aetas poteſt probari per librum patris, quod non habet locum inter ruſticos, & viles perſonas qui memorialia non tenent, nec ſcribunt annos, & milleſima,ideo admittitur probatio per coniecturas.*

17 *Minoribus & ruſticis currit tempus etiam in materia non confecti inuentarij.*

18 *Minoribus datur reſtitutio aduerſus non confectũ inuentarium.*

19 *Minoribus non currit tempus quando tractant de damno vitando.*

20 *Minori quod detur reſtitutio aduerſus non confectum inuentarium non ſimpliciter admittitur, ſed cum diſtinctionibus infra enarrandis.*

21 *Minori datur reſtitutio aduerſus non confectum inuentarium etiam quòd habeat tutorem, vel curatorem, quando peteret reſtitutionem, ratione tantum minoris ætatis,ſed quando peteret reſtitutionem non tanquam minor,ſed ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, vel coniunctim,t unc non datur reſtitutio, ſed habet actionem,contra tutorem,vel curatorem, & num. 22. & 23.*

24 *Limitantur prædicta non habere locum quando tutor,vel curator non eſſet ſoluendo,ſecũdo quãdo eſſet illegitimè conſtitutus. & num.25.*

26 *Minor doctor iuris non reſtituitur.*

## Argumentum.

Probatio ætatis exactè,ac ſatis copiosè explanatur, præſertim quomodo probetur per aſpectum,ad quam ætatem probãdam admittuntur domeſtici.

Minoribus & ſi currat tempus ad conficiendum inuentarium, datur tamen eis reſtitutio in integrum, cum diſtinctione hîc adhibita, an habeant tutorem, vel curatorem.

BENEDICTVS, & fratres Philippi Capræ de Peruſia, minores 25. annorum petierunt coram me reſtitui aduerſus lapſum temporis non confecti inuentarij, in cauſa quam habent cum Io.Andrea Angeli,& litis conſortib. de Peruſia. Extitit de duobus dubitatum: primò, an minor ætas prædictorum diceretur legitime probata, ex quo tantum per teſtes attinentes, & coniunctos fuit probata.Secundò,an præfati minores veniant reſtituědi aduerſus confectionem inuentarij prædicti.

Quantum attinet ad probationem minoris æ-
tatis,videtur legitime probata per iſtos teſtes cõ-
1 iunctos, cum teſtes coniuncti † ſint magis infor-
mati de ætate coniunctorum quam alij.l. etiam
matris. ff. de probat. Barth. in l. de minore. in 3.
col.ff.de minor.facit l.conſenſu.C.de repud.Cæ-
pol.conſ.vlt. col.13. Capell.Toloſ. quæſt.3.Ruyn.
conſ.194. in hac cauſa.num.3.lib.1.Bero.conſ.180.
num.3.lib.1.Quæ probatio ætatis fuit legitimè fa-
cta in caſu noſtro etiam per alios nõ domeſticos,
2 nempe per domeſticos domeſticorum,† nam etſi
domeſtici repellerentur.l. etiam.C.de teſtib. c. in
literis. eod. tit.non tamen repelluntur domeſtici
domeſticorum.Inno.in c.inſinuante.extra de off.
delegat. Corſett.ſing.20. licet domeſticus, hoc tã
men ſit dictum ex abundanti,cum in materia prõ
bandæ ætatis etiam domeſtici admittantur, vt in
3 principio dicebam.poteſt†etiam probari per ob-
ſtetrices, quæ actui natiuitatis interfuerunt. &
puerum de ventre exire viderunt.l.3.§. duo.ff. ad
Carbon.Bero. conſ.180.num.3.lib.1. Poteſt proba
4 ri pariter per aſpectum † ſecundum motum peri-
torum,& prudentum, vt dicit Barth. in d.l. de æ-
tate. in 5. col.ff. de minorib.quem omnes ſequun
tur, nam ad probandum ætatem ſex menſium de-
ſcenſiue,hoc eſt, quem eſſe minorem ſex menſiũ,
ſufficiunt tres menſes deſcenſiue, & ſatis eſt teſtě
dicere, quia ex aſpectu videtur eſſe trium menſiũ,
& ad probandum quod quis ſit minor anno,ſuffi
ciunt deſcenſiue quinque menſes, ſufficit enim
teſtes dicere ſibi videri ex aſpectu ſeptem men-
ſium, & ad probandum quem eſſe minorem triě-
nio deſcenſiue ſufficit annus, & quod teſtis dicat
ex aſpectu videri duorum annorum, ad proban-
dum quem eſſe minorem ſeptennio deſcenſiue
ſufficit biennium, & quòd teſtis dicat illum vide-
ri ex aſpectu quinque annorum, item ad proban-
dum quem eſſe minorem duodecim annorum in
fœmina, & 14. in maſculo deſcenſiue ſufficiunt
tres anni, & ſic teſtis concludet, dicens illum vi-
deri ex aſpectu nouem annorum in fœmina, & in
maſculo vndecim, item ad probandum quem mi
norem 25. annis deſcenſiue ſufficiunt quinque an
ni, & teſtis debet dicere, illum ex aſpectu videri
eſſe annorum 20. ſeu minorem 20. annorum, &
teſtes aliter probantes non concluderent: ita do-
ctè poſt Bart. in d.l.de ætate. col.5. declarat Bero.
d.conſ.180.num.4.lib.1.& Alexan.conſ.29.clariſ-
ſimè libro 7.vbi docet aduocatos quomodo de-
beant articulare.

5 Poteſt etiam probari† minor ætas per inſtru-
mentum tutelæ,vel curæ, quod quidem inſtru-
mentum probat quem eſſe minorem non ſolum
6 inter contrahentes, ſed etiam quoad tertios † ni-
ſi probetur contrarium. Felyn. in l. cum te. col.
fin.verſic. exemplum pone. C. de probat. Deciſ.
conſil.526.n.5. in fin.Pet. Ioan.Anch.quæſt.35. in
prima par.Alc.præſum.24.num.8. verſ.fallit 4.Be
nin.dec.Bon.82.& nouiſſimè per Caualcan.in tit.
de tutore, & curat.num.294.car.273.

7 Poteſt ſimiliter probari per librum † ſacri ba-
ptiſmatis. Alciat. d. præſumpt. 24. Deciſ. conſil.
682.num. 16. Caualc.in d.titul.de tutor. & curat.
num. 296.vbi etiam dicit probari & per deſigna-
8 tionem temporis† puta tempore belli Florentiæ,
& Senarum, vel coronationis magni Ducis Etru-
riæ, vel tempore quo ciuitas Ferrariæ fuit à terrę-
motis in parte deſolata, poſſent etiam vltra eum
adduci alia exempla ad deſignandum tempus ali-

9 quod,†puta talis natus fuit tempore quo vrbs Ro
mæ fuit capta, & depopulata ſub Clemente VII.
10 Pontifice, vel tempore quo† Bononiæ fuit coro-
natus Carolus Quintus Rom. Imperator, ſub eo-
dem Clemente VII. vel hic Peruſiæ tẽpore mor-
11 tis Ioannis Pauli † Ballioni ſub Leone X. Pontif.
vel tempore Pauli III. Pont. Max. præfatus enim
Summus Põtifex erexit arcem hic Peruſiæ, & ab-
12 inde citra ciuitas † prædicta fuit ſemper obediẽs
ſedi Apoſtolicæ vt vnuſquiſque quod ſuum eſt
abſque controuerſiis potitus fuerit, adeò quòd
poſtmodum & literis, & armis, & ædificiis, atque
exercitijs, ita fuerit decorata, vt nemini ex ciui-
tatibus Italiæ (excepta Roma) ſit ſupponenda.

Poſſet etiam poni exemplum de tempore Du-
13 cis Valentini† ſub Alexandro VI. Pont. per totã
enim Italiam circunfertur, vt ego pluries audiui
talem eſſe ortum tempore Ducis Valentini, & in'
patria mea Aſſiſij fuit quondam interfectus qui-
dam nobilis de dicta ciuitate, nuncupatus Eue-
rardus de Nepis, ibíque paſſim dicitur, talis na-
tus fuit tempore mortis Euerardi. Poterit etiam
in futurum dici tempore quo inuictiſſimus Don
14 Ioannes Auſtrius, & alij principes colligati†pro-
pe Lepantum die 7. Oct. 1571. quaſſauerũt Naues,
& Triremes, & omnia ferè ligna Turcarum, dies
profectò memoratu digna. poſſent poni infinita
exempla, quæ conſulto prætermitto.

Ad vnum tamen aduertas ne erres, circa iſtam
probationem per deſignationem temporis, quod
15 † probatio iſta non dicitur concludens, ſed præ-
ſumptiua, niſi etiam deponant de certo tempore.
iuxta doctr. Bart. in d. l. de ætate. in 3. col. in verſ.
venio ad ſecũdũ, & docet Bero. conſ. 34. n. 15. lib. 1.

Poteſt demum probari ætas per librum patris,
16 † vt nouiter docet poſt Cur. Iun. Soc. Iun. & Cra-
uet. Menoc. in tract. de arb. iud. caſ. 115. nu. 3. lib. 2.
cent. 2. inter ruſticos tamen & viles perſonas, quæ
de natiuitate filiorum memorialia non tenent,
nec ſcribunt annos, & milleſima, admittitur pro-
batio ætatis per coniecturas, & eo modo quo po-
teſt, ætas probatur. Bald. in l. cùm te. col. pen. C.
de proba. Alex. in Apoſtil. ad Bar. in d. l. de ætate.
in verſ. tantus. Pariſ. conſ. 88. num. 78. lib. 3. In ca-
ſu tamen noſtro fuit legitimè probata ætas iſtorũ
17 minorum, quibus † etſi currat tempus, quemad-
modum ruſticis & aliis ſimilibus perſonis, ſecun-
dum Bal. in l. fin. in princ. 3. q. C. de iur. delib. Bar.
conſ. 154. maritus fecit hæredem. Alex. in l. iuris i-
18 gnorantia. C. qui admitt. datur † tamen eis reſti-
tutio in integrum clemen. 1. de reſt. in integ. ſecũ
dum tamen declarationem Afflict. deciſ. 390. ſuc-
ceſſor. & in puncto in caſu inuentarij non confe-
cti, quòd currat tempus ponit Plot. in repet. l. ſi
quando. nu. 44. & ſeq. C. vn. vi. Franc. Mar. dec. 291.
num. 3. par. 1. & nouiſſimè Caualcan. in tract. de
tut. & curat. num. 104. mihi car. 103. vbi poſt alios
dicit dictam reſtitutionem debere peti infra qua-
driennium ſi perfectè adiuerit hæreditatem, & ſi
imperfectè infra quinquennium, poſt Tiraq. in
tract. de retract. §. 35. gl. 1. numer. 12. verſ. ſed quæ-
19 ſtionis. immo † contra minores non currit tem-
pus, quando tractant de damno vitando, ſed tunc
demum, quando tractant de lucro captando, quo
caſu poſtea, datur reſtitutio. Bart. in l. etiam. in fi.
ff. de min. & in l. fin. num. 12. C. in quib. caſ. in inte.
reſt. non eſt. neceſſ. & in terminis quod minori
non conficienti inuentarium detur reſtitutio in
integrum, eſt tex. in §. pupillis. in auct. de hæred. &
Falcid. Bero. conſ. 37. num. 7. libr. 2. quod nullam
prorſus habet dubitationem, quando minor non
eſt ſub poteſtate tutoris, vel curatoris conſtitu-
20 tus, † ſed quando minor haberet tutorem, vel cu-
ratorem, in hoc vario modo loquuntur doct. an
minori detur reſtitutio in integrum, vel habeat
actionem contra tutorem, vel curatorem.

Sed omiſſa diſputatione, vera & communis
* *concluſio eſt, quod tunc demum detur† reſtitu-
21 tio minori, quando peteret reſtitutionem ratione
tantùm minoris ætatis, tunc etenim abſque vlla
contradictione datur reſtitutio ipſi minori, ad
not. per Ruyn. conſil. 119. lib. 5. Rolan. à Vall. conſ.
10. num. 17. & ſeq. lib. 2. vbi ita intelligunt dicta
per Aret. in loco de quo per eos. Idem tenuit no-
uiſſimè Caualcan. in tit. de tutor. & curat. nu. 100.
verſ. & etiam dato. car. 99.

22 Si autem † minor peteret reſtitutionem non
tanquam minor, ſed ex clauſula generali, ſi qua
mihi iuſta cauſa, vel coniunctim tãquam minor,
& clauſula illa, ſi qua mihi iuſta cauſa, tũc ex quo
non vtitur omnino priuilegio minoris ætatis, ſed
alio remedio ex virtute dictæ clauſulæ, non datur
23 ipſi minori reſtitutio in integrum, ſed † habet a-
ctionem contra tutorem, vel curatorem. Alciat.
in l. pactum curatoris. in fin. C. de pact. Cæſ. Con-
tar. in l. diffamari. num. 74. C. de ingen. & manu-
miſſ. Roland. & Caualcan. in ſuprà cit. loc. vbi ta-
men hoc dupliciter declarant. Primò, hoc habere
24 locum† quando tutor, vel curator eſſent ſoluen-
do, aliàs ſi non eſſent ſoluendo, etiam quòd mi-
nores venirent virtute dictæ clauſulæ poſſent pe-
tere reſtitutionem in integrum, ne illæſi remane-
25 rent. Secundo modo † declarant hoc procedere,
quando tutores, & curatores eſſent illegitimè cõ
ſtituti, quia iſto etiam caſu haberent reſtitutionẽ
in integ. quæ tamen difficultates non cadunt in
propoſito themate, cùm minores iſti non haberẽt
neque tutorem, neque curatorem, nec fuiſſet trãſ
actum tempus petendi reſtitutionem in integrũ,
26 neque etiam eſſent doctores, quia eis† fuiſſet de-
neganda reſtitutio in integrum. arg. l. 2. §. Seruius
autem Sulpitius. ff. de orig. iur. Bart. in l. ſed & re-
probari. in princip. ff. de excuſ. tut. Soc. Iun. conſ.
69. pro dilucidatione, num. 49. lib. 1.

Ideo ſententiaui ad fauorem dictorum mino-
rum, fore & eſſe reſtituendos aduerſus non con-
fectum inuentarium, manu ſer Raynaldi de Ru-
beis Peruſini Not. Curial. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Minor quilibet præſumitur.*
2 *Allegare minorem ætatem non ſufficit, quando minor ætas eſt fundamentum intentionis allegantis.*
3 *Contrahentes præſumuntur legitimæ ætatis.*
4 *Fundans ſe in paupertate, vel diuitiis debet hoc probare, cùm ſit fundamentũ intentionis ipſius.*



### Argumentum.

Et ſi quilibet minor præſumatur, ac pau
per, tamen quando minor ætas eſt funda-
mentum intentionis alicuius debet hoc
probari, & deduci, nec ſufficit allegare mi
norem ætatem, niſi probetur.

IN vna in qua interueniebat pro vna
parte d. Franciſcus Franciſchinus, & pro
alia parte d. Iacobus Anellus procurato
res Peruſini, fuit dubitatum, an irritari
deberet proceſſus, ex quo fuit allegata minor æ-
tas alterius partis, & ſic proceſſus reddi deberet
nullus, etiam non probata dicta minori ætate, in
quo caſu ego ſententiaui non ſufficere allegare
minorem ætatem, niſi etiam probetur, (& ſi aliàs
1 quis minor præſumatur) nam † qui ſe fundat in
ætate debet eam probare. Bart. in l. de ætate, num.
11. & ſequent. ff. de minor. & l. cùm te. C. de prob.
2 nec præſumptio illa ſufficit, † quando maior, vel
minor ætas eſt fundamentum intentionis alicu-
ius, Bart. in d. l. de ætate, num. 12. & habilitas con-
trahentium præſumitur, quemadmodum contra-
3 hentes præſumuntur †legitimæ ætatis. Dec. in ca.
in præſentia, ſub nu. 50. extrà, de probat. & conſ.
682. num. 16. Caſt. in d. l. cùm te. Euerard. in cent.
leg. in loco 94. Alcia. reg. 2. præſumpt. 14. nouiſſi-
mè Caualcan. in tract. de tut. & curat. ſub nu. 293.
ver. nam qui ſe fundat, quæ omnia ſunt admodũ
notanda, quia quotidie eueniunt in contingen-
tia facti, & ita pluries habui in facto, & ſemper i-
ta iudicaui, cum iure noſtro hoc ſit receptiſſimũ,
4 quod † quando quis ſe fundat in aliquo puta in
diuitiis, vel paupertate debet probari per eum,
qui ſe in prædictis fundat. Did. Couar. lib. var. re-
ſol. 2. cap. 6. num. 2. & ſeq. cùm igitur minor ætas
non fuerit probata, ſed tantùm allegata, ſenten-
tiaui contra dominum Procuratorem, qui non
docuit de dicta minori ætate. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſsio deficit omnino, ſi fiat in plus quàm principalis obligatus eſt.*
2 *Fideiuſsionem non ſubſiſtere, non ſequuta conſeruatione indemnitatis.*
3 *Fideiuſſor non poteſt moleſtari antequam fiat diſcuſsio contra principalem.*
4 *Fideiuſſor ſcienter cum eius expreſſo conſenſu promittens aliquid, etiam in duriorem cauſam obligatur, ſi iuramentum interueniat.*
5 *Iuramentum ex conſenſu præſtitum, validat etiam fideiuſsiones præſtitas pro reſtitutione dotis.*
6 *Diſpoſitio. §. illud. l. Græcè. ff. de fideiuſſ. non habet locum. quando conſtat de expreſſo conſenſu adhibito cum iuramento, & ſubiicitur ratio.*
7 *Iuramentum operatur, vt virtualiter videatur renunciatũ diſpoſitioni aut. præſente. C. de fideiuſ.*
8 *Fideiuſſor an ex confeſsione creditoris habeat actionem contra debitorem ad repetendum debitum, & quam.*

### Argumentum.

Fideiuſſor ad quid teneatur, & quomo
do efficaciter obligetur.

Diſpoſitio. §. illud. l. Græcè, ff. de fide-
iuſſ. & auth. præſente. C. eod. quando ha-
beant locum, vel non.

CAROLVS de Plagario Comita-
tus Peruſiæ, egit contra Celſum de
Peruſia, pro conſequendis ducentis
ſcutis, quos exburſare promiſerat
dictus Celſus etiam tanquam prin-
cipalis & medio iuramento, omni exceptione re
mota. Pro quo Celſo, quod non teneretur ad fa-
ciendam huiuſmodi exburſationem faciebat re-
1 gula. l. Græcæ. §. illud. ff. de fideiuſ. vbi legitur† fi-
deiuſſionẽ deficere omnino, ſi fiat in plus, quàm
principalis obligatus fuerit, quod adeo verum eſt
vt fideiuſſio non ſubſiſtat, etiam pro quantitate in
qua verè fideiubere potuiſſet, vt adnotarunt gloſ.
& Bart. in d. §. illud. & tradit Didac. Couar. in re-
lect. c. quamuis. §. ſexto. num. 4. de pac. in 6. ſed hic
non apparet pro qua quantitate eſſet promiſſio
Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Taurinenſis prin
cipalis, pro quo dictus Celſus fideiuſſerat, meritò,
nec dicta fideiuſſio ſubſiſtere dici videbatur, cùm
2 præſertim†dictus Celſus non fuerit conſeruatus
indemnis à præfato Reuerendiſſimo Archiepiſco
po Taurinenſi. c. 2. extrà, de fideiuſ. Ang. & alij in
l. fin. C. mand. Calcan. conſil. 34. colum. 1. Soc. Iun.
conſ. 27. & ſi præſens. numer. 16. lib. 2. quæ tamen
conſeruatio indemnitatis non reperitur facta in
caſu noſtro. Nec poterat dictus Celſus fideiuſſor
3 moleſtari, † antequam fuiſſet facta diſcuſſio con-
tra dictum Reuerendiſſimum Archiepiſcopum.
aut. præſente. C. de fideiuſ. Port. Imol. ſiue Gabr.
concl. 41. lib. 1. vbi ad d. regulam ponit. 25. Amplia-
tiones, & 45. limitationes.

Conſiderari tamen poterat pro parte dicti Ca-
4 roli agentis, quòd†quotieſcunque fideiuſſor ſciẽ
ter cum eius expreſſo cõſenſu promittit aliquid,
etiam in duriorem cauſam obligatur, ſi iuramen-
tum interueniat. Ang. in l. hi qui acceſſiones. ff. de
fideiuſ. Rom. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb.
obligat. Alex. conſ. 32. lib. 4. Alc. in c. cùm contin-
gat. num. 173. extrà, de iureiur. Corſe. in tract. iu-
ram. priuil. 12. vbi dicit, ſe ita obtinuiſſe Bononię.
Didac. Couarr. in relect. c. quamuis. §. ſexto. num.
4. extrà, de pact. in 6. vbi de comm. teſtatur. Rol.
à Val. conſ. 6. num. 45. lib. 1. Nat. conſ. 262. num.
14. lib. 2. & conſ. 453. num. 15. eod. lib. & ponit Bar.
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. in 8. memb. Per. Io.
Anch. quæſt. famil. 32. num. 12. par. 1. & quæſt. 45.
num. 7. ead. par. 1. vbi concordantes allegat, cùm
ergo in caſu noſtro interuenerit conſenſus dicti
Celſi, & iuramentum, nõ eſt quid dubitetur, quin
poſſit conueniri etiam non diſcuſſo principali, de
expreſſo conſenſu dicti Caroli memini, quia abſ-
que eo etiam iuramentum nõ operaretur ad not.
in l. fi. C. de non num. pec. & in c. pen. extrà, de iu.
iur. & per Did. Couarr. in loco ſuprà cit. num. 5.

5 Quod quidem iuramentum† ex conſenſu præ-
ſtitum validat etiam fideiuſſiones præſtitas pro
reſtitutione dotis. contra. l. 1. C. de ot. promiſſ.

ita dicit Did.Couar.vbi de com.teſt.in d.relectio-
ne.cap.quamuis.§.2. in fin.de pact. in 6.vbi Abb.
Angel. Caſtrenſ. Salyc.Fulg.Bald.Corn.Bald.No-
uel.Campeg.& Ioan.Lup. alleg.ex quibus demõ-
6 ſtratur,† quòd d.§. illud.l.Græcè.ff.de fideiuſſ. nõ
habet locum, quando conſtat de expreſſo conſen
ſu adhibito cum iuramento, tunc etenim fideiuſ-
ſor obligatur in duriorẽ cauſam, vel ratione ſum
mæ, vel ratione temporis, aut qualibet alia cauſa
ſimili. Quæ fideiuſſio ſubſiſtit etiam quòd nõ fue
rit conſeruatus indemnis à d.Reuerendiſſimo Ar
chiepiſcopo. Bene tamen iſte Celſus dicitur ha-
bere mandatum contra d. Archiepiſcopum.l. eũ
qui.C. ſi cert.pet. & allegata in contrarium non
procedunt, quando quis ſe obligauit contempla-
tione alterius.Soc.Iun.conſ.27.num.20.lib.2.

7 Et iuramentum operatur, † vt virtualiter dica
tur renunciatum diſpoſitioni d.auct. præſente,a-
deo, quòd propriè Carolus dicatur creditor, &
Celſus propriè debitor.l. ſi fideiuſſor.in princi.de
leg.1. Bart. in l.1.num.34. ff.ſi cert. pet. & Soc.ibi.
* nu.53.atteſtatur de* comm.quẽ ſequitur Viu.opi.
140.lib.1. vbi concordantes allegat.

Et iſte Celſus habet actionem ad recuperandũ
8 dictos ſcutos ducentos actione mandati† ex con-
feſſione tãtùm ipſius Caroli.Bar.conſ.160. Titius
promiſit, Afflict.deciſ.150.num. 35. vbi de comm.
* *teſtatur, Viu.Aquil.opin.139.lib.1.vbi Bart.Caſt.
Sal. Rom.Alex.Iaſ.Fel.Cæpol.Dec. Alciat. Afflic.
& Marſ. allegat, quam opin. vltra prædictos no-
uiter comprobat Cæphal.conſil.101.nu. 35. & ſeq.
lib.1. Rol. à Vall. qui ſimiliter de comm. teſtatur,
conſ.17.num.9.lib. 1. Sententiaui igitur contra d.
Celſum, qui medio iuramento ſcienter fideiuſſe-
rat tanquam principalis, reſeruaui tamen actionẽ
ipſi Celſo ad repetendum dictos ducentos ſcutos
aduerſus d. Reuerendiſſimum Archiepiſcopum
Taurinẽſem, ſiue eius hæredes, manu ſer Berardi-
ni Ballarini Peruſini Not.Cur. Laus Deo.

*Ioſ.Lud. Aud.*

## DECISIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pauperrimus non tenetur ad refectionem meliora-
mentorum.declara,vt num.13.*
2 *Colonus non repetit modicam impenſam factam in
fundo.*
3 *Expenſæ aliquæ neceſſariæ, aliquæ voluptariæ, ali
quæ vtiles.*
4 *Conductor quid teneatur facere in fundo.*
5 *Locator quas expenſas arborum non teneatur re-
ſarcire conductori.*
6 *Abraſio arborum à fundo quo caſu ſit permiſſa cõ-
ductori.*
7 *Impenſa modica, & magna quæ dicatur.*
8 *Colonus tenetur mũdare foſſata non perennia, ſe-
cùs perennia.*
9 *Melioramentorum refectionis materia remittitur
arbitrio iudicis.*
10 *Negotiorum geſtores poſſunt detrahere meliora-
tiones.*
11 *Dominus fundi non ſolum tenetur ad ſolutionem
arborum, & vitium à ſuo conductore plantata-
rum exiſtentium, ſed etiam aliarum plantata-
rum, & deſiccatarum ſine culpa coloni, ſeu con-
ductoris.*
12 *Impenſæ an ſint computandæ cum fructibus.*
14 *Perſonarum qualitas in conſiderando paupertatẽ,
& diuitias attendenda eſt.*
15 *Impenſæ in fundo non veniunt reſtituendæ attenta
melioratione, ſed prout verè expenſum eſt, etiã
ſi melioratio excederet impenſam.*

### Argumentum.

Melioramentorum materia exactè, tractatur, quæ & qualia reſtituenda ſint.

Conductor, & colonus quid facere, vel non facere teneantur in fundo, vt ipſis pro impenſis competat, vel nõ competat actio.

Diuerſæ expenſarum ſpecies referuntur, & declarantur.

RVSTICI quidam petebant quæ-
dam melioramenta à quadam do-
mina Sabba occaſione 72. arborum
cum vitibus plantatarum in quodã
fundo prædictæ dominæ Sabbæ,
pro quibus melioramentis petebant iulios quin-
que pro qualibet arbore, ipſa autem domina Sab-
ba dicebat non teneri ad refectionem dictorum
1 melioramentorum, cùm ſit pauperrima† text.eſt
expreſſus in l. in fundo.ff.de rei vendicat.cùm ve-
riſimiliter pauper tales impenſas non feciſſet, &
quatenus eſſent modici momenti minus videba-
2 tur teneri ad eas reficiendum, cùm† colonus mo-
dicam impenſam non repetat.Bart.in l. impenſæ.
col.2.ff. de impenſ. in reb.dot.fact.

Sed pro habenda pleniori veritate iſtius nego-
3 cij, eſt aduertendum aliquas impenſas† eſſe neceſ
ſarias, aliquas vtiles, & aliquas voluptarias.l.1. ff.
de imp.in reb.dot.fact.l.certum.C. de rei vend.§.
certè.inſtit. de rerum diuiſ.Bero.quæſt.famil.101.
Roland.à Vall. conſ.28. quoniam. numer.8.lib.1.
Nos autem non ſumus in expenſis neceſſariis, ne-
que voluptariis, ſed vtilibus, ideo de eis tantum
verba faciemus.

In quo caſu eſt vnà cum doct.concludendum,
quod dicta domina Sabba teneatur ad reficiendas
4 dictas impenſas, quia licet conductor† non te-
neatur, niſi vites veteres conſeruare. l. ſi agri. &
ibi gl. ff. de vſufr. tamen ſi de nouo vites planta-
uit ſponte, & locator ſit percepturus vtilitatem,
non modicam de vitibus, ſiue aliis arboribus, te-
netur locator ad reſtitutionem ipſarum impen-
ſarum.Caſtrenſ.conſ.327.colum.2.verſ.de expenſa
verò, quem ſequuntur Neguſan.in tractat. de pi-
gnor. in 4. memb.5.par.princip.num. 11. Roland.
à Vall.d.conſ.28.nu.26. & 27.lib.1.vbi dicit, quod
in iſtis non datur abraſio quemadmodum in ædi-
5 ficijs, dicit etiam ibi Roland. quòd† ſi ex vitibus
vel aliis arboribus nulla vel modica vtilitas, re-
ſultare poſſet locatori, vt in ſalicibus & oppiis, in
quorum plantatione nullus eſt, quaſi labor vel
expenſa, tunc nihil eſt reſarciendum, quod ego
ita facilè non admitterem, licet enim ſalices &
oppij plantentur cum paruo labore & ſumptu,
cùm plantentur palmites quę ſunt viliſſimi pretij
inficiari tamen non poteſt, quin etiam in iſtis nõ
fiant aliquæ impenſæ & labores, & quòd perpe-
tuò ſint duraturæ, quódque fundus in quo plan-
tantur, reddatur pretioſior, cùm vt plurimum
plantentur in terris infructuoſis & paludoſis, &
tractu tẽporis huiuſmodi plantationes inſeruiant
pro trabibus & aliis multis inſtrumentis, vt dili-
6 gens quiſque adaptare poterit, & licet† in iſtis ar-
boribus permittatur abraſio, fatendum eſt tamen
eſſe reſarciendam extimationem, in euentum,
quòd dominus fundi recuſaret fieri abraſionem.
Ruyn.conſil.14. de pluribus.num.3.lib.1. vbi in i-
ſta particula ſalicum, populorum, ſiue piopporũ
reprehendit Caſtrenſ.in d.conſ.326.& in nouis im
7 preſſionibus 268. & † modica impenſa dicitur,
quando id quod plantatur durat pro tẽpore quo
colliguntur fructus, magna autem dicitur, quan-
do durat etiam finito tempore conductionis, li-
cet impenſa ſit modica. Alex.in l. diuortio. §. im-
pendia. ff. ſol. ma. Boer.dec.44.n.7.Sicut in ſimili
8 dicimus de colono, † qui tenetur emundare ſuis
ſumptibus foſſata, quæ non ſint perennia, ſecùs
autẽ quando ſunt perennia. Bartol. in l. impenſæ.
ff. de impenſ.in reb.dot.fact.Rolan.à Val. d. conſ.
28.num 24.lib.1.

Hæc autem omnia ſuprà dicta circa reficien-
9 da melioramenta† ſunt remittenda arbitrio pru-
dentiſſimi iudicis, vt nouiſſimè poſt alios docet
Menoch.in tract.de arbit. iud.caſ.258. lib.2. cent.
3. Quæ ſuprà relata licet non percutiant punctum
noſtrum, optimè tamen conferunt ad materiam
propoſitam.

Et iſti Ruſtici poterunt detrahere omnes, &
quaſcunque meliorationes, cùm hoc fecerint tan
10 quam negotiorum geſtores † Menoch. in tract.
de recupe.poſſ.15. Remed. num.566. & vltra eum
tradit Viui. opin.177.lib.2. Bero.d. quæſt.101.Ca-
gnol.in l.2. num.175.& 212. C. de pact.int.empt.&
vendit. vbi intelligunt.l.& in totum.ff. de impen.
in reb. dot.fact. & in colono qui plantauit arbo-
res, & vineas eſt text.in l.colonus.in princ.ff.loc.
& in l.colonus.§.poſſunt. ff. com. quas leges ſin-
gulares appellat Tiraquel. in tract. de retra. con-
uenti.§.7.gloſ.1. num.16.

Et non ſolùm dominus fundi tenetur ad ſolu-
11 tionem arborum, & vitium exiſtentium, † ſed e-
tiam aliarum deſiccatarum abſque culpa dicto-
rum ruſticorum.Bart. in l. in fundo. num. 8.ff. de
rei vend. vbi dicit, bonæ fidei poſſeſſorem dedu-
cere expenſas, ſiue res extet, ſiue non, quæ confir-
mantur authoritate Tiraquel. in tract. de retract.
conuenti.§.7. gloſ.1. num.10.in fin.& Menoch.in
d. tract. de recup.poſſ. in 15. remed.num. 522. vbi
dicunt expenſas melioramentorum eſſe deducen
das, etiam, quòd res perempta ſit. per text.in l.ſed
an vltro.§. pen.ff. de neg.geſt. & l.ſi neceſſarias.ff.
de pig.act. prædicti tamen ruſtici non petierunt
extimationem dictarum arborum deſiccatarum.

12 Nec huiuſmodi impenſæ † ſunt computandæ
cum fructibus, vt innuebat dominus aduocatus
ex aduerſo, ad not.in c. ad noſtram. de reb.eccle.
non alien.l. ſumptus. ff. de rei vendicat. l. ſi inſu-
lam.§.fructus. ff. ſolu. matri. quia iſta procedunt,
quando bonæ fidei poſſeſſor percepiſſet fructus
ex re aliena, quando tamen bona fide poſſidebat,
ſed ſi quis percepiſſet fructus ex re ſua, quæ tamẽ
in tempore venit alteri reſtituenda, tunc tales fru
ctus non computantur cum melioramentis, ſed
ei integrè veniunt reſtituendi.gl. magna.in l.em-
ptor.ff.de rei vend. quam pro ſingulari allegant
Bal. & Imol. in l.domus.de leg. 1. Idem Bal. Ang.
& nouiſſimi in d.l. inſulam.§.fructus.ff.ſol. matr.
ſed iſti ruſtici erant tales, quia bona fide poſſide-
bant ad 29.annos, licet poſtea finito tẽpore eſſent
reſtituturi, meritò dicti fructus cum melioramen
tis excomputari non debent.

13 Et opinio illa† quòd pauper non teneatur refi-
cere melioramenta, non eſt indiſtinctè vera, præ-
ſertim in caſu noſtro, tum quia non fuit probata
paupertas dictæ dominæ Sabbæ, tum etiam quia
ſemper datur retentio impendenti donec ſoluan-
tur melioramenta, vel ſaltem permittatur ea abra
di. Iaſ.in l. diuortio.nu.6.& 9. ff.ſol. matr. & hoc
ne quis ſub prætextu paupertatis locupletetur cũ
aliena iactura. Menoch. in puncto, in d.tract.Re-
cup. poſſ.15.rem.num.523.& 524. quæ ſunt admo-
dum notanda ad declarationem dictorum Bart.
in d.l.in fundo.

Vlterius impenſæ iſtæ, non poſſunt dici modi-
cæ, cum ſint perpetuæ, vt ſupra deduxi, & in ſup-
plantatione 71. arborum cum vitibus cadat no-
tabilis impenſa, attenta qualitate dictorum ruſti-
14 corum, quæ † qualitas perſonarum in conſideran
do paupertatem & diuitias eſt attendenda, vt per
Menoc.in d.tract.de arb.iud.caſu 65.lib.2.cent. 1.

Quam autem quantitatem pecuniarum tenea-
tur d. D.Sabba reficere pro dictis melioramentis,
dicas vnà cum doctoribus, quod dictis ruſticis nõ
tenetur reficere id quod eſt fundus melioratus,
ſed id quod vere impenderint, pro plantandis ar-
boribus cum vitibus, & eis educandis, ſi enim im
pendiſſent puta quinquaginta, & fundus eſſet
melioratus in centum, non poſſunt repetere niſi
quinquaginta, etſi impenſa fuerint cẽtum, & res
non fuerit meliorata niſi in quinquaginta, nõ po
15 terunt repeti niſi quinquaginta,† gl.in d.l. in fun
do.ff.de rei vend.Abb.in c.R.num.4.extra de reſt.
in integ.& in c. quibuſdam, num.9. extra de fide-
iuſſ. Neguſ.in tract.de pign. 4.memb.5.par.princ.
num.11.& Viu.opi.177. lib.2. in iſtis enim melio-
ramentis attenditur, quòd minimum eſt ad fauo-
rem domini fundi, & ſic ſententiaui ad fauorem
dictorum Ruſticorum, condemnando tantum-
modo d.D. Sabbam ad reſtituendum dictis Ruſti
cis impenſas factas pro plantandis, & educandis
dictis arboribus cum vitibus, non attendendo id
pluris quod dictus fundus ob prædictam planta-
tionem eſſet melioratus, manu ſer Raynaldi de Ru
beis Peruſini Notarius Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnius dictum ſecundum aliquos ſufficit ad
obtinẽdũ in remedio reintegrandæ poſſeſſionis.*
2 *Teſtium duorum dictum ex magis communi ſentẽ
tia requiritur ſpoliato petenti reintegrationem.*

3 *Teſtis vnius dictum ſufficit in poſſeſſorio ſummariſſimo, & quale ſit.*
4 *Poßidere de præſenti præſumitur qui olim poßidebat, in immobilibus.*
5 *Poßidens mobilia non præſumitur poßidere tempore ſpoliationis.*
6 *Probatio antiquioris poſſeßionis in materia reintegrandæ nõ ſufficit, niſi etiam deduceretur poſſeßionem conuenti eſſe clandeſtinam.*
7 *Remedium reintegrandæ datur etiam contra titulo poßidentem.*
8 *Articulandi modus pro actore contra reum in poſſeſſorio reintegrandæ.*
9 *Remedio reintegrandæ præſcribitur ſpatio triginta annorum*
10 *Præſcriptio triginta annorum non obeſt remedio reintegrandæ ſecundum ſtylum Rotæ Romanæ.*

## Argumentum.

Remedio reintegrandæ agenti, an ſufficiat teſtis vnius dictum probantis de ſpolio.

Remedium reintegrandæ, an detur cõtra titulo poſſidentem.

Remedio prædicto, an præſcribatur, & quanto tempore.

IN cauſa Iulij Alexandri de Caſtro Maceretarum cum Cherubino quondam Sanctis, & litis conſortum ex comitatu Peruſino, ſuper petita reintegratione vnius petiæ terræ, extitit de aliquibus dubitatum. Primò, an ſufficiat dictum vnius teſtis probantis de poſſeſſione ſpoliati, & an dictum remedium detur contra titulo poſſidentem, & de quibuſdã incidentibus in deciſione declarandis.

Circa primum, multi doct. fuerunt in ea opinione vt ſufficiat dictum vnius teſtis ad obtinen-
1 dum in dicto remedio † inter quos fuit Matheſil. not. 2. not. quòd in iudiciis. Dec. conſ. 56. num. 1. & conſ. 252. num. 2. in fin. & conſ. 663. num. 2. Bellon. conſ. 35. num. 6. vbi hoc extendit habere locum ad omnia iudicia poſſeſſoria. immo Dec. in c. 1. nu. 17. de appell. ſolam famam ſufficere affirmauit, ea vtuntur ratione, quòd poſſeſſorij cauſa, paruum afferat præiudiciũ. l. 1. C. ſi de mom. poſ. fuer. app.

Contrarium tamen ego decidi in hoc articulo, cum ex magis com. ſententia dictum duorum
2 teſtium † requiratur. Afflict. deciſ. 364. num. 5. Cagnol. in l. in pari. num. 8. ff. de reg. iu. Roland. à Vall. conſi. 50. num. 16. lib. 2. Menoch. in tract. de recup. poſſ. 15. remed. nu. 48. Pariſ. bene viſus conſ. 107. num. 18. lib. 1. Allegata enim in contrarium, quòd ſufficiat dictum vnius teſtis procedunt in
3 ſummariſſimo poſſeſſorio † puta in poſſeſſione quæ datur ex Carboniano edicto. Deci. in l. 2. nu. 2. C. de Carb. edict. & ponit Menoch. in ſupra citato loco, & vltra eum Benint. dec. 62. incip. dubitatum fuit. per totam. quod quidem ſummariſſimum poſſeſſorium dicitur leuiſſimi præiudicij, reſpectu poſſeſſorij iudicij ordinarij. Cagnol. in l. in pari. ff. de reg. iur. & latius dixi in alia mea deciſione ad quam me refero, quemadmodum etiã dicitur poſſeſſorium iudicium, & ordinarium leuis momenti, reſpectu proprietatis. l. 1. C. ſi de mom. poſſ. fuer. appel.

Cui quidem Iulio ſat fuit probaſſe antiquiorẽ
4 poſſeſſionem, cum qui olim poſſidebat, † præſumatur etiam poſſidere de præſenti. Abb. in c. cum
* ad ſedem. extra de reſt. ſpol. & de comm.* teſtatur Rip. in c. cum eccleſia Sutrina, num. 32. extra de cauſ. poſſ. & propriet. & alios concordantes cõgerit Menoch. in d. tract. recup. poſſ. 15. remed. nu. 386. vbi num. 398. ampliat procedere etiam quòd ſtatutum veram requireret probationem, quæ tamen regula non habet locum in poſſeſſione rerũ
5 mobilium † quia poſſidens mobilia, non præſumitur poſſidere tempore ſpoliationis. glo. in l. inciuile. C. de furt. Secundò limitatur non habere locum in beneficialibus, in quibus non ſufficit probare antiquiorem poſſeſſionem, ſed eſt neceſſarium probare etiam titulum. Socy. in l. rem. quæ nobis, num. 7. ff. de acq. poſ. Menoch. vbi ſuprà,
6 num. 406. & 407. iſta † tamen ſola probatio antiquioris poſſeſſionis non ſufficeret niſi etiam deduceretur poſſeſſionem conuenti eſſe clandeſtinam. Alexan. conſil. 118. num. 8. lib. 2. Pariſ. conſil. 89. num. 9. & conſ. 12. num. 9. lib. 4. Dec. conſil. 57. col. vlt. Menoch. in d. remed. 15. num. 42. & actor in caſu noſtro probauit de antiquiori poſſeſſione, & iuniori & clandeſtina conuentorum, ad trad. per Soc. in l. rem quæ nobis, n. 16. ff. de acq. poſ. Abb. in c. cum ad ſedem, num. 28. vbi de comm. teſtatur, extra de reſt. ſpoliat. fuſiſſime Menoc. in trac. recup. poſ. 15. remed. num. 383. vbi Soc. Cor. Imol. Alexan. Alciat. Riminal. Grat. Gozad. Mod. Paris. Rub. Neuiz. Did. Couar. Boſ. & Rol. à Val. allegat.

Circa ſecundum dubium (quicquid dixerint Doct. prout eſt videre per Socyn. in d. l. rem quæ nobis, nu. 12. quæſt. 4.) datur etiam contra titulo
7 poſſidentem, † l. 1. ff. quo. bon. l. 2. C. eo. ea ratione, quia hic titulus quoad hunc effectum pro nõ tit. habetur, vt poſt. Bartol. & alios tradit Menoch. in tract. adipiſ. poſ. Rem. 1. nu. 49. & de magis com.
* * teſtatur Soc. Iun. conſil. 34. num. 12. lib. 3. & hoc nullam habet dubitationem, quando auctor erat vitioſus, vel res erat effecta vitioſa. Bero. conſ. 61. num. 15. lib. 3. immo etiam quod auctor non fuiſ-
8 ſet vitioſus neque res, nihilominus † quando articulatur quod poſſeſſor clam poſſidet reſpectu poſſeſſoris tunc obtinebit actor, etſi poſſeſſor habuiſſet cauſam ab authore non vitioſo, & res non eſſet affecta vitio. Ita dicit Bero. in præallegato loco, num. 17. & quòd detur contra poſſidentem titulo & bona fide, teſtatur Bero. conſil. 63. num. 19. lib. 3. & etiam Ruyn. conſ. 44. col. 1. lib. 4. Boer. deciſ. 339. Rol. à Val. qui multos allegat, & de ma-
* gis comm.* opinio. teſtatur conſil. 72. num. 7. lib. 2. Afflict. deciſ. 361. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in conſilio Neapolitano. Ruyn. conſil. 48. & 49. lib. 4. Rimin. conſil. 98. num. 76. 428. col. 2. Marant. in tract. iud. in 4 par. in 7. diſt. princ. num. 50. & nouiſſimè Rol. à Vall. conſ. 6. num. 40. lib. 3. & ſecundum hanc opi. multoties iudicaui.

Et profecto actor videbatur ex prædictis habere iuſtitiam pro ſe, niſi conuenti docuiſſent, ac oſtendiſſent continuam poſſeſſionem eorum vl-
9 tra 30. annos, quo fit † ſecundũ veriores, & magis communes opiniones, vt dicto tempore præſcri-





batur dicto remedio. Abb. in c. ſolicite, nume. 14. extra de maior. & obed. Dec. conſil. 303. nume. 24. Maran. in trac. iud. 7. diſt. nume. 50. fuſiſſime Menoch. in tract. de recup. poſſ. 15. rem. nume. 418. & ſeq. præſertim cum præſcriptio conuentorum ſit cum bona fide, & tit. Bart. in l. vltima in fine. C. vnde vi. Menoch. vbi ſupra. nu. 424. & vltra eum idem voluit Bero. conſil. 56. num. 40. lib. 3. Rolan. à Vall. conſ. 72. nu. 19. & 20. lib. 2. vbi Dec. Abb. Bart. Aret. Socy. Crauet. Balb. Bello. Pariſ. & alios alle-
* gat, & de com.* teſtatur. & concurrente bona fide. & tit. prout concurrebat. in caſu noſtro idem voluit nouiter Roland. à Vall. conſ. 6. num. 41. lib. 3. vbi alios allegat, & fauore iſtius præſcriptionis ſententiaui ad fauorem conuentorum, manu ſer Herculani de Rubeis Notarij Peruſini Curialis. Bene verum eſt, quòd cum poſtea eueniret mihi huiuſmodi caſus inter capitaneum Saracenum Montemelinum ex vna, & Vincentium del Bologna ex alia, & de huiuſmodi cauſa fuerit factum verbum cum Reuerendiſſimo D. B. Finetto huius prouinciæ Gubernatore digniſſimo ipſe erat in
10 opinione non obeſſe præſcriptionem † in huiuſmodi remed. ob deciſ. Caſſand. ſexta. & ita dicebat ſeruare Rotam Romanam, ego autem in partibus neſcio quomodo ſit recedendum à communibus traditionibus. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutũ eſt ſpecies alienationis impropriè, & largo modo.*
2 *Verba in cõtractu ſtipulatione vallato ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda.*
3 *Statutum loquens de contractu venditionis nõ videtur habere locum in datione in ſolutum.*
4 *Statutum permittens vicino facultatem recuperandi rem venditam, non habet locum in datione in ſolutum.*
5 *Alienare qui non poteſt, non poteſt in ſolutũ dare.*
6 *Periculum rei emptæ poſt perfectam venditionem pertinet ad emptorem, idem & in eo cui res fuit tradita in ſolutum.*
7 *Laudemia quando ſunt ſoluenda de alienatione, ſunt etiam ſoluenda de datione in ſolutum, cum ſit propriè alienatio.*
8 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vẽd. ita habet locum in datione in ſolutum, ſicut in emptione, & venditione.*
9 *Datio in ſolutum etiam in ſtatutis comprehenditur ſub verbo alienationis.*
10 *Datio in ſolutũ quando dicatur cõtractus emptionis & venditionis, & quãdo venditionis tantũ.*
11 *Datio in ſolutum poteſt fieri voluntarie, & coacte, & quomodo.*
12 *Pretium eſt de eſſentia emptionis & venditionis.*

## Argumentum.

Dationis in ſolutum materia tractatur, & an veniat ſub nomine alienationis, ſaltim impropriè, ſi non propriè.

DOMINVS Agabitus de Cauacoppus de Peruſia, emit à Hieronymo Menchinis de ponte Pattulis agri Peruſini, vnã petiam terræ cùm pacto redimẽdi, & in euentum redemptionis, cum hac conditione, quod præfatus Hieronymus non poſſet vendere, nec alienare dictam petiam terræ, irrequiſito d. d. Agabito, euenit quod dictus Hieronymus redemit dictam petiam terræ, & poſtmodum ferè incontinenti irrequiſito d. d. Agabito. eandemmet petiam terræ, in ſolutum dedit eius genero pro dote cuiuſdã ſuæ filiæ, inſurrexit præfatus d. Agabitus aſſerens d. Hieronymum non potuiſſe in ſolutum dare hanc petiam terræ, eo irrequiſito, cũ datio in ſolutum ſit alienatio, & habeat vim emptionis, & venditionis, fuit dubitatum quid iuris.

Pro dicto Hieronymo faciebat generalis regu-
1 la quæ eſt, quod licet datio in ſolutũ † ſit ſpecies alienationis. l. ſi prædium. in fin. C. de euict. l. eleganter. in principio. ff. de pignor. act. l. ſtatu liberis à cæteris. §. Quintus. ff. de ſtat. lib. Hoc tamẽ procedit accipiendo dationem in ſolutũ, impropriè, & largo modo pro emptione, & venditione. Dec. conſil. 586. in cauſa quæ Mantuæ, num. 7. In contractu autem celebrato inter prædictos d. Agabitum, & Hieronymum verba ſunt propriè, & ſtri-
2 ctè intelligenda † cum ſimus in contractu ſtipulatione vallato. l. quidquid aſtringẽdæ. ff. de verb. obligat. merito datio iſta in ſolutum, ſub obligatione illa non alienandi, comprehendi non videbatur, idem poſt Spec. voluit Dec. conſ. 18. num. 3. vbi d. quòd propriè, & ſtrictè datio in ſolutũ non
3 eſt venditio, & ideo † ſtatutum loquens de contractu venditionis non videtur habere locum in datione in ſolutum. Specul. in tit. de empt. & vendit. §. nũc dicendum. verſic. pone quod ſtatutum.
4 Similiter † ſtatutum permittẽs vicino facultatem recuperandi rem venditam non habet locum in datione in ſolutum. Alexan. conſ. 76. viſis dubitationibus, col. 3. libr. 5. & cumulatiſſime Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 1. glo. 14. num. 5.

Pro dicto domino Agabito faciebat altera ge-
5 neralis regula, quæ erat, † quòd qui non poteſt alienare, non poteſt in ſolutum dare. l. eleganter. in princ. ff. de pignor. actio. l. vel ſoluendi, ff. de publ. in rem actio. l. ſi predia. in fin. C. de euict. l. cætera, §. ſed ſi ſeparauit, vbi Iaſ. de leg. 1. Alber. in l. ſi vſumfructum, ff. de lib. cauſ. Tiraquell. qui omnes vſque ad eius tempora recenſet more ſuo in d. tract. de vtroque retract. §. 1. glo. 14. nume. 4. & vltra eum Soc. Iun. conſ. 41. nume. 14. libr. 3. vbi nouum text. inducit, vbi in indiuiduo reſpondet ad conſ. Dec. 18. & Ruyn. conſil. 134. nume. 1. libr. 1. Pariſ. conſ. 81. conſultus. num. 27. lib. 2. Roland. à Vall. conſ. 21. num. 19. lib. 1. dicens, quòd tunc dicitur datio in ſolutum, quãdo debitor aſſignat rem creditori pro aliquo debito ſponte. l. precij, C. de reſcind. vendit. quòd non inficiatur Tiraquell. in loco ſuperius allegato. num. 9. Si ergo iſte Hieronymus non poterat alienare, minus poterat in ſolutum dare, ex præmiſſis.

6 Hinc videmus † quòd quemadmodum poſt perfectam vẽditionem periculum rei emptæ ſpectat ad emptorẽ. l. id quod, ff. de pericul. & com.

rei vendit.§.cum autem.inſtit.de empt.& vendit. Ita etiam periculum ſpectat ad eum, cui res fuit tradita in ſolutum. Crott. conſil. 93. viſo inſtrumento.num.3.

7 Hinc etiam videmus, † quòd quando ſunt ſoluenda laudemia de alienatione, debent etiam ſolui de datione in ſolutum, cum ſit propriè alienatio. Guid.Pap.conſil.46.verſ. plus poſſet conſiderari,col.2.Et ex datione in ſolutum ita dominium in creditorem transfertur, ſicut ex venditione ſi tradens erat dominus. Bero.conſil.205.numero 3. libro tertio.

8 Similiter † Remed.l.2. C.de reſcind.vend.ſicut habet locum in emptione & vẽditione, ita in datione in ſolutum.Natt.conſil.207.num.2.lib.1. de veritate cuius dicti videatur Cagnol. in d. l.2.nu. 163.& ea eſt ratio, quia datio in ſolutum eſt ſimilis venditioni, & eius vicem obtinet.Natt.d.conſ. 207.numero tertio.lib.1. & Alciat. reſponſ.11.nu. 4.tom.3.lib.8.

9 Immo etiam in ſtatutis, † in quibus fit ſtricta interpretatio, ſub verbo alienationis comprehẽditur datio in ſolutum. vt poſt Afflic. & alios ponit Tiraquell.in d.tract.de vtroque retract. §.1.gl. 14. num.4.in fin. Et generaliter quicquid de alienatione dicitur, habet locum in datione in ſolutum.Franc.Aret.conſil.32.diligenter conſideratis, col.2. verſ.nec obſt.ſi dicatur. & Pariſ. qui serioſe multa cumulat d.conſ.81.nu.27.cum ſeq.lib.2.

Verum, quia doctores vario modo loquuntur, dicentes aliquando dationẽ in ſolutum eſſe propriè alienationẽ, aliquando vero impropriè, ideo ad euitandas huiuſmodi contrarietates, tres ſunt conſiderandi caſus.

Primus caſus eſt, quando datur in ſolutum fun
10 dus ob pecuniam debitam, tunc † ex quo datio
iſta correſpectiuatur ad precium, dicitur contractus emptionis & venditionis, ſecus ſi daretur ſpecies pro alia ſpecie, quia tunc nõ eſſet emptionis & permutationis contractus, ſed venditionis. Bart. in l. ſi quis aliam. col.1. ff.de ſolut.glo.Cyn. Bart.& Bald.in l.libera. C.de ſentent. & interloc. om.iud.Bolog.conſil.25.in ampliſſ. colum.4.verſ. plus.& Tiraq. in d.tract. de vtroque retractu. §.1. glo.14.num.7.

Secundus caſus eſt, quando iſta datio in ſolu-
11 tum fit voluntarie, non quãdo coacte † puta à iu-
dice pro executione rei iudicatæ. l.cum fidei hæredis. ff. de fideicommiſ. lib.10. Plat. Afflic. Ferd. Dec.Coras.& alij, quos cumulat Tiraq.in d.tract. de vtroque retract.§.1.glo.14.nu.8.

Tertius eſt caſus omiſſus à Tiraq. in ſupra di-
ctis locis, quando datur fundus inæſtimatus pro
12 dote, † tunc etenim, ex quo deficit eſſe ipſius em-
ptionis, & venditionis nempe pretium. §. pretium.inſt. de emp. & vẽd.propterea ex iſta datione in ſolutum abſque mentione pretij facta non conſtituitur propriè emptio, & venditio.l.ſi extimatis. cum l. ſeq. ff.ſol.matr. l.quoties.C.de iu. dot. quod ampliatur procedere etiam ſi fuerit facta extimatio fundi dotalis, ad effectum tantum, vt ſciretur valor rei, & fundi dotalis. Afflict. deciſ.270. domina Clarella, num. 4. in fin. Pariſ. d. conſ.81.num.42.lib.2. ſecus eſt quando datur fundus dotatis extimatus, non ad finem ſciendi valorem rei, quia tunc propriè cõſtituitur emptio, & venditio d.l.quotiens. C.de iur.dot.& ex ſupra dictis apparet.

Applicando prædictam conſiderationem tertij caſus ad caſum noſtrum iſte Hieronymus in ſolutum dedit dictum fundum extimatum non ad finem ſciendi valorem, & ſic fuit cõtracta propriè emptio, & venditio, vt ſupra dicebam, & conſequenter contrauenit promiſſioni per eum factæ d. d. Agabito, non reuendendi dictum fundum alicui niſi ipſi d. Agabito, cum ex illa datione in ſolutum re extimata fuerit propriè cõtracta emptio, & venditio, propterea ſententiaui contra d. Hieronymum, ſiue eius generum, & ad fauorem d. d. Agabiti, manu ſer Adriani Minutij Peruſini Not.Curialialis. Laus Deo.

*Ioſephus Ludouicus Aud.*

F I N I S.

DECI-



# DECISIONVM SEV DIFFINITIONVM CAVSARVM PERVSINARVM, ET PROVINCIÆ VMBRIÆ, PARS SECVNDA.

*Authore Ioſepho Ludouico ab Aſiſio I. V. D. dudum Peruſiæ & Vmbriæ, nunc verò Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ tertia vice generali Auditore.*

## DECISIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *SPolians nõ debet audiri niſi purgauerit ſpolium vſque ad nummũ.*

2 *Vxor habet retentionem bonorum viri pro ſua dote mortuo viro.*

3 *Vxor poteſt ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis pro retentione ſuarũ dotium, hoc tamen procedit dũmodo animo cõſtituat velle poſſidere ex dicta noua cauſa, & nu.4. quia voluntas in animo retenta nihil operatur, & nu.5. & voluntatis mutatio non præſumitur. & num.7. & niſi appareat de mutatione voluntatis, cenſetur poſſidere iure familiaritatis.nu.6.*

8 *Vxor tunc poteſt retinere bona mariti, quãdo poſſeſſio eſt vacans, ſecus ſi ab hæredibus viri fuerit occupata.*

9 *Dotalis rei dominium poſt mortem viri ipſo iure reuertitur ad vxorem, ſecus tamen poſſeſſio. & num.*10.

11 *Contrarius non debet audiri.*

12 *Vſusfructuarius tenetur cauere de reſtituendo finito vſufructu non ſolùm ſtabilia, ſed etiam mobilia.*

13 *Mobilia debent æſtimari, & habetur ratio ad tempus conſignationis ſiue traditionis, non autẽ reſtitutionis, & infrà nu.* 15.

14 *Satiſdatio eſt danda de vtendo & fruendo arbitrio boni viri & de reſtituẽdo mobilia ſi non reperiantur deteriorata, aliàs de reſtituendo precium, ſi autem ſunt res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, datur ſatiſdatio de reſtituendo æſtimationem.*

16 *Inuentarij confectio remitti non poteſt per teſtatorem. Quod ampliatur procedere etiam ſi teſtator huiuſmodi licentiam dediſſet ex licentia ſibi conceſſa à principe, & nu.17.*

18 *Teſtamenti tempus attenditur, non autem tempus mortis. fallit primò quando cõtrarium conſtaret de mente teſtatoris.infrà nu.58. Secundò fallit, quando legatum fieret in recompenſationem nu. 41. Fallit tertiò, quando legatur armentum animalium vel ſimilium rerum quæ patiuntur augmentum & diminutionem.nu.48.*

19 *Teſtator quæ bona reliquerit tempore mortis, debet probari per inſtitutos & legatarios.*

20 *Mutiana cautio conſiſtit in non faciendo, vel non petendo.*

21 *Animalia conſtituunt tertiam ſpeciem inter mobilia & ſe mouentia. Fallit quando ſecus cõſtaret de mente teſtatoris.nu.47.*

22 *Ioannes Paulus Lancillotus, Blaſius Angelicus aduocati, Bartholomæus Corſettus, & Petrus Iacobus Amerigus procuratores Peruſini.*

23 *Teſtatoris voluntas eſt ſeruanda etiam tacita, & eam ſectari debemus ſicut venator leporem, nu. 24. poteſt declarari facto & verbis, nu.25. & iſta voluntas totum facit, nu.26. colligitur ex coniecturis & interpretatione, nu.27. eſt præferenda rigori verborum, n.28. declaratur ex actu nullo, nu.29. poteſt fieri violentia verbis, vt ea ſeruetur, nu.30.*

31 *Statutum Peruſinum dat executionem inſtrumentis & teſtamentis, quod ſtatutum cùm ſit in viridi obſeruantia, debet obſeruari, nu.32.*

33 *Mulier licèt poſt mortẽ viri dicatur poſſidere iure familiaritatis, hoc procedit in dubio, ſecus quãdo apparet de mutatione voluntatis.*

34 *Dolia comprẽhenduntur appellatione mobilium.*

35 *Teſtamẽti verba pleno iure importãt inſtitutionẽ.*

36 *Vſusfructuarius, cui eſt obuentura proprietas, non tenetur cauere.*

37 *Inuentarij confectio totaliter per teſtatorẽ remitti non poteſt, remiſſio tamen illa operatur vt ſufficiat aliqualis deſcriptio.*

41 *Vxor quoad legata eſt priuilegiata, ſicut filij & aliæ coniunctæ perſonæ.*

42 *Mutiana cautio non habet locum, quando conditio negatiua eſt adiecta cum affirmatiua, ſimiliter quando per teſtatorem apponitur aliquid loco dictæ Mutianæ cautionis, puta priuatio legati, & nu.43.*

44 *Teſtatorum voluntates ex diſpoſitis in teſtamento colliguntur.*

45 *Teſtatoris mens & verba ne reddat fruſtratoria, eſt facienda interpretatio.*

46 *Teſtator licèt regulariter cenſeatur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, hoc tamẽ debet intelligi quãdo per teſtatorem fiunt actus ex neceſſitate, ſecus ſi fiant ex voluntate.*

### Argumentum.

Vxor poteſt retinere bona mariti pro

aſſecuratione ſuæ dotis poſt mortem viri, & poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, dummodo conſtet de mutatione voluntatis, & poſſeſſio ſit vacans.

Vſusfructuarius regulariter tenetur cauere, & quomodo cautio iſta præſtetur in rebus mobilibus, & aliis rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Inuentarij confectio non poteſt remitti per teſtatorem, quando remittitur, ſufficit qualis qualis deſcriptio.

Teſtamenti tempus attenditur. fallit quatuor modis hic adnotatis.

Mutiana cautio aliquando non habet locum, vt hic.

Voluntas teſtatoris eſt omnino ſeruanda, & teſtator cenſetur ſe cōformare cum diſpoſitione iuris cōmunis in actibus neceſſariis, ſecus in voluntariis.

CONSTANTINVS Vinciolus de Peruſia in eius vltimo teſtamento reliquit vſufructuariam quorundam prædiorū ac etiam ſe mouentium, & bo orū mobilium dominam Proſerpinā de Cauaceppis eius vxorem, ea conditione adiecta, quòd prędia finito vſufructu reuerterētur ad Capitaneum Horatium, & Matthiam de Vinciolis eius germanos: quodq; de bonis mobilibus ipſa D. Proſerpina nullum teneretur facere inuentarium, & eſſet in poteſtate ipſius quicquid vellet de dictis bonis mobilibus reſtituere prædictis capitaneo Horatio & Matthiæ: adiiciendo inſuper quòd dicta domina Proſerpina non poſſit aut valeat eius dotem repetere. Cúmque eſſet nata altercatio inter prædictos capitaneum Horatiū & Matthiam ex vna, & D. Proſerpinam ex alia, prædicta D. Proſerpina per breue S.D.N. Papę committi fecit dictam cauſam Reuerendiſſimo Domino Buonſignoro Finetto, huius Prouinciæ Gubernatori digniſſimo, qui quidem Reuerendiſſimus Dominus Gubernator prædictam cauſam mihi ſubdelegauit, & ſeruatis terminis plura orta fuerunt dubia contra dictam D. Proſerpinam.

Primum dubium fuit dictam D. Proſerpinam non debere audiri, cùm propria authoritate poſſideat bona mobilia relicta in domo ipſius teſta-
1 toris, & ſic antequam purgaret † ſpolium non videbatur audienda. c. conquerente. in verbo, integrè. & ibi Bal. in 1. col. extra de reſtit. ſpol. Abb. in c. venerabilis. extra de offic. deleg. Tiraquell. in tract. de retract. conuentio. §. 4. glo. 1. num. 23. latiſſimè infinitos allegans Gabriel. in lib. commun. concluſio. in tit. de reſtit. ſpoli. nu. 10. lib. 5. vbi dicit, quòd ſpolians non debet audiri niſi integrè purgauerit ſpolium, etiam vſque ad nummum. &
2 licet vxor † habeat retentionem mortuo viro bonorum mariti pro dote ſua, Bartol. in l. ſi filio. la 1. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. cùm tibi. C. qui potior. in pignor. habean. Socin. conſil. 131. colum. 2. lib. 1. Dec. conſil. 232. colum. 1. conſil. 400. colum. 2. & conſil. 671. colum. fin. cum aliis nouiter adductis à Roland. à Valle in conſil. 77. num. 27. lib. 1. & vltra cum idem tradit Grammat. deciſio. 58.
3 numero 5. Bero. conſil. 60. nume. 5. lib. 2. † vxor enim poteſt ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis, iuxta ſua extrinſeca pro retentione dotium ſua-
4 rum. l. cùm nemo. C. de acquir. poſſ. † hoc tamen procedit, dummodo animo conſtituat velle poſ-
5 ſidere ex dicta noua cauſa: † voluntas enim in animo retenta nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condit. ob cau. aliàs cùm non mutauerit volunta-
6 tem, præſumitur poſſidere iure † familiaritatis, quemadmodum prius poſſidebat. l. qui iure fami-
7 liaritatis. ff. de acquir. poſſ. & † mutatio voluntatis non præſumitur. l. 3. §. in admittenda. ff. de acquir. poſſ. Roland. à Valle in terminis d. conſi. 77. num. 32. lib. 1. vbi Soc. Dec. Bertran. Pariſ. Ruy. Alciat. & Curt. Iun. allegat.
8 Secundò tunc † vxor poteſt retinere bona mariti pro ſua dote, & poſſeſſionem dictorum bonorum ingredi, quādo poſſeſſio dictorum bonorum eſſet vacans, ſecus ſi ab hæredibus viri fuerit occupata. Bal. in l. pen. C. de non num. pecu. in l. 1. C. de cōm. ſeru. pign. dat. Dec. in l. dotis. C. de collat. & Rolan. in dicto conſ. 77. nu. 35. lib. 1.
9 Licèt enim poſt mortem † mariti dominium rei dotalis ipſo iure ad vxorem reuertatur. l. in re-
10 bus. C. de iure dot. ſecus tamen eſt in poſſeſſione. l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſ. Bal. conſ. 35. 3. vol. Dec. conſ. 232. col. 1. in fi. & conſi. 400. col. 2. Rol. vbi ſuprà nu. 36.
11 Itē præfata D. † Proſerpina non videbatur audiēda ratione cōtrarietatis, ad tradita in l. edita. C. de eden. & fuſiùs explicauit D. aduocatus præfatorū capitanei Horatij & Matthiæ de Vinciolis.

Non videbatur etiam audienda, quia fuerat relicta vſufructuaria quorundam prædiorum & re-
12 rum mobilium, & non dederat † cautionem niſi de rebus ſtabilibus, de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo finito vſufructu: dictam enim cautionem tenebatur præſtare non ſolùm de ſtabilibus, ſed de mobilibus. l. 1. C. de vſufr. Ray. Bal. Saly. Fulgo. & Caſtren. Rolan. à Val-
13 le conſi. 92. nu. 6. & 7. lib. 1. quæ res † mobiles debent æſtimari, & facta æſtimatione caueri de reſtituendo finito vſufructu æſtimationem dictarum rerum habito reſpectu ad æſtimationem ſecundùm tempus quo traduntur vſufructuariæ. §. conſtituitur. cum §. ſeq. Inſti. de vſufr. l. ſi cui. cum l. ſeq. ff. de vſufruct. earum rerū quæ vſu conſum. Alex. conſil. 58. col. 3. lib. 3. Pic. in reper. §. Titia. q. 49. Roland. à Valle d. conſil. 92. num. 23. lib. 1. vbi
14 poſt multos quos allegat dicit, quòd † ſi ſunt res quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſatiſdatur de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituēdo ea ſi non reperiantur deteriorata, aliàs de reſtituendo precium, & retinendo illa penès ſe: ſi verò ſunt res, quæ ſeruari nō poſſunt, tunc datur ſa-
15 tiſdatio de reſtituendo æſtimationem, quę † æſtimatio inſpicitur tempore præſtitę ſatiſdationis. l. hac



hac edictali, §. his illud. C. de ſecun. nup. & hęc eſt magis communis opinio, vt per Anton. Gabriel. nouiſſimè in ſuis concluſi. in titu. de vſufr. concluſ. 1. num. 22. lib. 5. vbi d. num. 20. vbi dicit, quòd in rebus quæ vſu non conſumuntur, ſed inueteraſcunt & minuuntur, debet caueri de quantitate æſtimata reſtituenda.

Itidem non videbatur audienda dicta D. Pro-
16 ſerpina, cùm non fecerit inuentarium, † quam quidem confectionem inuentarij per teſtatorem remitti non potuit, Caſtren. conſil. 221. Pic. in d. §. Titia. q. 51. Boer. deciſi. 63. nu. 12. Rolan. à Valle d. conſi. 92. nu. 17. lib. 1.
17 Quod † ampliatur procedere, etiam ſi teſtator huiuſmodi licentiam dediſſet ex licentia ſibi conceſſa à principe, ne detur materia delinquendi, Ruyn. conſi. 202. lib. 2. Rol. à Valle d. conſil. 92. nu. 20. lib. 1.

Vlterius petitio dictæ Dominę Proſerpinæ videbatur reſpuenda, quia ipſa petebat executionem dicti teſtamenti tam pro bonis ſtabilibus, quàm etiam pro mobilibus, abſque eo quòd probauerit quæ bona mobilia reliquerit ipſe teſta-
18 tor tempore teſtamenti. † quod quidem tempus teſtamenti videbatur attendendum, non autem tempus mortis. l. ſi ita. ff. de auro & argen. leg. Socin. Iun. in terminis, per totum, in conſ. 99. in prę-
19 ſenti. lib. 3. & † onus probandi quæ bona exiſterent dicti teſtatoris tempore confecti teſtamenti, incumbit ipſi dominæ Proſerpinæ. Bal. in l. fin. C. de appell. Rom. in l. non ſolùm. §. ſciendum. ver. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nuncia. ſequitur apoſtill. ad Bar. in d. l. ſi ita. in litera A. cùm ergo nō liquidauerit dicta domina Proſerpina, quæ bona mobilia haberet teſtator tempore teſtamenti, nō poterat exequi dictum teſtamentum tanquā non purum, neque liquidum.

Ex alio capite dicta D. Proſerpina non videbatur audienda, quia non ſimpliciter fuerūt ſibi relicta prædicta bona per dictum teſtatorem eius virum, ſed cum hac conditione, quòd non poſſet
20 eius dotes repetere: quo fit vt † audiri non debeat antequam præſtiterit Mutianam cautionem de non petendo dictam dotem. l. Mutianæ cautionibus. ff. de condit. & demonſtrat. Bero. conſil. 29. num. 17. lib. 2.

Demum videbatur reiicienda petitio dictæ dominæ Proſerpinæ quo ad animalia, cùm de dictis animalibus expreſſe per teſtatorem non fuerit diſ-
21 poſitum: † quæ animalia dicuntur conſtituere tertiam ſpeciem inter mobilia & ſe mouentia. ad not. in l. ſe mouentium. ff. de verb. ſignifi. & hæc erant quæ ſuccinctè poterant conſiderari contra præfatam dominam Proſerpinā ad impediendam executionem dicti legati.

Maturiùs tamen cogitanti animaduerſis verſa vice, ac optimè conſideratis iuribus & authoritatibus immo rationibus facientibus ad fauorem dictæ dominæ Proſerpinæ, ac etiam auditis oretenus etiam corā Reuerēdiſſimo domino Buonſignoro Finetto Gubernatore huius Prouinciæ, dominis aduocatis & procuratoribus, videlicet
22 domino † Ioanne Paulo Lancillotto, & domino Petro Iacobo Amerigo ex vna parte, & Domino Blaſio Angelico, ac Domino Bartholomæo Corſetto ex alia, in eam iui ſententiam, vt meliora iura foueret dicta D. Proſerpina, quàm præfati capitaneus Horatius, & Matthias. Et ex quo cauſa erat maximi momenti, antequam proferrem ſententiam, placuit facere verbum cum præfato Reuerendiſſimo Domino Gubernatore pro habenda eius ſententia, qui quidem Reuerendiſſimus Dominus concurrebat pariter ad fauorem dictæ Dominæ Proſerpinæ.

Præcipuum fundamentum ipſius dominæ
23 Proſerpinæ erat † voluntas ipſius teſtatoris, quæ omnino ſeruanda eſt. l. non aliter. ff. de legat. 3. §. diſponat. Auth. de nup. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. Pariſ. conſil. 41. num. 15. lib. 2. conſi. 52. nu. 6. eod. lib. & in aliis innumeris conſiliis quos nouiter congerit Iulius Clar. lib. recept. ſentent. lib. 3. §. teſtamentum. q. 76. vbi de commu. teſtatur, extendens id non ſolùm vendicare ſibi locum in voluntate expreſſa, ſed etiam in tacita. per l. cùm proponebatur. in fi. de leg. 2. Dec. qui teſtatur de commu. in l. 1. poſt nu. 4. C. de collat. & vltra Iulium Clar. quòd voluntas teſtatoris ſit ſeruanda, tradit Gephal. conſil. 16. num. 41. lib. 1. etiam quòd impropriarentur verba. idem Cephal. conſ. 37. nu. 2. lib. 1. & conſi. 134. nu. 27. eod. lib. Roland. à Valle conſ. 76. nu. 30. lib. 1. Iac. Æmilian. conſ. 14. nume. 17. conſi. 118. nu. 3. & conſi. 156. nu. 4. & conſil. 109. nume. 9. Dec. conſi. 637. nu. 5. conſ. 635. num. 9. 425. nu. 15. 369. nu. 1. 425. nu. 5. 412. num. 4. 427. num. 2. 291. num. 6. 270. num. 6. 205. nu. 8. 417. num. 4. 418. num. 2. 477. nu. 7. 537. nu. 9. 545. num. 8. 584. nu. 2. & conſi. 577. num. 7. Ruy. conſil. 10. numero tertio. lib. 3. Ber. conſil. 134. num. 4 lib. 2. conſi. 5. num. 46. lib. 1. conſi. 6. nu. 15. & num. 19. lib. 1. conſil. 110. nume. 57. lib. 2. conſi. 112. num. 17. eod. lib. & conſi. 113. nu. 11. lib. 2. 125. nume. 4. eod. lib. conſi. 95. nume. 6. eod. lib. conſ. 57. nu. 27. eo. lib. 64. num. 17. eod. lib.
24 Soc. iun. 147. nu. 21. lib. 2. conſi. & eam ſectari † debemus, ſicut venator leporem: Soc. Iun. conſ. 184.
25 nu. 23. eod. lib. 2. & † poteſt declarari facto & ver-
26 bis. Iaco. Emil. conſ. 39. nu. 6. & † iſta teſtatoris voluntas totum facit Soci. iun. conſ. 95. nu. 8. lib. 3. &
27 conſ. 145. nu. 13. eod. lib. 3. & † colligitur ex coniecturis & interpretatione, idem Soc. iun. conſ. 136.
28 nu. 15. lib. 3. & † eſt præferenda rigori verborum,
29 Soc. Iun. conſ. 112. nu. 11. lib. 3. & † declaratur etiam
30 ex actu nullo, Soc. Iun. ibidem num. 15. & † poteſt fieri verbis violentia, vt ea ſeruetur. Soc. Iun. ibid. nu. 20. Neuiza. conſ. 72. nu. 2. conſ. 31. nu. 1. conſ. 33. nu. 5. Rolan. à Valle conſi. 82. nu. 24 lib. 3. conſi. 70. nu. 52. eod. lib. conſi. 35. nu. 3. 4. & 5. eod. lib. conſil. 81. nu. 27. eod. lib. Crott. conſ. 1. nu. 14. conſ. 48. nu. 15. Mandell. conſ. 19. nu. 8. & cōſ. 110. nu. 2. conſ. 24. nume. 6. conſil. 51. num. 11. Cepha. conſil. 259. nu. 13. lib. 2. Alcia. conſ. 47. in præſenti, nu. 11. tom. 3. Natt. conſi. 186. nu. 3. lib. 1. conſi. 484. num. 1. lib. 3. conſil. 839. nu. 4. eod. lib. tertio. Petr. Criſp. in repet. rubr. de leg. 1. nu. 71. Pet. de Beſut. in repe. l. re coniuncti. nu. 11. de leg. 3. & ibid. Crot. num. 18. Berengar. Fernan. in repe. l. in quartam. in 1. præfatione. nu. 4. ff. ad legem Falcidiam. Riminal. conſi. 186. nume. 16. lib. 1. Burſat. conſ. 8. nu. 22. lib. 1.

Secundum principale fundamentum ipſius dominæ Proſerpinę eſt in ſtatuto Peruſino, Rub. 29.

31 de executione inſtrumen. 2. vol. † vbi ſtatutum
mandat, & dat executionem tam inſtrumentis
quàm teſtamentis:ſi fuit: facta liquidatio bono-
rum ſtabilium per confeſſionem partis, mobilia
non indigebant liquidatione, vt mox ſubiiciam:
vel poſſunt dici liquidata, ergo ſumus in caſu ſu-
pradicti ſtatuti, quòd dictum teſtamentum ad fa-
uorem dictæ dominæ Proſerpinæ ſit executioni
32 demandandum,quod quidem†ſtatutum eſt in vi-
ridi obſeruantia, & ſic obſeruari debet. l.omnes
populi.cum materia.ff. de iuſti. & iur. & tradunt
alibi Doct.paſſim, eo enim caſu fuiſſet neceſſaria
liquidatio bonorum mobilium, quotieſcunque
intelligerentur legata bona mobilia quæ teſtator
habebat tempore conditi teſtamenti iuxta diſpo-
ſitionem d.l.ſi ita.ff.de aur.& argen.leg.ſed quan-
do intelligerentur legata bona quæ teſtator ha-
bebat tempore mortis, tunc vtique nulla eſt ne-
ceſſaria liquidatio bonorum, cùm omnia bona,
quæ reperiuntur tempore mortis teſtatoris, ſpe-
ctent ad legatarios. Et licèt regula ſit, quòd tan-
tummodo intelligātur legata bona quæ teſtator
habet tempore teſtamenti.d.l.ſi ita.illa tamen re-
gula ex intentione Docto. multipliciter limita-
tur:quæ quidem limitationes, ſiue ſaltem duæ ex
illis optimè deſeruiunt caſui noſtro. Verùm quia
tota vis iſtius deciſionis pendet à reſponſionibus
quæ afferentur ad contraria obiecta, quæ qui-
dem reſponſiones etiam deſeruient pro funda-
mentis quæſtionis principalis, propterea imme-
diatè condeſcendam ad reſponſiones obiectorū.

Non obſtat igitur dum primo loco dicebatur,
dictam Dominam Proſerpinam non eſſe audien-
dam ratione ſpolij, cùm præſertim non mutaue-
rit, neq; animo conſtituerit velle mutare poſſeſ-
ſionem, ad tradita poſt alios per Rolan. à Valle
conſi.77.nu.28.lib.1.vbi concordantes allegat, &
dictum fuit ſuprà. Quia etſi non declarauerit vel-
le mutare poſſeſſionem, & dicatur poſſidere iure
33 familiaritatis, † hoc tamen procedit in dubio,ſe-
cus quando apparet de mutatione voluntatis,
quod non inficiatur etiam Rol.in d.conſi.77. nu.
28.& nume.29.lib.1. At in caſu noſtro apparet in
proceſſu de mente ipſius dominæ Proſerpinę vo-
luiſſe incumbere in dicta poſſeſſione, non ſolùm
pro retentione ſuæ dotis, ſed etiam tanquam in
rebus ſibi in teſtamento relictis: vbi verò adeſt
iſta mutatio voluntatis, nullus diſcrepat, quin v-
xori detur retentio, Dec. conſ.400.2. col.& 232.
col.1. Bart.in l.ſi filiofam.1. ff.ſolut.matri.Bal.in l.
cùm tibi. C. qui pot. in pigno. habe. & ſpolium
non cadit in vxore retinente bona viri, ſed tan-
tummodo dicunt Doct.Rolan. & ſequaces,quòd
dicatur poſſidere iure familiaritatis,de ſpolio au-
tem nullus Doct.cōtrouertit,propterea cùm non
adſit ſpolium, & ipſa domina Proſerpina petierit
manuteneri in poſſeſſionem dictorū bonorum,
& quatenus opus ſit denuo immitti, meritò D.
Proſerpina erat omnino audienda, & conſequen
ter obiectio ſpolij ei non nocet: & cùm iſta do-
mina Proſerpina tantummodo petat executionē
inſtrumenti,iuxta diſpoſitionem ſtatuti Peruſini,
de executione inſtrument.lib.2.Rub.29.propter-
ea non video in quo adſit iſta contrarietas.

Obiectio cautionis nō præſtitæ minus obſtat,
quia quoad bona ſtabilia fuit præſtita, dicta cau-
tio de vtendo & fruendo arbitrio boni viri,& de
reſtituendo finito vſufructu, iuxta diſpoſitionem
l.1.C.de vſufruct.Quoad bona mobilia fuit dicta
domina Proſerpina inſtituta, non ſolùm vſufru-
ctuaria, ſed etiam proprietaria: teſtator enim di-
xit (quòd eſſet in poteſtate ipſius dominę Proſer-
pinæ, an aliquid de dictis bonis mobilibus vellet
reſtituere) & ipſa domina Proſerpina declarauit
de dictis bonis mobilibus nolle aliquid aliud re-
34 ſtituere,niſi quædam dolia,quæ † dolia cùm com
prehendantur appellatione mobilium, Butr.in c.
fin.de pigno.Alex.conſi.58.col.3.lib.3. Ruy.conſi.
51.col.4.lib.2.Rolan.à Valle conſi.92.nu.24.lib.1.
ipſa domina Proſerpina ex quo intendebat reſti-
tuere dicta dolia,cauit de eis reſtituendis, quo ad
alia bona mobilia non intendebat cauere, cùm
fuerit inſtituta etiam in proprietate ipſorum mo
bilium, & ſic non eſt opus ingredi illam difficul-
tatem,an teſtator poſſit remittere dictam cautio-
nem, de qua per repeten. in d.§.Titia. & per Ro-
land.à Valle conſi.92.quod autem fuerit inſtituta
35 oſtenditur † ex verbi teſtamenti,dum dixit (ple-
no iure) Gozad. conſi.21.num.17. & conſil. 91.nu.
10.Ant.Gabriel. in tracta. commu. conclu. in tit.
de vſufr.conclu.1.num.5.lib.5.& num.46.vbi poſt
glo.in l.ſi vſusfructus. §.planè. ff.de vſufr. quem-
admod.caue.& Corn. conſi.267.col.3.lib.4. dicit
36 quòd quando eſt certum † vſufructuario eſſe ob-
uenturam proprietatem, tunc talis vſusfructua-
rius non tenetur præſtare cautionem, ſed in iſtis
rebus mobilibus,quę nolebat reſtituere dicta do-
mina Proſerpina certum erat ipſam eſſe proprie-
tariam,propterea cautio aliqua non erat neceſſa-
ria. Et ad tollendam omnem difficultatem, dicta
D.Proſerpina obtulit cauere, prout & quatenus
de iure teneretur.

Circa confectionem inuentarij non poteſt ar-
gui aliquo pacto dicta D. Proſerpina, quia licèt
per teſtatorem nòn poſſit remitti confectio in-
uentarij,vt ſuprà in obiectis dicebatur,nihilomi-
nus ſtante tali remiſſione facta per teſtatorem,ſat
37 eſt quòd fiat non ſolenne inuentarium, ſed qua-
lis qualis deſcriptio & hæc eſt communis opi-
nio,vt per Pariſ.conſi.61.in fin.lib.3.Ant.Gabriel.
in tract.commu.concluſ.in tit.de vſufr. conclu.1.
num.35. lib.5. iſta autem deſcriptio fuit facta per
Ser Octauianum Aurelium cauſæ notarium, &
fuit in proceſſu producta, meritò ob non confe-
ctionem inuentarij D.Proſerpina nō eſt reſpuen-
da, quin conſequatur ea quæ ei fuerunt relicta in
dicto teſtamento.

Similiter non obſtat, quòd dicta domina Pro-
ſerpina non liquidauerit, quæ bona ipſe teſtator
haberet tempore confecti teſtamenti, quod qui-
dem tempus videbatur attendendum, non tem-
pus mortis ipſius teſtatoris.d.l.ſi ita. ff.de auro &
argen.lega.Soc.Iun.conſi.99. in præſenti lib.3. in
quo quidem fundamento maxima vis fiebat per
dominos aduocatos & procuratores dictorum
capitanei Horatij & Matthiæ, & etiam mihi à
principio ſubſiſtēdum eſſe videbatur, cùm re ve-
ra non omnes res mobiles fuerint liquidatæ, ſed
tantùm partem ipſarum non per probationes,ſed
per reſponſiones dicti capitanei Horatij factas
capitulis



capitulis in iudicio productis per dictam domi-
minam Proſerpinam, nihilominus vt ex reſpon-
ſionibus infrà recitandis colligetur,nihil ipſi do-
minæ Proſerpinę obfuit non fuiſſe liquidata mo-
bilia quæ tempore teſtamenti habebat ipſe teſta-
tor,quin ipſe non poſſit habere executionem di-
cti teſtamenti, quia etſi regula ſit, quòd in huiuſ-
modi legatis debeat attendi tempus teſtamenti,
non autem tempus mortis, d.l. ſi ita. hoc tamen
non eſt ſemper & indiſtinctè verum, ſed quàm-
plurimas patitur limitationes. ego autem non o-
mnes limitationes recenſebo, ſed tantummodo
illas quæ deſeruiunt caſui noſtro.

Prima igitur limitatio eſt,quando contrarium
38 † colligeretur ex mēte teſtatoris, tunc enim non
attenderetur tempus teſtamenti, ſed tempus mor
tis.d.l.ſi ita.ibi (ſi aliud comprehenſum non eſſet)
Socin.Iun.conſ.98.dubia.lib.1. in caſu noſtro eui
denter apparet fuiſſe mentem teſtatoris legare e-
tiam ea quæ habebat tempore mortis, licèt hoc
expreſſè non dixerit, tamen ex coniecturis hoc
deprehendebatur, meritò ſi tempus mortis eſt in-
ſpiciendum, liquidatio aliqua non requirebatur.
39 Secunda limitatio eſt, quando †legatum eſt fa-
ctum coniunctæ perſonæ, tunc etenim ratione
coniunctionis debet attendi tempus mortis,non
autem tempus teſtamenti.Bar.in d.l.ſi ita.ver.hæc
vera.& in l.ſi cognatis.col 1.ff.de reb.dub. & So-
ci.in l.1.in 5.not.ff.de reb.dub.& licèt Cagnol. in
l.fin.num.229.& ſeq. C.de pact. tenuerit contra-
rium, quem fuit ſecutus apoſtill. ad ſing. Rom.
503. in fi. nihilominus cōtraria opinio eſt verior,
æquior, & iudicio meo, communis, quam inue-
uenio fuiſſe ſecutam ab Auguſt. Bero. conſil.44.
40 nu.22.lib.2.vbi dicit, quòd † vxor quoad legata
eſt priuilegiata, ſicut filij, & aliæ coniunctæ per-
ſonæ,meritò,&c.
41 Tertia limitatio eſt quando legatum † factum
vxori non eſt ſimplex, ſed in recompenſationem
ſuarum dotium, tunc etenim ex quo legatum nō
eſt gratuitum, ſed in recompenſationem, debet
latè interpretari, vt etiam comprehendatur tem-
pus mortis. fuit originale dictum Caſtren.in l. fi.
§.qui indiuiſam. ff.de leg.2. quem ſecutus eſt Be-
ro.quæſt.famil.30.num.7.& in conſi.44.num.48.
lib.2.in quibus locis in terminis dicit Bero. poſt
Caſtren.quòd ſi legatum fuerit factum vxori cum
hoc, quòd durante vſufructu nequeat dotes ſuas
ab hæredibus repetere,cenſetur factum in recom
penſationem dotium,& tanquam non gratuitum
debet latè interpretari, vt etiam comprehendat
bona quæ teſtator habebat tempore mortis:lega-
tum autem factum per dictum D. Conſtantinum
dictæ D.Proſerpinæ eſt huiuſmodi, merito bona
quæ tempore mortis ipſe teſtator habebat, com-
prehendi debent.

Ad illud de Mutiana cautione, facilis eſt re-
ſponſio, vt etiam bene animaduertit excellēs ad-
uocatus dictæ D. Proſerpinæ D. Blaſius Angeli-
42 cus, dicit enim quòd † quando conditio negati-
ua eſt adiecta cum alia conditione affirmatiua,
quæ poteſt adimpleri ante vltimæ vitæ ſpiritum,
prout in caſu noſtro, tunc cautio Mutiana non
habet locum.text.eſt in l.auia.in ver. Mutiana. ff.
de condit.& demonſt. Bart.in d.l.Mutiana.& ibi
Soc.num.8.& Imol.ibi,num.3.ver.ſi autem poni-
tur.in caſu autem noſtro (vt dicebam) fuit appo-
ſita conditio negatiua cum conditione affirmati-
ua,ſcilicet (Quam dotem ſi petierit, cadat à reli-
cto ei facto) & ſic fuit appoſita conditio negati-
ua, quòd D. Proſerpina non petat dotem, cum a-
lia cōditione affirmatiua,ſi petierit,quo caſu cau-
tio non datur,gl.in d.l.auia. ver. aliam conditio-
nem.quòd autem talis conditio potuerit impleri
in vita ipſius D.Proſerpinæ, dubium nō eſt, quia
petendo dotem cadet à legato,& ſic adimpleta e-
rit conditio in vita legatariæ: dici etiam poteſt,
quòd cautio Mutiana non habet locum in con-
ditione mixta. Bald.in auth.cui relictum.in 3.col.
C.de ind.vidui.toll.Iac.Æmilian.conſ.16.nu.2.

Et vltra D.Aduocatum alio pacto reſponderi
poteſt,& iudicio meo,eſt realis reſponſio, quòd
videlicet tunc requiratur præſtatio cautionis Mu
43 tianæ, quando † relinquitur legatum ea condi-
tione adiecta,quòd non poſſit repetere dotes: ſed
quando teſtator vlteriùs progreſſus fuiſſet, quòd
caſu quo peteret dotes, tunc ipſo iure intelliga-
tur priuata legato, tunc cautio aliqua non eſt ne-
ceſſaria, quando præſertim inter legatum & do-
tem non cadit diſparitas conſiderabilis: quia ſat
eſt, quòd in pœnam petitionis dotis cadat à iure
legati ipſo iure, & ſic eſt conſultum menti teſta-
toris,ac etiam hæredibus:ex huiuſmodi enim ple
na prouiſione facta per teſtatorem videtur receſ-
ſum à cautione Mutiana, & nolle grauare vſufru
ctuariam aliqua cautione,ſed tātùm quòd in pœ-
nam contrauentionis cadat à re legata. & quòd
huiuſmodi fuerit mens domini Conſtantini ita
diſponentis,colligitur ex dicto teſtamento, pro-
44 ut † huiuſmodi voluntates teſtatorum ex diſpo-
ſitis in teſtamento colliguntur. Bero. conſil. 119.
num.19.lib.2.& conſi.159. num.32.eod. lib. & illa
verba redderētur fruſtratoria ſi vltra pœnam pri-
uationis ipſo iure etiam teneretur ad præſtādam
cautionem Mutianam, quod non eſt dicendum,
45 immo ſemper † eſt facienda interpretatio, vt mēs
& verba teſtatoris non reddātur fruſtratoria. Be-
ro.conſi.86.num.21.lib.2. & licèt teſtator regula-
46 riter cenſeatur † ſe confirmare cum diſpoſitione
iuris communis. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff.ad
Trebell. nihilominus hoc non eſt ſimpliciter ve-
rum,ſed tunc demum, quando per teſtatorem fit
actus ex neceſſitate, quòd tunc cenſeatur ſe velle
conformare cum diſpoſitione iuris communis,
ſecus ſit quando teſtator facit actum ex mera vo-
luntate,quòd tunc non cenſeatur ſe velle confor
mare cum diſpoſitione iuris communis. ita di-
ſtinguit Berò. conſil.140. nu.40.lib.2. ſed iſte do-
minus Conſtantinus teſtator fecit actum ex me-
ra voluntate quo ad relicta ipſi dominæ Proſer-
pinæ eius vxori, conſequenter ſumus in claris,
quòd noluit ſe aſtringere diſpoſitioni iuris com-
munis, & ſic dictam eius vxorem ad præſtandam
Mutianam cautionem in euentum cōtrauentio-
nis.ſed tantummodo contentus fuit, quòd in e-
uentum repetitionis dotis,& ſic contrauentionis
priuaretur rebus ipſi dominæ Proſerpinæ per di-
ctum teſtatorem in teſtamento relictis.¶Illud vl-
timum de animalibus, quæ conſtituunt tertiam
ſpeciem, & ſic non videantur comprehendi ap-

pellatione mobilium, contrarium eſt de iure ve-
rũ, quando apparet de voluntate teſtatoris, quòd
etiam animalia cenſeantur relicta. ita in terminis
tradit Pariſ. conſil.96.nu.10.lib.2. vbi dicit quòd
47 † appellatione mobilium veniunt ſe mouentia
& animalia, quandò maximè conſtat de volunta-
te teſtatoris, prout in caſu noſtro: nec iſto caſu
quo ad animalia requirebatur liquidatio, quia
48 quando † legatur armentum animalium, quod
patitur argumentum, & diminutionem, ſemper
præſumitur idem armentum: argumen. l.propo-
nebatur.ff.de iudi.& tunc attenditur tempus mor
tis teſtatoris, quæ eſt alia limitatio ad d.l.ſi ita. ff.
de auro & argen.lega. Ita dicit Durant. de arte te-
ſtan.caut.10.de legat.

Quibus omnibus perpenſis ſententiaui ad fa-
uorẽ dictæ dominæ Proſerpinę contra dictos ca-
pitaneum Horatium & Matthiam videlicet te-
ſtamentum dicti domini Conſtantini Vincioli eſ
ſe purum, liquidum, & exequendum, vt dicebam
ad fauorem d.D.Proſerpinæ manu Ser Octauiani
Aurelij Peruſini notarij curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Conductor antiquus nõ poteſt in fine anni fundum exfructuare in præiudicium noui conductoris.*
2 *Colonus ſi totum fundum ſeminauit, nõ poterit dominus ſeminare.*
3 *Conductor præcedens datij non poteſt aliquid facere, vel ſtatuere poſt eius conductam finitam in præiudicium futuri datiarij.*
4 *Colonus, qui percepit fructus indebitè, poteſt conueniri actione furtiua, & certi condictione generali.*
5 *Conductor tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo illa reperijt tempore conductionis.*
6 *Colonus non dicitur reſtituere terras in eo ſtatu in quo ſuſcepit, quando eas deteriores reddit.*
7 *Conſuetudo eſt attendenda in locationibus.*
8 *Conſuetudo eſt attendenda, quicquid diſponat ius commune.*
9 *Conſuetudo optima legum interpres.*
10 *Conſuetudo eſt domina omnium rerum.*
11 *Conſuetudo patriæ tanquam altera lex eſt ſequenda.*
12 *Conſuetudo æquiparatur pacto.*
13 *Conſuetudo æquipollet veritati.*
14 *Conſuetudo facit de non licito licitum.*
15 *Conſuetudo ligat minores, pupillos, furioſos, ac mentecaptos.*
16 *Furioſi licet non poßint niti proprio ſenſu, nitũtur tamen alieno.*
17 *Conſuetudo inducitur, etſi non deuenerit ad notitiam populi congregati, & eſt communis opinio.*
18 *Conſuetudo inducitur, etſi non fuerit obtenta in contradictorio iudicio, & eſt communis opinio.*
19 *Franciſcus Burſatus Iuriſconſ. Mãtuanus, excellens, ordinatus, & exuberans.*
20 *Conſuetudo non differt à lege, niſi vt tacitum & expreſſum.*
21 *Conſuetudo inducitur abſque actu iudiciario quẽadmodum lex.*
22 *Conſuetudo inducitur etiam in actibus iudicialibus, licèt eſſet contra legem.*
23 *Cephal.conſil.*129.*num.*8.*lib.*1.*reprehenditur.*
24 *Grat. Reſpon.*100.*num.*29.*lib.*1. *& reſpon.*50.*nu.*31.*eod.lib.*1.*reprehenditur.*
25 *Conſuetudo eſt facti, ideo probari debet.*
26 *Facta non præſumuntur.*
27 *Conſuetudinis probatio eſt valde difficilis.*
28 *Conſuetudinem ad probãdam, multa requirũtur.*
29 *Conſuetudo inducitur ex vſu populi, frequentia actuum, & diuturnitatem temporis.*
30 *Conſuetudo debet eſſe rationabilis.*
31 *Conſuetudo tunc inducitur ex frequẽtia actuum, quãdo illa multitudo actuum eſt facta ad finem inducendi conſuetudinem.*
32 *Conſuetudo quomodo probetur remißiuè.*
33 *Conſuetudo quomodo probetur per teſtes, & quomodo debeant probare teſtes examinati ſuper conſuetudine.*
34 *Articulos non eſſe admittendos generales parte opponente, nec iſto caſu declarari poſſe.*
35 *Conſuetudo nõ probatur ex teſtibus ſingularibus.*
36 *Teſtes examinati ſuper conſuetudine, debent reddere rationem ſuorum dictorum, etiam non interrogati, aliàs non probant, licèt eſſent periti.*
37 *Teſtes non probant, quando adducunt exempla aliorum.*
38 *Conſuetudo irrationabilis non attendenda.*
39 *Conſuetudo nutritiua peccati, non valet.*
40 *Dictari cum aliena iactura quis non debet.*
41 *Conſuetudo in terris Imperij inducitur ſpatio decem annorũ, in terris verò Eccleſiæ ſpacio quadraginta annorum, & eſt commun. opinio.*
42 *Fernan. Vaſq. reprehenditur.*
43 *Conſuetudo inducitur ſine ſciẽtia principis, quãdo ſumus in rebus concernentibus intereſſe particularium perſonarum.*
44 *Conſuetudo debet induci à tacito conſenſu vniuerſitatis, vel maioris partis ipſius.*
45 *Conſuetudo vnius hominis, non dicitur conſuetudo, & ei non conuenit diffinitio conſuetudinis.*
46 *Conſuetudo vnius hominis dicitur aſſuefactio.*
47 *Conſuetudo triplicis generis.*
48 *Conſuetudo inducitur ex pluralitate actuum.*

### Argumentum.

Conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuare in præiudicium noui cõductoris, immo tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo reperiit tempore conductionis. Materia vtilis, & practicabilis, & à Doctoribus male pertractata.

Conſuetudo valet & tenet, etſi nõ fuerit obtenta in contradictorio iudicio, & ligat minores, & furioſos, prout latius in præſenti decißione continetur, vbi ibi abundè, diſtinctè, & doctè. Materia conſuetudinis pertractatur, vt abſque reuolutione chartarum locus iſte clareat futuris temporibus.

SER



SER Bonannus Nepotellus de ca-
ſtro Montis Iouini, comitatus Pe-
ruſiæ, conduxerat ad fictũ ſiue cot-
temum, à cõmunitate caſtri Hoſpi-
talis Fontignani, ſimiliter comita-
tus Peruſiæ, quædam tenimenta terrarum per an-
nos 10. pro florenis trigintatribus quolibet anno.

Prefatus Ser Bonannnus in vltimo anno ſeruit
ſtipulas ſiue (vt vulgò dicitur) reſtiuiglauit ſtipu-
las, fructúſque ex dictis reſtipulationibus, ſiue re-
ſtiuiglis percepit, quos quidem fructus præfata
communitas dicebat ad ſe pertinere, quandoqui-
dem ſi dictus Ser Bonannus potuiſſet reſtipulari
facere dictas terras, duo ſequerentur abſurda, pri-
mum, quia cùm ei locatio eſſet facta per decẽ an-
nos tantùm, conſequeretur fructus pro annis vn-
decim. Secundum eſſet abſurdum, quia cùm tan-
tùm deberet ſeminare partem fundi, & aliã per-
mittere vt quieſceret, ſeminando integrum fun-
dum, preiudicaret domino vel nouo conductori,
quia minorem quantitatem fructuum conſeque-
retur vel dominus, vel nouus conductor: clari e-
1 nim iuris eſt, quòd † conductor antiquus non po
teſt in fine anni fundum exfructuare in præiudi-
cium domini ſine noui conductoris, aut coloni.
l.& hæc diſtinctio.§.cùm fundum. vbi Bart.nu.3.
ff.loca.glo.in l.pen.ff.de vſufr.legá.

Ponit exemplum Caſtren. in d.§.cùm fundum.
quando colonus non bene putauit vineam, quia
multa capita vitibus dimiſit: nã propter hoc de-
terioratur vinea, quia anno ſequenti, vel deſicca-
buntur vites, vel oportebit ita & taliter eam pu-
tare, quòd nullos fructus dominus recolliget, &
2 magis ad propoſitam ponit † exemplum de colo-
no, qui debebat ſeminare medietatem fundi, per-
mittẽdo aliam quieſcere, ſi totum fundum ſemi-
nauit, dominus non poterit ſeminare in d.fundo.
alleg.gl.in l.pen.ff.de vſufr.legat.

Aliud exemplum ponit Salyc. in d.§. cùm fun-
dum. quem refert & ſequitur Angel.de Perigl. in
trac.de pal.& oliu.charta 50.ver.& dicit gl.vbi di
3 cunt, † quòd præcedens conductor datij non po-
teſt aliquid facere vel ſtatuere in actibus gerendis
poſt eius conductam finitam in præiudicium fu-
turi datiarij, quos ſequitur Caſtren. conſi.310.lib.
2.& Iaſ.in l.ſi quis nec cauſam. ff.ſi cer.pet.dicens
4 quòd huiuſmodi † colonus qui percepit fructus
ita indebitè, conueniri poteſt condictione furti-
ua, & certi condictione generali, eo quia furtum
facit.l.inficiantur.§.fi.ff.de fur.

5 Præterea † conductor tenetur finita locatio-
ne reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo illa repe-
riit tempore conductionis ſuſceptæ. l.ſi merces.
§. conductor. & l.hæc diſtinctio. §.vltimo. ff.lo-
ca.l.cùm conductorem.C.eod.Fede. de Sen.conſ.
110.ad fin.Pet.de Vbal.in tract. de duobus fratrib.
par.2.quæſt.9.num.56.Ruy.conſi.80.nu.1.& con-
ſil.88.nu.4.lib.1.Menoch. conſ.13.n.1. lib.1.Iſte au-
tem Ser Bonannus habuit dictas terras, liberas &
vacuas, & non (vt vulgò dicitur) reſtipulatas, igi-
6 tur in eo ſtatu eas reſtituere debet, † & profectò
non diceretur dictas terras reſtituere, quando eas
deteriores redderet.l.3.§.ſi reddito. ff.commod.l.
1.§.ſi res.ff.depoſ.Bart.& Caſtren.in l.Iulianus. ff.
de verb.obl.Ruy.conſi.80.nu.2.lib.1.Menoch.vbi
ſuprà, n.2. qui poſt Bal.in l.fructus. nu.7.ff.de act.
empt.dicit eſſe reddendos fructus etiam penden-
tes tempore quo reddi prædia debent.

Nec prædictus Ser Bonannus poteſt ſe iuuare
7 conſuetudine † quæ verè eſt attendenda in hu-
iuſmodi locationibus, vt in puncto tradit Barba.
conſ.54.col.2.in fin.lib.4.Menoch.d. conſi.13.nu.
13.lib.1.Doct.in l.excepto.præſertim Bal.& Salyc.
C.loca.Soci.conſi.99.col.2.lib.1.Alex. conſi. 107.
col.pen.lib.2.Ant.Gabr.lib.comm.concl.6.in tit.
de conſuetud. concl.1.num.4. Quia formiter di-
ctam cõſuetudinem, quam probare niſus fuit per
multos teſtes deponentes eſſe ſolitum, quòd etiã
ſtipulæ & reſtibilia ſint primi conductoris, non
probauit aliquo pacto eam cõcludenter, vt infrà
deducam: ſi eam formiter probaſſet, non eſt du-
8 bitandum, † quòd quicquid diſponat ius com-
mune, eſſet ſtandum dictæ conſuetudini, vt poſt
alios tradit Petr. Duen. reg.141. cùm conſuetudo
9 ſit optima legum interpres. l.ſi de interpretatio-
ne.& l.de quibus. ff.de legib. vt tradit nouiſſimè
Menoch.conſ.32.nu.44.lib.1.Ceph. conſi.204.nu.
38.lib.2. Bero.conſ.4. nu.20.lib.1. Natt.conſ.406.
nu.25.lib.2.Alciat.reſp.230.nu.7.reſp.31.num.4. &
reſp.148.n.3.Grat.reſp.115.n.28.lib.2.& Aul. Gell.
10 noct.Attic.lib.12.c.12. dicit quòd † cõſuetudo eſt
domina omnium rerum. Rol.à Valle.conſ.4.nu.
11 21.lib.3. vbi num.20.dicit † ꝙ conſuetudo patriæ
tãquam altera lex ſequenda venit, Gramm. deciſ.
69.col.1. & æquiparatur ſtatuto. Riminal. conſil.
12 304. num.5.lib.2. † imò æquiparatur pacto, idem
Rimi. conſil.181.nu.12.lib.1.& Boer.deciſ.107. nu.
13 4. † æquipollet veritati, Deci.conſi.586. in cauſa.
14 col.1.in fi. † & facit de non licito licitum.gl.com
muniter approbata in c.tua nobis.extra. de ſimo.
latè Socin.Iun.conſi.68.nu.99.cum ſeq.lib.3.quæ
15 † conſuetudo ligaſſet non ſolùm minores, Boer.
deciſ.40.nume.2. ſed etiam pupillos, idem Boer.
deciſ.43.nu.12.immo etiam furioſos, & menteca-
ptos. l.ſi ſine hærede. §. Lucius. ff.de admin. tuto.
Iaſ.in repe.l.de quibus.ff.de legib.num.48.vbi di-
16 cit † quòd licèt proprio niti poſſint, tamen alio-
rum conſenſu nituntur.

Quæ quidem conſuetudo opitulata fuiſſet pre-
dicto Ser Bonanno, etſi veniſſet tantùm ad noti-
17 tiam populi, licèt non congregati, † cùm non ad
eſſentiam conſuetudinis non requiratur, quòd a-
ctus deueniat ad notitiam populi congregati.
Corn.conſ.296.nu.5.lib.4.Pet. Duen. reg. 141. pa-
rum ante primam limitationem. & hanc opinio-
nem tanquam communem amplector, quicquid
dixerint alij.

Potuiſſet enim iuuari dicta conſuetudine præ-
18 dictus Ser Bonannus, etſi non fuiſſet obtenta † in
contradictorio iudicio, quia quicquid cæteri di-
xerint, vera & communis opinio eſt ad inducen-
dam conſuetudinem, non requiri eſſe obtentam
in contradictorio iudicio, Socin. Sen. conſil.99.
col.2. lib.1. vbi dicit iſtam eſſe commun.opin.i-
dem voluit Bart. in l. de quibus. col.5.ff.de legib.
vbi Iaſ.col.3.ver.in 2.parte.& conſ.46. col.2. lib.1.
Bero.conſil.77.nume.20.lib.3. & quæſt. 91. in fin.
Corn.conſ.293.col.3. in fi.lib.1. & conſil.179.col.
2.lib.3.& conſi.155.col.fi.lib.4.Bald. conſ.210. col.
2.libro 1.Crauett.conſil.55. nume.6. vbi veram &

communem appellat, Viui.lib. commun.opin.in
ver.conſuetudo. nu.2. & 3. dicens hoc procedere
in actibus extraiudicialibus, ſecus in iudiciali-
bus, poſt Angel.Areti.in §.ex nõ ſcripto.col.3.In-
ſti.de iure nat.gen. & ciuil. Idem voluit nouiſſi-
19 mè † excellentiſſimus, ordinatus, & exuberãs Do-
ctor, D.Frãciſ.Burſat.Mantuanus, conſ.50.nu.27.
lib.1. vbi dicit non requiri quòd ad inducendam
conſuetudinem vt obtineat in cõtradictorio iu-
dicio.hoc idem voluit ante eum, licèt de eis men-
tionem non faciat, Riminal.conſil.358.num.19.&
conſ.35.nu.2.& conſi.301.nu.2.Alex.in l.quędam.
§.nummularios.ff.de eden.Iaſ.in l.admonendi, nu
me.120.ff.de iureiu.& nouiſſimè Vaſq.in tract.de
ſucceſſ.Creat.lib.3.§.21.num.114.vbi teſtatur hanç
20 eſſe veriorem opinionem, motus, † quia conſue-
tudo non differt à lege, niſi vt tacitum & expreſ-
21 ſum.l.de quibus. cum l.ſeq. ff.de leg. vnde † ſicut
lex inducitur abſque actu iudiciario, ita & con-
ſuetudo citra actum iudiciarium induci poteſt. l.
an in totum.C.de ædifi.priua.l.1. C. quæ ſit long.
cõſuet.Crauett.qui de magis commu.opin.teſta-
tur in tracta. de antiqui. tempo. in 4.par.num.32.
22 33.34.& 35. † dicens hoc habere locum etiam in
actibus iudicialibus, ac etiam quòd conſuetudo
23 eſſet contra legẽ, † ex quibus apparet lapſum fuiſ
ſe Cephal.conſ.129.num.8.lib.1.dum dixit requiri
obtineri in contradictorio iudicio, quando con-
ſuetudo eſt contra legem, quoniam vt deducit
Crauett. etiam contra legem cõſuetudo inſtitui-
24 tur per actus extraiudiciales, † detegitur etiã er-
ror Grat.reſp.100.nu.29.lib.1.& reſp.50.nu.31.lib.
1.qui erat eiuſdemmet opinionis.

Verùm quia prædictus Ser Bõannus, vt in prin
cipio dicebam, non deduxit firmiter dictam con-
ſuetudinem, propterea aliquo pacto ea iuuari nõ
25 poterat, † conſuetudo enim eſt facti, ideo pro-
bari debet, Dec.conſil.528. nume.8.472.nume.16.
420.nu.8.Neuiſ.cõſ.18.num.23. Grat. reſp.122. nu.
2.lib.1.Rolan.à Valle conſil.71. nu.20.lib.1. 32.nu.
22.lib.2.52.nu.3.53.nu.31.& 32.eod.lib.2.Pariſ.con-
26 ſil.25.nume.18.& conſil.101.nu.64.lib.1. † facta e-
nim non præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff.de
27 capt.& poſtlim.reuer. † quæ probatio conſuetu-
dinis eſt valde difficilis. Dec. conſil.215. in cauſa
28 vertente, & † multa requiruntur ad probandam
cõſuetudinem Doct.in l.de quibus. ff.de legibus.
in §.ex non ſcripto.Inſtit. de iure nat.gent. & ci-
uil.in c.fin.vbi Roch.de Curte, extra de conſuet.
referam aliqua quæ in propoſito themate erant
neceſſaria ad inducendam conſuetudinem, ad
effectum vt iſte Ser Bonannus obtinere po-
tuiſſet.

Dico igitur, quòd ſaltem tria probare debe-
29 bat Ser Bonannus, vſum † videlicet populi, fre-
quentiam actuum, & diuturnitatem temporis.
Dec.in terminis conſil.483. nume.27. Natt. con-
ſil.319. num.6. & de frequẽtia actuum ponit De-
ciſ.Pedemont.99. nume.45. poſſet addi quartum
30 requiſitum, † quando conſuetudo fuiſſet ratio-
nabilis, arg.l.quod non ratione. ff.de legi. legitur
in repet.in fert.auth.inſert.in 1.vol.repetit. ſuper
31 l.de quibus. num.5.ff.de legibus. † immo requi-
ritur, quòd illa multitudo actuum ſit facta ad fi-
nem inducendi conſuetudinem. Iaſ.in repet. d.l.
de quibus.in fine.ff.de legibus. Roch.in tracta. de
conſuet.char.29.& 30.Neuiz.conſil.9.numero 31.
Pariſ. conſil.27. nume.40. lib.1. qui Neuiz. ponit
32 remiſſiuè † quomodo probetur conſuetudo, in
conſil.45.nume.8.poſt Decium conſil.411. in cau-
ſa.num.10.conſil.538. viſo puncto.nume.9. Curt.
Sen.conſil.79.

33 Non enim rectè deponunt † teſtes Ser Bonan-
ni, dum dicunt ita vidiſſe obſeruari. ſed erat ne-
ceſſe, quòd probaſſent de viſu actus, cuius con-
ſuetudo allegabatur, & quòd depoſuiſſent de
frequentia actus, de temporis diuturnitate, & a-
ctus tales factos fuiſſe ita & taliter, quòd appa-
reat interueniſſe tacitum conſenſum populi, vel
maioris partis, ita dicit magiſtraliter Cyn. in l.
2.colum. duodecima. verſic. ſed quem.C.quæ ſit
longa conſuetud. Bald.in l. de quibus. verſic. po-
ſtremo. ff.de legibus. Alexand. conſil. quadrage-
ſimoquinto. libro ſecundo. conſilio 131. in cauſa
vertente. columna tertia. verſic. nec ob. eodem
libro ſecundo. Dec. dicto conſilio 483. numero
vigeſimo quinto, & vigeſimo ſexto. Pariſ.conſil.
27.numero trigeſimo ſeptimo.lib.1.Crauett.con-
ſilio 134. numero 6. vbi dicit, quòd teſtes ita de-
ponentes, magis videntur deponere ſuper iure
34 quàm ſuper facto. immo dicit † articulos ita ge-
nerales non debere admitti, parte tamen oppo-
nente, nec declarari in iſto caſu articulos poſſe, ſi
à parte opponatur, quod eſt admodum notan-
dum.iſti autem dixerunt tantummodo eſſe con-
ſuetum in dicto caſtro, quòd ſtipulæ reſtipulen-
tur à veteribus conductoribus, meritò nullate-
35 nus probant. † ex alio non probant, quia ſunt
ſingulares, vt in puncto aduertit Pariſ d. conſi.27.
nume.39.lib.1.poſt Cornel. conſil. 139. viſis actis.
col.4.lib.1. Dec.cõnſil.115. nume.3. & conſil. 411.
nume.15.

Non probant ſimiliter, quia non reddunt cau-
36 ſam eorum dictorum, nam teſtes examinati ſuper
conſuetudine debent reddere rationem ſuorum
dictorum, etiam non interrogati, aliàs non pro-
bant, dato quòd eſſent periti.Inn.c.ad cauſam.ex-
tra de teſtib.Dec.d.conſil.411.nu.13.Pariſ. d.conſi.
37 27.nu.38.lib.1.dicens inſuper † teſtes non proba-
re, quando adducunt exempla aliorum.

Conſuetudo etiam allegata quatenus proba-
38 retur, quod negatur, † ex alio corrueret, quia eſ-
ſet irrationabilis.d.l.quod non ratione.ff.de legi-
39 bus. daret enim cauſam peccandi † & eſſet nutri-
tiua peccati.c.fi.extra de conſue.ita conſiderat Pa
riſ.d.conſi.27.nu.46.lib.1.ſi enim primus condu-
ctor poſſet ſerere ſtipulas in præiudicium domi-
40 ni, vel ſecundi conductoris † eſſet dictari cum a-
liena iactura contra l.non hoc natura debet, ff.de
cond.inde.meritò non permittendum.

41 Vlterius † non probant dicti teſtes, quia non
deponunt quanto tempore perdurauerit dicta
conſuetudo, quia debent deponere de tempore
decem annorum in terris Imperij, in terris au-
tem Eccleſiæ de tempore quadraginta annorum.
Roch.de Curte qui teſtatur de commu.in cap.fin.
nume. 16. extra de conſuetudin. Vaſq. in tracta.
ſucceſſ. Creat. §. vigeſimo primo. nume. 114. in
42 fine. † licèt ipſe contra communes traditiones
firmet etiam in terris Eccleſiæ præſcribi ſpacio
decem



decem annorum, ſiue ſit præter ius, ſiue contra
ius, quod ego non admitto, niſi ſpacium qua-
draginta annorum cucurrerit, latè Petr. Duen.
reg.140.Crauet.in tracta.de antiquita.tempo.par.
4.nume.12.in fine. quando enim quis ſe fundat in
conſuetudine, de præſcripta intelligi debet. Dec.
conſil.483. nume.26. quæ omnia procedunt, etſi
ſimus in caſu in quo admittitur præſcriptio con-
43 ſuetudinis † abſque ſcientia principis, pro vt nos
ſumus, cùm tractetur de intereſſe particularium
perſonarum, Crauett.dicto tract. de antiq. temp.
4.par.nu.10.

Non debuit inſuper audiri dictus Ser Bonan-
nus, quia etſi teſtes dicerent, quòd talis & talis re-
ſtipulauit ſtipulas in præiudicium ſecundi con-
ductoris, nihilominus non probant inductam
44 fuiſſe conſuetudinem, cùm † conſuetudo debeat
induci à tacito conſenſu vnius vniuerſitatis, vel
maioris partis illius. Roch.de Curte in c.fina. nu-
45 me.379.extra de conſuet. & † ideo conſuetudo v-
nius hominis, non dicitur propè conſuetudo,
quia non conuenit communi diffinitioni cõſue-
tudinis, ita in indiuiduo conſuluit Rolan. à Valle
46 conſil.5.nume.75.lib.1. † conſuetudo enim vnius
hominis potius dicitur aſſuefactio, quàm conſue-
tudo, vt ibi dicit Rolan.& ponit Zaſi.in princ.re-
47 pet.l.de quibus.ff.de legibus. † vbi triplex genus
conſuetudinis demonſtrat.

48 Nec ex vnico actu † dicta conſuetudo induci-
tur, ſed ex pluralitate actorum & frequentia, di-
cta deciſi.Pedem.99.nume.45. & tradunt Docto.
magis comm.in ſupra citatis locis, propterea ſen
tentiaui contra dictum Ser Bonannum, & ad fa-
uorem dictę communitatis Hoſpitalis Fontigna-
ni manu Ser Euangeliſtæ Peruſini notarij curia-
lis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus fideicommiſſo, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis, ſiue in diem, ſiue ſub cõditione, tenetur conficere inuentarium.*

2 *Hæres prædictus tenetur etiam ſatiſdare fideicom miſſarijs ſubſtitutis, aut legatarijs, de ſoluendis bonis fideicommiſſo ſubiectis, à qua cautione nõ excuſatur, etiam quòd grauatus eſſet ditiſſimus, & perſona valde digna.*

3 *Hæredes ſupranominati niſi fecerint prædicta, con tra eos iurabitur in litem, & vocati mittentur in poſſeſſionem bonorum.*

4 *Cautio prædicta non requiritur, quando eſſet remiſ ſa per teſtatorem, quod fieri poteſt.*

5 *Cautio iſta non præſtatur, quando frater teneretur reſtituere alteri fratri, vel mater filijs.*

6 *Obligatus ad dandam cautionem ſi fideiuſſorem non reperiat, liberatur dando iuratoriam cautionem.*

7 *Cautio non præſtatur ſtante impoßibilitate, quia impoßibilium nulla obligatio.*

8 *Cedens bonis licèt teneatur cauere de concordando creditores, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, ſi tamen fideiuſſorem non reperierit, admittetur cum cautione iuratoria.*

9 *Dilationem ſi faciat alicui princeps ad ſoluendum ob paupertatem, ſufficit iuratoria cautio.*

10 *Cautio iuratoria nunquam admittitur, quando nõ poteſt eſſe conſultum vtrique parti.*

11 *Maritus ſi nõ poteſt ſatiſdare in termino legali de dote reſtituenda, condẽnabitur ſtatim ad reſtitutionem, deducto interuſurio medij temporis.*

12 *Suſpicione ſuperueniente adimplere debentis, debet præſtari fideiuſſoria cautio, vel retineri debitor donec cauerit.*

13 *Cautio iuratoria habet locum non ſolùm in actionibus bonæ fidei, verùm etiam in actionibus ſtricti iuris.*

14 *Cautionum genera ſunt duo.*

15 *Cautum idoneè tunc dicitur, quãdo & pignoribus & fideiußoribus cauetur.*

16 *Cauere tenetur vſufructuarius de vtẽdo & fruendo arbitrio boni viri.*

17 *Cautio iuratoria non ſufficit in ſupradicto caſu vſusfructus.*

18 *Cautio quãdo eſt præſtanda de neceßitate, vel ex natura actus, tunc non ſufficit iuratoria cautio.*

19 *Menochi dictum in tract.de arbit.iud. Caſ. 140. & 142.lib.2.Cent.2.quomodo procedat, & quomodo ſit intelligendum, nouißimè veris rationibus declaratur.*

20 *Cautio iuratoria ſufficit in eo qui bonis cedere vult.*

21 *Beroi dictum in conſ.60.nume.51.lib.2. reprehenditur.*

22 *Cautionem prædictam in propoſito themate quis tenetur præſtare, licèt eſſe perſona ditißima, & valde digna.*

23 *Cautio iuratoria nũquam admittitur, vbi alio remedio poteſt eſſe conſultum vtrique parti.*

24 *Pecuniæ, & res mobiles videntur æquiparari.*

25 *Aeſtimatio quæ currit tempore conſignationis, non autem ea quæ currit tempore reſtitutionis, eſt attendenda, ſecũdum magis communẽ opinionem.*

### Argumentum.

Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali, ſiue particulari, ſiue in diem, aut ſub conditione, tenetur conficere inuentarium, & ſatiſdare adueniente conditione de ſatisfaciendo fideicommiſſariis, ſubſtitutis, aut legatariis, à qua cautione non excuſatur, licèt grauatus eſſet ditiſſimus, & perſona valde digna: & niſi præſtetur cautio, poſſet contra eos iurari in litem, & vocati mitterentur in poſſeſſionem bonorum. quæ tamen cautio poteſt remitti per teſtatorem.

Si tamen eſſet frater qui teneretur reſtituere aliis fratribus, vel mater filiis, tunc cautio prædicta non requireretur, quæ cautio licèt in aliquibus caſibus hic enumeratis non præſtetur ſtante præſertim impoſſibilitate, tamen in caſu præſenti non ſufficit iuratoria cautio, quia

quando cautio eſt præſtanda ex neceſſita-
te, vel ex natura actus, tunc iuratoria cau-
tio nõ ſufficit, & enucleatur Menochi lo-
cus, & alia notabilia notatu digna, & lite-
ris aureis ſignanda.

CENCIVS de Peruſia fecit teſta-
mentum, & inſtituit hæredes Ca-
tharinam vxorem Vincentij, & Bla-
ſium, eóſque adinuicem ſubſtituit,
& demum cippum domus, Catha-
rina, & Blaſius adiuerunt hæreditatem, iſti autem
ſubſtituti petebant cautionem de vtendo arbi-
trio boni viri, cùm maior pars hæreditatis conſi-
ſteret in bonis mobilibus, Catharina dedit cau-
tionem, Blaſius autem recuſabat eam dare, cùm
eam non inueniret, ex quo erat pauper, & ſic iura-
toriam offerebat.

1 Eſt enim tritiſſimum in iure, quòd † ſiue hæ-
res particularis, ſiue vniuerſalis grauatus fidei-
commiſſo, aut ſubſtitutione, aut legato conditio-
nali, vel in diem incertum, ſiue poſt eius mortem,
ſi deceſſerit ſine filiis, tenetur ante euentum con-
ditionis, vel diei non ſolùm conficere inuenta-
rium. l. cùm tale. §. Titius. vbi Bar. & Caſtren. ff. de
2 condi. indebit. Alexan. conſi. 58. num. 5. lib. 3. † Ve-
rùm etiam ſatiſdare fideicommiſſariis, & ſubſti-
tutis, ac legatariis de ſoluendis & reſtituendis bo
nis fideicommiſſo ſubiectis, à qua cautione non
excuſatur, etiam quòd grauatus eſſet ditiſſimus,
& perſona valde digna. l. hæc ſtipulatio. ff. vt le-
gat. nomi. cauea. l. 1. & l. cùm Archimedoram. l.
certa forma. & l. fin. C. vt in poſſ. legat. l. cum tale.
§. Titius. vbi glo. & Doct. ff. de condit. & demon-
3 ſtrat. † aliàs non ſolùm contra prædictos poterit
iurari in litem. l. qui reſtituere. vbi not. ff. de rei
vendic. Plot. in repet. l. ſi quando. §. 26. nume. 5. C.
de in litem iuran. verùm etiam niſi præſtetur di-
cta cautio ante aduentum diei, legatarius, vel fi-
deicommiſſarius, aut ſubſtitutus mittetur in poſ-
ſeſſionem bonorum ſubiectorum fideicommiſ-
ſo. d. l. 1. §. ſemper. in fin. ff. vt lega. nom. cauea. l. qui
4 legati. & l. certa forma. C. eod. † niſi tamen dicta
cautio fuiſſet remiſſa per teſtatorem, quod qui-
dem fieri poteſt. l. ſcire debetis. C. vt in poſſeſſ. leg.
5 Socin. iun. conſil. 181. num. 42. lib. 2. † vel niſi eſſet
grauatus frater reſtituere alteri fratri, vel mater
eſſet grauata reſtituere filiis ſuis, niſi tranſiret ad
ſecunda vota, quia iſtis ſecundis caſibus non re-
quiritur ſatiſdatio. l. iubemus. §. 1. C. ad Trebell.
glo. in d. l. 1. C. vt lega. nomi. cauea. Plot. vbi ſupra
nume. 6. Nos tamen non verſamur in aliquo ex
dictis duobus caſibus exceptis, conſequenter ſu-
mus in caſu præſtandæ cautionis, ſed quia di-
ctus Blaſius erat pauper, nec dictam cautionem
inueniebat, vt in principio dicebam, offerebat ta-
men iuratoriam cautionem, dubitabatur, an legi
eſſet ſatisfactum præſtando dictam iuratoriam
cautionem.

Et prima quidem fronte videbatur dicendum
6 quòd ſic, † cùm obligatus ad dãdam cautionem,
ſi fideiuſſorem nõ reperiat, liberabitur dando iu-
ratoriam cautionem. Doct. in l. 1. ff. qui ſatiſd. co-
gan. & in authen. generaliter. C. de epiſc. & cleric.
Bal. in terminis. in l. fi. nu. 9. C. de indic. vidui. toll.
7 ſtante † enim impoſſibilitate quis liberatur à pr-
ſtatione fideiuſſoris, iuxta illud, impoſſibilium
nulla obligatio, quod etiam admittit Bal. in l. 2.
C. de vſur. & fruct. legat. Iaſ. in d. l. 1. in 9. limita.
Facit id quod volunt Doct. in c. Odoardus. de ſo-
8 lut. vbi dicunt, quòd † qui cedit bonis, licèt tenea-
tur cauere de concordando creditores, ſi perue-
nerit ad pinguiorem fortunam, ſi tamen fideiuſ-
ſorem non inuenerit, admittetur cum cautione
iuratoria, de qua tamen quæſtione eſt videndus
nouiſſimus Moder. Ariminen. in tracta. de ceſſ.
bon. 7. q. principali. in princ.

Accedat prædictis Doc. Bal. Nouel. in tract. de
9 dot. in 12. priuil. in 8. par. dicens † quòd quando
princeps alicui ob eius paupertatem ſoluendi di-
lationem indulgeret, ſufficit iuratoriam cautio-
nem cum generali bonorum hypotheca, & cum
adiectione pœnæ præſtari, & dicit Aret. in §. item
ſi de dote. in princ. in ver. facultates. Inſtit. de a-
ctio. quòd cautionem cum fideiuſſore præſtabit,
ſi poterit.

Cæterum rectius conſiderando fuit contrariæ
opinionis, quòd iſte Blaſius non liberetur præ-
10 ſtando iuratoriam cautionem, † cùm cautio iu-
ratoria nunquam admittatur in iſto caſu, quando
non poteſt eſſe conſultum vtrique parti. l. ſi con-
ſtante. §. quoties. & ibi Alexan. & Caſtren. ff. ſolu-
11 to matr. vbi legiſlator vult, quòd ſi † maritus non
poteſt ſatiſdare de dote reſtituenda in termino le-
gali, condemnetur ad reſtitutionem ſtatim dedu-
cto interuſurio medij temporis, quia per dictam
prouiſionem, ſecundùm Doct. vtrique parti re-
manet conſultum, nec aliqua pars grauatur: nam
maritus habet neceſſe reſtituere deducto interu-
ſurio medij temporis, mulier autem non videtur
grauari, ex quo per reſtitutionem quæ ſtatim fit
remanet ſecura. Bal. in l. fi. in 2. & 3. not. C. de ordi.
cognit. Alex. in addit. ad Bart. in l. 4. circa fin. C. de
vſufr. & in l. ſi fideiuſſor. §. fin. col. 2. ff. qui ſati. co-
gan. Iaſ. in l. 3. in 12. limit. ff. eo. idem in ſimil. vo-
luit Afflict. deciſ. 108. vbi Afflict. refert fuiſſe de-
12 ciſum, † quòd ſuperueniẽte ſuſpicione adimple-
re debentis, debet præſtari fideiuſſoria cautio, vel
13 retineri debitor donec idoneè caueat. † quæ fi-
deiuſſoria cautio habet locũ, non ſolùm in actio-
nibus bonæ fidei, ſed etiã in actionibus ſtricti iu-
ris vt ibi per Affli. poſt alios. nu. 3. Nec hoc eſt mi-
14 rum, † quia duo ſunt genera cautionum, quibus
cauemus creditoribus noſtris videlicet fideiuſſo-
ribus, aut pignoribus. l. 1. §. iuber. ff. de collat. bon.
l. 4. §. adiici. ff. de fideicom. liber. Vgon. Donell. in
15 tract. de pign. in prin. immo † aliquãdo tunc dice-
retur idoneè cautum, quãdo & fideiuſſoribus, &
pignoribus caueretur. l. ſi mandato Titij. §. fina. ff.
mand. Corſet. late ſingul. ſuis, in ver. cautio.

16 Idem videmus † in vſufructuario qui tene-
tur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni vi-
17 ri. l. 1. C. de vſufruct. iſto † caſu non ſufficit iura-
toria cautio, hanc opinionem vltimo loco tenet
Ant. Gabr. in lib. comm. concl. 5. tit. de vſufr. col. 1.
nu. 37. allegat Bertr. conſi. 144. col. 5. lib. 3. Ruy. cõſ.
206. col. 10. lib. 2. quicquid dixerit Guid. Pap. q. 189.
& conſil. 250. & Caſſan. in conſuet. Burgund. fol.
163. col. 2. & vltra Ant. Gabr. quòd non ſufficiat
iuratoria cautio, voluit Bellon. conſil. 54. num. 6.
dicens



18 dicens † quando ſatiſdatio eſt præſtanda de neceſ
ſitate, vel natura actus, tunc non ſufficit iurato-
19 ria cautio, & † profectò eſt intelligendus Me-
noch. in tract. de arbi. iud. caſu. 140. & 142. libro
ſecundo, Cent. 2. vbi dicit eſſe in arbitrio iudicis,
quænam dicatur cautio, quia vt etiam ex allega-
tionibus illius percipi poteſt, debet intelligi ſe-
cundùm ſubiectam materiam arbitrium dicti iu-
dicis, quòd videlicet ſi ſubiecta materia patiatur
eſſe ſatisfactum per iuratoriã cautionem in defe
20 ctũ cautionis, puta in eo † qui bonis cedere vult,
& tunc ſufficiat iuratoria cautio. gl. in c. Odoar-
dus de ſolut. & latè deducunt dicti Moder. Ari-
min. in tract. de ceſſ. bon. quęſt. 7. princ. & ita ſunt
intelligenda quæ in principio huiuſce deciſionis
deduximus, quia illis caſibus ſatisfit per iuratoriã
cautionem ne debitores marceſcant in carceri-
bus. l. 1. 2. & fin. tot. tit. C. qui bon. ced. poſſ. quæ ra
tiones non militant in caſu noſtro, quia cùm bo-
na iſta, de quibus agebatur eſſent mobilia, ac e-
tiam pecuniæ, non eſt ſatisfactum ſubſtitutis, ſiue
fideicõmiſſariis per iuratoriam cautionem, quia
de facili poſſet hæres capitale conſumere, & delu
dere fideicommiſſarios, & ſubſtitutos, cùm ergo
ex natura actus requiratur fideiuſſio, non eſt ſa-
tisfactum per iuratoriam cautionem, nec iudex
hoc arbitrari poteſt, vt etiam ex Menoch. in ſuprà
citato loco deducitur, licèt expreſſè hoc non di-
cat. dicit enim poſt Corſett. in ſing. ſuis, in verſ.
cautio. eſſe in arbitrio iudicis conſulere prædi-
ctis perſonis, vel per fideiuſſores, vel etiam per pi
gnora, quod nos non negamus, non autem dicit
iudicem poſſe arbitrari iſtis caſibus ſufficere iu-
ratoriam cautionẽ, & eſt ratio, quæ ſubiecta ma-
teria non patitur, ex quibus etiam patet reſpon-
ſum ad contraria, vt ſuprà dicebam.

21 Hoc † iudicio poteſt ſaluari Bero. conſ. 60. nu.
51. lib. 2. dum dixit eſſe ſatisfactum per iuratoriã
cautionem, quando hæres eſſet perſona valde di-
gna, & bonę conditionis & nominis, quia etiam
iſto caſu, iudicio meo, requiritur cautio cum fi-
deiuſſore ex natura actus, vt dicebam, cùm bona
conditio, & fama, & legalitas perſonæ in hoc nõ
ſit in conſideratione, quandoquidem iſti, & abſ-
que dolo profectò cùm eſſent pauperes, poſſent
conſumere ſortem principalem, & deludere fidei-
commiſſarios, ſiue ſubſtitutos, quod non eſt per-
mittendum, arg. l. nam abſurdum. ff. de ope. liber.
& dictũ Bero. eſt contra tex. in d. l. 1. & l. hæc ſti-
pulatio. ff. vt lega. nomi. cauea. & è contra. Plot. in
d. l. ſi quando. §. 26. num. 5. C. vnde vi. vbi legitur,
22 † quòd à dicta cautione non excuſatur, etiã quòd
perſona eſſet ditiſſima, & valde digna.

Quare nouiſſimè Rolan. à Valle. licèt de præ-
dictis mentionem non faciat, nec prædictas diffi
cultates ita remoueat in conſ. 43. nu. 49. lib. 2. di-
23 cit, quòd † cautio iuratoria nunquam admitti-
tur, vbi alio remedio poteſt eſſe conſultum vtri-
que parti, & ſic iuratoriæ cautionis non erit lo-
cus in caſu iſto ſecundũ Rol. cùm non poſſit eſſe
conſultum vtrique parti, quia poſſunt dari pecu-
niæ ad honeſtum locum, & ſic hæres habebit fru
ctus pecuniarum, iſti verò habebunt capitale ſal-
24 uũ, & licèt Rol. loquatur † in pecuniis nos autem
ſumus in rebus mobilibus, nihilominus eadem
videtur eſſe ratio. l. à Titio. ff. de verbor. obliga-
tio. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam. poterunt enim ve-
nundari bona illa mobilia, & ea tradi ad honeſtũ
lucrum, & quatenus hęres noluerit vẽdere dicta
bona mobilia, caueat cum fideiuſſione de eis re-
ſtituendis adueniente cõditione facta æſtimatio-
ne dictorum bonorũ. Pariſ. conſ. 21. n. 32. lib. 2. latè
deducit Ant. Gabr. in lib. com. cond. 5. tit. de vſufr.
25 concl. 1. nu. 19. vbi nu. 22. † dicit eſſe magis comm.
opin. debere attendi ęſtimationem, quę currit tẽ-
pore conſignationis, non autem quæ currit tem-
pore reſtitutionis. poſt Bertr. conſ. 275. col. fin. lib.
3. Pronunciaui contra d. Blaſium iuxta quod ſu-
prà per me concluſum fuit. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Authen. hoc niſi debitor. C. de ſolu. quomodo procedat, & cum quibus requiſitis.*
2 *Oblatio fideiuſſoris in materia ſupradicta requiritur tempore oblationis bonorum, & non poſtea.*
3 *Iuramenti virtus operatur, vt quis teneatur ſoluere in pecunia numerata. quod tamẽ quomodo procedat, inferius declaratur.*
4 *Creditori non poteſt ſolui aliud pro alio inuito.*
5 *Regula prædicta procedit etiam in creditore pecuniæ.*
6 *Iuramentum ſimplex adhibitũ non debet operari, vt quis marceſcat in carceribus, etiã quòd expreſſè renunciaſſet ceſſioni bonorum.*
7 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*
8 *Iuramenti virtus operatur, vt quis præciſè teneatur adimplere promiſſa.*
9 *Caro humana non debet marceſcere in carceribus.*
10 *Iuramentum non operatur, quin aliquis non poſſit offerre de bonis quibuſdã circunſtantiis concurrentibus hic adnotatis.*
11 *Iuramẽti virtute quis tenetur ſeruare præciſè promiſſa.*
12 *Iuramento medio quis non poteſt promittere tacitè ea quæ non poſſet expreſſè.*
13 *Iuratum pactum quòd quis renunciet ceſſioni bonorum non valet, ne caro humana marceſcat in carceribus.*
14 *Iuramentum tres comites habere debet, iuſtitiã, veritatem, & honeſtatem.*
15 *Iuramentum aſſumit naturã illius actus, ſuper quo interponitur.*
16 *Iuramentũ non alterat naturã actus, ſuper quo interponitur.*
17 *Iuramentũ intelligitur interpoſitum rebus ſic ſtantibus.*
18 *Beneficio iuris incarcerandi quis renunciare non poteſt.*
19 *Iuramenti abſolutio petitur in terris eccleſiæ, & concurrentibus aliis requiſitis hic adnotatis, offertur liſta bonorum creditori, iuxta diſpoſitionem auth. hoc niſi debitor. C. de ſolu. non obſtante iuramento.*
20 *Obligatus ad aliquid faciẽdum medio iuramẽto,*

*liberatur ob impoßibilitatem.*
21 *Cedere volens bonis, obtinet prius abſolutionem à iuramento, quando debitum eſt iuratum.*
22 *Abſolutio prædicta niſi ab eis peteretur, eſſent periuri.*
23 *Periurium incurritur, etſi vicißim creditor aliquid daturus ſit debitori.*
24 *Mercatores & campſores non admittuntur regulariter ad oblationem bonorum, & infrà numero 26.*
25 *Mercatores & campſores non habent beneficium excußionis.*
27 *Fallit quando paterentur aliquod infortunium.*
28 *Mercatores non liberantur, etiam quòd omnia bona caperent creditores.*
29 *Oblatio bonorum iuxta auth. hoc niſi. C. de ſolut. non competit equitibus Sancti Petri, Sācti Pauli, Lauretatis, & Piis.*
30 *Debitor offerrens liſtam bonorū debet tradere inſtrumenta titulorum, & debet probare non repe riiſſe emptores propter diffamationē creditorū.*
31 *Oblatio bonorum non admittitur, vbi adeſſet contraria conſuetudo.*
32 *Obligatus ad factum, ſi nō adimplet remanet obligatus ad intereſſe.*

## Argumentum.

Auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut. materia ita plenè declaratur, vt additioni nō fuerit relictus locus, recēſentur enim plura requiſita ad hoc, vt procedat diſpoſitio dictæ authenticæ, quæ quidem auth. aliquando habet locum etiam in debito iurato.

Subnectuntur multæ limitationes, quarū aliquæ fuerūt conſideratæ ab authore.

Et plura in materia iuramēti valde quotidiana pertractantur.

FRANCISCVS Ioachini conſtituerat ſe debitorem Antonij Ioannis in ſumma ſcutorum centum, occaſione grani ab eo habiti, quæ ſcuta centū promiſerat medio iuramēto perſoluere dicto Antonio intra ſex mēſes proximè futuros: aduenīēte tempore ſolutionis præfatus Franciſcus cùm non haberet ad manus dictam pecuniarum ſummam, offerebat dicto eius creditori tot de ſuis bonis, quæ aſcenderent ad dictam ſummā iuxta diſpoſitionem authen. hoc niſi debitor. C. de ſolu. vbi Imperator diſpoſuit.
1 † quòd quādo debitor dicit non habere pecuniā
numeratam, fecerit diligentiam reperiendi emptorem & non inuenerit, voluerit cōſignare poſſeſſionem tot bonorum, quę aſcendant ad dictam ſummam data ſiue oblata liſta bonorum creditori, & cautione de euictione, tunc non poterit debitor aſtringi præciſè ad numerationem pecuniæ, ſed creditor erit coactus accipere tot de bonis debitoris, quæ aſcēdunt ad dictam ſummam, dummodo tamen obſeruauerit prædicta, prout tenebatur d. auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut. & traditur per Natt. cōſ. 344. num. 3. & 4. poſt Rom, conſil. 163. conſtitutio curiæ mercantiæ vbi dicit,
2 quòd † oblatio fideiuſſionis requiritur tempore
oblationis bonorum in ſolutum, adeo quòd non ſufficeret, ſi vellet illam poſtmodum præſtare. Allegat Ang. in l. de pupillo. §. fi. ff. de ope. nou. nunciа. & in l. prætor ait. §. ſi quis paratus. ff. eod. tit. idem quod Natt. voluit nouiſſimè Franc. Burſat. conſ. 9. num. 51. lib. 1. Verùm quia in inſtrumento aderat vinculum iuramenti, iſte Franciſcus recuſabat recipere bona prædicta in ſolutum.
3 Virtus † enim iuramenti in iſto caſu videtur
operari, vt debitor teneatur præciſè ſoluere in pecunia numerata: Gozadi conſ. 26. nu. 28. verſ. nō ob allegata in contrarium. & conſ. 32. nu. 9. Moder. Arimin. in tracta. de ceſſ. bon. q. 34. 4. par. prin
4 cip. † aliud enim pro alio inuito creditore ſolui
non poteſt. l. 2. §. mutui datio in fin. ff. ſi cert. peta.
5 † quæ regula procedit etiam in creditore pecunię
l. cùm à quo. C. de ſolut. Doct. in d. §. mutui datio. Ruy. conſ. 65. num. 10. lib. 2. Cæph. in terminis noſtris. conſ. 195. nu. 2. lib. 2.
6 Sed quoniam † iura aduerterunt quemquam
nō marceſci in carceribus, non ſolùm obſtat ſimplex iuramentum adhibitum in obligatione, immo etiam quòd quis expreſſè renunciaſſet ceſſioni bonorum. Bar. Alex. Imol. & cæteri magis communiter in l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matri. Moder. Arimin. in tract. de ceſſ. bon. quæſt. 29. vbi latiſſimè hunc articulum examinant præſertim.
7 nu. 13. Nemo † enim eſt dominus membrorū ſuo-
rum. l. liber homo, ff. ad l. Aquil.
Propterea viſum fuit Doctoribus magis com-
8 muniter, † quòd licèt ob virtutem iuramēti quis
teneatur præciſè adimplere promiſſa cum iuramento. Alex. conſ. 25. lib. 2. Ruyn. conſ. 155. num. 4.
9 lib. 5. nihilominus † ne caro humana marceſcat in
carceribus, vt dicebam, communi calculo conſtituerūt, quòd ſi quis bona ſua ſubhaſtaſſet, & perquiſiſſet emptores, & eos non inueniſſet, ac docuiſſet ſe eſſe pauperem, & non habere modum ſoluendi in pecunia, offértque fideiuſſorem, & liſtam bonorum ſuorum ad libitum creditoris iuxta diſpoſitionem dictæ authenticæ, hoc niſi debi-
10 tor. C. de ſolu. tunc nō † obſtante pacto iurato li-
beraretur, & creditor inuitus teneretur recipere tot de bonis debitoris ad ſui electionem, quæ aſcenderent ad concurrentem quātitatem debiti, vt pulchrè nouiter tenuit Benintend. dec. Bonon. 28. debitor. poſt Practic. Papienſ. in titul. formæ reſpon. in actio. hypo. in verſ. exceptionem. num. 4. Rom. conſ. 153. Fede de Sen. conſ. 60. Iaſ. conſ. 9. verſ. aggredior. lib. j. & vltra prædictos ita voluit ſatis doctè Cæph. conſil. 195. libr. 2. in princ. licèt
11 † enim quis virtute iuramenti teneatur obſerua-
re promiſſa ad vnguem. l. ſi quis maior. C. de tran-
12 ſact. hoc tamen eſt intelligendum, † dummodo
quis per actum iuratum non videatur promittere ſimpliciter ea quæ expreſſè etiam adhibito iuramento promittere non valuiſſet, ad not. per Doct. com. in d. l. alia. §. eleganter, ff. ſolut. matri. & per Moder. Arimin. in d. tract. de ceſſ. bonorū. quæſt. 34. 4. parte principali. vbi atteſtantur quòd
13 non † valeat pactum iuratum, quòd quis renun-
ciet beneficio ceſſionis bonorū, ne caro humana marceſcat in carceribus, & hæc opinio de plano procedit, quando obtinetur abſolutio à iuramento, prout obtineri eſt ſolitum in ſtatu eccleſiaſti-
14 co, quod quidem † iuramentum tres comites ha-
bere debet, iuſtitiam, veritatem, & honeſtatem. c. aduertendum. 22. q. 2. Dec. cōſ. 180. nu. 5. Curt. Iun. conſ. 141. nu. 9. Crauett. conſil. 144. nu. 16. Soc. Iun. conſ. 48. num. 25. lib. 1. Menoch. in tract. de arbit. iud. caſu 260. num. 35. lib. 2. Cent. 3. Rolan. à Valle
15 conſ. 7. num. 48. lib. 3. † & aſſumit naturam illius
actus ſuper quo interponitur. l. fi. vbi Doctor. C. de non nume. pecu. & eſt communis opinio, vt nouiter per Anto. Gabriel. qui propriè innumeros citat, amplionéſque & limitationes cumulat. lib. commun. concl. 2. de iureiur. concluſ. 10. & vltra eum nouiſſimè Franc. Burſat. conſ. 60. num.
16 57. lib. 1. ſubdens num. 58. † quòd non alterat natu
ram actus ſuper quo interponitur. l. ſi pecuniā. ff. de condict. ob cauſ. Repeten. in rub. ff. de ver obli.
17 Ruy. conſ. 134. col. 3. lib. 1. & intelligitur dictū † iu
ramētum interpoſitum rebus ſic ſtātibus. l. quòd Seruius. ff. de condi. caut. dat. Bar. conſ. 38. col. 21. lib. 2. Pariſ. conſ. 97. num. 51. libr. 1. Roland. à Valle conſ. 7. num. 57. lib. 3. adeò quòd licèt non ſolùm tacitè, immo expreſſè etiam medio iuramētopromiſiſſet ſoluere in pecunia numerata, & renunciaſſet diſpoſitioni dictæ authenticæ, hoc niſi. C. de ſolu. & carcerationi fiendæ, nihilominus virtus iſtius iuramenti non operabitur validitatem actus in iſto caſu, niſi eo modo, quo iure fieri poteſt, vt ſuprà oſtenſum fuit, quo iure inſpecto
18 quis † non poteſt renunciare beneficio iuris in-
carcerandi. Doct. in d. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim. latiſſimè Rip. in l. obligatione num. 22. vſque ad n. 24. ff. de pign. & licèt dicat hoc non habere locum, quando adeſſet iuramentum, vel cō-
19 ſuetudo in contrarium dico † quòd in terris Ec-
cleſiæ extat contraria conſuetudo, nec de iuramēto curatur, quia petitur abſolutio à iuramento, nec in caſu noſtro operabitur iuramentum, cùm offeratur per debitorem creditori liſta bonorum cautio de euictione, & alia diſpoſita in d. auth. hoc niſi debitor. C. de ſolu. nec omnimodam diligentiam in ſubhaſtando eius bona, & nō reperiiſſe emptorem adeò quòd nulla fraus coniici poſſit aduerſus debitorem iſtum, quin poſſit offerre de ſuis bonis, ne in conſequentiam, nō repertis pecuniis eſſet coactus marceſcere in carceribus, quod Doct. magis comm. in d. §. eleganter. non admittunt etiam data expreſſa renunciatione, tanto magis eſt fauendum iſti debitori in caſu noſtro, cùm adſit ſimplex iuramētum, & nō expreſſa renunciatio arg. auth. multo magis. C. de
20 ſacroſan. eccl. & quòd † obligatus ad aliquid fa-
ciendum cum iuramento liberetur ob impoſſibilitatem per multa media notabiliter tenuit Crauett. conſ. 12. per totū conſil. & Ant. Gabr. in eius lib. comm. concl. lib. 2. in tit. de iureiur. concl. 8. n. 4. in fin. vbi Anton. Gabr. num 3. etiam limitat in hærede iurantis vt non teneatur præciſè ad factum.
Iſti tamen, qui ſe obligauerunt ad aliquam pecuniarum ſummam perſoluendam medio iura-
21 mento, † & volunt admitti ad alterum ex miſe-
rabilibus beneficiis, ſolent prius obtinere abſolutionem à iuramento, & ita vidi ſeruari hic Peruſiæ, & in Prouincia Mar. Ant. & in aliis locis ſubditis ditioni Summi Pontificis.
Alij etiam qui non cedunt bonis, ſed ob carētiam pecuniarum offerunt liſtam bonorum, iux-
22 ta d. auth. hoc niſi debitor. C. de ſolu. † ſolent pe-
tere abſolutionem à iuramento, aliàs eſſent periurij. Roland. à Valle in terminis conſ. 31. lib. 2. nu. 1.
23 vbi dicit, † debitor non ſoluens in tempore con-
24 tractus efficitur periurus, & nu. 8. dicit † non ex-
cuſari eo prætextu à periurio, quòd creditor ei viciſſim aliquid daturus ſit.
Vnum tamen dicam, quod tamen ad doctoribus tactum non reperij, quòd ſi iſti qui promiſe-
24 runt medio † iuramento eſſent obligati in aliqua
honeſta ſumma, eſſent mercatores vel campſores qui veriſimiliter haberēt pecunias ad manus, nō eſſent de facili admittendi ad oblationem liſtæ bonorum, ſed præciſè eſſent cogendi ad ſoluendum in pecunia numerata, moueor argumento not. per Bald. in l. fruſtra C. de non num. pec. Aret. in §. item ſi quis in fraudem. col. 9. Inſti. de actio. Dec. in l. fi. col. 4. in fi. ff. ſi cert. pet. Boer. dec. 221. n. 14. Ant. Gabr. in lib. comm. concl. 3. tit. de fideiuſſ.
25 concl. 1. num. 88. vbi dicunt, quod † mercatores
vel campſores non habent beneficium excuſſionis, & ſic ſi iura diſponunt, quòd licèt iſti promiſerint pro aliis, non habeant beneficium excuſſionis, ſed teneantur præciſe ſoluere, nō facta excuſſione, multo magis quādo tenerentur aliquid ſoluere non pro aliis, ſed pro ipſiſmet, & veriſimiliter haberent pecunias ad manus, tunc & eo caſu (ſi ita iudici videretur) crederem poſſe aſtringi præciſè prædictos ad ſoluendum in pecunia numerata, attenta tamen perſonarum qualitate, & quantitate ſummæ debitæ.
Sed quoniam iſtud argumentum & ſimile alicui non videretur decidere caſum noſtrum, dico quòd de conſuetudine, quam ſeruari vidi vbique
26 locorum, † iſti mercatores non admittuntur ad
oblationem bonorum regulariter, ſed tenentur
27 præciſè ſoluere in pecunia numerata, † niſi ha-
buiſſent aliquod infortuniū, vt conſiderauit Rip. in d. §. mutui datio. n. 28. & poteſt addi in ſimili Marant. in tract. iudi. in 9. diſtin. nu. 48. vbi quædam adnotat ad propoſitū de cauſis mercatorū hoc tamen putarem eſſe in arbitrio iudicis, attenta qualitate mercatoris ſummæ debitæ, & infor-
28 tunij & cōtra † mercatores adeſt aliud ſpeciale,
quòd ſi omnia eius bona caperent creditores, nō propterea liberantur, Capit. deciſ. 46. num. 9.
29 Similiter videretur ſtatuendum in iſtis † e-
quitibus S. Petri, S. Pauli, Lauretanis, & Piis, qui ſi permanerēt in ciuitatibus inſignibus, prout eſt inſignis ciuitas iſta Peruſiæ, vbi pecuniæ paſſim reperiuntur ad ſocietatem officij, tunc quādo debitum non tranſcēderet valorem medietatis dictorum officiorum, iſto etiam caſu prædictos nō putarem admittendos ad oblationem bonorum, ſed præciſè eos teneri ad ſoluendum in pecunia numerata, & iſtis duobus caſibus putarem limitandum d. auth. hoc niſi. C. de ſolutio.
In caſu prędicto non cadebant huiuſmodi difficultates, quia iſte Franciſcus non erat mercator, neque eques, & non habebat commoditatem ſoluendi in pecunia numerata, eo maximè quia iſte

Franciſcus probauit mala calamitate temporum
deueniſſe ad exiguiorem fortunam, iſto enim ca-
ſu debitor admittitur ad oblationem bonorum
non obſtante iuramento, ita in indiuiduo hanc li
mitationem ponit Ripa. in d. §. mutui datio. l. 2. nu
mero 28. ff. ſi cert. pet. ita intelligens Alex. conſil.
25. libro 2. vbi tenebat Alex. debitorem cum iura-
mento teneri præciſè obſeruare promiſſa, & Rip.
ibi, n. 24. & ſeq. ex intentione aliorũ recenſet quę
30 dam alia requiſita ad authen. hoc niſi. † videli-
cet quòd debitor tradat inſtrumenta titulorum,
quódque debitor probet non reperiiſſe empto-
res propter diffamationem creditoris: alia requi-
ſita per me ſuprà relata ſunt ſubſtantialia, & quę
in praxi magis ſeruantur.

Alias limitationes ponit Rip. vbi ſuprà n. 26. &
31 ſeq. † videlicet quando adeſſet contraria conſue-
32 tudo in obligationibus factorum, † in quibus ſuc
cedit obligatio ad intereſſe, quando vnum eſt in
obligatione, aliud in ſolutione, & quando quan-
titas debetur loco ſpeciei, tunc pro quantitate
poteſt ſolui ſpecies.

Iudicaui igitur dictum Franciſcum fore & eſſe admittendum ad oblationem bonorum, iuxta diſpoſitionem dictæ authenticæ, hoc niſi debitor. C. de ſolu. Laus Deo. *Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO LXV.

## SVMMARIVM.

1 *Debitor poteſt viliorem rem diſtrahere, & precium creditori conſignare.*
2 *Debitor qui nõ habet pecunias, poteſt offerre liſtam ſuorum bonorũ, & creditor poteſt eligere quænã velit ex dictis bonis.*
2 *Diſpoſitio hominis debet adaptari ad intellectum iuris.*
4 *Debitoribus, non debet dari materia fraudandi.*
5 *Debitor ſemper videtur voluntariè dare in ſolutũ.*
6 *Creditor in præſenti themate nõ poteſt eligere quã rem velit, neque debitor poteſt offerre quam rẽ malit, ſed debet creditor mediocrem rem eligere arbitrio boni viri.*
7 *Franciſci Burſati conſilium* 82. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1. *perpenditur, & declaratur.*
8 *Cõtrahentes quicquid adinuicem contraxerint, eſt ſpectandum.*
9 *Aequitas eſt ſpectanda.*
10 *Creditor, & debitor nõ debẽt ad imparia iudicari.*
11 *Domus magni valoris, & parui fructus dicitur, & nõ debet æſtimari ex valore ædificij, ſed ex reditu.*
12 *Domus magnæ pro cultu vrbium potiùs quàm occaſione fructus ædificantur.*
13 *Prædium non æſtimatur ex magnitudine, ſed ex bonitate & redditu.*
14 *Precium iuſtum dicitur illud quod percipitur ex penſionibus, & redditibus, per ſpacium* 20. *ann.*
15 *Fructus, & penſio dicuntur iuſti, quando redeunt quinque pro quolibet centenario.*
16 *Legitima aßignanda filio non poteſt aßignari in vna re ſumptuoſa, & abſque fructu.*
17 *Mulier quæ vult recuperare bona ſibi hypothecata pro dote non poteſt eligere vbi voluerit, ſed arbitrio iudicis.*
18 *Legitima licèt poßit aßignari per patrem filio in vna re, nõ tamen poterit aßignari in re deteriori.*
19 *Debitor ſi patitur litem conteſtari, tenetur ſoluere pecunias, vel offerre omnia bona.*
20 *Debitor habens electionẽ, ſi ſemel eligit rẽ, & lis fuerit conteſtatus, non poterit amplius variare, & aliam rem eligere.*
21 *Debitor ſoluens partẽ debiti in alia re, quàm eſſet obligatus, ſibi præiudicat, & creditor poterit petere reliquum, partim in vna re, partim in alia.*

## Argumentum.

Creditori cui expreſſa conuẽtione ſunt hypothecata bona debitoris, in euentũ non ſolutionis debiti non poteſt quam rẽ malit eligere, neque debitor quam rem velit offerre, ſed arbitrio iudicis hoc eſt remittendum vt cõſignari faciat creditori nõ meliorem neque viliorem rem, ſed mediocrem, & maxima eſt differentia inter caſum præſentis deciſionis, & antecedentis, vt animaduertenti facilè erit dignoſcere, caſus profectò notabilis, & ita concinne explanatus, vt cuilibet licèt mediocris literaturæ (etſi per difficilis & nodoſus exiſtat) facilis in futurum videri poſſit, adhibitis præſertim limitationibus hic adnotatis per Authorem.

Domus ſunt magni valoris, & parui fructus, & precium iſtum illud dicitur, quod percipitur ex re per viginti annos, vel ad rationẽ quinque pro quolibet cẽtenario.

Legitima filio à patre aſſignanda non poteſt aſſignari in re infructuoſa.

DVM pendebat lis ſuper paulò ante recitato dubio, fuit quæſitum quid iuris foret ſtatuendum, ſi debitor in ſumma, puta centum, promiſiſſet ſoluere dicta centum intra certum terminum conuentum, & caſu quo non ſolueret impartitus fuiſſet licentiam creditori accipiendi tot de eius bonis quæ aſcenderent ad debitam ſummam vtrũ dictus creditor poſſit eligere ad ſui libitum, in quo loco velit de bonis debitoris pro dicta ſumma centum.

In hoc negocio tres ſunt conſiderandi caſus ex intẽtione doctorũ, quibus ordinatè animaduerſis omnes euadentur cõtrarietates, & cõfuſiones.

Primus caſus eſt, qui nullam habet difficultatẽ,
quando quis eſt debitor in aliqua ſumma pecu-
niarum pro quibus pecuniis perſoluẽdis obliga-
uerat eius bona, & tunc ex quo eſt conſultũ cre-
ditori, dummodo habeat pecunias, nec ei refert
ſi redigantur pecuniæ ex viliori re, ipſius debi-
1 toris, † debitor poterit viliorem rem diſtrahere,
& pretium creditori conſignare. glo. Bar. Bal. & Sa
ly. in l. quandiu. C. de diſtra. pigno. Ang. in l. credi
toris. ff. eod. ita voluit nouiſſimè Frãc. Burſat. cõſ.
88. n. 11. lib. 1. poſt multos quos allegat, ſat erit in-
dicaſſe locum.

Secundus caſus eſt, qui ſimiliter nullam conti-
2 net in ſe difficultatem, quando † debitor qui pro-



miſit ſoluere puta centũ, & adueniente tempore; cùm non habeat ad manus pecunias, offert liſtam bonorum, iuxta diſpoſitione auth. hoc niſi. C. de ſolu. cum requiſitis in d. tex. & eorum quæ ponit doctiſſimè Rip. in l. 2. §. muti datio. n. 28. & ſeq. ff. ſi cert. pet. & tunc creditor tenetur eligere quænam bona velit, etiã quando obligatio eſſet iuramento vallata, facta tamẽ per debitorem diligentia, & ſubhaſtatione prius, & aliis adhibitis circonſtantiis per nos cumulatis in antecedenti deciſione, & neque primus, neque ſecundus iſte caſus eſt noſter.

Tertius eſt caſus de quo controuertitur, an quando debitor pro concurrente quantitate debiti qui obligauit eius bona, ſiue tot de eius bonis quæ aſcendant ad concurrentem quantitatẽ debiti, non tamen facta ſpecificatione bonorũ, an iſto caſu poſſit eligere pro eius credito quænam bona voluerit, ant verò teneatur tenuiora, ſiue mediocria bona eligere, quando videlicet fuiſſet dictum, quòd ſi non ſolueret hinc ad ſex menſes, dedit creditori licentiam accipiendi tot de eius bonis, quæ aſcendant ad ſummam debitã non adiiciendo in quo loco, & in qua parte poſſit accipere dicta bona.

In hoc caſu duæ fuerant Docto. opiniones, pri
ma fuit nouiſſimè Franc. Burſat. conſ. 88. nu. 32. &
33. lib. 1. quòd creditor poſſit eligere quàm rem ve
lit. mouetur duobus fundamentis, dicit enim, ꝙ
3 quælibet hominis † diſpoſitio debet adaptari ad
intellectum iuris, Barb. conſ. 63. col. 8. & conſil.
19. libro 3. Verùm licèt poſſit ſtabilia debitor pro
pecuniis tradere, intelligitur tamen ſtabi-
lia ad illius electionem tantùm, ſed illa prout
& eo modo quo ſecundùm formam iuris tradi
4 poſſunt, ne detur † debitoribus materia fraudãdi.
arg. l. in fundo ff. de re iudic. l. ſi quis intra. C. de
bon. proſcript. Caſtr. conſ. 210. Grat. conſ. 63. nu.
69. lib. 1.

Secundò negando differentiam inter dationẽ
5 in ſolutum voluntariam & neceſſariã, cùm † de-
bitor ſemper videatur voluntariè dari in ſolutũ.
arg. l. ſi ob cauſam. vbi Doct. C. de euict. Bald. cõſ.
306. in fin. lib. 1. Vnde ſiue conueniãt ſimul, quòd
loco pecuniarum dẽtur ſtabilia, ſeu ex diſpoſitio-
ne legis in ſubſidium dẽtur creditori, cum vtro-
que caſu tradi cenſeantur. Cæph. conſ. 254. nu. 11.
cum ſeq. & conſ. 255. num. 2. libr. 2. & nos diximus
in deciſi. noſtra Peruſina 60. & vltima primæ par
tis, bona omnia debitoris debere offerri, & per
creditorem eligi, d. auth. hoc niſi. C. de ſolu. hæc
Burſat.

Quare altera, & ſecunda fuit opinio ſuperiori
6 contraria, quòd immo creditor † iſte non poſſit
eligere quam rem velit pro ſuo credito, nec de-
bitor teneatur offerre liſtam bonorum, iuxta
auth. hoc niſi debitor. C. de ſolu. ſed arbitrio boni
viri non meliorem, nõ viliorem rẽ, ſed medioc ẽ
teneatur eligere arbitrio boni viri, vt dicebam, &
hanc opinionem tenuit Bar. in l. ſi ex falſis. in fi. C.
de tranſact. Bald. in auth. hoc niſi debitor. nu. 1. C.
de ſolu. Bar. in l. quoties. num. 2. ff. de opt. legat. A-
lex. conſil. 125. col. fi. lib. 1. Iaſ. in §. ſed etſi quis. nu.
5. & 6. C. commu. de lega. Boer. virtualiter deciſ.
46. Diaz. reg. 406. legatarius. Caualcan. in tract. de
tut. & curat. nu. 250. & in principio dicti conſil.
7 88. nu. 11. & ſeq. id affirmare videtur † Burſat. licèt
poſtea nu. 32. & 33. mutauerit ſententeniam & ma
lè cùm eius opinio non ſolùm ſit contra commu
nem, vt ex authoritate tot Doctorum dignoſci
poteſt, ſed etiam contra omnes, licèt Excellentiſ-
ſimus Burſat. ſaluari poſſit, quod ex abundanti in
eius propoſito caſus vſus fuerit dictis fundamen-
tis, & non fundauerit eius ſententiam in hoc, &
quemadmodũ iſta ſecunda opinio eſt cõmunis,
ita pariter eſt verior, & melioribus rationibus
fulcita.

8 In † omni etenim negocio ſemper eſt ſpectan-
dũ quicquid partes an inuicem cõtraxerint. l. ſem
per in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.

9 Similiter ſemper † æquitas eſt ſpectanda l. pla-
cuit. C. de iudi. & æqualitas ſeruanda eſt in caſu
noſtro, partes ad inuicem conuenerunt, quòd in
euentum non ſolutionis debito tempore conſi-
gnarentur creditori tot de bonis ſtabilibus quæ
aſcendant ad ſummã debitæ quantitatis. Iſte ter-
tius caſus valde differt à primo & ſecundo caſu
per nos recitato, nam in primo caſu eſt conſul-
tum creditori ex ſolutione pecuniarum ex qua-
uis re, etiam viliſſima redigantur.

In ſecundo caſu ex quo creditori erant debitæ pecuniæ tantùm, & debitor non habebat expromiſſas pecunias, conueniens erat, quòd loco grauaminis ipſius creditoris, qui nõ poterat exigere pecunias ſibi debitas adueniente tẽpore, ipſe creditor in odium debitoris haberet obnoxia bona ipſius debitoris, & electionem d. bonorũ, d. auth. hoc niſi debitor. C. de ſolu.

Sed in tertio caſu licèt non ſit conſultum cre-
ditori per receptionem pecuniarum, ex quo con
uenit recipere tot de bonis ſtabilibus, non dam-
nificatur in aliquo dictus creditor, ſi recipiat me-
10 diocria bona ipſius debitoris, † ne ad imparia iu-
dicentur creditor & debitor, quia ſi meliora bo-
na ad electionem creditoris eligerentur, debitor
vtique damnificaretur, quemadmodum damnifi-
caretur creditor, ſi debitor ei offerret pro debito
11 † domum magni valoris, pauci & fructus, quę nõ
debet æſtimari ex valore ædificij, ſed ex redditu.
Io. de Plat. in ſecunda C. de præd. & om. reb. naui.
Iaſ. in §. ſed ſi quis. nu. 11. Inſt. de acti. & in l. ſi con-
ſtante. nu. 150. ff. ſolu. matri. Burſat. d. conſ. 88. n. 17.
vbi poſt text. in d. l. 2. C. de præd. & omn. reb. na-
uic. lib. 11. in glo. in ver. ſumptus, & poſt Alex. in
l. Imperator. ff. ad Trebel. & Boer. deciſ. 19. dicit,
12 † domus magnas pro cultu vrbium potiùs quàm
occaſione fructus ædificari.

13 Ita etiam dicimus in prædio non æſtimãdo ex
magnitudine, ſed ex bonitate, & redditu. Pinel. in
l. 2. in 3. par. cap. 4. nu. 28. C. de reſcind. vend. Bur-
14 ſat. vbi ſuprà d. num. 17. vbi num. 19. dicit, † iuſtum
precium dici quantitas ad quæ aſcendant penſio-
nes vel redditus per ſpacium viginti annorum.
Iaſ. in l. ſi dudum. ff. de lega. 1. nu. 5. Pariſ. conſ. 60.
num. 29. lib. 1. Couarr. Var. reſol. cap. 9. nu. 5. com-
munis opinio. vt pro Pinell. vbi ſuprà nu. 29. ſub-
15 dens Burſat. quòd † iuſta penſio etiam dicitur,
quando pro penſione & fructu redduntur quin-
que pro quolibet centenario.

Vt ergo euitentur iſtæ extremitates, & ne

creditor in iſto caſu optem quam rem velit, & è contra, ne debitor infructuoſam rem offerat eius creditori, Doct. communi calculo conſtituerũt, quòd hoc in arbitrio boni viri, hoc eſt iudicis, ſit relictum, ex quibus diſtinctionibus ſatis apparebit reſponſum ad contraria, & quomodo d. contraria ſint intelligenda, & veritas huius opinionis dignoſcitur, licèt aliter contra communẽ ſenſerit Franc. Burſat. d. conſ. 88. nu. 25. & 26. libr. 1.

Poſſunt ad hoc adduci multa ſimilia, hoc enim remittendum arbitrio iudicis quæ accuratè adducit Burſat. d. conſ. 88. nu. 11. & 12.

16 Primum ſimile de † legitima aſſignanda filio, quia ſi aſſignaretur filio in vna re ſumptuoſa, & abſque fructu reclamare poſſet. Rip. in l. quartum. nu. 145. ff. ad l. Falcid. propterea iudex æſtimabit in quo loco aſſignetur, Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. Cent. 2. caſu. 162. nu. 23. & 24. Anton. Gabr. lib. com. concl. 6. in tit. de legit. concl. 4. n. 3. & 16. Facit l. ſi quis argentum cum materia. C. de donat.

17 Item † mulier quæ debet recuperare dotem in bonis ſtabilibus hypothecatã, non poteſt eligere vbi voluerit, ſed arbitrio iudicis. Boer. deciſi. 46. numer. 7.

Et quod dictum eſt ſuprà de legitima, habet etiam locum in legitima aſſignanda per patrem fi-
18 lio, qui † pater licèt poſſit vnicam rem pro legitima filio aſſignare, non tamen deteriorem aſſignabit Rip. in l. quartum nu. 126. ff. ad leg. Falcid. ſed arbitrio iudicis.

Sic concludamus in propoſito caſu, creditorẽ iſtum non poſſe eligere meliora bona, & contra debitorẽ non poſſe offerre deteriora, ſed arbitrio iudicis eſſe adiudicanda.

19 Limitantur prædicta, quando † debitor in cuius facultatem erat conſignandi bona arbitrio iudicis, paſſus fuiſſet litem conteſtari, quia poſt litis conteſtationem, vel tenetur ſoluere pecunias, vel offerre omnia bona. Bart. in l. ſi quis ſtipulatus. n. 4. ff. de ſolu. l. item veniũt §. idem rectè. ff. de peti. hæred. Dec. conſil. 587. in fin. Burſat. d. conſ. 88. in fin. lib. 1.

Idem expreſſis voluit vltra eum Capit. dec. 46.
20 num. 6. dicens, quòd ſi † creditor cui plures res ſunt obligatæ alternatiuè habens electionem ex prouiſione ſua, ſiue legali, ſi ſemel elegit rẽ, & litẽ fuerit conteſtatus, nõ poterit amplius variare, & aliam rem eligere, idem voluit Loffred. conſil. 19. num. 3.

21 Si tamen † debitor ſoluiſſet partem debiti in vna re, & partem in alia, ſibi præiudicat, & erit in electione creditoris, petere reliquum debiti partim in vna re, partim in alia. Loffred. d. conſilio 19. num. 7.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio ſimpliciter facta à marito de dote recepta abſque iuramẽto, ex quo eſt facta inter perſonas prohibitas, non valet.*

2 *Donatio præſumitur quotieſcunque confeßio appa ret facta conſtante matrimonio.*

3 *Confeßio iſta de dote recepta confirmatur morte mariti, quemadmodum cõfirmantur aliæ donationes inter virum & vxorem.*

4 *Donatio ſupradicta morte cõfirmata trahitur retro ad tempus factæ donationis, quod declara, vt infrà num. 33.*

5 *Confeßio prædicta etiam in caſu valida nõ ſubſiſteret ſine inſinuatione, quando excederet ſummam quingentorum aureorum antiquorum.*

6 *Inſinuationis defectus ſecundùm magis cõm. opin. ſuppletur iuramento.*

7 *Antonij Gabrielis concluſionum liber, Calepinus Doctorum nuncupari poteſt.*

8 *Iuramentum vnicum ſupplet plures defectus.*

9 *Valor aurei antiqui hodie eſt diminutus, & quingenti aurei antiqui hodie conſtituunt ſeptingentos aureos, & ſic hodie valet donatio ſine inſinuatione, vſque ad ſeptingentos aureos.*

10 *Iuramentum nõ ſupplet defectum inſinuationis ſecundum vnam cõm. opin. ex Fernan. Vaſq. ſed cõtraria opinio eſt magis cõmmunis vt ſupra numero 6.*

11 *Confeßio mariti de dote recepta, non confirmatur iuramento aſſertorio, ſed iuramento promiſſorio, & obligatorio, & eſt magis commu. opin.*

12 *Cõfeßio mariti diſparis ætatis, ſiue conditionis, quia dicitur fieri in recompenſationem, valet à principio etiam abſque iuramento.*

13 *Vxorem nobilẽ accipiens plebeius, ſi conſtante matrimonio confiteatur recepiſſe dotem, confeßio valet, & tenet, & eſt magis comm.*

14 *Vxores diuites licèt ruſticas & viliſſimæ proſapiæ quærunt habere homines, putant enim ex diuitiis conſequi nobilitatem, & referuntur quædam carmina.*

15 *Vxor quæ diligenda.*

16 *Vxor dicitur pauper vel diues, attenta qualitate perſonarũ, quod relinquitur arbitrio iudicis, vt infra num. 17.*

18 *Vxor quæ diligenda ex authoritate Senecæ explicatur.*

19 *Confeßio facta à marito ob ſeruitia recepta ab vxore valet à principio tanquam remuneratoria, quæ tamen merita & ſeruitia probari debent, cùm ſimus inter perſonas prohibitas.*

20 *Donatio merita debent eſſe correſpondentia arbitrio tamen iudicis.*

21 *Confeßio dotis receptæ à patre, ſiue à cognato valet & tenet ſecundùm multos, licèt hoc per Authorem reuocetur in dubium.*

22 *Confeßio mariti de dote recepta valet, quando vltra confeßionem concurrunt aliæ coniecturæ, puta quòd vxor fuiſſet alimentata per decennium, quòd declara, vt infrà procedere, quando vltra alimenta concurriſſent aliæ coniecturæ.*

23 *Confeßio mariti de dote recepta valet, quando eſt modicæ ſummæ.*

24 *Confeßio mariti de dote recepta valet, quando pro parte probatur vera quia in totum præſumetur vera.*

25 *Confeßio mariti valet, quando ante confeßionem præcedebat promißio dotis.*

26 *Confeßio mariti valet quando conſtat de vera numeratione.*





27 *Confeßio prædicta præiudicat & marito, & eius hæredibus, & eſt communis opinio.*

28 *Mulier præfertur non ſolùm hæredibus ipſius mariti, ſed etiam anterioribus creditoribus, & confeſſio retrotrahitur ad tempus promißionis, & eſt communis opinio.*

29 *Confeßio prædicta nocet & marito, & eius hæredibus ſtatim, non expectato biennio.*

30 *Confeßio ſoceri, abſente parto, probat in terris eccleſiæ de æquitate canonica.*

31 *Confeßio prædicta poteſt reuocari etiam quòd fuerit iurata.*

32 *Confeßio ſupradicta non præiudicat anterioribus creditoribus.*

33 *Donatio antedicta licèt retrotrahatur ad tempus mortis, hoc tamen intelligitur reſpectu fructuũ, non autem reſpectu proprietatis.*

34 *Confeßio de qua ſupra, non nocet poſterioribus creditoribus habentibus cauſam oneroſam.*

35 *Confeßio iſta non nocet, quando tantummodo eſſent præſtita alimenta, niſi concurrerent aliæ coniecturæ.*

36 *Confeßio iſta pariter non nocet, quando poſſet cõſtare de fraude aliqua.*

37 *Confeßio iſta nocet etiam poſterioribus creditoribus poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & æquipollet reali ſolutioni ſecundum commun. opin.*

38 *Confeßio mariti ante lapſum biennij non operatur quin poſteriores creditores non poßint opponere defectus dictæ confeßionis.*

39 *Mariti renunciatio nõ debet obeſſe creditoribus, licèt dicta renunciatio præiudicet marito, & eius hæredibus.*

40 *Creditores qui habuerunt cauſam à marito, intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & ignoraſſent dictam confeßionem, reſtituerentur in integrum dicti creditores ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.*

### Argumentum.

Confeſſio mariti de dote recepta conſtante matrimonio, an & quando valeat, in quibus caſibus præiudicet anterioribus, ſiue poſterioribus creditoribus, tam intra tempus opponendi exceptionẽ non numeratæ dotis, quàm poſtea, multifariã, multiſque modis hic declaratur.

Et miro ordine per concluſiones articulus iſte, retroactis temporibus difficilis & confuſus, ab Authore facilis, & planus redditus fuit.

Donatio non valet abſque inſinuatione, niſi adſit iuramentum, quod ſecũdum magis commu. opinio. ſupplet defectum inſinuationis.

Quæ donatio hodie valet abſque inſinuatione vſque ad ſeptingentos aureos, cùm valor aurei ſit diminutus.

Vxores quæ deligendæ, & quæ non, hic accuratiſſimè pertractatur.

CLEMENS Alberti confeſſus fuit in inſtrumento habuiſſe à Seraphino Fantudino quingentos aureos pro dote ſuæ vxoris Magdalenæ, & filiæ dicti Seraphini, præfatus Clemens erat grauatus magna mole æris alieni, & creditores concurrebant certãtes adinuicem pro conſequendis eorũ creditis, dicta tamen Magdalena eius vxor prætendebat ſe præferri omnibus anterioribus creditoribus vigore dicti inſtrumenti dotalis.

Quæſtio iſta eſt ardua & difficilis, & diu cognita à Doctoribus, qui vel ſtudio contradictionis, vel potius lucro abſtracti adeo in hanc vel illam opinionem inclinauerunt, vt pro vna & altera parte reperiantur communes opiniones, diſtinctè tamen procedendo, & veritas huius articuli dignoſci poterit, & quæ opinio in futurum in praxi ſit ſeruanda.

1 Prima concluſio eſt, quòd quando † confeſſio iſta eſt ſimpliciter facta à marito, & abſque iuramento, ex quo eſt facta inter perſonas prohibitas, tanquam donatio reiicitur. l. 1. & 3. §. ſciendum. ff. de dona. inter vir. & vxo. Dec. conſ. 202. num. 1.
2 † quæ donatio ſtatim præſumitur, quotieſcunque confeſſio apparet facta, conſtante matrimonio. l. qui teſtamentum. ff. de proba. Doct. in l. diuortio. ff. de verb. obliga. Gozadi. conſil. 42. num. 2. Grat. Reſp. 36. nu. 6. lib. 1. Cepha. conſil. 101. nu. 24. lib. 1. Roland. à Valle conſi. 93. nu. 1. lib. 1. Natt. conſil. 195. Ruy. qui de magis communi teſtatur cõnſil. 183. lib. 1. nouiſſimè Franç. Burſat. conſil. 32. nu. 4. lib. 1. Loffred. conſil. 22. nu. 1. Natt. conſil. 147. nu. 4. Alciat. Reſp. 332. & Docto. vbique paſſim hoc adnotant, vt in hac prima concluſione nemo penitus contradicat.

Secunda concluſio eſt à Doct. magis communiter approbata, quòd licèt confeſſio iſta facta à marito ſtante matrimonio de receptione dotis à
3 principio non ſubſiſtat, † nihilominus confirmatur morte mariti, quemadmodum confirmantur aliæ donationes factæ inter virum & vxorem. l. quod ſuo. & ibi glo. 2. C. de dot. cau. non num. l. antepen. C. de don. ante nup. Bart. in l. cum quis decedens. §. Titij. de leg. 3. Bald. in l. 1. C. de donat. ante nup. Alex. conſil. 26. col. 1. lib. 2. Ant. Gabr. lib. commu. conclu. tit. de iu. do. & promiſ. dot. concl. 3. nu. 5. lib. 3. Ruy. conſ 54. nu. 1. lib. 2. Rolan. à Valle conſi. 93. num. 14. lib. 1. Bal. Nouel. in repe. l. 1. num. 200. ff. ſolu. matri. idem Rolan. d. conſil.
4 93. n. 32. lib. 1. vbi dicit, quòd talis † donatio morte confirmata trahitur retro ad tempus factæ donationis per Bar. poſt gloſſ. in l. ſub conditione. ff. de ſolu. & in l. fi. vbi etiam glo. C. de inoffic. donat. Ruy. conſ. 130. col. 3. verſ. quantum ergo ad dotẽ.
5 lib. 1. Hoc tamen intellige dummodo dicta † confeſſio dotis non excedat ſummam quingentorum aureorum antiquorum, quia ſine inſinuatione dicta confeſſio non ſubſiſteret. l. ſancimus. C. de dona. §. perficiuntur. Inſti. eo latiſſimè Anton. Gabriel. qui ponit regulam, ampliationes. & limitationes in lib. commun. concl. in tit. de donat. conclu. 1. lib. 3. & licèt fauore dotis non requiratur inſinuatio. l. fin. & ibi gl. in ver. indicetur. C. de iure dot. & not. in d. l. ſancimus. hoc tamen de-

ber intelligi de ea dotatione,quæ fieret à perſonis
permiſſis, & non prohibitis,puta patre,fratre,&
extraneis,ſecus ſi fieret à marito. Soc.in l.1.col.20.
& ſeq. ff. ſolut.matrim.Ant.Gab. d. lib 3. comm.
concl. in tit.de dona.nu.37.Rol. à Valle conſi. 93.
num.17. lib. 1. ſi tamen in huiuſmodi confeſſione
6 eſſet appoſitum † iuramentum,tunc virtute iura-
menti non opus eſſet alia inſinuatione,& confeſ-
ſio iſta ſubſiſteret, quia licet retroactis tempori-
bus fuerit communis opinio Doct. quod iura-
mentum non ſuppleret defectum inſinuationis.
Barb. conſil.16. col.10.lib.2. & cæteros hanc par-
tem ſectantes cumulat Ant.Gab. lib. com. concl.
3. conclu.1. tit.de donat. nu.66.in fi.hodie tamen
magis communis extat, quòd iuramentum ſup-
pleat defectum inſinuationis. de comm. teſtatur
Bertran. conſil.173. col.2. lib.1.Afflict. deciſ. 159.
Crauett.conſil.118.col. 1.Grat.qui de magis com-
muni atteſtatur conſi.70.col.fi.lib. 1. & ad nauſeã
vſque Ant.Gabr.lib.3. comm.concl. tit.de donat.
concl.1.num.66.qui locus tanquam index poſte-
ris temporibus allegabitur, cùm omnia diligen-
7 ter tetigerit,& cumulauerit,adeo quòd† liber ille
iure meritò,Calepinus Doctorum nũcupari poſ-
ſit. Adde Tiraquel. in l. ſi vnquam in præfat.num.
143. C. de reuocan.dona.Neuiz.conſil.8. num. 9.
& 10. Rolan. à Valle conſi.19.in fi. & conſ.39.nu.
38.lib.1. Alciat.Reſponſ.54.nu. 2. & 3. Bell. conſil.
60. nu.19.Crauet.conſil.118.num.1. & in terminis
noſtris de confeſſione facta per maritum de rece-
ptione dotis, quòd firmetur iuramento, & quòd
dictum iuramentum ſuppleat defectum inſinua-
tionis, ſenſit Roland.à Valle conſil.93. nu.37.lib.
8 1. & Cæph. conſi.6.nu.17.lib.1, vbi dicit, † iura-
mentum vnicum tantùm validare donationem à
principio, & confeſſiones iſtas, ac etiam defectũ
inſinuationis, perpendens multos dubitare an v-
nicum iuramentum plures ſuppleat defectus. di-
9 xi ſupra aureorum antiquorum, quia † cùm ho-
die ſit diminutus valor aurei, & illi quingenti au
rei antiqui hodie conſtituunt ſeptingentos au-
reos, & ſic hodie donatio abſque inſinuatione va
leret vſque ad ſeptingentos aureos.Rolan.à Valle
conſi.39.nu.41. lib. 1. Iſti autem qui aduocationis
munere funguntur, ſi vellent ſuſtinere aliam o-
10 pinionem & communem,†quòd iuramentũ non
ſuppleat defectum inſinuationis,adeant Vaſqu.in
lib. de ſucceſ.creat.§.5. in princ. in praxi tamen vt
dicebam altera opinio magis communis ſerua-
tur, quod iuramentum ſuppleat defectum inſi-
nuationis.

11 Tertia concluſio eſt,quòd iſta † confeſſio ma-
riti facta de dote recepta non confirmetur iura-
mento aſſertorio tantùm.Bal.in l. cum quis dece-
dens.§.Titia.de leg.3.Dec.conſil.202. Paris. conſ.
86.num.47.lib.3.Grat.conſi.54.col.4.lib.1. ſed re-
quiritur etiam iuramẽtum promiſſorium ſeu ob-
ligatorium,& eſt magis communis opinio,vt per
Anton.Gabriel. qui cæteros congerit lib.comm.
opin.3.tit.de donat.concl.3.num.4. & 5. Crauett.
conſil.102.Cæph. conſ.61.nu.22.lib.1.Pet.Io. An-
car.q. 32. nu.13. & 14. par.2. Bal. Nouell. in repet.
l.1.num.198.& num.203.ff. ſol.matri.

12 Quarta concluſio eſt,quòd iſta†confeſſio ſub-
ſiſtat, quando fieret à marito diſpare ætatis vel
conditionis, quia ex quo iſto caſu dicitur fieri in
recompenſationem, dicta confeſſio valet etiam
abſque iuramento. Bar. in l. ſi voluntate. numer.
2. C. de dot.promiſſ.Iaſ.in l.diuortio.num.9.ff.de
verbo. obligat.& in l. ex hoc iure.n.55.ff. de iuſti.
& iure. & in l. fi.C. de verb.ſign.& in l.ſi non ſor
tem.§. libertas. num.8.ff. de condit.indebit.Bald.
Nouell. in tract. de dot. in 10. priuileg. num. 7.
Curt.Iun.conſil.6.num.20.Pet.Duen.reg.221. nu.
13 11. dicens, quòd ſi † plebeius accipit nobilem in
vxorem, & conſtãte matrimonio confiteatur re-
cepiſſe dotem, quòd confeſſio iſta valet & tenet
Pariſ.conſ. 86.nu.18.vbi teſtatur de communi lib.
3. Riminal.conſil.216.num. 23. lib. 2. Tiraquel. in
tract. de nobilit.cap.18.num.19. Viui.comm.opi.
in verb.donatio inter virum & vxorem num.7.&
hæc eſt verior & magis communis opinio, licèt
quidam Moderni Repeten.in l.1.ff.ſolu.matri.diſ-
putatiuè conentur eam ſubuertere. Hodiernis ta-
men temporibus parum iſthæc practicantur,quia
homines omiſſis iſtis nobilitatibus quærunt ha-
14 bere † vxores diuites, licèt ruſticas, & viliſſimæ
proſapiæ: putant etenim ex diuitiis etiam conſe-
qui nobilitates, iuxta tradita latè à Tiraquello in
tract.de Nobil.cap. 3.nu.7.dicens.

*Diuitiæ ſi abſunt, imbecilles fiunt nuptiæ:*
*Laudant enim nobilitatem homines,*
*Magis autem affinitatem ſequuntur diuitum.*

15 Deinde † ſubdit arietes, aſinos,& equos gene-
roſos nos quærere, & vnumquemque velle hu-
iuſmodi animalia ex bono genere ſibi parare, v-
xorem verò malam,malíque generis non renuere
virum generoſum, ſi ei pecunias multas dede-
rit, neque è diuerſo mulierem mali viri, ſed tamẽ
diuitis recuſare nuptias:bono enim illum præfer-
re opulentum adeò quidam exiſtimant, vt illarũ
gratia bonus mali generis vxorem ducat, & ma-
16 lus bonum ſibi genus adſciſcat. † Vxor autem di-
citur pauper vel diues,attenta qualitate perſona-
rum,hoc arbitrio iudicis relinquendo,vt nouiſſi-
mè tradit Menoch.in tract.de arb.iud.caſu 65.lib.
2. cent.1.& vltra eum in terminis vxoris pauperis
vel diuitis ponit Tiraquell.in tract.de nobil. cap.
17 20.num.159. † dicens, pariter hoc relinqui arbi-
trio iudicis,aſſerens quòd nobilis qui operari ne-
quit, dicitur pauper,id habens quod ruſticum &
artificem faceret diuitem,in quam ſentẽtiam ſcri-
ptum eſt à Cornelio, Tacito, Neronem, Valerio
Meſſalę Conſuli,qui Coruini Oratoris pronepos
fuit, obtuliſſe in ſingulos annos quingenta ſex-
tertia, quibus paupertatem & inopiam ſuſtenta-
ret, quæ ſumma eſt ex noſtra pecunia ex compu-
tatione Budæi lib. de Aſſe, duodecim millium,&
quingentorum aureorum, quam ſummam ſi qui
hodie habent, ditiſſimi exiſtimantur, & tamen
tunc Meſſala paupertate laborare credebatur pro
ratione ſcilicet ſuæ dignitatis & nobilitatis. Cõ-
18 cludam igitur hanc quartam concluſionem† cùm
ſententia Sennecæ in lib.de remed.fortuit.ad Ga-
lionem,quem refert, & ſequitur Tiraq.in tractat.
de nobilit.cap.26. num.10. Inuenies,inquam bo-
nam vxorem, ſi nihil quæris niſi bonam,dummo
do ne imagines proauóſque reſpexeris, nec pa-
trimonium cui iam ipſa nobilitas ceſſit.

Quinta concluſio eſt ſuperiori germana, in
† con-



19 † confeſſione facta à marito ob ſeruitia accepta
ab vxore:tunc etenim ex quo confeſſio iſta eſt re-
muneratoria,à principio valet,& tenet Ant.Gab.
falſiſſimè lib.3.comm.concl. in concl. 1. num. 59.
ſed ex quo ſumus in confeſſione facta inter perſo
nas prohibitas, merita & ſeruitia debent proba-
ri, vt not. in l. ſi fortè, ff. de caſtren. pecul. in l. ſi
donatione.C. de collat.nec ſufficit aſſertio meri-
torum, niſi probentur Imol. in l. Aquilius Regu-
lus,ff. de donat. latiſſimè Ant. Gabr. vbi ſuprà,n.
60.Tiraquell.in tract.de nobil.cap.18.nu.19. Viu.
in ſuis comm. opin. in ver. donatio inter virum
& vxorem, nu.4. & ponunt alij quos conſultò o-
mitto, non prætermittendo tamen ex intentione
20 Doct. de quibus ſupra, † ſeruitia debere eſſe con-
decentia donationi, quod arbitrio iudicis eſt re-
linquendum.

21 Sexta concluſio eſt,quando vir confitetur † re-
cepiſſe dotem non ab eius vxore,ſed à patre,Ruy.
conſil. 183. num. 4. lib. 1. ſiue à fratre ſuæ vxoris
Marſi.ſing.385. Roland. à Valle conſil.53.num.26.
lib.1.Didac. Couarr.lib.1. var. reſol. cap.7. verſic.
eſt & alia in hac re. Iaſ. in §. fuerat. col. 21. verſic.
vnum etiam. Inſti. de actio. verùm de hoc dubi-
to, cùm maritus, qui vellet benemereri, & rem
gratam facere eius vxori, fatebitur accepiſſe do-
tem ab eius ſocero,vel cognato, intuitu eius vxo
ris, & ſic remanet confeſſio iſta valde ſuſpecta.

22 Septima concluſio eſt, quando † vltra confeſ-
ſionem concurrunt aliæ coniecturæ, puta quòd
vir retinuiſſet vxorem, & tanquam dotatam eam
alimentauerit.Bal. in l.1.col.3.verſic. vnde quæri-
tur.C. de priuileg.dot.Dec.conſil.536.ver. ad hoc
etiam facit. Gozad.conſil.42. col. 3. & conſil. 28.
verſ.ſeptimo fortiùs.Bal. Nouell. in tract. de dot.
in 10. par. col.7.in fi.ver. quarto limita. Crauett.
conſil.40.num.40.quod tu dicas procedere,quã-
do vxor fuiſſet alimentata per virum per decen-
nium. Soc. in l.1.col.15. verſ.ſed iſta opinio.ff.ſol.
matri.de quo dicto licèt dubitauerit Crauett. vbi
ſuprà, dicens etiam ante lapſum decennij valere
dictam confeſſionem,dummodo per minus tem-
pus fuerint præſtita alimenta, nihilominus dictũ
Soc. in loco de quo ſupra communiter ſequun-
tur Doct.quòd videlicet requiratur lapſus decen-
nij, vt eſt videre per nouiſſimos Repetentes in l.1.
ff. ſol. matr. circa materiam huius concluſionis
vide etiam Dida.Couar.lib.1.cap.7. var.reſol.ver.
ſic ex confeſſione receptæ dotis.Rol.à Vall. conſ.
85.num.43.lib.1.

23 Octaua concluſio eſt,quando † confeſſio,quæ
fit à marito,eſt de modica ſumma.Crauett.d.con-
ſil.40.nu.4. Quæ autem dicatur modica ſumma,
ponit Menoch. in tractat. de arbit. iud.caſu 145.
nu.2.cent.2.lib.2.

24 Nona concluſio eſt, quando † confeſſio mari-
ti de dote recepta pro parte probatur vera, quia
in totum præſumetur vera, iuxta not.per gloſſ.&
Doct.in l.2.C. de non nume.pecu. ita arguit Soc.
Sen.conſil. 82.col.2. in prin.lib.3.Crauett. conſil.
158.num.6.in fin.& conſil. 198. num. 6. confeſſio
enim quando eſt veriſimilis, inſpecta qualitate
cõiugum,& facultatibus mariti ſubſiſtit, vt poſt
alios voluit Pet.Io. Anc.q.32.num.8.par.2. præſer
tim quando habet adminicula veritatis.l.cùm ci-
tra.& ibi Bartol.C. de iur.dot.Boer.deciſ.333.Ant.
Gabr.lib.3.comm.concl.concl.4.num.4. in tit. de
don.Grat.reſp.55.num.38. lib.1.

25 Decima concluſio extat, quando †ante confeſ
ſionem mariti præcederet promiſſio dotis, quia
tunc magis præſumitur facta animo liberandi à
promiſſione præcedenti,quàm fraudandi.Cyn.in
l. in contractibus. C. de non num. pec. Crauett.
conſi.40.in prin.Afflict.deciſ.402.nu.2.Bald.No-
uell.in repe.l.1. nu.210.& ſeq.ff. ſol.matr. vbi am-
plè hoc declarat, & in tractat.de dot.priuileg.10.
col.7. Ruyn. qui dicit iſtam partem communem
conſ.183.col.fin.verſi. quinimo veriùs lib. 1. & de
magis commu.teſtatur Ant.Gab.qui concordan-
tes allegat lib.3.comm.concl.tit.de iur.dot.concl.
4.num. 2. Io.de Amicis conſil.136.num.2. & nu.4.
Grat.reſpon.54.numer.14.lib.1.& iſto caſu ſtatim
valet, nec etiam intra biennium poteſt opponi
exceptio non numeratæ dotis.Bellon.conſi.4.nu.
7.Alciat.reſponſ.332.

26 Vndecima concluſio eſt, quando † non ſolùm
conſtat per ſimplicem confeſſionem, ſed etiam
per veram numerationem, quia tunc confeſſio
mariti non præſumitur facta in fraudem. Grat.re-
ſpon.54. nu.38.lib.1.

Poſſent complurimæ aliæ concluſiones, ſiue
potius limitationes in vnum congeri circa iſtam
materiam, quas dedita opera omitto, tum quia
non faciunt ad caſum noſtrum, tum etiam quia
ex lectura Doctorum per me allegatorum de fa-
cili inueniri poterunt.

Nunc claudendo deciſionem eſt videndum,an
ſtantibus aliquibus ex dictis confeſſionibus vali-
dis, puta quòd fuerint morte confirmatæ,iuramẽ
to vallatæ, vel quòd præceſſerit promiſſio dotis,
vel alio modo, de quibus ſuprà, an inquam per di
ctas confeſſiones fiat præiudicium & creditori-
bus, & hæredibus mariti? & in hac dubietate di-
ſtinctè & intelligibiliter procedendo, iuxta com
munes traditiones Docto. tres ſunt conſiderandi
caſus, quibus ritè animaduerſis ad totalem facili-
tatem omnes contrarietates Doctorũ redigẽtur.

Primus caſus eſt, quando dubitatur an iſta cõ-
feſſio præiudicet hæredibus mariti confitentis,&
ipſimet marito, & iſto caſu dicunt communiter
27 Docto. † quod confeſſio iſta præiudicat & mari-
to & eius hæredibus.Bar.Bal. & Sal. in l. aſſiduis.
C.qui potior.in pign.habeau.Cuma.conſi.31. vbi
teſtatur de communi. Tiraquell.qui multos citat
in tractat.de vtroque retrac.gl.28. nu. 88. intelli-
gendo tamen hoc, dummodo non fuerit renun-
ciatum exceptioni non numeratæ dotis, quia ex
dicta renunciatione argueretur fraus.Ruyn.conſ.
127.num. 3. lib.4. & latè poſt multa conſilia Do-
ctorum ponit Pet.Io.Ancar.quæſt.famil.32.num.
2.par.2.& hoc procedit de facili, quando præſer-
tim ſumus in donatione iurata, vel quando præ-
ceſſit promiſſio dotis, quia licèt poſtea ſubſequa-
28 tur confeſſio dotis, †mulier præfertur non ſolùm
hæredibus ipſius mariti, ſed etiam anterioribus
creditoribus, cùm confeſſio illa retrotrahatur ad
tempus factæ promiſſionis, & tempus promiſſio-
nis attenditur, non autem tempus confeſſionis,
vt per totam deciſionem deducit Affl. deciſ. 402.
in cauſa Cæph.conſ.21.num.10.lib.1. idem voluit

Bulgari de Bulgarinis in rep.l.1.numer.46. ff. ſol.
mat.dicens quod confeſſio mariti, quãdo ſumus
in caſu validæ confeſſionis, tunc ex communi ſen
tentia Doct. nocet marito & eius hæredibus, &
ſic in vndecim caſibus per nos ſupra notatis, in
quibus deduximus ſubſiſtere confeſſionem mari-
ti, & in aliis ſimilibus præiudicabit & marito, &
eius hæredibus dicta confeſſio, etiam quòd fuerit
renunciatam exceptioni non numeratæ dotis,
quia dicta Ruyn.& aliorum procedunt, quando
ſumus in confeſſione inualida & ſuſpecta, ſed
quando nos ſumus in donatione à principio vali-
da iuxta multas exemplificationes à nobis ſupra
relatas, excepta donatione illa, quæ non valet à
principio, & morte confirmari debet, tunc vti-
que etiam quòd apponatur exceptio non nume-
ratæ dotis, confeſſio præiudicabit & marito, &
eius hæredibus, & hoc eſt de mente Scribentium
idem voluit Roland.à Valle conſil. 93.numer. 20.
num.30.& ſequent.lib. 1. Io. de Amic. conſil. 136.
29 num.2.& 4. dicens, † quòd ſtatim præiudicat vi-
ro & eius hæredibus, non expectato biennio. idẽ
eſſet ſi dicta confeſſio dotis fuiſſet facta à ſocero
30 in eius teſtamento, etiam abſente parte, † quia
dicta confeſſio ſoceri abſente parte in terris Ec-
cleſiæ de æquitate canonica probat.Riminal. cõſ.
108.num.15.vſque ad numer.21.libr.1. eſt bene ve-
31 rum, † quòd dicta confeſſio facta à ſocero de do-
te recepta poteſt reuocari, etiam quòd fuerit iu-
rata.Ruyn.conſil. ſexageſimo nono. num. vigeſi-
mo ſexto.& ſeq.lib.1.

Secundus caſus eſt, qui nullam prorſus habet
difficultatem, quando creditores ſunt anteriores
confeſſioni dotis, quia iſto caſu nemine diſcre-
32 pante admittunt Docto. quòd † confeſſio iſta nõ
præiudicet dictis anterioribus creditoribus. Bal.
in rub.C. de reuocan. his quæ in frau. cred. col.2.
Alexan.conſil.142.lib.5.Gozad.conſil.28.num.25.
verſic. decimo iſta confeſſio Crauett. conſil. 44.
num.1. Cæph. conſ. 21. num.9.lib.1.Ruyn.conſil.
183.num.1.& 2.lib.Didac. Couarr.lib.1.vari.reſol.
cap.7.ver. tertiò illud.in fin.vbi hanc opinionem
defendit, etſi anteriores creditores non haberent
hypothecam aliquam, ſed tantummodo perſona-
lem actionem ex ſententia.Caſtren.in l.1.vlt. col.
ff.ſol.matrim.

Tertius & vltimus caſus eſt, an confeſſio iſta
de recepta dote noceat poſterioribus creditori-
bus, & in hoc caſu eſt primùm aduertendum, an
ſimus in ſimplici confeſſione, quæ confirmatur
morte, quia iſto caſu non præiudicat dicta con-
33 feſſio poſterioribus creditoribus, quia † licèt di-
cta donatio retrotrahatur ad tempus factæ dona-
tionis, vt ſuperiùs dixi, hoc tamen eſt intelligen-
dum reſpectu fructuum, non autem reſpectu do-
minij.Bar.Bal.& Doct.in l.2.C. de inoff.donat. &
34 perinde eſt, acſi facta eſſet tempore mortis, † nec
nocet poſterioribus creditoribus habentibus cau
ſam oneroſam. Campeg.in tract.dot.quæſt.53.Bel
lon.conſil.47.nu.6. & ita eſt intelligendus Ruyn.
conſil.132.col.3.lib.4.Rolan.à Valle conſil.93.nu.
35 32. lib. 1.ſimiliter non noceret † dicta confeſſio,
quando eſſemus in caſu vbi fuiſſent tantummo-
modo præſtita alimenta vxori, etiam per decen-
nium, niſi concurrerent aliæ coniecturæ Bellon.
36 conſil.48.num.2.† Neque etiam noceret quotieſ-
cũque per creditores poſſet doceri de aliqua frau
de, vt deducit Couar.d.cap.7.lib. 1. var. reſol. in
quo cap.ſatis ſeriosè hanc materiam pertractat.

Quando tamen eſſent defluxa tempora oppo-
nendi exceptionem non numeratæ dotis, tunc
37 † confeſſio mariti noceret etiam poſterioribus
creditoribus, quia eo caſu tantum operatur con-
feſſio mariti, quantum vera & realis ſolutio, &
eſt communis opinio, vt per Afflict.d. deciſ. 402.
col.4.in fi. ver.item vera concluſio. Alex. conſil.
123. lib.6.conſil.90.col.2.lib.3.Gozad. conſil. 42.
col.3.ver.quintò licet.Rol.à Valle conſil.85.num.
42.lib. 1. Franc.Burſat. qui etiam de communi te-
ſtatur.conſil.32.num.42.lib.1.

Si autem non eſſet elapſum biennium, tunc v-
38 tique † confeſſio illa (niſi eſſet vera) non omnino
præiudicaret poſterioribus, quin poſſent oppo-
nere defectus dictæ confeſſionis. Afflict. d. deciſ.
402. etiam quòd maritus renunciaſſet exceptioni
non numeratæ dotis. Pet.Io.Ancar. quæſt. famil.
39 32.num.7.par.2.dicens, quòd † renunciatio mari-
ti non debet obeſſe creditoribus.l. ſi vnus. §. ante
omnia. ff. de pactis, quæ renunciatio licèt præiu-
dicet marito, & eius hæredibus, non tamen præ-
iudicat creditoribus & eius hæredibus. Bellon.
conſil.47. numer.4.aliàs eſſet in poteſtate mariti
fraudare creditores contra l. 1. §. ſi culpam. ff. ſi
quid in frau. patro. intelligendo tamen prædicta
quòd ſi creditores habuiſſent cauſam à marito
poſt lapſum biennij, lapſus temporis eis noceret.
40 Si autem † creditores habuiſſent cauſam à ma-
rito intra tempus opponendi exceptionem non
numeratæ dotis, & ignoraſſent dictam confeſſio-
nem, tunc reſtituerentur in integrum creditores
ad opponendam dictam exceptionem non nume
ratæ dotis. Gozad. qui de communi teſtatur conſ.
28.num.20.Pet.Io.Ancar.quæſt. famil. 32.num.2.
41 par.2.vbi ex intentione Gozadi.dicit dictam † re-
ſtitutionem intelligi petitam, quando in libello
fuiſſet facta mentio dictæ exceptionis, & in fine
libelli adeſſet clauſula, peto ius, & iuſtitiam mi-
niſtrari. & cùm ſimus in his quæ ſunt facti, igno-
rantia præſumitur l. in bello.§.facta.ff.de capti.&
poſtli.reuer. & ita eſt intelligendus Gozad. qui vi
detur ſibimet contrarius in conſil.42.num.13.

In caſu autẽ noſtro, vt reuertamur quò digreſſi
ſumus, iſta Domina Magdalena tantummodo o-
ſtendebat inſtrumentum confeſſionis dotis, non
præcedente aliqua dotis promiſſione, nec con-
currebat aliqua ex ſupra narratis præſumptioni-
bus ad fauorem ipſius Magdalenæ, propterea iu-
dicaui dictam confeſſionem nõ officere anterio-
ribus creditoribus, & ſic contra dictam Dominã
Magdalenam. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, & curator tenentur dare pecunias pupilla-
res ad honeſtum lucrum, & ad cambium, aliàs
tenentur ad intereſſe.*
2 *Prædia venalia quæ emi potuiſſent, opus eſt proba-
re, ad*



*re, ad hoc vt teneatur tutor, & infra, nu.3.& 4.*
5 *Pupillus debet probare fuiſſe repertos volentes pe-
cunias ad cenſum, cambium, & in mercaturam.*
6 *Proclama, & bannimẽta ſunt modi probandi præ-
dia fuiſſe venalia.*
7 *Bannum publicatum præſumitur deueniſſe ad no-
titiam omnium qui ſunt de loco, & ibi commo-
rantur.*
8 *Tutor probabitur inueniſſe prædia venalia, ſi fue-
rit requiſitus, an voluerit emere talem fundum.*
9 *Venditiones bonorum ſtabilium banniri ſolent.*
10 *Tutores dicuntur eſſe in dolo in non dando pecu-
nias ad honeſtum lucrum, ſi fuerit probatum per
proxenetas, & mediatores ad hoc fuiſſe requiſi-
tos, ipſóſque tutores recuſaſſe.*
11 *Proxenetis non creditur, niſi vtraque parte conſen
tiente, & eſt magis communis opinio.*
12 *Proxenetæ admittuntur, quando alij teſtes haberi
non poſſunt.*
13 *Minorum fauore, multa fuere introducta.*
14 *Tutoris ſcientia, dicitur ſcientia pupilli.*
15 *Romæ, Venetiis, Lugduni, & in aliis ciuitatibus
inſignibus ſolent dari pecuniæ ad cambia, & re-
cambia, & in multis locis adſunt montes non va
cabiles.*
16 *Notorium facti permanentis ſufficit allegare.*
17 *Notorium prædictum non opus eſt allegare, quan-
do conſtat ex actis de dicto notorio.*
18 *Notorium quid ſit, & quomodo probetur, hic re-
miſſiuè ponitur.*
19 *Notorium prædictum ſufficit eligere in allegatio-
nibus iuris, & poſt concluſum in cauſa, & iudex
poteſt ex officio ſe informare.*
20 *Notorium ideo non requirit cauſæ cognitionem,
quia in eo ordo iuris eſt ordinem non ſeruare.*
21 *Notorium non facti permanentis requirit proba-
tionem.*
22 *Notorium non facti permanentis requirit ſenten-
tiam declaratoriam.*
23 *Notorium tunc dicitur probari, quãdo factum ſui
natura tale eſt, vt omnes ſciant, vel veriſimiliter
ſcire poſſint.*
24 *Tutoris negligentia probatur, quando fuiſſet cita-
tus à volente ei vendere prædium, & dictus tu-
tor recuſaſſet.*
25 *Notitia inducitur per actus iudiciales, & notifi-
catio ſtatim cenſetur perfecta, quando relatio fit
à nuncio.*
26 *Tutores recuſantes ponere pecunias ad honeſtum
lucrum ſunt ſuſpecti, ne bona minorum in eorum
vtilitatem conuertant, & tenentur ad duplum
& intereſſe.*
27 *Tutores non tenẽtur de caſibus fortuitis, qui præ-
uideri non poſſunt.*
28 *Mors connumeratur inter caſus fortuitos.*
29 *L.fin.C.de peric.& commo.rei vendi.explanatio,
& inductio.*
30 *Tutor qui deponit pecuniam apud campſorem, cu
ius fides erat publicè approbata, non tenetur ſi
pecuniæ fuerint deperditæ.*
31 *Tutoribus non eſt permiſſum ſimpliciter dare pecu
nias ad honeſtum lucrum, ſed in ſubſidium, quã-
do non reperirentur, bona ſtabilia venalia, cum
declaratione vt hic.*
32 *Peruſiæ reperiuntur quotidie bona ſtabilia vena-
lia, & homines perquirentes pecunias ad cẽſus,
& ad mercaturas.*
33 *Tutor debet prouidere periculũ mortis, & multa
de morte hic ſubiiciuntur.*
34 *Tutor non teneretur de interitu pecuniarum po-
ſitarum ad ſocietatem officij, quando pater dicti
tutoris fuiſſet ſolitus dictas pecunias ponere ad
ſocietatem officij.*
35 *Tutor magnatum perſonarum poteſt dare pecu-
nias ad ſocietatem officij, quãdo pupillus eſt val
de diues.*
36 *Tutores omnes poſſunt dare abſque eorum peri-
culo paruas quantitates pecuniarum pupillariũ
ad ſocietatem officij, arbitrio iudicis.*

### Argumentum.

Tutor, qui dedit pecunias pupillares ad
ſocietatem officij, tenetur de amiſſione
dictarum pecuniarum, ſi euenerit quòd
ille in perſonam cuius erant poſitæ, moria
tur intra ſex menſes, vel poſtea ante diſdi
ctam, quòd de facili procedit adhibitis
limitationibus in calce deciſionis per Au
thorem conſideratis, caſus nouus, & à Do
ctoribus hactenus non adnotatus.

Notorij permanentis, & non permanẽ
tis multa ponuntur.

In diſcurſu deciſionis deducuntur mo-
di, quibus tutores, & curatores conuin-
cuntur de ſcientia & notitia, videlicet bo
na fuiſſe reperta venalia, nec non eos po-
tuiſſe dare pecunias ad honeſtum lucrũ,
& recuſaſſe.

TVTOR quidam, cuius nomẽ pro
meliori conticetur, dederat ad ſo-
cietatem officij in perſonam, puta
Titij ſui nepotis, mille aureos de pe
cuniis cuiuſdam pupilli, cuius tu-
telam gerebat: qui quidem nepos cùm fuerit mor
tuus intra primum ſemeſtre, & pecuniæ dicti pu-
pilli fuerint deperditæ, præfatus pupillus cùm ex-
iuiſſet non ſolùm de tutela, ſed etiam de cura, &
ageret XXVI. annum, & vltra, inſtituit iudicium
contra dictum tutorem pro recuperatione dicto-
rum ſcutorum mille, & intereſſe lucri ceſſantis,
aſſerens ex cauſa ipſius tutoris amiſiſſe dictas pe-
cunias, quandoquidem in ciuitate Peruſina in-
ueniebantur prædia venalia, nec non pecuniæ in
tuto potuiſſent poni ad honeſtum lucrum abſque
periculo amiſſionis capitalis, puta ad cenſus per-
petuos, ad cambium, ac etiam ad licita & honeſta
lucra mercaturæ, quod lucrum mercaturæ licèt
ſtet ſub periculo fortunæ, à communiter tamen
accidentibus regulariter, vt plurimum in merca-
turis & negociationibus homines ſolent ſuperlu
crari. Pro parte dicti tutoris, quòd ritè fecerit in
dando dictas pecunias ad ſocietatem officij, facit
doctri.Bart.in l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt.
1 & §. ſeq.ff.de admin.tut.vbi dicit, quòd † tutor, &
curator tenentur pecunias pupilli dare ad hone-
ſtum lucrum, & ad cambium, non autem illas te-

nere in abſcondito, aliàs tenentur de ſuo reddere
tantundem pupillo, & ad intereſſe. idem voluit
Rom.ſing.179.iure hodierno Alex.conſil.108.nu.
6. lib.1.Roland.à Valle conſil.49. num.34.& ſeq.
lib.1. Caualcan. in tract. de tuto.& cura.num.113.
Riminal.conſil.325.num.21.lib.2. Gramm.dec.103.
2 num.22.& 23.† dummodo tamen probetur, tunc
tēporis fuiſſe prædia venalia, quæ emi potuiſſent.
Bar.in d.l.tutor qui repertorium, §.ſi poſt depoſi-
tionem.propè fi. Soc.Sen.conſil.149.col.2.lib.1.&
conſil.278. col. 4. & conſil.283.col. 5.lib.2.Ruyn.
conſil.92.nu.3.lib.5. Dec.conſil.178.in fi. & conſ.
430.num.4.& conſil.562.nu.12.Crauett.conſil. 21.
num.5.Rolan.à Valle conſil.9.num.34.lib.1. Plot.
in l.ſi quando.num. 219. C. vnde vi.Cæph.conſil.
65.num.19.lib.1. Roland.à Valle in tractat.de luc.
dot.q.64.num. 20.Franc.Marc.deciſ.167. num. 9.
parte 2.Caualcan.in tract.de tut.& cur. num. 115.
Menoch. in tractat.de recup.poſſeſſ. in 7. remed.
num.23.& in tract.de arb.iud.caſ.49.num.6.lib.2.
cent.1.& hæc eſt communis, & recepta opinio, tā
antiquorum, quàm modernorum Doctorum.be-
3 ne verum eſt, quòd † ex parte pupilli debet pro-
bari prædia fuiſſe venalia, cùm ſit fundamentum
intentionis ipſius. Bart.in d.§.qui poſt depoſitio-
nem. in fin.Menoch.in d. tract.de arb.iud.caſ.49.
4 num.6.cent.2.lib.1.& † quemadmodum ex parte
pupilli debet probari fuiſſe reperta prædia vena-
lia, ad hoc vt tutor teneatur ad intereſſe, ita etiam
5 ex identitate rationis, ex parte † pupilli neceſſe
erit probari, quòd fuiſſent reperti volentes dictas
pecunias ad cenſum, vel ad cambium, vel in mer-
caturam, declarando tamen vt infra ſtatim ſubii-
ciam, modus autem probandi tunc temporis fuiſ
ſe reperta bona venalia, vel quòd aliquis cepiſſet
ad cenſum, cambium, vel ad negociationes mer-
6 caturæ, erit, puta, † quòd in plateis, vel in aliis lo-
cis publicis fuerint facta proclamata, & bannimē
ta, ſi quis voluerit emere tale prædium, vel agrū:
7 bannum † enim publicatum præſumitur deueniſ-
ſe ad notitiam omnium, qui ſunt de loco, & ibi
commorantur.Bal.in l.doli mali.ff.de nouat.& in
l. noſtram.col.fi.C. de teſtam.Alex.conſ.65.col.2.
lib.3. Iaſ.conſil.46.col.3.lib.3.& in l.is poteſt.col.
12.ff.de acquir.hæredit. Ant.Gabr. lib. 6.commu.
concl.tit. de reg.iur.concl.5. numer.16. vel quod
8 † probetur dictum tutorem fuiſſe requiſitum, an
vellet emere talem fundū, & aliis modis, quibus
tutor poſſet conuinci ſibi eueniſſe occaſionem
bona emendi, & noluiſſe emere. & hæc exempla
deſeruiant quo ad bona ſtabilia, quorum bonorū
9 † ſtabilium venditiones, vt plurimum banniri ſo-
lent, & ita ſeruatur hic Peruſiæ, in ciuitate mea
Aſſiſij, ac in ciuitate Foriſempronij, quam veluti
patriam meam diligo.

Circa verò pecunias, quæ potuiſſent dari ad
cenſum, ad cambium, & ad lucrum mercaturæ,
quia de iſtis rebus non ſolent fieri proclamata, ſed
hic Peruſiæ per proxenetas, ſeu vt vulgò dicitur,
ſenſales, & mediatores, ſolent ſimilia pertractari,
10 crederem † conſtitui in ſcientia, quando per ſupra
dictos, vel alios probaretur fuiſſe requiſitos ad
dandum pecunias ad aliquod honeſtum lucrum,
vt ſupra, & hoc facere recuſaſſent: & licèt iſtis
11 † proxenetis regulariter nō credatur, niſi vtraque
parte conſentiente glo.in Authen.de inſtru.caut.
& fid. §.in his.in ver.ad numeratorem, & eſt ma-
gis communis opinio, de qua teſtatur Ant.Gabr.
vbi ponit ampliationes, & limitationes libro 1.
comm.concl.tit. de teſti.concl.20.num.3.& vltra
eum Campeg.in tract.de teſti.regul.85.Crot.cum
addit.Menoch.in eodem tract.in 4.par.nu.83.idē
voluit Curt.pariter eodem trac.concl.43.Nihilo-
12 minus hæc regula limitatur, † quando alij teſtes
haberi non poſſunt.Butr.in c. cum dilectus. extra
de elect. Corn. conſil.63.col.2. in fin. lib.1. Marſi.
ſing.533.Ant.Gabr. vbi ſuprà.num.7. & tantò ma
gis iſti mediatores ſunt admittēdi in caſu noſtro,
13 cùm verſetur † fauor minorum, quorum fauore
multa à iure fuere introducta toto tit. ff. & C. de
minor. & ſumma dummodo legitimè probetur
dictum tutorem recuſaſſe dare pecunias ad hone-
ſtum lucrum, tenebitur ad intereſſe ipſi pupillo,
vt ſupra dixi. Nec eſt mirùm quòd tutor teneatur
ad intereſſe, quia iſta ſcientia tutoris nocuit ipſi
14 pupillo, cùm † ſcientia tutoris dicatur ſcientia i-
pſius pupilli.l.1.§.fi.C.de falſ.mone.Bald.in l.2.C.
de reſcind.vend.Neuiz.conſ.20.numer.34. Franc.
Burſat.conſil.64.num.37. libr. 1. non eſt mirum ſi
tutor tenetur ad damna & intereſſe, & huiuſmo-
di exempla de proxenetis, & aliis teſtibus deſer-
uiunt potius pecuniis quæ dantur ad honeſtum
lucrum in mercaturis ad cenſus, & ad ſocietatem
officij, quàm ad cambium, licèt etiam in ciuitati-
15 bus inſignibus, † vt Romæ, Venetiis, & Lugduni
per ſimiles etiam perſonas ſoleat tractari mutua-
tio pecuniarum ad cambia, & recambia: in qui-
bus ciuitatibus, vel ſimilibus adſunt bancha, &
rationes, quæ continuò accipiunt pecunias ad cā
bium, & recambium, & in multis locis adſunt
montes non vacabiles, qui reddunt tot pro quo-
libet centenario: nam in iſtis locis tutores ſtatim
quòd non ponūt pecunias ad honeſtum lucrum,
tenentur ad intereſſe, etiam non docto per teſtes,
quòd pecuniæ potuiſſent dari ad honeſtum lu-
16 crum, quia cùm ſimus † in notorio facti perma-
nentis, non eſt opus aliqua probatione, ſed tan-
tùm allegari ſufficit.Grammat.deciſ.105. num.16.
Capit.deciſ. 124.num.7. Didac.Couar. lib.2. var.
reſol.cap.6. verſ. verùm immerito.Bart. Grat. re-
ſpon.112. num.29. lib.1. & reſpon.83.num.6. eod.
lib. quod quidem notorium facti permanentis
ſufficit allegare abſque alia probatione. Grat. re-
ſpon.83.num.8.lib.1.& 90.num.2. & 112. num. 30.
eod. libr.& reſpon.81. num.37.& reſpon.85.num.
8.lib.2. Natt.conſ.219.num.4.& conſ.275.num. 1.
Rolan.à Valle conſil.68.n.22.lib.2.Soc.Iun. conſ.
65.num.39.lib.1. & conſil.34.numer. 14. lib.2.Ma-
rant.in tract.iud.in 6.par.ver. appellatio. nu. 142.
Vant. in tractat. nullit.in tit.quis poſſit dicere de
17 nullit. num. 53. † vbi dicit, non requiri allegari,
quando ex actis conſtaret de notorio, idem vo-
luit Menoch. in tract. de arbit. iudi.caſ.166.num.
18 6.lib.2.cent.2.vbi declarat quid ſit † notorium, &
quomodo probetur idem quod ſupra, quòd ſuffi-
ciat allegatio notorij. voluit Cæph. conſ. 82. nu.
52.lib.1. & conſ. 85.num.23. eo.lib.vbi dicit ſuffi-
19 cere allegari † in allegationibus iuris, immo poſt
concluſum in cauſa poteſt notorium deduci.Go-
zad.conſ. 85.n.12.de quo quidem notorio poteſt
iudex



iudex ex officio ſe informare. Crauett. conſ. 104.
nu.9. & nimirum ſi ſuper notorio cauſæ cognitio
20 non deſideratur, † cùm in eo ordo iuris ſit ordinē
non ſeruare.Spec.in tit. de expen.§.vltim.in fi.Fe-
lyn.in c.audientiam.de accuſa.Pariſ.conſ.147.lib.
4. Grammat.deciſ.36.num.36.Butr.Boſſ. & Foler.
quos refert & ſequitur Grauat. in adnot. ad pra-
xim Veſtri.cap.11.lib.5. num.4.& tradunt alij paſ-
ſim, & ſic quando ſumus in iſto notorio facti per-
manentis, videlicet quòd in vrbe adſint bancha,
& rationes, quemadmodum banchum Altuito-
rum, & ſimilium, tunc & eo caſu tā in vrbe, quàm
in aliis locis, vbi adſunt bancha, & rationes, tu-
tores tenentur ad intereſſe, niſi emerint prædia,
vel poſuerint pecunias in iſtis rationibus, ſiue
montibus ad honeſtum lucrum, & ſufficit allega-
re exiſtentiam dictorum banchorū numulariorū,
vel ſimilium perſonarum, cùm ſimus in notorio
facti permanentis, vt latè ſuprà deduxi: ſin autem
21 eſſemus † in notorio non facti permanentis, tunc
requireretur probatio dicti notorij.gloſ.2.q.1. de
tranſac. Capit.d. deciſ.124. nu.7.Cyn.in l. ea qui-
dem.nu.2.q. vbi etiam Bal. C. de accuſ.Iaſ. in l. ſi
verò. §. qui pro rei qualitate. col. 2.ver. ſecundò
aduerte.ff.qui ſatiſda. cogan.Dec. in c. conſuluit.
el primo. in 3. notorio.extra de appell. Roland. à
Valle qui poſt alios atteſtatur de communi, conſ.
22 99.num.16. lib. 1. Natt. conſ.275. nu.3.vbi † dicit
requiri ſententiam declaratoriam.Notorium au-
tem dicitur pluribus modis conſtare, vt deducit
Menoch.in tract.de arbi.iud.caſ. 166.cent.2.lib.2.
concludens tamen hoc relinqui arbitrio iudicis,
qui quidem debet arbitrari, tunc dici probatum
23 † notorium, quando factum ſui natura tale eſt, vt
omnes ſciant, vel veriſimiliter ſcire poſſint, pro-
24 baretur quoque alio modo negligentia † tutoris,
quando fuiſſet citatus à vicino habente prędium
propè fundum pupilli, & vicinus offerret ipſi tu-
tori vendere pro iuſto pretio dictum prædium,
aliàs proteſtaretur aliis venundari, quemadmo-
dum quotidie practicatur in patria mea Aſſiſij,
vbi ex quo habemus ius congrui, citantur quoti-
die vicini, eiſque proteſtatur, quòd niſi intra tan-
tum temporis ſpacium emerint tale prædium, ve-
nundabitur aliis, & iudex ſolet impartiri licentiā,
quòd niſi intra tot dies emerit vicinus, poſſit cui-
cunque venundare dictus vicinus oblatum præ-
dium, vel agrūm: nam ſi accideret, quòd huiuſ-
modi proteſtatio fieret alicui tutori, & ille recu-
ſaſſet emere quatenus haberet pecunias pupilla-
res præ manibus, diceretur verſari doloſè in tu-
tela, & teneretur ad intereſſe ipſi pupillo, & iſto
25 caſu † dicitur tutor habere notitiam rei venden-
dæ, cùm per actus iudiciales hoc ei fuerit notifi-
catum. Cæphal.conſil.57.num.33. lib.1. quæ noti-
ficatio iudicialis ſtatim cenſetur perfecta quādo
fit relatio à nuncio. idem Cæphal. conſil. 77. nu.
52. lib.1. notorium enim dicitur quod ex actis re-
ſultat. Soc.Sen. conſil.38.col.8. ver. ſeptimò prin
cipaliter. lib.1. Soc.Iun.conſil.16. numer.18.lib.1.
Pariſ.conſ.3. n.7. lib.4.Neuiſ. conſ.81.nu.32.Men.
in tract.de arbit.iud.caſ.166.n.6.cent.2.lib.2.poſ-
ſent excogitari plura exempla, quibus eſſet de fa-
cili deducere tutorem fuiſſe negligentem in emē-
dis prædiis, vel in dando pecunias ad honeſtum
lucrum, quę conſultò omitto: quid enim excogi-
26 tari poteſt de iſtis † tutoribus recuſantibus pone-
re pecunias ad honeſtum lucrum, vel in emptio-
nem prædiorum, niſi quòd ipſi in ipſorum vſus.
& in vtilitatem bona minorum cōuerterint, quo
caſu tenentur ad duplum, & ad dāna, & intereſſe
ipſis pupillis. d.l.tutor qui repertorium, §.ſi quas
vſuras.Latiſſimè multos cumulans tradit Caual-
can. in trac.de tut. & cura.num.116.Redeundo ad
quæſtionē propoſiti caſus à nemine poſiti, quòd
ego viderim, dico quòd prima facie videbatur di
cendum iacturam dictarum pecuniarum cedere
damno ipſius pupilli, non autem tutoris, per tex.
in l. tutoris, C. de peric. tut.vbi Imperator dicit,
27 † tutores non teneri de caſibus fortuitis, qui præ
28 uideri non potuerunt, † mors autem videtur cō-
29 numeranda inter caſus fortuitos. † l.fin. C.de pe-
ric. & commod. rei vendi. vbi ſi ancilla moriatur
poſt perfectam venditionem, & non haberet vi-
tium latens, & venditor non fuerit in mora, peri-
culum ſpectat ad venditorem: ſecundò per doctri
nam Petr. de Vbal. in tract.de duob.fratr.par.8.in
30 prin. num.4. vbi dicit, † quòd tutor qui deponit
pecuniam apud campſorem, cuius fides erat pu-
blicè approbata, quia etiam alij deponebant pe-
cunias, ſi pecuniæ fuerint deperditæ, periculum
non ſpectat ad tutorem, ſed ad pupillum, ex quo
tutor in nulla culpa fuit. Verùm prædictis nō ob-
ſtantibus contrarium puto de iure verius, quòd
immo damnum pecuniarum amiſſarum cedat in
damnum tutoris, non autem pupilli, quia vt ex
dictis omnium Doctorum ſupra allegatorum vi-
31 deri poteſt, non permittitur † tutoribus ſimpli-
citer dare ad honeſtum lucrum pecunias, ſed in
ſubſidium, vbi non reperiuntur bona ſtabilia ve-
nalia, & hoc præſertim, quando pater non fuiſſet
ſolitus pecunias dare ad honeſtum lucrum, & ad
mercaturas, vel etiam quod fuiſſet ſolitus, & tu-
tor non fuiſſet induſtrioſus quemadmodū pater.
Bar. in l.Titium & Mæuium. §. alteram.ff. de ad-
mi.tut.Soc.Sen.conſil.24. num.44. lib.1. Plot. in
tract.de in lit. iur.§.quinto.n.18.Rimin.conſ.300.
num.71. lib.2. Plot. in d. tract.de in lit. iuran.§.5.
num.18. & tantò magis hoc non videtur permiſ-
32 ſum in ciuitate noſtra † Peruſina, in qua quotidie
reperiuntur bona ſtabilia venalia, ac etiam ho-
mines perquirentes pecunias ad cenſus, & ad mer
33 caturas: præfatus enim † tutor debebat præuidere
periculum imminentis mortis, quia homines o-
mnes nati ſumus, & propoſita eſt omnibus fortu
næ telis vita noſtra, nec eſt dolendum, quominus
ea qua nati ſumus conditione viuamus, vt diui-
nus ille Plato dicere conſueuerat, & mors accidit
vniuerſis, vt ait Horat. Pallida mors æquo pulſat
pede, pauperum tabernas, Regúmque turres. &
ſunt qui hariolos eſſe profiteantur, vt optimè de-
clarat Beneuenut.Strach.in tract.de mercat.in tit.
de ſponſion.in 4.par.nu.7.

Nec obſtant allegata ſupra in contrarium, quia
loquuntur in diuerſis terminis: cui enim dubiū
eſt, quòd l. tutoris.C. de peric. tuto. loquitur de
periculo, quod præuideri non poterat, ſimiliter
l. fin. C. de peric. & commo. rei vend. dicit peri-
culum interitus ſpectare ad emptorem, niſi ven-
ditor fuerit in mora. Pariter doctri. Pet. de Vbal.

nō obſtat, quia cùm regulariter pecuniæ quæ deponuntur apud bancherios, ſoleant eſſe ſecuræ, ſi caſu dictæ pecuniæ amittantur, periculum non ſpectat ad tutorem, ſed ad pupillum: in caſu autē noſtro ſumus in diuerſis terminis, quia per iſtum tutorem poterant emi bona ſtabilia, vel pecuniæ poterant dari ad cenſum, & in ſubſidium ad honeſtum lucrum mercaturæ, quando tamen pater dicti pupilli dictas pecunias fuiſſet ſolitus dare ad lucrum in mercaturis: cùm autem eas dederit ad ſocietatem officij, in qua vertitur periculum mortis, & ſic amiſſionis pecuniarum, prout euenit in caſu noſtro, intrepidè eſt dicendum dictum tutorem teneri tum ad reſarciendum ipſi pupillo ſortem principalem, tum etiam lucrum ceſſans, ſiue intereſſe: quia ſi tutor tenetur, quando pecunias poſuiſſet ad lucrum mercaturæ ſimpliciter, non facta prius diligentia emendi bona ſtabilia, vel pecunias collocandi in tuto. iuxta doctrinas ſupra allegatas, quanto fortius eſt dicendum dictum tutorem teneri, quando dederit dictas pecunias ad ſocietatem officij, in qua maius vertitur periculum amiſſionis ob mortem futurā arg. aut. multò magis, C. de ſacroſan. eccle. cum vulga.

Iudicaui ergo amiſſionem dictarum pecuniarum ceſſiſſe damno ipſius tutoris. cùm eſſemus in ciuitate hac in qua pecuniæ poterunt poni in tuto, vel in emptionem prædiorum vel ad cenſum perpetuum cōuerti, prout deductum fuit in proceſſu, præſertim cùm dictus pupillus non ſit magnæ qualitatis, & diuitiis minimè abundet, eodēmet modo teneretur tutor, ſi poſuiſſet pecunias ad ſocietatem officij in perſonam ipſius pupilli, qui intra ſex menſes fuiſſet prædefunctus, quia hęredibus pupilli tutor teneretur, niſi eſſemus in aliquibus ex prædictis limitationibus, tamen cōcluſionem iſtam ſi caſus occurreret, limitarem
34 duobus, vel tribus modis. †Primò, quando pater tutoris fuiſſet ſolitus illas pecuniarum quantitates dare ad ſocietatem officij, quia quemadmodū tutor poteſt ponere pecunias ad honeſtum lucrū mercaturæ, quando pater pupilli hoc facere ſolitus erat. Soc. Sen. d. conſil. 24. libr. 1. Riminal. d. conſil. 300. lib. 2. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. quinto. nu. 15. ita ex identitate rationis tutor poterit dare pecunias pupillares ad ſocietatem officij, quemadmodum erat ſolitus dare pater dicti pupilli, & iſto caſu damnum cedet ipſi pupillo,
35 non autem tutori. Secundò, quando eſſemus† in tutore cuiuſdam magnatis, & valde diuitis arbitrio iudicis, quia quemadmodum tutores ſimiliū perſonarū poſſunt honeſtè aliquid donare, quòd aliis tutoribus non eſt permiſſum. Iaſ. in l. pactum curatoris. num. 2. ver. hinc eſt. C. de pact. Rolan. à Valle conſil. 18. num. 56. & 59. & nu. 63. lib. 2. Caualcan. in tract. de tut. & cura. num. 121. vbi etiam dicit tutores poſſe donare pro ſeruitiis, & bene meritis, ita à maioritate rationis videtur permiſſum tutoribus magnatum illuſtrium & diuitum perſonarū dare aliquas pecuniarum pupillariū quantitates ad ſocietatem officij. arg. not. per Euerar. in cent. ſua, legali in loco de minori ad ma-
36 ius. Tertiò, limitarem ſupradicta †in omnibus tutoribus qui dediſſent paruas pecuniarum quantitates ad ſocietatem officij, attētis diuitiis & qualitate ipſius pupilli, quia non ſolum tutores magnatum & principum, ſed etiam omnes tutores poſſunt aliquid honeſtè donare ſecundùm qualitatem perſonæ. Riminal. conſil. 84. num. 25. lib. 1. ſi ergo poſſunt aliquid honeſtè donare, multò magis poterunt aliquam pecuniarum ſummam dare ad ſocietatem officij, quòd non eſt ſimpliciter donare, licèt in iſtis ſocietatibus verſetur periculum mortis, & hoc arbitrio & religioni iudicare debentis, attentis diuitiis, qualitate perſonæ, & aliis circunſtantiis, relinquitur. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſtituti clauſula ad hoc vt operetur, eſt neceſſe quòd conſtituens probet, quòd tempore facti conſtituti poßidebat. Fallit quando eſſemus in antiquis, quod declara procedere, quo ad ſemiplenā probationē, quæ ſuppleatur ex aliis indiciis aut adminiculis, & nu. 2.*

3 *Donatio rei litigioſæ non ſubſiſtit, declara vt infra nu. 9.*

4 *Litigioſa res quando dicatur remißiuè.*

5 *Donationis titulus eſt validus & permiſſus.*

6 *Clauſula illa, ceßit atq; cōceßit omne ius, omnémque actionem, & petitionem, iuncta alia clauſula, ponens ex nunc in locum ſuum proprium, tāquam procuratores & dominos in rem ſuam, operatur, vt licèt donatarius non habeat dominiū poßit agere rei vendicatione.*

7 *Quæcunque, dictio, cum verbis hic adnotatis operatur, acſi de bonis expreſſa mētio facta fuiſſet.*

8 *Confeßio facta poſitionibus probat contra confitētem, nec poteſt reuocari niſi docto de errore.*

9 *Litigioſa bona tunc poſſunt donari ſuper poſſeſſorio, quando lis erat ſuper petitorio.*

10 *Pactum de non alienando abſque hypotheca non impedit dominij tranſlationem.*

### Argumentum.

Conſtituti clauſula, quomodo & quando operetur, hic cum limitationibus adnotatur.

Litigioſæ rei donatio quādo valeat, hic declaratur.

Clauſula ceſſit atque cōceſſit omne ius, omnémque actionem, ponens in locum ſuum, quid operetur.

Confeſſio facta in poſitionibus, non poteſt reuocari niſi docto de errore.

Pacto de non alienando abſque hypotheca non impedit dominij translationē.

DON Gentiles Filiaſtrellus de caſtro Paciani degens olim in caſtro inſulę maioris lacus, & agri Peruſini, donauit irreuocabiliter inter viuos, Iacobo Pauli de dicto caſtro, & cuidam Ser Ceciliano omnia & ſingula ipſius Don Gentilis bona, ſita in dicto caſtro



caſtro Paciani, quæ bona deuenere ad manus Ser Andreæ de dicto caſtro. Hæredes dicti Iacobi, & Ser Ceciliani egerunt contra dictum Ser Andreā & eius in cauſa procuratorem pro conſequendis rebus donatis & ab ipſo perperā detentis, & cauſa redacta ferè in termino expeditionis contra agentes quamplurima obiiciebantur.

Primò, quia Don Gentiles videtur donaſſe bona ſita in caſtro Paciani noui, non autem bona quæ habebat in caſtro Paciani veteris, & ex proceſſu conſtat à char. 82. & 88. duo reperiri caſtra Paciani, vnum caſtrum Paciani noui, alterum verò Paciani veteris, & ex verbis donationis videtur voluiſſe donare bona ſita in caſtro Paciani noui tantùm.

Secundò, quia prætenditur dictum Don Gentilem tempore factæ donationis non poſſediſſe dicta bona, adeſſé autem donationis, & ad hoc
1 † vt operetur clauſula conſtituti in donatione appoſita, eſt neceſſe quòd conſtituens tempore facti conſtituti poſſideat, vt latiſſimè deducit Tiraq. in tractat. conſti. poſ. limit. 1. & vltra cum idem voluit Riminal. conſil. 147. nu. 10. Natt. conſil. 171. nu. 8. & conſil. 439. num. 2. Alciat. reſpon. 99. num. 2. & num. 5. Grat. reſpon. 94. num. 15. & reſpon. 117. nu. 15 lib. 1. Gozad. conſil. 42. n. 7. immo nō ſufficit poſſeſſio conſtituentis, niſi conſtitues tēpore cōſtituti ſciuiſſet ſe poſſidere Riminal. conſil. 94. nu.
2 34. † niſi tamen eſſemus in antiquis, quia inſtrumentum antiquum in quo apparet quem ſe conſtituere poſſidere fundum nomine Titij, præſumitur ex antiquitate temporis poſſeſſionem fuiſſe penes conſtituentem. Natt. conſil. 235. num. 11. quod tamen tu declara procedere non habere locum quo ad plenariam probationem dominij reſultantem ex dicto conſtituto, ſed quo ad ſemiplenam probationem, quæ ſuppleatur ex aliis indiciis, aut adminiculis. Crauett. in tract. de antiq. temp. par. 1. in §. viſo de fama num. 21.

Tertiò, quia prætenditur dicta bona donata tē
3 pore factæ donationis† fuiſſe litigioſa, & ſic donationem non ſubſiſtere. Bar. in l. 1. §. ſi inter. ff. de li-
4 tig. & in auth. litigioſa. C. de litig. † quando autē res dicatur verè & propriè litigioſa, ponit Didac. Couarr. in lib. pract. quæſt. cap. 15. n. 6. Nat. conſ. 2.

Quartò, quia pretium terræ in vocabulo, le Fontecci, & aliud in vocabulo, li prati, erat per inſtrumentum prohibitum alienari cum hypotheca ſpeciali, vt in proceſſu fol. 122.

Quintò, erat alia prohibitio de non alienando ſine licentia dictæ Dominæ Felicianæ, vt in proceſſu fol. 157. ad not. per Doct. communiter in l. filiusfamilias §. diui. de leg. 1.

Agentes verò ex aduerſo habebant intentionē fundatam in inſtrumento donationis, qui quidē
5 †titulus donationis eſt validus & permiſſus. l. 1. & 2. ff. de dona. tot. tit. C. de dona. quæ ſub mod. Pariſ. conſ. 76. Ser Gregorius. nu. 4. lib. 3. quæ donatio perficitur per pactum nudum, l. ſi quis argentum. C. de dona. Doct. in l. 2. de leg. 1. nec in ea requiritur cauſa, vt dicit Pariſ. d. conſ. 76. n. 6. lib. 3. qua validitate donationis ſtante, non eſt dubitandum, quin fuerit tranſlatum dominiū & poſſeſſio in donatarios l. quod meo. & ibi Doct. ff. de acqu. poſ. maximè cùm donans ſibi reſeruauerit vſumfructū. l. quiſquis. & l. ſi quis argentum. C. de don.

Immo licet non eſſet tranſlatum dominium in donatarium, tamen poſtquam in inſtrumento do
6 nationis adeſt illa † clauſula, ceſſit atque conceſſit omne ius, omnémque actionem, & petitionē, iuncta clauſula, ponens ex nunc in locum ſuum proprium, tanquam procuratores, & dominos, prout in rem propriam, tunc donatarius agere poteſt rei vendicatione, licèt dominium non haberet, vt etiam deduxit D. Blaſius Angelicus aduocatus in cauſa, ad not. per Bar. in l. ſi culpa. vbi ponit formam libelli. ff. de rei vend. & in l. ſi ager. in fin. ff. eo. Doct. in l. fi. C. de hæred. vendit.

Allegata in contrarium non obſtant, & re vera (vt ex verbis dictæ donationis colligi poteſt) videtur donaſſe omnia bona tam Paciani noui, quàm Paciani veteris: in donatione enim dicitur,
7 † quæcunque bona ſtabilia dicti donantis, quæ hic ſufficienter voluit haberi pro expreſſis, acſi de eis mentio facta foret, & ſic cenſetur ſpecificaſſe omnia bona. Bald. in l. emptorem. col. 3. verſ. itē quæro. C. locat.

8 Et †confeſſio facta in reſponſione ad poſitiones probat contra confitentem, nec reuocari poteſt, niſi docto de errore, Marian. in c. fi. col. 34. ver. primo caſu. de libell. obla. Iaſ. conſ. 21. col. 2. verſ. tertiò reſpondetur. libr. 3. Purpurat. in l. edita. num. 57. C. de eden. nouiſſimè Ant. Gabr. lib. comm. concl. tit. de confeſſ. concl. 4. nu. 21.

Tertium fundamentum non obſtat, quòd bona dicti Don Gentilis tempore factæ donationis eſſent litigioſa, auth. litigioſa. C. de litig. quia vt bene aduertit D. Aduocatus prædictus, ex quo lis erat ſuper poſſeſſorio tantùm, non erat prohibita donatio iurium quæ habebat in petitorio dicti Don Gentilis, licèt enim regula ſit quòd bona litigioſa alienari non poſſint, vt ſupra dictum fuit,
9 & extat etiam ſtatutum Peruſinum, † nihilominus regula iſta habet quamplurimas limitationes, inter quas potiſſima eſt illa, quòd pendente lite ſuper poſſeſſorio, non impeditur alienatio iurium in petitorio, ad not. per Doct. in c. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. & vltra allegata per eum, idem voluit Aemilian. conſil. 51. in præmiſſo caſu. num. 18. Natt. conſil. 145. num. 16. & 17.

Non obſtant alia fundamenta, & præſertim cōuentio facta de non alienando, quia cùm fuerit ſimplex & ſine hypotheca, non impedit dominij tranſlationem, ad tradita communiter per Doct.
10 in d. §. diui. & in indiuiduo † de pacto de non alienando abſque hypotheca, quòd non impediat dominij tranſlationem, voluit Pariſ. conſil. 100. in princ. lib. 4. Ruy. conſ. 13. num. 17. lib. 2.

Ego tandem ſententiaui pro donatione, reſeruato iure illæſo vtrique parti, in duobus petiis terræ, vno in vocabulo le Fontecci, alio in vocabulo li Prati, manu Ser Philippi Peruſini, Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio eſt quid facti, & nō transfertur in aliquē,*

*niſi apprehendatur, & eſt communis opinio. & non continuatur etiam in filios, & nu.2.*

3 *Poßidens ſemel præſumitur in futurum poßidere.*

4 *Poſſeßio vacans poteſt ab hæredibus & filiis propria authoritate occupari, & infra num.13.*

5 *L.finalis.C.de edicto Diui. Adriani tollen.emanauit ad bene eſſe, ſecundùm Caſtrenſem, & Decium, quorum intellectus reprobatur per Authorem, vt infra nu.16.& 17.*

6 *Poßeßio apprehenſa de licentia iudicis ſine citatione partis nihil operatur, quod tu declara procedere, quoad plenarium præiudicium, vt infra numero 14.*

7 *Attentata non cadunt in remedio retinendæ poſſeßionis, quia qui ius ſuum proſequitur, nihil attentare dicitur: victoria enim ſuper iſtis attentatis dependet à cauſa principali, & num. 8. & fieret præiudicium negocio principali, & num. 9. & 21.*

10 *Poſſeßio non acquiritur niſi animo & corpore, & defuncti animus ad hæredem non tranſmittitur, & num.11.*

12 *Bannimentis Reuerendißimi Domini Buonſignori Finetti, Peruſiæ, & Vmbriæ Gubernatoris, cauetur ne quis propria authoritate poſſeßionē accipiat.*

15 *Iſte poßidet, qui authoritate iudicis poßidet.*

18 *Poßidentes tempore litis conteſtatæ ſunt manutenendi in poſſeßione.*

19 *Fundamentum ſuæ intentionis vnuſquiſque probare tenetur.*

20 *Poſſeßio familiaris nullius eſt momenti.*

## Argumentum.

Traduntur multa ſcitu digna in materia l.fi.C.de edicto Diui Adria. tollen.

Poſſeſſio defuncti non continuatur in hæredem.

Attentata non cadunt in remedio retinendæ poſſeſſionis.

DONNA Matthia Baldaſſaris, & Millus de caſtro Turſciani, habitatoris in caſtro plebis Cainæ comitatus Peruſiæ, obtinuerunt à me licentiam pro immiſſione in poſſeſſionē quorundam bonorum relictorum poſt mortem Antonij bini detto braccio de eodem.

Domina Lucaria filia præfati Antonij tanquā eius hæres teſtamentaria propria authoritate accepit poſſeſſionem prædictorum bonorum prætendens dicta bona ad ſe ſpectare, vigore dicti teſtamenti in iudicio producti, & potuiſſe dictam poſſeſſionem adipiſci abſque aliqua licentia iudicis. Quod videntes dicti Matthias, & Millus obtinuerunt præceptum contra dictam Dominam Lucariam, vt deſiſteret à dictis moleſtiis, cùm nō potuerit accipere poſſeſſionem propria authoritate, ſtante prohibitione bannimentorum Illuſtriſſimorum Legatorum huius Prouinciæ, ſiue Gubernatorum pro tempore exiſtentium, in quibus prohibetur nullum poſſe propria authoritate accipere poſſeſſiones, ſub pœnis & cenſuris in dictis bannimentis inſertis, fuit cauſa introducta coram me, & denique dubitatum, an dicta Domina Lucaria potuerit dici, quòd attentauerit.

Capiendo partes dictæ Dominæ Lucariæ, videbatur dicendū ipſam non attentaſſe ex duobus.

Primò, quia poteſt negari aſſumptum, quòd di
cta Domina Lucaria denuò ingreſſa fuerit poſſeſ
ſionem bonorum, ſed potius quòd poſſeſſionem
dictorum bonorum paternorum continuauerit
1 nam etſi † poſſeſſio ſit quid facti, & (ſemoto ſta-
tuto, vel conſuetudine) non transferatur in ali-
quem, niſi apprehendatur. l. cùm hæredes. & ibi
Alex. teſtatur de communi opinione.ff.de acqui.
poſſeſ. Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit. quæ poſ-
2 ſeſſio non † continuatur etiam in filios Bar. & Bal.
in l. cum miles.ff. ex quib.cau.maio.Cæph.conſi.
30.viſis.num.8. lib. 1. Tamen ipſa Domina Luca-
ria ſe fundat dicens, huiuſmodi nouam apprehen
ſionem non fuiſſe neceſſariam prætendens etiam
viuente dicto teſtatore ſe poſſediſſe dicta bona,
3 & regula ſit in immobilibus, præſertim quòd † qui
ſemel poſſidet, præſumatur etiam in futurum poſ
ſidere.l. ſiue poſſidetis. C. de prob. quam regulā
exornat poſt Imol.Anton.Gabr.concl. 29. libr. 1.
comm.opi.

Secundò, quia etſi poſſeſſio non continuetur
in hæredem etiam ſuum filium, vt ſupra dictum
4 eſt, tamen quando † poſſeſſio eſt vacans, & ab a-
lio non occupata, filij poſſunt propria authorita-
te eam accipere. d.l. cùm hæredes.ff.de acqu.poſ.
Doct.communiter in l.fi.C.de edicto Diui Adria.
toll. & ponit ſatis abundè Tiraq. in tract.le mort
ſaiſit. in præfatione. in 8.declaratione.

Iſta autem Domina Lucaria prætendit à prin-
cipio continuaſſe, & quatenus opus ſit, de nouo
apprehendiſſe dictam poſſeſſionem antequā fuiſ-
ſet capta poſſeſſio prædicta per aduerſarios, ergo
&c. Et licèt hoc aſſumptum, quòd hæres poſſit
propria authoritate accipere poſſeſſionem, quan-
5 do eſt vacans, videatur contra text. † in d. l.fin.C.
de edicto diui Adri.toll. in qua cauetur, quòd a-
deatur iudex, ipſiq; oſtendatur teſtamentum non
caſſum neque abolitum, quia vt aduertit Caſtren.
ibi, & Dec. nu.7. in fi. conſtitutio illa emanauit
ad bene eſſe, licèt non fuerit neceſſaria, immo e-
tiam quòd dicta D. Lucaria apprehendiſſet dictā
poſſeſſionem poſt immiſſionem, ſiue poſt licen-
tiam obtentam à me, non videretur fuiſſe ingreſ-
ſam plenam poſſeſſionem, ſed vacantem. ad not.
per Dec.in d.l.fi.num.5.ver. & etiam licentia. vbi
6 dicit, quòd † licentia data à iudice ingrediendi
poſſeſſionem non citata parte nihil operatur, &
eſt æquè, acſi apprehendens poſſeſſionem propria
authoritate apprehēdiſſet, quæ præſuppoſita qua-
tenus eſſent vera, quòd dicta D.Lucaria fuiſſet in
pacifica poſſeſſione, non diceretur aliquo pacto
attentaſſe, cùm poſſidens non dicatur attentaſſe.
Capit. latè deciſ. Neap. 72. & ſic in remedio reti-
7 nendæ poſſeſſionis non cadunt † attentata, quia
qui ius ſuum proſequitur, nihil attentare dicitur.
Card.in clem. fi.extra vt lite penden.Dec. conſil.
103.Franc.in c.ſignificante.n.6.extra eod.tit.Bero.
8 quæſt.fam.120.num.13. † Victoria enim ſuper iſtis
attentatis dependet à cauſa principali. Franc.in c.
non ſolum.col.3.extra de appel.ver. tertiò limita.
& in c.dilecti. num. 3.extra de appell. Veſtr.in ſua
praxi in tit.vt lit.penden.& nouiſſimè quòd iſtud
remedium attentatorum non cadat in interdicto
retinendæ poſſeſſionis, tradit Hiero.Manfred. in
ſuo dialog. de attenta.lib.1.par.7.numer. 33.34.&
35. & ita memini me pluries declaraſſe in diuerſis
locis ſtatus Eccleſiæ, quibus præfui quod huiuſ-
modi remedium attentatorum non cadat in in-
9 terdicto retinendæ poſſeſſionis: † fieret enim præ-
iudicium negocio principali, ſi declaretur in iſto
remedio retinendæ aliquem ex partibus attentaſ-
ſe, quod eſt omnino notandum, quia caſus iſte in
foro verſantibus ſæpe accidit in facto.

Ad fauorem tamen prædictorum Milli & Matthiæ, faciebant duo magis ſolida fundamēta, quæ vix euitari poſſunt.

Primò, diſpoſitio iuris communis quæ dictat
(vt in principio deciſionis dicebam) quòd poſſeſ-
ſio non continuetur in hæredem etiam filium &
ſuum.d.l. cùm hæredes. in principio.ff. de acquir.
poſſ. l.ſi de eo.§.vltimo.ff.ad exhiben. vbi Bald.ad
10 † acquirendam enim poſſeſſionem requiritur ani
mus & corpus.l.3. ff. de acqui.poſſ.l.licet.C.eo.&
11 † defuncti animus ad hæredem non tranſmitti-
tur.l.4.ff. loca.l.ſed ſi ita legatum. §.illi ſi volet.ff.
de leg.1.cum ſimil.Tiraq.abundè in tract.le mort
ſaiſit. 3. declaratione.num. 8. & ſeq. & vltra eum
Cæph.d. conſil.30.viſis num.8.lib. 1. vbi expreſsè
dicit de filio & hærede, prout nos loquimur.

12 Secundò † bannimenta prouincialia innouata
per præſentem Reuerendiſſimum Dominum Gu-
bernarorem Buonſignorum Finettum, quibus ca
uetur ne aliquis propria authoritate, cuiuſcūque
fuerit conditionis, poſſit & valeat propria autho
ritate ingredi poſſeſſionem abſque authoritate iu
dicis, & ſic ceſſat diſpoſitio iuris communis, iux-
ta latè tradita per Tiraquel.in d.tract. le mort ſai-
ſit.in præfatione. in 8.declara vbi dicit ex commu
13 ni Doctorum ſententia, quòd † hæredes poſſunt
accipere poſſeſſionem propria authoritate, & li-
cèt Dec.poſt alios in d. l.fin. vt ſupra diximus, di-
14 cat nihil valere † licentia iudicis, quando eſt fa-
cta ſine citatione partis hoc bene verū eſt quoad
faciendum plenarium præiudicium parti non ci-
tatæ: ſed bene dicta licentia opitulatur, vt impe-
trando careat vitio inuaſionis, & pœnæ bannimē
15 torum euitandæ cùm iuſtè poſſideat † ille qui au-
thoritate iudicis poſſidet. l. iuſtè poſſidet. ff. de
acquir.poſſ.

Non etiam prætermittam mihi vnquam pla-
16 cuiſſe † intellectum Caſtr.Dec.& aliorum, quòd
l. illa fin. fuerit inducta ad bene eſſe, quia illa lex
dat nouam formam hæredibus ſcriptis, qui volūt
adipiſci poſſeſſionem bonorum eis relictorum,
vt adeant iudicem, eíque oſtendant teſtamentum
non abolitum, neque cancellatum, &c. ſi ergo hæ
redes ſcripti propria authoritate poſſent ingredi
poſſeſſionem, fruſtratoria fuiſſet diſpoſitio illius.
17 l.fin. Propterea † putabam intelligendam commu
nem ſententiam Doctor. in hæredibus non ſcri-
ptis qui per diſpoſitionem illius l. final. tenentur
adire iudicem, & iſte intellectus mihi veriſſimus
videtur, verum quia eſt contra commun. opinio.
à qua in iudicando non eſt recedendum, ideo ſuf
ficiant pro victoria dictorū Milli & Matthiæ bā-
nimenta prædicta, quibus cauetur, ne quis poſſit
ingredi poſſeſſionem propria authoritate, immo
ſtante vera communi opinione Doctorum, de
qua ſupra, prædicti Millus & Matthias cùm fue-
18 rint per me † inuenti poſſidere tempore litis con-
teſtatæ, ſunt per me manutenendi, etiam quòd in-
iuſtè poſſiderent, cùm potius ſimus in poſſeſſorio
extraordinario, gratia litis ordinandæ. Inn.in c.cū
veniſſent, extra de conſti. Caſtren.conſ.3.libr.2. in
nouiter impreſſ.& in l. Attilius Regulus. in fi. ff.
de dona. Dec.in c. cùm teneamur.4. not. extra de
appel. Cæph.conſ.19.reſignatio.num.5.in fin.lib.1.

Nec dicta D. Lucaria probauit, quòd eſſet in
poſſeſſione antequam fuiſſent immiſſi in poſſeſ-
ſionem cum meo decreto præfati Millus & Mat-
19 thia: erat enim † hoc fundamentum ſuæ intentio-
nis, conſequenter illud probare tenebatur. l. ei
qui dicit, ff. de proba. cum vulgar.

Immo ſtantibus dictis bannimentis reſiſtentibus non potuit continuare, nec de nouo accipere poſſeſſionem, & ſine licentia continuare non poterat, quia nunquam acceperat poſſeſſionem cū decreto iudicis poſt mortem Antonij eius patris: continuatio etenim præſupponit adeptam poſſeſſionem, quod non fuit factum.

Poſſeſſio, poſteaquam dicit dicta D. Lucaria
continuaſſe etiam viuo dicto Antonio, eam non
iuuat, quia cùm eſſet viuus Antonius dominus,
poſſeſſio illa dictæ D. Lucariæ erat familiaris poſ-
ſeſſio.l. qui ſiue familiaritatis.ff. de acq. poſſ. quæ
20 poſſeſſio † familiaris nullius eſt momenti, ideo
neceſſe erat ſtantibus bannimentis, vt habuiſſet
licentiam à iudice, & ita ſunt intelligenda tradita
à Tiraquello in d. præfat. in fi. in tractat. le mort
ſaiſit. cùm ergo perperam acceperit poſſeſſionem
per prius occupatam, & ipſa D.Lucaria per prius
non poſſideret niſi iure familiaritatis, ſequitur
quòd ſecando granum, & alios actus poſſeſſorios
faciendo dicatur attētaſſe in præiudicium dicto-
rum Milli & Matthiæ, & ſic non ſubſiſtit motiuū
21 ſuperius factum, quòd in † interdicto retinendæ
non caderent attentata, iuxta deciſio. Capit. poſt
alios 72. & latè ſupra dictum fuit, quia verum
eſt, quod attentata non cadunt in interdicto re-
tinendæ, quia qui poſſidet, non dicitur attentare,
& fieret præiudicium negocio principali, ſed ne-
gatur ipſam D. Lucariam poſſidere ſaltem iuſtè,
propterea non erat dubium, quin attentaſſet, &
ita de iure ego eram paratus iudicare, cōpoſui ta-
men per modum prouiſionis partes abſque de-
claratione, quod videlicet inter dictas partes di-
uiderentur fructus, donec expediretur cauſa prin
cipalis, & interim vnuſquiſque poſſideret ſine
præiudicio iurium ambarum partium, & ita de
conſenſu, vt ſupra ſententiaui, manu ſer Raynaldi
de Rubeis, Notarij Peruſini & curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Creditores poſſunt obtinere, vt executio carcerati pro cauſa criminali ſuperſedeatur, donec reddatur ratio adminiſtrationis.*

2 *Carceratus pro cauſa criminali, non poteſt recommendari pro cauſa, & debito ciuili, & infra nu. 7. & 9. & ita ſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico.*
3 *Domi ſuæ quis dicatur ſecurus.*
4 *Spoliatus debet ante omnia reſtitui.*
5 *Creditores non poſſunt impedire excarcerationem, detenti pro cauſis criminalibus.*
6 *Cuſtos carcerum æquiperatur depoſitario.*
8 *Bart.doctri.in l.2.§.fin.num.4.ff.de cuſto. reo. quomodo intelligatur.*
10 *Marſilij locus reprehenditur.*
11 *Authoris temperamentum in præſenti caſu.*
12 *Petrus Philippus Mattiolus Iuriſconſultus Peruſinus diſertiſſimus, qui olim legit Paduæ, & Peruſiæ.*

## Argumentum.

Quòd carceratus pro cauſis criminalibus non poſſit recõmendari pro cauſis ciuilibus, hic expolitè & viuis rationibus & argumentis demonſtratur.

IOSEPHVS aromatarius reperiebatur carceratus in carceribus curiæ Peruſinæ pro quibuſdam cauſis criminalibus, cúmque propè diem deberet relaxari, cùm porrexiſſet preces coram Reuerendiſſimo Domino Gubernatore, Dominus Petrus Philippus Mattiolus prætẽdens ſe creditorem dicti Ioſephi, inſtetit coram me, vt ipſum Ioſephum pro dicto debito ciuili confirmarem. Fuit ergo dubitatum, an dictus Ioſephus carceratus pro cauſis criminalibus poſſit recommendari pro cauſis ciuilibus, quæ quidem placuit adnotaſſe, quia etſi vulgaria videantur, vidi tamen pluries de hoc dubitari.

Caſus iſte ponitur in terminis à Bar. in l.2. §.fi.
num.4.ff. de cuſt.reo. dicit enim Bar. quandoque
vna executio eſt pecuniaria, alia corporalis, &
tunc concludit, quòd non poteſt iſte reçõmenda-
1 ri pro cauſis ciuilibus, †poteſt bene creditor obti
nere vt differatur executio perſonalis fienda de i-
pſo carcerato, videlicet quando ille eſſet redditu-
rus rationem adminiſtrationis, iſto enim caſu ha-
bita modica dilatione poteſt obtineri per credito
rem, vt ſuperſedeatur in executione capitali, aliàs
ſecùs, ita in ſumma dicit Bart. in d.l.2.§.fin. num.
4. ver. quandoque vna executio. per text. in l.1.
C. de bon.damna. & licèt Bar. non aperiat quid
generaliter ſeruandum & practicandum ſit, quã-
do carceratus pro cauſa criminali poſſit recom-
mendari pro cauſa ciuili, nihilominus ex caſu po
2 ſito per Bar. apparet † quod detẽtus pro cauſa cri-
minali non poteſt recommẽdari pro cauſa ciuili,
niſi in illo caſu Bar. quando videlicet ille carcera-
tus eſſet decapitandus, ſuſpendendus, vel tu adde,
eſſet tranſmittendus triremibus, & teneretur red
dere cõputa alicuius adminiſtrationis. iſto enim
caſu conceditur creditori modica dilatio ad faciẽ
dum ſibi reddi computa à dicto carcerato, & in-
terim ſuperſederi debet in executione, verùm ſit
veritas huius caſus euidenter appareat, & ne oc-
currat in poſterum dubitari, facias firmam & ve-
ram concluſionem, quòd carceratus pro quacũ-
que cauſa criminali non poteſt recõmendari pro
cauſa & debito ciuili, & hanc opinionem tenuit
Rom. in quodam conſilio manu ſcripto, vt refert
nouiſſimè Matth.Brun.Ariminen. in tractat.ceſſ.
bon.quæſt.11. 4. quæſt. princ.nu.35. vbi recenſet
fundamenta Roma & ipſe etiam Ariminen. hanc
opinionem ſequitur pluribus fundamentis, quòd
carceratus pro caſu criminali nõ poſſit recõmen-
dari pro cauſa & debito ciuili. Primò, quia quem-
3 admodum eſſet ſecurus domi. † l. plerique. ff. de
in ius voc. ita debet eſſẽ tutus quo ad debita ciui-
lia in carceribus in quibus ad inſtantiam fiſci ſe-
queſtratus detinetur, & ſic tãquam propria liber-
4 tate † ſpoliatus debet ante omnia reſtitui l.ſi quis
ad ſe fundum. C. ad legem Iuliã de vi publ.l. me-
minerint. C. vnde vi. c. item cùm quis. de reſti.
5 ſpol. cum ſimilibus. & † creditores non debent
audiri ſi vellent obiicere aliquam exceptionem
contra iſtum ſequeſtratũ, quo minus reſtituatur
in ſua ꝓpria libertate.l.1.§. & parui.ff.quod vi aut
clam.Dyn.in c. qui ad agendum de reg.iur.in 6.
6 Secundò principaliter, quia cuſtos carcerum
æquiparatus depoſitario, & ſicut depoſitario cõ-
mittitur cuſtodia rerum l.1. in princ. ff. depoſi. c.
1. extra eod. ita illi committitur cuſtodia perſona-
rum.l. fi. C.de cuſt.reo.l. milites.ff. eo. per ſeque-
ſtrationem ergo factam depoſitario non debet im
pediri depoſiti reſtitutio.l. pen. C. depoſi.
7 Tertiò, quia † carceratus pro cauſis criminali-
bus, & recommendatio pro debitis ciuilibus fie-
ri non poteſt tanquam pro diuerſis cauſis, ſicut di
citur in conuentione, & prorogatione, ad not.in
l. ſi quis ex conſenſu. C.de epiſco.audien. & in c.
1. & in c. at ſi clerici extra de iudi. & ita eſt intel-
8 ligendus Bar. † in d.l. 2. §.fi.n. 4. ff. de cuſto. reo-
rum. quòd carceratus pro cauſa criminali nõ poſ-
ſit recommendari pro cauſa ciuili, ſed tantum-
modo creditor in illo caſu redditionis rationis
per carceratum poſſit obtinere, quòd ſuperſedea-
tur per modicum tempus (arbitrio iudicis) in exe-
cutione illius carcerati, & ſic ſtat firma & vera
ra concluſio tam de iure quàm ex conſuetudine,
9 quòd † carceratus pro cauſa criminali non poteſt
recommendari pro cauſa & debito ciuili, & ita
ſeruari vidi Tiferni, Auximi maceratæ, Firmi, hic
Peruſiæ, & in aliis locis ditionis Eccleſiaſticæ, &
10 hæc eſt veritas † quicquid tranſitiuè & malè dixe-
rit Marſil. in eius practi.crimi. in §. attingam nu.
34. & 35.
Bene verum eſt, quod ego non ſemel ad inſtan
tiam creditorum iuſſi cuſtodi carcerum, vt non
relaxarent detentos pro cauſis criminalibus, licèt
abſolutos, vel quòd porrexiſſent preces abſque
mea licentia, non quidem per viam recommen-
dationis in ſcriptis, vt fieri aſſolet in detentis pro
11 ciuilibus cauſis, † ſed ita oretenus, vt dicebam,
& hoc ex eo ego faciebam, vt ſaltem illi debito-
res vel ſatisfacerent eorum creditoribus, vel ſal-
tem eis cauerent de ſatisfaciendo, & amicabiliter
mihi pluries euenit prædictos concordaſſe cre-
ditores, verùm quando dicti debitores deten-
ti pro cauſis criminalibus vel noluiſſent, vel
non valuiſſent ſatisfacere eorum creditoribus,
tanquam tuti remedio iuris, ego non aliter eos
aſtringebam, neque recommendari permitte-
bam, ſed priſtinæ eorum libertati reſtituebam,
prout



prout ſupra iuris eſſe dicebam, & cùm præfatus Ioſephus inſtaret ſe liberari, ego pronunciaui ad fauorem ipſius eſſe liberãdum à carceribus, quotieſcunque apparebit ſe eſſe concordatum cum Reuerenda camera Apoſtolica quo ad delicta criminalia, pro quibus detinebatur, nõ obſtante recommendatione quam obtinere impetrabat pręfatus magnificus dominus Petrus Philippus Mathiolus, qui cùm ſit I. V. D. diſertiſſimus, & aliàs publicè legerit in Gymnaſio Patauino & Peruſino, & conſequenter cognouerit decretum meum eſſe iuri conſonum, acquieuit. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Horatius Maurus, Petrus Paulus Serius, & Blaſius Angelicus aduocati Peruſini.*
2 *Poſſeſſionis immiſſio non eſt retardãda: bona enim debent vendicari ab hæredibus.*
3 *Dotis cauſa poſſunt alienari bona ſubiecta fideicõmiſſo, & ſpectat ad mulierẽ probare nõ ſubeſſe alia bona, & nu.4.*
5 *Confeſſio mariti de dote recepta valet, & tenet, & præiudicat creditoribus, quãdo præcedit promiſſio dotis.*
6 *Donatio de hæreditate viuentis non valet. Fallit quando interuenit conſenſus illius de cuius hæreditate agitur, & nu.23 qui quidẽ conſenſus ſat eſt, quòd ſuperueniat, & nu.24.*
7 *Poſſeſſio nõ intelligitur facta per Ieſuitas, & Teatinos, niſi fuerint in quarta claſſe, & tunc dicũtur eſſe in quarta claſſe quãdo erudiunt pueros, & nu.17.*
8 *Conſtitutiones Ieſuitorum, & Teatinorum fuerunt confirmatæ in ſacroſancto Concilio Tridentino.*
9 *Fideicommiſſi bona ſubiecta ſi alienentur, intelligitur data licentia vocatis apprehendendi bona ſubiecta fideicommiſſo propria authoritate.*
10 *Fideicommiſſi bona eſſe ſubiecta aſſerens tenetur probare illa bona fuiſſe tempore mortis in hæreditate fideicommittentis.*
11 *Fideicommiſſi bona ſubiecta poſſunt apprehendi per vocatos, quando poſſeſſio eſt vacãs, quo caſu dicuntur legitimi contradictores ad impediendã immiſſionem in poſſeſſionem, quando incontinenti volunt docere de eorum iuribus.*
12 *Poſſidere ſine vitio ille dicitur, qui occupat poſſeſſionem vacantem, quando eſt vocatus in fideicommiſſo.*
13 *Profeſſio in religione dicitur fieri per annum, & tres dies.*
14 *Profeſſus non habet neque velle, neque nolle, quãdo fuerit receptus in religione ab habente authoritatem, & nu.15. & dicta profeſſio non fuerit facta calore iracundiæ.*
18 *Agens ſine actione, excluditur.*
19 *Donatio inter parentes & filios, & è contra validatur iuramento, & eſt magis communis opinio.*
20 *Religioſus dicitur mortuus mundo.*
21 *Fideicommiſſi bona ſubiecta tunc poſſunt alienari quando alia bona non ſubiecta ſufficiunt, & nõ concurrat duplex prohibitio legis, & teſtatoris, & num.22.*

## Argumentum.

Bona ſubiecta fideicommiſſo regulariter pro dote poſſunt alienari, quando nõ ſuperſunt alia bona, & non concurrat duplex prohibitio & legis, & teſtatoris, & onus probandi non adeſſe alia bona ſpectat ad mulierem, & vocatus in fideimiſſo, poteſt authoritate propria apprehendere bona ſubiecta fideicommiſſo, dummodo tamen probauerit bona illa fuiſſe tempore mortis in hæreditate fideicommittentis.

Multa de materia profeſſionis religionis Ieſuitorum ſiue Teatinorum.

Donatio inter patrẽ & filium ſecundũ magis communem opinionem firmatur iuramento.

HONOFRIVS de Polleis de Peruſia ſuum vltimum condidit teſtamentum in quo eius hæredes vniuerſales inſtituit Ludouicum & Alexandrum eius filios legitimos & naturales cum prohibitione, quòd dicti ſui filij, nec alter ipſorum bona ipſius teſtatoris ſita in pertinentiis caſtrorum plani Fractarum Sancti Andreæ, & Sancti Mariani minimè venderent, ſiue alienarent, & ſi vnus ipſorum ſic alienaret, bona ſic alienata ad alterum non alienantem, vel eius filios non alienantes & obſeruantes deuenirent, & è contra, & quòd ſimilis prohibitio locũ haberet etiã inter nepotes ipſius teſtatoris, quod quidem teſtamentum fuit productum in proceſſu, vt eſt videre à char. 65.66. & 67. quo teſtamento non aliter mutato deceſſit ſuperſtitibus ſibi dictis Alexandro & Ludouico, qui hæreditatem prædictam agnouerunt, & bona hæreditaria poſſederunt, ita legitur in proceſſu fol. 86. 87. 88. & 89. Ludouicus prædictus diſſipauit bona prædicta ſubiecta fideicommiſſo, & ea alienauit, & vendidit cuidam Ioanni detto il Zittolo & Annibali quondam Floráuantis de Peruſia, mortuo dicto Ludouico Paulus & Franciſcus filij dicti Alexandri per meam pronunciam acceperunt poſſeſſionem & tenutam bonorum, de quibus ſuprà prętendentes dicta bona fuiſſe ad eos deuoluta in vim alienationis prædictæ & fideicommiſſi ad eorũ fauorem facti per D. Honofrium teſtatoré, quibus auditis per Don Baltaſſarum filium dicti Ludouici inſtituit iudiciũ contra prædictos Paulum & Franciſcum, ſuper adipiſcenda poſſeſſione bonorum prædictorum, & cauſa ad longum agitata & redacta ad ſententiam fuit pluries co-
1 ram me per dominos aduocatos cauſa diſputata
& demum producta conſilia in ſcriptis prędicto-
rum aduocatorum, ſcilicet † Magnifici Domini
Horatij Mauri cum ſubſcriptione quampluri-

morum Doctorum pro vna parte, & Magnifici
Domini Petri Pauli Serij, & Domini Blaſij Ange-
lici pro altera parte dicti Don Baltaſſaris, & aliis
à me ad ſui fauorem coniectis infra ſcripta fun-
damenta pro dicto Don Baltaſſaro facere vide-
bantur.

Primò, quia cùm ſe probauerit hęredem dicti
Ludouici, & poſſeſſio dictorum bonorum dica-
tur ſpectare ad dictum Don Baltaſſarũ, quatenus
etiam adſit contrauentio aliqua, nihilominus nõ
2 videtur retardanda † immiſſio poſſeſſionis à quo
poſtea hæredes poſſunt vẽdicare bona prædicta.
l.1.C.quorum bono.

Nec aduerſarij vidẽtur ſe poſſe fundare in præ-
tenſa alienatione & contrauentione, quia præten
dunt alienaſſe cauſa reſtituendæ dotis, quæ alie-
3 natio† ob dictã cauſam eſt de iure permiſſa auth.
res quæ.C.comm.de legat.Bal.Nouell.in trac.de
dot.1.par.130.priuileg.Phanut.de lucr.dot.glo.10.
nu.65.Rolan.à Valle conſ.85.nu.24.lib.1.& ſeq. &
in bonis prohibitis alienari expreſſè Crot. in l. fi-
liusfamilias.§.diui.nu.165.de legat.1.Cagnol. in l.
qui cum alio num.21.ff.de reg.iur.Cur.Iun. conſ.
59.num.2 Dec.dicens commun.conſ.519.col.2.de
quo tamen articulo videatur nouiſſimè Marzar.
in tract.de fideicom.in 2.par.verſi.quadrageſimò
quęritur. ex quo loco tanquam ex indice habebis
4 omnia loca vſque ad tempora.vbi ver.ſed †quòd
immo dicit onus probandi non adeſſe alia bona,
ſpectare ad mulierem.

Et licèt in proceſſu non conſtet de vera dotis
numeratione, nihilominus ex quo præcedebat
5 promiſſio dotis, † confeſſio poſtea ſubſequens
valet, & tenet, & præiudicat poſterioribus credi-
toribus Rolan.à Vall. poſt alios quos allegat cõſ.
85.nu.41.& 42.lib.1.

Itidẽ non videbatur excludendus præfatus do
minus Baltaſſar ob donationẽ ab ipſo factã Ludo
uico eius patri & dominæ Heliſabettę eius matri
quia vt bene aduertunt dicti D. Aduocati dicti
6 Don Baltaſſaris, donatio † illa non valuit tanquã
facta de hęreditate viuentis.l.fi.C.de pact.l.pactũ
quod dotali.num.7.C.de collat.Crauett.conſ.42.
in fin.

Qui quidem Don Baltaſſar non poteſt dici in-
capax ex eo quòd fuerit ingreſſus ſocietatem D.
N.Ieſu Chriſti, quia ſatis fuit deductum, ac etiam
mihi oretenus fuit facta fides per Generalem di-
7 ctæ Societatis, quòd in dicta religione † non in-
telligitur facta profeſſio, niſi fuerit in quarta
claſſe, & ſic non poteſt dici quòd fecerit profeſ-
ſionem, & conſequenter quòd ibi fuerit irreuo-
8 cabiliter receptus, fuerunt etiam productæ †con
ſtitutiones dictæ religionis, quæ quidem con-
firmatæ in ſacroſancto Conſilio Tridentino.

Ad fauorem aduerſariorum dicti Don Baltaſſa
ris plurima faciebant, & adeo vrgentia fundamẽ-
ta, vt ſententiam pro eis protulerim, & contra d.
Don Baltaſſarẽ motus fui principaliter infràſcri-
ptis fundamentis.

Primò, quia quotieſcunque per teſtatorem bo
na aliqua ſubiiciuntur fideicommiſſo, prout e-
rant bona iſta, intelligitur data licentia vocatis
9 †in fideicommiſſo apprehendendi bona ſubie-
cta propria authoritate.gl.in §.de cætero.in verſ.
licentiã damus in Auth. vt de cætero.col.5.Rom.
in l. qui abſenti.§.1.ff.de acq.poſſ.Ang. in l. nemo
poteſt.ff.de pactis.Dec.conſ.424.nu.16.Iaſ.in l.fi-
liusfamilias.§.diui.num.43.vbi alij recentiores.ff.
de leg.1.iſti autem Paulus & Franciſcus erant vo
cati in fideicommiſſo, & ob dictam alienationẽ
euenerat caſus fideicommiſſi, conſequenter iure
optimo potuerũt bona prædicta ſic alienata pro-
pria authoritate apprehendere eo præſuppoſito
10 quòd iſti probauerint† bona illa eſſe & fuiſſe tem
pore mortis in hæreditate fideicommittentis Ro
lan.à Vall. poſt alios conſ.28. nu.1.lib.2. & conſ.
81.nu.15.lib.2.

Secundò, quia cùm iſti Paulus & Franciſcus ac
ceperint poſſeſſionem d. bonorum ſubiectorum
fideicommiſſo, antequam eſſet ab aliquo appre-
11 henſa † non dicuntur incidiſſe in pœnam l. non
dubium.C.de legat. immo ſunt legitimi contra-
dictores ad impediendam petitam immiſſionem
dicti Don Baltaſſaris, cùm præſertim incontinen-
ti de eorum iuribus docuerint Docto.omnes cõ-
muniter in l.fin.C.de edicto diui Adriani tollen.
Bar.in l. filiam fratribus ff. ad trebell. Ant. Gabr.
qui copioſè omnes cõcordantes allegat in tract.
commu.concl.tit.de fideicommiſſ.concl.5.lib.4.
vbi dicit illud procedere, quando quis poſſidet
ſine vitio, & me hercle vltra alia exempla poſita
12 per Doct. quando quis dicatur † poſſidere ſine
vitio, mihi videtur quòd ſit quando quis occupat
poſſeſſionem vacantem ex quo fuerit in fideicõ-
miſſo vocatus, vt dixi ſuprà in primo fundamen
to ex doctrina Iaſ. poſt alios in d. l.filiusfamilias.
§.diui.num. 43.ff.de leg.1.negari enim non poteſt
quin iura & actiones tranſierint in iſtos vocatos
& non alienantes, ideo inficiari non poteſt, quin
eorum poſſeſſio ſit ſine vitio, & quòd propria au
thoritate eam apprehendere potuerint, ad tradi-
ta per Cæpha.poſt alios conſ.49.Comes Gentilis
nu.10.libr.1. vbi Gozad. Pariſ.& Rub. Alexandri-
nus allegat.

Tertio fundamẽto, d.Don Baltaſſar dicebatur
excluſus ob incapacitatẽ d.ſuæ religionis, in qua
13 † profeſſus fuit, cùm per annũ & vltra in ea per-
manſerit.clem.eos. vbi Card. de regular. Abb.in
c.ex parte.in princ.extra de regular. & profeſſus
14 † non habet neque velle, neque nolle. Ruy. conſ.
15 123.nu.2.libr.3. † maximè quando quis fuit rece-
ptus in religione ab habẽte authoritatẽ Ruy.cõſ.
16 127.num.3.lib.1.& d. †profeſſio non fuerit facta
calore iracundiæ.Butr.in c.ſicut.vel primò. extra
de iureiur.Fely.in c.dilecti nu.16. extra de excep.
Petr.Duen.reg.292.in 8.amplia. nec obſtat, quòd
ex forma dictarũ ſacrarum conſtitutionum non
dicatur facta profeſſio, niſi perueneri ad quartam
claſſem, dum dicitur non ſit irreuocabiliter rece-
ptus, quia, vt eiſdemmet cõſtitutionibus legitur,
ad cognoſcendum quando quis ſit in quarta claſ
ſe, inſpicitur, † quòd erudiat pueros, prout facie-
17 bat iſte Don Baltaſſar, vt deductũ fuit, ergo ipſe e-
tiã Don Baltaſſar dicitur fuiſſe in quarta claſſe, &
cõſequenter feciſſe profeſſionẽ, ſed ex ſubſequẽti
fundamento magis apparebit nihil referre, an fe-
cerit profeſſionem, nec ne.

Quarto igitur fundamento, cui reſponderi nõ
poteſt, iſte Don Baltaſſar venit reiiciendus, quia
ante-



antequam ingrederetur dictam religionem, fecit
donationem ſuorum bonorum Ludouico eius
patri, & dominæ Heliſabettæ eius matri, & eorũ
hæredibus, quam donationẽ noluit ipſum poſſe
reuocare, niſi intra annum poſtquã ingreſſus fue-
rit dictam religionem: cùm ergo ipſe Dõ Baltaſſar
per multos annos ſteterit in dicta religione, ne vn
quam dictam donationem reuocauerit, iure me-
rito à petitis venit excludendus, tanquam ſine
18 †actione agens. l.ſi pupilli.§.videamus, ff. de neg.
geſt.cum ſimilibus.& prefati Ludouicus, & D.He
liſabbeta tranſmiſerunt eorum iura, ad duas eo-
rum filias fœminas, ſorores dicti Don Baltaſſaris,
quibus quidem ſororibus (ſi ius aliquod compe-
tit) poteſt competere, non autem ipſi Don Baltaſ-
ſari donãti excluſo: in præfatione enim dictæ do-
nationis aſſerit ſe velle abdicari à mũdo, & ingre-
di dictã religionem, propterea facit talem dona-
19 tionem, quæ quidem donatio facta † à filio patri,
& è contra, validatur iuramento. Bertran. conſ.
274.col.1.libr.3.108.col.1.in fi.lib.2.138. col.2. eod.
lib.& eſt communis opinio, vt per Dec.conſ.361.
& conſ.689.Bertran.conſ.194.col.1.lib.1.Crauett.
Pariſ. conſilio 53. columna prima, libro primo,
conſ.102.Grat.conſ.63.col.3.lib.2.& fuſiſſimè cõ-
cordantes allegãs idem tradit Ant.Gabr. in tract.
comm.concl.tit.de dona.concl.4.lib.3.nu.2.Rimi
nal.cõſ.383.n.14.lib.2.Viui.in tra. com.op.in ver.
donatio facta à patre.n.2.Duen. qui ponit regulã
cum ampliationibus & limitationibus in regul.
223. Rub.Alexandri. conſ.130.nu.5. Vaſq.in lib.1.
de ſucceſſ.reſolu.§.3.nu.9.Cæph.conſ.61.num. 21.
lib.1.Rolan.à Valle conſ.77.nu.1.lib.1. & iſta opi-
nio eſt magis communis, vt per Soc. Iun. conſil.
47.nu.15.lib.3.ſecundùm quam multoties iudica-
ui, & hic, & alibi: ſtãte igitur validitate dictæ do-
nationis in præfatos parentes dicti D.Don Baltaſ
ſaris eam tranſmiſerunt ad eorum filias, etiam
quòd fuiſſet præmortuus ante ipſos dictus Don
Baltaſſar.Rol.à Vall. poſt alios ibi allegatos conſ.
20 61.nu.38.& 39.lib. 2. qui quidem Don † Baltaſſar
verè poteſt dici mortuus mundo.l.Deo nobis.cũ
vulgar.C.de ſacroſan. eccle. & ſic nõ eſt opus in-
gredi difficultatem illam, an fuerit facta profeſ-
ſio, necne, quia pręfatus Don Baltaſſar ſe aſtrin-
xit ad tempus anni intra quod poteſt dici, quòd fe
cerit profeſſionem.

Contraria nõ obſtant, quia etſi pro reſtitutio-
ne dotis poſſunt bona ſubiecta fideicõmiſſo alie-
nari.d.authen.res quæ C.commu.de legat.tamen
negatur huiuſmodi alienationem per dictum Lu
douicum in dictum titulum fuiſſe factam pro re-
ſtitutione dotis, immo multo ante cõſignauerat
quædam bona pręd ictæ dominæ Heliſabettæ ma
tri d.Don Baltaſſaris.

21 Præterea non ſimpliciter†bona ſubiecta fidei-
commiſſo poſſunt alienari pro reſtitutione dotis
ſed tunc demum quando non ſuperſunt alia bo-
na quæ ſufficiant ad reſtitutionem dictæ dotis.
Ruyn: poſt alios conſ. 123.nu.12.lib.2.& latè Mar-
zar. in d.tract.de fideicommiſſ. verſ. quadrageſi-
mo.hic autem aderant alia bona non ſubiecta fi-
deicommiſſo, vt deductum fuit, meritò bona iſta
ſubiecta fideicommiſſo, non poterant alienari, &
Ruyn.in præcitato loco multos allegans dicit, nõ
22 poſſe alienari bona † ſubiecta fideicommiſſo etiã
ex cauſa dotis, quando concurrit duplex prohibi
tio nempe legis & hominis, quæ pariter prohibi-
tio concurrebat in caſu noſtro, de quo tamen me
remitto ad latiſſimè tradita per Marzar. d. tract.
de fideicommiſſ.in 2.par.verſi.quadrageſimo.

Nec eſt verum, quòd fuerit facta donatio ab i-
ſo Don Baltaſſare de hæreditate viuentis, vt ſuprà
dicebatur in motiuis, quia vt aduertunt Doct. in
d.l.fi.C.de pact.Illud procedit ob votum captan
do mortis, votum huiuſmodi ceſſat in caſu no-
ſtro, quia concurrebat voluntas prædictorum
ſuorum parentum, qui iamiam omnia donaue-
rant ipſi Dõ Baltaſſari, & iure medio poterat do-
23 nare eius parentibus, & quòd valeat donatio † de
futura ſucceſſione quærenda, quando ille de cu-
ius ſucceſſione agitur conſentiat & perſeueret vſ
que ad mortem voluit Iaſ.in d.l.fi.C.de pact.nu.
7.in 7.limita.Soc.Iun.conſ.50.nu.4. libr. 2. Curt.
24 Iun.conſ.98.nu.3. & ſeq.qui quidem † conſenſus
etiam ex poſt ſuperueniens videtur ſufficere ſecũ
dùm Bal.in d. l. fi. circa fi. Dec.conſ.31.col.3.Cra-
uett.conſil.19.nu.3. Viui. in lib.commun.opin.in
ver. pactum per aliquos. nu. 7. vbi ponit alias li-
mitationes ad l.fi.C.de pact. quæ limitationes cũ
nõn faciant ad caſum noſtrum, conſulto præter-
mitto.

Sententiaui ad fauorem conuentorum contra
dictum Don Baltaſſarem, manu Ser Octauiani
Aurelij Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Statuto Peruſino diſponitur, quòd duæ ſententiæ cõ formes faciant rem iudicatam, dictum ſtatutum debet intelligi de ſententiis validis.*

2 *Decimæ baptiſmales debent ſolui adminiſtranti ſacrũ baptiſma, & eccleſiæ parrochiali baptiſmali, & num.3.*

4 *Baptiſmum dicitur ianua ad alia ſacramenta.*

5 *Cõſuetudine poteſt præſcribi ius percipiendi decimas in aliena parrochia.*

6 *Raynaldus Rodulfus Iuriſcõſultus Peruſinus, Authoris præceptor.*

7 *Pro baptiſmo nil ſolui debet.*

8 *Soluere quis non cogitur, neque de iure de cõſuetudine pro Sacramentis eccleſiaſticis.*

9 *Decimæ neque prædiales, neque perſonales, aut nõ ſunt ſoluẽdæ eccleſiæ baptiſmali, niſi eccleſia baptiſmalis ſit etiã parrochialis, & nu.13.*

10 *Opinio quæ concordat & diſtinguit, tãquam media eſt tenenda.*

11 *Decimæ debentur capellis quibus ſit aſſignata certa parrachia.*

12 *Eccleſiæ redditus debentur illi eccleſiæ, intra cuius confinia ſunt ſita prædia.*

14 *Eccleſia parrochialis tenetur ſoluere quarteſiũ, id eſt quartã partem Epiſcopo.*

15 *Probatio obſcura, & non concludens, non releuat.*

16 *Iudicium abſolutorium debet eſſe in re dubia, in qua re dubia, non decet certam ferre ſententiam, & n.17. & ſatis eſt reo, quòd actoris intentionem*

*reddat dubiam, & nu.18.*
19 *Conſuetudinem ad probandam tria requiruntur, diuturnitas temporis, actuũ frequentia, illoſque actus fuiſſe factos publicè.*
20 *Conſuetudine detrahẽte iura alicuius eccleſiæ de iure canonico nõ præſcribitur minori ſpacio quadraginta annorum. & nu 22. de iure autem ciuili ſpacio decem annorum. & nu.23.*
21 *Conſuetudo percipiendi decimas in aliena parrochia eſt contra ius commune.*
24 *Sententia tranſit in iudicatum, quando ab ea non appellatur.*
25 *Legatus de latere non poteſt reſcribere aduerſus rem indicatã, immo eſt dubiũ de ſupremo principe, et nu.28.*
26 *Acquirendi modus eſt de iure ciuili, dominiũ poſtea acquiſitum eſt de iure gentium, cui princeps ſine cauſa derogare non poteſt.*
29 *Rector alicuius eccleſiæ licèt expreſſè non poßit gerere actus nociuos futuro ſucceſſori, nihilominus tacitè bene poteſt nocere futuro ſucceſſori, puta non appellando, et nu.31.*
30 *Sententia, quæ prius tranſiuerat in rem indicatã, eſt attendenda.*

## Argumentum.

Decimæ baptiſmales debent ſoluj adminiſtranti ſacrum baptiſma, dummodo eccleſia illa ſit etiam parrochialis, quæ poſtea eccleſia tenetur ſoluere quarteſiũ Epiſcopo, & poteſt præſcribi conſuetudine ius percipiendi decimas in aliena parrochia de iure canonico ſpacio quadraginta annorum de iure ciuili ſpacio decẽ annorum, & de materia decimarũ baptiſmalium multa notatu & ſcitu digna, fortè incognita multis traduntur.

Rector alicuius Eccleſiæ, licèt expreſſè non poſſit præiudicare nouo rectori, poteſt tamen tacitè non appellando.

Legatus de latere non poteſt reſcribere aduerſus rem iudicatam, immo eſt controuerſi iuris in ſupremo principe.

DON Paulus Verducciola de caſtro Ripæ comitatus Peruſię, & rector Eccleſiæ ſiue Plebis Sanctæ Mariæ de dicto caſtro Ripæ tanquam Plebanus & rector egit contra homines dicti caſtri, & quorundã aliorũ locorum cõuicinorũ pro conſequẽdis decimis decurſis ipſi Don Paulo, vt prætenditur debitis occaſione ſacri baptiſmatis exiſtentis in dicta ſua eccleſia, in qua (veluti ipſe Don Paulus deduxit) erat ſolitus baptizare, prout baptizauit omnes & ſingulas perſonas & creaturas, pro quo baptiſmate petebat ab vnaquaque familia habente boues vnum quartum grani, ab aliis verò familiis non habentibus boues ſolidos decem pro qualibet familia, cúmque prædicti homines recuſarent aliquid ſoluere prædicto don Paulo, nec minus in futurum eorum creaturas adducere ad baptizandum ad dictam eccleſiam, idem don Paulus contra eos inſtituit iudicium corã D. Prouinciario Illuſtriſſimi & Reuerẽdiſſimi Cardinalis & Epiſcopi Peruſini à quo reportauit ſententiam in fauorem, fuit tamen per dictos homines à dicta ſententia appellatum, & cauſa commiſſa alio coauditori Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Peruſiæ, à quo pariter dictus don Paulus reportauit ſententiã in fauorem in confirmationem alterius ſententiæ aliàs per dictum don Paulum ad fauorem habitæ à præfato Reuerendo D. Prouicario Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis & Epiſcopi Peruſini.

Dicti tamen homines & vniuerſitates tã caſtri Ripæ, caſtri Lidnaris, & aliorum locorũ, de quibus in proceſſu fit mentio denuò appellauerunt à ſecunda ſententia, & cauſa mihi commiſſa fuit in tertia inſtantia, & demum reducta cauſa ad expeditionem ſententiæ, quæ quidem ſententiæ videbantur per me confirmandæ, nõ deguſtã-
1 do negocium principale, † cùm ex diſpoſitione
ſtatuti Peruſini duæ ſententiæ conformes faciant rem iudicatam, & ab eis minus appellare liceat. quod quidem ſtatutum Peruſinum loquẽs de huiuſmodi materia eſt in viridi obſeruantia, & ſecũdùm eius diſpoſitionẽ multoties iudicaui, & tangendo, ac deguſtando etiam negocium principale d. don Paulus videbatur fouere ius tum de iure cõmuni, tũ etiam de cõſuetudine per ipſum deducta & probata, quod per longum tempus homines dictorum caſtrorum & villarum iuerint ad dictam eius eccleſiam ad baptizandum eorum creaturas, ſoluendo pro qualibet familia habente vnum par boum, quartum vnum grani quolibet anno, & à non habente boues, ſolidos decem ſoluebant quolibet anno pro qualibet familia.

De iure enim communi videtur tex. in c. de de-
2 cimis 16. q. 1. vbi diſponitur † decimas baptiſma-
les eſſe ſoluendas adminiſtranti ſacrum baptiſma
idem tradit Abb. in c. cùm contingat. ſub nu. 6. ex-
3 tra de decimis. dicens, † decimas eſſe integrè ſol-
uendas ad eccleſiam parrochialem baptiſmalem.
Iſte autem don Paulus adminiſtrabat huiuſmodi
4 Sacramentum cùm † baptiſmum ſit ianua ad alia
Sacramenta. 32. diſtin. c. propter hoc §. verum. meritò dictæ decimæ erant ſoluendæ præfato don Paulo.

Conſuetudine etiam videbatur fouere ius dictus don Paulus, cùm per teſtes in proceſſu fuerit probatum homines illos per multos annos iuiſſe ad baptizandum eorum creaturas eccleſiæ dicti don Pauli ſoluendo decimas ſuprà dictas, iuxta diſtinctionem perſonarum, vt ſuprà deductũ fuit,
5 & clarum eſt quòd † conſuetudine poteſt præ-
ſcribi ius percipiendi decimas, etiam in aliena parrochia. c. 1. de præſcrip. in 6. Ruy. conſil. 144. quamuis nu. 17. lib. 5. Didac. Couarr. lib. var. reſol. cap. 16. verſi. decimo. his omnibus & his fundamẽtis forſan domini iudicis à quibus fuerunt moti ad ſententiandum ad fauorem pręfati don Pauli.

His tamen & aliis ſimilibus quæ adduci poſſent ad fauorem dicti don Pauli non obſtantibus fui in contraria opinione dominorum prędictorum, videlicet malè per dictos iudices fuiſſe ſententiatum



tentiatum ad fauorem dicti don Pauli, & bene appellatum, & ſententias prædictas non eſſe exequendas, neque facere rem iudicatam, etiam ex diſpoſitione ſtatuti Peruſini ſtante notoria iniuſtitia dictarum ſententiarum, cùm neque de iure cõmuni, neque de conſuetudine prædicti homines teneantur, & obligati ſint ad deferendum ad ſacrum baptiſma eorum creaturas ad eccleſiam di-
6 cti don Pauli, prout etiam oſtendit † Excellen-
tiſſimus Raynaldus Rodulfus Iuriſconſultus Peruſinus, & pręceptor meus honorandus in ſuis allegationibus, & ego latius in motiuis.
7 Primò, quia deducebam pro † baptiſmo nil ſol
ui debere. Spec. de mod. gen. conſ. rub. 60. nemo
8 enim cogi poteſt ad aliquid † ſoluendum pro ſa-
cramentis eccleſiaſticis, nec de iure nec de conſuetudine, cap. ad apoſtolicam de ſimo. & ibi In-
9 noc. nu. 2. Nec decimæ † ſiue prædiales, ſiue perſo
nales, aut aliæ decimæ ſoluendę ſunt eccleſiæ baptiſmali, niſi eccleſia baptiſmalis ſit etiam parrochialis, vt concordando opiniones, diſtinguit Rebuff. q. 6. nu. 19. & ſequitur præfatus Excellentiſſimus Aduocatus laudans & approbans opinionẽ Rebuffi, cùm diſtinguat & concordet opiniones,
10 & in dubio ſit ſequenda ea † opinio quæ concor
dat & diſtinguit tanquam media. l. adeo. §. cùm quis. verſi. eſt tamen etiam media ff. de acquir. rer. domi. not. in c. quærenti. de offic. deleg. Soc. Iun. cõſ. 121. nu. 36. & conſ. 39. nu. 78. lib. 2. quæ quidem diſtinctio eſt conformis opinionibus Hoſtien. in ſum. num. 4. & Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de decimis. verſic. & per hoc concordari poſſunt, & Hoſtienſ. accipit quaſi ſinonima parrochiales & baptiſmales, dicens, danda eſt eccleſię parrochiali ſiue baptiſmali.

Secundò, per doctri. Abb. in c. ad audientiam. el primo. nu. 14. de eccleſia ædificã. vbi diſputat &
11 concludit, decimas † deberi capellis quibus ſit aſ-
ſignata certa parrochia, & ita de facto conſultum reſpondiſſe aſſerit ea ratione, quia iure commu-
12 ni redditus ſpirituales † eccleſiæ prouenientes
ex prædiis debentur illi eccleſiæ, intra cuius confinia ſunt ſita prædia. c. paſtoralis. de his quę fiunt à prælat. ergo idem de decimis prædialibus c. ad decimas. de reſtit. ſpoli. in 6. ſequuntur Calder. & & Io. And. in add. ad Abb. in c. cùm cõtingat. verſ. circa hoc idem. Andr. Hiſpan. in tracta. de decimis. quæſt. 5. nu. 5. tom. 4. fol. 390. cùm ergo prædia iſtorum ruſticorum ſint ſita in alia parrochia, in qua audiunt diuina, & ſuſcipiunt ſacramenta, cõfeſſiones, Euchariſtiã, extremas vnctiones, & ſepulturam, iure meritò à dicto don Paulo moleſtari non debent. nec dici poteſt ipſi don Paulo deberi decimas perſonales, cũ aliqui ſuſceperint ſacrum baptiſma in dicta eius eccleſia, vt videtur Io. And. innuere, vbi ſuprà, & Abb. in d. c. cùm contingat. ſub nu. 6. ver. remanet tamen. &c. quia ibi Abb. hoc non firmat, ſed dicit eſſe ſtandum conſuetudini quæ non fuit probata, & inferius demonſtrabitur. arg. 1. & in iure clarum eſt, quòd
13 † decimæ debentur tum eccleſiæ baptiſmali, quã-
do etiam eſt parrochialis eccleſia illa, vt ſuprà deduxi, iſti autem conuenti non ſunt ſub parrochia eccleſiæ d. don Pauli, meritò aſtringi non poſſunt ſi enim & parrochiali, & baptiſmali tenerentur ſoluere duplici onere grauarentur, quod non eſt
14 dicendum, quæ poſtea eccleſia † parrochialis te-
neretur ſoluere quarteſium, ſiue quartam partẽ Epiſcopo. Ferret. conſ. 102. num. 3.

Nec conſuetudine poteſt ſe fundare iſte don Paulus, quia, vt deducit dominus aduocatus, nil probatum eſt in proceſſu, niſi quòd homines villæ, ſiue caſtri Lidarnis & aliarum villarum iuerunt illuc ad baptizandum, & earum creaturas
15 illuc attulerunt, & ſic cùm ſit probatio † obſcura
& non concludens, non releuat l. nõ hoc. C. vnde legit. l. non nudis. l. neq; naturales. l. non epiſtolis & l. ad probationem. la ſeconda. C. de proba. Bar. & Docto. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. o-
16 bli. c. in præſentia. extra de proba. & in † re dubia
debet eſſe iudiciũ abſolutoriũ. ne veritas offenda-
17 tur. c. fi. 34. diſt. cùm nõ deceat † in re dubia certã
ferre ſententiam c. graue. 11. q. 3. vnde ſatis eſt reo
18 † quòd actoris intentionem reddat dubiam. c. in-
ter dilectos. in fi. de fide inſtrum. Bal. conſ. 79. lib. 2. Anchar. conſ. 267. cum ſimil.

Et vltra dominum aduocatum faciunt alia cõtra dictum don Paulum, & ad fauorem conuentorum, quibus reſpõderi non poteſt, nam ad hoc
19 vt † conſuetudo dicatur probata, tria requirũtur.
Primò diuturnitas temporis. Secundò, actuum frequentia. Tertiò, tales actos fuiſſe factos publicè coram multis, ita quòd veriſimile ſit trãſiuiſſe in notitiam populi ſiue maioris partis. Cyn. in l. 3. col. 12. verſ. ſed quæro quid deponant teſtes, C. quæ ſit longa conſue. Bald. in l. de quibus. col. 5. verſ. nunc veniamus, ff. de legib. Natt. conſil. 309. num. 6. lib. 2. ſed neutrum iſtorum requiſitorum fuit probatum in proceſſu, meritò in conſuetudine hic don Paulus ſe fundare non poteſt, præſer-
20 tim quia quando † conſuetudo tendit ad detra-
hendum iura alicuius eccleſiæ, requiritur ſpaciũ quandraginta annorum ad eam præſcribendam, Innocen. in c. dilecti, extra de conſuc. vbi Abb. n. 21. c. de quarta. extra de præſcri. Pet. Duen. in reg. 138. in 3. limita. & in reg. 139. in prima limitat. ſed iſte don Paulus non probauit, & confuſè quidem quòd ſolùm per viginti duos annos, & vltra dicti homines detulerunt earum creaturas ad ibi baptizandum, & cùm hoc tendat in detrahenda iura aliarum eccleſiarum, meritò ex præſcriptione ſiue conſuetudine iſta non probata per quadraginta annos, vt ſuprà, dictus don Paulus ſe fundare non poteſt, cùm nec etiam formiter fuerit probata concurrentibus tribus requiſitis ſuprà
21 relatis, cùm enim † conſuetudo percipiendi deci
mas in aliena parrochia ſit contra ius commune
22 c. 1. de præſcri. lib. 6. ideo de iure † canonico ad
ad huiuſmodi conſuetudinẽ inducendam requiritur ſpacium quadraginta annorum. quamuis de
23 iure ciuili ſat fuiſſet † ſpacium decem annorum
ſecundùm gl. & Doct. communiter in c. fi. extra de conſuetu. & in puncto in materia pręſcriptionis ſiue conſuetudinis percipiẽdi decimas, quòd requiratur ſpacium quadraginta annorum. conſuluit Ruy. conſ. 144. quamuis nu. 17. lib. 5. & Didac. Couar. lib. var. reſol. cap. 16. lib. 1. nu. 7. vbi infinitos propemodũ authores allegat, & dicit requiri ſpacium quadraginta annorum ad præſcribendum ius percipiendi decimas in aliena par-

rochia, in quo quidem cap. præfatus Doctor Co-
uarruuias materiam decimarum doctiſſimè ex-
planat.

Sed ex alio fundamento vltra dictum aduoca-
tum corruunt prætenſa iura dicti Don Pauli, vt
eius cauſa incurabilis, iudicio meo, reddatur. ſciē
dum eſt etenim quòd multis & multis annis iam
elapſis quidam rector eiuſdemmet eccleſię, cuius
ad pręſens eſt don Paulus, inſtituit iudicium con
tra homines d. caſtrorū & villarum coram quodā
Domino Iacobo Antonio Ferreo de Carobia Vi-
cario tunc temporis Epiſcopi Peruſini, Anno Do
mini M.D.XL. prout eſt videre in proceſſu à char.
132. qui quidem homines reportarunt ſententiam
24 ad eorum fauorem contra dictum rectorem, † cui
dicta ſententia fuit intimata, nec appellauit, quo
fit vt tranſierit in rem iudicatam. l. 1. ff. de re iudi.
poſtmodum iſte Don Paulus ad præſens rector
dictæ eccleſiæ, petiit ſe reſtitui aduerſus dictam
rem iudicatam, & fuit reſtitutus à Prouicario illu
ſtriſſimi ac Reuerēdiſſimi Cardinalis & Epiſco-
pi Peruſini, à quo reportauit ſententiam in fauo-
rem, quæ poſtmodum ſententia fuit confirmata
per dictum D. collegam meum, Auditorem Reue
rēdiſſimi Domini Gubernatoris: dico enim quòd
cùm antequam fuiſſent prolatæ iſtæ duæ ſenten-
tiæ ad fauorem dicti don Pauli, præfati homines
per ſententiam diffinitiuam fuerant abſoluti, &
ſententia illa fecerat tranſitum in rem iudicatam,
dico inquam, quòd fuit nulla reſtitutio illa aduer
ſus dictam rem iudicatam, facta per præfatum
Dominum Prouicarium, cùm nec etiam Cardina
25 lis, etiam quòd fuiſſet † legatus de latere, valuiſ-
ſet de iure reſcribere aduerſus rem iudicatam. An
to. de But. conſi. 62. hic de duobus. col. 2. Abb. cōſ.
1. col. 2. lib. 2. Soc. Sen. cōſ. 27. col. 3. circa medium.
lib. 3. & in legato Auenionenſi conſuluit Crauet.
conſ. 103. viſis. nu. 2. & 3. vbi in materia noſtra deci
26 marum conſuluit, dicens, quòd licèt modus † ac-
quirendi ſit de iure ciuili, cui poteſt princeps e-
tiam ſine cauſa derogare. c. propoſuit. de conceſ.
præben. l. princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eod.
tit. tamen iſtud ius quæſitum mediante ſenten-
tia, id eſt dominium decimarum dicitur de iure
27 gentium, cui † princeps ſine cauſa derogare non
poteſt etiam de plenitudine poteſtatis, ſecun-
dùm communē opinionem, de qua per Doct. in
l. fin. C. ſi contra ius vel vtilita. publi. vbi Iaſ. in 7.
limita. & in aliis locis adductis per Crauett. in ſu
pra citato loco. Idem Abb. conſ. 111. col. fin. libr. 2.
Dec. conſ. 343. col. 3. ver. ſed quia poſt aditam. &
conſi. 284. col. 6. verſi. & eſt communis opinio. &
28 † licèt eſſet dubium in principe ſecūdùm aliquos,
vt eſt videre diffuſè apud Menoch. in tract. de ar-
bit. iudi. quæſt. 52. lib. 1. in iſto autem iudice infe-
riori nulla cadit dubitatio, quòd non valuerit re-
ſtituere dictum don Paulum aduerſus dictam rē
iudicatam.

Nec etiam dictus don Paulus fundari poteſt
ex alio, videlicet quòd rector tūc temporis dictæ
eccleſię non potuerit præiudicare ipſi don Pau-
29 lo eius ſucceſſori, quia etſi † rector expreſſè non
poſſit gerere actus nociuos futuro rectori & prę-
lato, poteſt tamen tacitè per negligentiam noce-
re rectori & prælato dictæ eccleſiæ, puta non ap-
pellando. Pariſ. conſ. 3. num. 15. lib. 4. cùm ergo re-
ctor tunc temporis non appellauerit intra debi-
tum tēpus, & quatenus appellaſſet, nō fuerit cau-
ſam proſecutus intra debita tempora, negligen-
tiā iſta obfuit etiam ipſi don Paulo moderno
rectori dictæ eccleſiæ, ad tradita per Pariſ. vbi
ſuprà.

Contraria non obſtant, & pręſertim diſpoſitio
ſtatuti Peruſini diſponentis duas ſententias con-
formes debere exequi & facere rem iudicatam,
quia ſtatutum prædictum debet intelligi, niſi an-
30 te adeſſet aliqua alia † ſententia, quæ feciſſet tran-
ſitum in rem iudicatam, quia ante omnia illa ſen-
tentia attendi debet. toto tit. de re iudi. & iſtę ſen-
tentiæ contra aliam primam ſententiam, quę fe-
cerat tranſitum in rem iudicatam, fuerunt nullæ.
l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Menoch. in
tract. de arb. iud. quæſt. 52. nu. 2. lib. 2. attendi enim
debet prima ſententia, quæ tranſiuit in rem iudi-
catam, vt dicit Menoch. in ſupra citato loco. quæ
quidem ſentētia nocuit dicto Don Paulo ſucceſ-
ſori in dicto Beneficio ex quo eius anteceſſor
31 † non appellauit, vt in terminis noluit Pariſ. d.
conſ. 111. nu. 15. lib. 4. debet etiam intelligi dictum
32 ſtatutum † de ſententiis validis, & non omnino
iniquis, & iniuſtis. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu
dic. ex quibus dilucidè apparet me iuſtiſſimè ſen
tentiaſſe ad fauorem conuentorum contra dictū
don Paulum manu ſer Adriani, Peruſini Notarij
Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO LXXIII.

## SVMMARIVM.

1 *Publicatio proceſſus requiritur ad hoc, vt poßit op-
poni contra dicta teſtium, ſecus contra perſonas,
& nu. 6.*

2 *Delegatus ad examinandum teſtes, non poteſt pro-
ceſſum publicare, ſed ad delegantem literas ob-
ſignatas remittere debet, ad quem delegantem
ſpectat publicatio proceſſus, & nu. 3.*

4 *Teſtes non publicantur Romæ, niſi in tertia inſtan
tia, & hoc ex eo fit, vt noui poßint examinari te
ſtes, & nu. 5.*

7 *Teſtes repulſare, & fieri probationes cum repulſa,
non poſſe.*

8 *Teſtis inimicus nō debet examinari de iure, quā-
do incontinēti de inimicitia docetur, quod exa-
men impeditur non ſolùm ob inimicitiā capita-
lem, ſed etiam quādo inter collitigantes adeſſet
lis, & quæſtio omnium bonorum. & nu. 9.*

10 *Teſtes inimici de conſuetudine & ſtylo exami-
nantur ſaluis exceptionibus tam contra dicta,
quàm contra perſonas teſtium.*

11 *Teſtis inimicus aliquando dicit veritatem ad fa-
uorem inimici, & aliquando allegat conteſtes nō
inimicos, quibus poſtea creditur, adeo quòd bona
eſt practica, quòd inimici teſtes examinentur ſal
uis exceptionibus, & replicationibus, tam cōtra
dicta, quàm contra perſonas teſtium.*

## Argumentum.

Delegatus ad examinandum teſtes nō
publi-



publicat proceſſum, ſed eum remittit ob-
ſignatum ad delegantem, & ideo coram
eo non opponitur, niſi cōtra perſonas tę-
ſtium, non autem contra dicta, caſus con-
tingibilis, & non admodum à Doctoribus
pertractatus.

Romæ non publicantur teſtes, niſi in
tertia inſtantia.

Inimici teſtes non examinantur de iu-
re, ſecus de ſtylo & conſuetudine, de qua
atteſtatur hic Author, videlicet examina-
ri debere teſtes, etiam inimicos ſaluis ex-
ceptionibus & replicationibus.

SIMEON Fabenus, aliàs del Cor-
ſo de Peruſia, & Hieronymus So-
tius, aliàs il Medechetto, conduxe-
rant à Reuerenda Camera Apoſto-
lica piſcationes lacus Peruſini cū
quibuſdam capitulis & conuentionibus in qui-
bus exprimebantur modi piſcandi permiſſi ac
prohibiti.

Præfati Simeon, & Hieronymus ſublocauerūt
tertiam partem dictæ piſcationis Illuſtriſſ. Domi-
næ Conſtantiæ de Ballionibus, pro qua fideiuſſit
quidam Ciccus Sātis, aliàs Cecco brauo de caſtro
turris Andreæ Aſſiſienſis diœceſis.

In fine temporis fuerunt facta computa, & cal-
culatæ rationes, & inuentum in dicta conductio-
ne pro rata dictę Illuſtris D. Conſtantiæ fuiſſe de-
perdita ſcuta ſeptingenta, pro quibus ſoluendis
præfatus Simeon & Hieronymus conuenerunt
dictum Ciccum, quem carcerari poſtea fecerunt,
qui cùm poſtea fuiſſet habilitatus, Romā quàm-
primum petiit, & cauſam prædictam introduxit
coram Reuerendo Domino Auditore Cameræ
Apoſtolicæ, aſſerens huiuſmodi iacturam proue-
niſſe culpa præfatorum Simeonis & Hieronymi,
quippe qui durante dicta conductione innoua-
uerunt cedulam & quamplurima capitula in ea
contēta, ad id contradicēte dicta Illuſtri Domina
Conſtantia & Cicco præfato, & ad prædictorum
culpam probandam obtinuit literas remiſſorias
mihi directas pro examinandis teſtibus cum fa-
cultate aſſignandi terminum aduerſarij ad repul-
ſandum dictos teſtes, iuxta ſtylum Romanæ Cu-
riæ, de quo per Veſtr. in pract. ſua. lib. 6. cap. vlti.

Cúmque per me eſſet peractum examē teſtium
inductorum ad fauorem dicti Cicchi, aſſignaui
terminū dictis Simeoni & Hieronymo ad repul-
ſandum dictos teſtes.

Sed quia capitula producta pro repulſandis te-
ſtibus continebant non ſolùm repulſam contra
nomina teſtium, verùm etiam contra dicta teſtiū,
ex aduerſo inſtabatur dicta capitula non eſſe ad-
mittenda, niſi in quantum continerent repulſam
contra perſonas tantùm aſſerentes contra dicta
non poſſe repulſari, donec non fuerit publicatus
proceſſus.

Quæſtionem hanc in terminis decidit Bart. in
1 tract. ad reprimendum in ver. & figura, † & ver-
ſic. ſed an requiratur publicatio. vbi Bar. dicit re-
quiri publicationem in caſu de quo loquitur, ſi
enim non publicarētur, dicit ibi Bar. non poſſent
impugnari teſtes & eorū dicta, cùm igitur in caſu
noſtro non publicetur per me proceſſus, non poſ
ſunt impugnari dicta teſtium, ſed tātùm nomina,
& ſuadet ratio naturalis, quia cùm parti nō inno-
teſcant dicta teſtium ante publicationem proceſ-
ſus, eſſet impoſſibile impugnare id de quo noti-
tiam non habemus & doctrinam Bart. ſequitur
Capit. deciſ. 55. in cauſa Magnifici Pauli. nu. 3.
2 Cúmq; ego eſſem tantùm † delegatus ad teſtes
examinandos, non poteram teſtes publicare, ſed
ad delegantem literas obſignatas remittere tene-
3 bar, ad quem delegantem † publicatio etiam pro-
ceſſus ſpectabat. Bart. in l. cùm ab initio. propè fi.
ff. quemadmodum teſtament. aper. & nouiter mul
ta ſatis doctè ad hanc materiam conferentia cu-
mulat Grauat. in annota. ad prax. Veſtr. lib. 6. cap.
vlt. litera E, mihi. char. 191.
4 Et ſi tu dixeris Romæ † non publicari teſtes,
niſi in tertia inſtantia ad hoc vt noui poſſint exa-
minari teſtes, ad tradita per Veſtr. in d. prax. cap. 1.
nu. 4. lib. 7. & ſic videtur abſonum non poſſe re-
pulſari dicta teſtium, ne cauſæ periclitentur.
5 Reſpondeo ex non † publicatione illa maximū
naſci commodum, vt dicebam, cùm poſſint indu-
ci noui teſtes, ſi poſtea aliquis vult probare con-
trarium eius quod probatum fuit ex aduerſo, prę-
ſupponendo teſtes depoſuiſſe, prout in capitulis
cōtinetur, hoc bene obtinere poterit per iudicem
delegantem, vel poterit obtinere vt examen com
mittatur cum poteſtate aſſignandi terminum ad
repulſandum teſtes, & eorum dicta, ſed quia au-
thoritas mihi cōceſſa erat limitata in recipiendo
teſtes dicti Cicchi, & aſſignandi terminum aduer
6 ſariis ad † repulſandum teſtes, vtique (etſi expreſ-
ſè non dicatur in commiſſione) repulſa illa coram
me non poterat fieri, niſi contra nomina teſtium,
non autem contra dicta, cùm coram me non pu-
blicetur proceſſus.

Idem colligitur virtualiter ex dictis Marant. in
tract. iudic. in tertiodecimo actu nu. 8. par. 6. vbi
eleganter declarat materiam repulſæ [illegible]um: di-
cit enim ibi Marant. ſub d. num. 8. & quòd ſi quis
7 in primis articulis vellet † repulſare teſtes & face-
re ſuas probationes ſimul cum repulſa, quòd non
poſſet ante publicationem.

Bene tamen verum eſt, quòd non ſolùm poſ-
ſunt repulſari teſtes, verùm etiā aliquando impe-
8 diri examen teſtium † productorum, puta quan-
do teſtis eſſet inimicus. auth. ſi teſtis productus C.
de teſtib. Soc. reg. 129. fallen. 1. Gramma. deciſ. 86.
Menoch. in tract. de arbit. iud. caſu. 239. lib. 2. cent.
3. quod tamen procedit, quando incontinēti hoc
poſſet probari, & quod obiicitur, eſſet notorium.
Abb. in c. ex parte. nume. 8. extra de teſtib. & ibi
Fely. num. 15. Mennoch. vbi ſupra num. 12. & vltra
eum Marſil. in l. 1. §. ſi quis dicatur. ff. de quæſtion.
ad impediendum tamen tale examen requiritur
9 † inimicitia capitalis, vel aliud æquipollens ini-
micitiæ capitali, puta quòd inter collitigātes ad-
eſſet lis & quæſtio omnium bonorum, iuxta glo.
in d. auth. ſi teſtis productus. & ibi Bart. in fi. C. de
teſtib. Menoch. in ſupra citato loco, num. 11. poſt
Gramma. conſi. 31. nu. 3. & conſi. 75. nu. 2. deciſ. 28.
num. 15. & deciſ. 86. nu. 11.

10 Ego tamen † (etſi hæc de iure procedant) nun-
quam vidi ſeruari in practica, quòd impediatur
examen etiam inimicorum capitalium, ſed exa-
minantur ſaluis exceptionibus tam contra teſtes,
quàm contra eorum dicta, & hæc eſt communis
practica quæ ſeruatur in hac prouincia, & in pro-
uincia Marchiæ Anchonitanæ, eámque puto ſer-
uari in aliis etiã prouinciis ſtatus eccleſiaſtici, po-
11 teſt etiam eſſe quòd † inimicus dicat veritatem ad
fauorem alterius inimici, euenire etiam poteſt ꝙ
alleget conteſtes non inimicos qui dicant poſtea
veritatem, & ideo bona eſt practica iſta, quòd e-
xaminentur etiam teſtes inimici, ſaluis exceptio-
nibus & replicationibus, tam contra dicta, quàm
contra perſonas teſtium.

Pronunciaui tandem coram me poſſe repulſari perſonas teſtium, non autem eorum dicta, manu Ser Raynaldi de Rubeis, Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Sumptibus cõmunibus eſt fienda impenſa, quando committitur cauſa conſultori, quod etiam de conſuetudine ſeruatur, hoc tamen procedit quando iudex ex officio cauſam cõſultori tranſmittit, ſecus ſi ad inſtantiam alterius partis, & nu.2.*

3 *Sumptibus explicari petentis eſt tranſmittendum iuſiurandum.*

4 *Sumptibus petentis remiſsionem carcerati eſt fienda remiſsio, ſecus ſi ipſemet carceratus peteret ſe remitti, quia ſumptibus ipſius carcerati eſſet fienda remiſsio, & nu.5.*

6 *Sumptibus epiſcopi petentis ſibi remitti clericum carceratum eſt fienda remiſsio.*

7 *Sumptibus petentis & iuramentum offerentis abſenti, eſt fienda remiſsio, ſecus quando actor & reus communiter inſtant, quòd alteri eorum cui de iure, iuramentum tranſmittatur, quia ſumptibus communibus impenſa fieri debet, & numero 8.*

9 *Sumptibus communibus tranſmittitur interrogator.*

10 *Sumptibus abſentis decernuntur literæ remiſſoriæ pro reſponſione fienda teſtibus, quod procedit in epiſcopis, & perſonis nobilibus, ſiue in dignitate conſtitutis, reprobata opin.Specu. & nu.11.*

12 *Epiſcopi dicuntur in dignitate conſtituti, ac ſummi ſacerdotes, & reſpectu ordinis dicuntur maiores presbyteris Cardinalibus.*

### Argumentum.

In iſta practicabili ac ordinata deciſione tractatur quorum ſumptibus trãſmittatur cauſa conſultori iuſiurandum, & remiſſiones carceratorum, interrogator, & literæ remiſſoriæ cũ poſitionibus introcluſis etiã epiſcopis & aliis perſonis in dignitate conſtitutis, & profectò reſolutio iſtius deciſionis quoto die euenit in practica, tam iudicibus, quàm aliis in foro verſantibus, qui in futurum aberrare non poterunt ſi omnia quæ hic adamuſim expoſita fuere, quieto animo deguſtabunt.

PROCVRATOR Domini Guidi fecerat poſitiones in cauſa quam habebat cum præfato Reuerẽdiſſimo Epiſcopo, quibus reſpõderi petebat per Reuerendiſſimum Epiſcopum inſtans decerni literas in ciſq; introcludi dictas poſitiones, & in hoc erant concordes cauſæ patroni, ſed dubitabatur cuius ſumptibus dictæ literæ eſſent tranſmittendæ.

In hoc articulo aliqui ſunt conſiderandi caſus, vt explicitè procedatur.

1 Primus caſus eſt, quando † cauſa committitur
conſultori, tunc quicquid dixerit Bal.in l.3. C.de
adulter.Bart.in l.ſi poſtulauerit.num.2. ff.de adul.
& Alexan.in l.ad egregias perſonas. ff.de iureiur.
communibus ſumptibus eſt fienda impẽſa Iaſ. in
l.prætor ait.§.is etiam.num.10. ff.de eden. quæ o-
pinio de conſuetudine ſeruatur, & iuri conſona
videtur.

Cùm enim conſilium ferendum æqualiter opi-
tuletur ambabus partibus, cõdecens eſt etiam vt
2 ſumptus communiter ſint fiẽdi, quod † tunc pro-
cedit, quando iudex ex officio cauſam conſultori
tranſmitteret, ſecus ſi vna pars hoc peteret, & ita
procedunt dicta Bar. in l.ſi poſtulauerit. in 2. col.
ff. de adulte.& Iaſ. in d.l. ad egregias perſonas.nu-
me.3.ff.de iureiuran.

Secundus caſus eſt, quando procurator abſen-
tis petit tranſmitti iuſiurandũ eius principali ab-
ſenti, & iſto caſu iuſiurandum eſt tranſmittendũ
3 † ſumptibus explicari petentis.Bal.in l.cùm ſæpe.
C.de erog.milit.anno Boer.deciſ.303.Menoch. in
tract.de arbit.iud. lib.2.cent.3.nu.5.& 6. quemad-
modum dicimus de petente remitti carceratum,
4 † vt ſumptibus petentis ſit fienda remiſſio. Bal.in
l.eos.C.de appella.Boer.deciſ.103. nu.5. & nu.12.
5 Capell.Toloſ.quæſt.100.etſi ipſemet captus † pe-
teret ſe remitti, impenſis ipſius capti petentis eſ-
ſet fienda remiſſio.Boer.vbi ſupra n. 12. vbi etiam
6 dicit, quòd ſi † epiſcopus petat ſibi remitti cleri-
cum à laico captũ, ſumptibus ipſius epiſcopi pe-
tentis eſſet fienda remiſſio.

7 Tertius eſt caſus, quando is qui præſens † eſt of
fert abſenti iuramentum, & is acceptat, tunc illa
tranſmiſſio fit ſumptibus ipſius petentis & iura-
mentum offerentis, cùm ad eius commodum &
vtilitatem petat, licèt in eius damnũ euenire poſ-
ſet, quatenus aduerſarius negaſſet, ita poſt alios
tradit Menoch.in allegato loco, nu.21.

8 Quartus eſt caſus, quando actor † & reus com
muniter inſtant, quòd iuramentũ, puta deciſiuum
alteri eorum cui de iure deferatur & tranſmitta-
tur, tunc communi impenſa trãſmittitur. ita pro-
cedant dicta Iaſ.in d.l. ad egregias perſonas. nu.3.
& Boer.deciſ.303.nu.5.

9 Quintus caſus eſt, quando tranſmittitur † in-
terrogator, tunc communibus impenſis eſt fien-
da trãſmiſſio.Spec.in tit. de iuram.calum.§. reſtat.
verſ.antepen. Alex. in d.l.ad egregias. nu.4. vbi &
Iaſ.nu.4.Menoch.vbi ſupra.nu.26.

Sextus & vltimus caſus, qui eſt caſus noſter,
quando



10 quando fit inſtantia † pro reſponſione fienda po-
ſitionibus, & tunc literæ decernendæ & ſumptus
fiendi ſunt ſumptibus abſentis. Iaſ.in d.l.ad egre-
gias.num.3.Capell.Toloſ.deciſio.274.Boer.deciſ.
303.num.5.Afflict.deciſ.177.nobilis quidam. Gra-
uat.in apoſtill.ad prax.ad Veſt. cap.vlt. nume.14.
vbi poſt alios pro opinione Iaſ. allegat tex.in c.ſi
teſtes.§.venturis.4.q.3.& c.ſtatum.§.penult.de re-
ſcrip.in 6. & l. quoniam. C.de teſtib. & exactiſſi-
mè Menoch. qui ſatis doctè hanc materiam de-
clarat in d.tracta.de arbit.iud.lib.2. num.2.cent.3.
qui (vt dicebam) eſt caſus noſter, quia cùm Reue-
rendiſſimus iſte Epiſcopus eſſet abſens, inſtare-
túrque pro reſponſione fienda capitulis tranſmit-
tendis, ſumptibus ipſius Reuerẽdiſſimi Epiſcopi
erat fienda tranſmiſſio.

Et ſi tu dixeris ſupradictam opinionem non
procedere in perſonis in dignitate conſtitutis. ad
not.per Spec.in tit.de iurament.calum.§. reſtat.&
11 Capell.Toloſ.deciſio.274. † Reuerendiſſimus au-
tem Epiſcopus erat in maxima dignitate conſti-
tutus.Bald.in l.ad ſimilitudinem.C.de epiſcop. &
cleri.& epiſcopi dicuntur ſummi ſacerdotes cap.
1. poſt medium. de ſacr. vnct. & reſpectu ordinis
dicuntur maiores presbytero Cardinali Cau. 24.
incip.puto.q.7.

Reſpondeo contrarium eſſe verius, quòd im-
mo in iſto caſu dignitas non excuſet ab impenſis:
iura enim conſiderant abſentiam non debere no-
cere parti, & dignitas quo ad iſtas reſponſiones
12 non eſt in conſideratione, cùm † dignitas & no-
bilitas non debeant alteri eſſe detrimento, vt in
propriis terminis voluit Capell.Toloſ. deciſ.100.
reiecta opinione Specul. ita etiam in perſona in
dignitate conſtituta voluit Menoch.in d.tract.de
arbit.iudi.caſu 228.nu.12.lib.2. cent.3. cum qua o-
pinione ego etiam pertranſiui, videlicet dictas li-
teras remiſſoriales eſſe concedendas ſumptibus
præfati Reuerendiſſimi Epiſcopi, quòd vltra alle-
gatos per Menoch.voluit Affli.dicta deciſio. 177.
nobilis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Minorum bona illata in domum conductam, ſecundum vnã opinionem non ſunt obligata pro penſione domus.*

2 *Minor non poteſt conſtituere donationem ante nuptias ſine decreto iudicis, etiam quòd receperit dotem.*

3 *Minoris bona recipientis dotem non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione dotis.*

4 *Tutoris bona omnia cenſentur obligata pro adminiſtratione tutelæ.*

5 *Minorum bona ob cauſam ſupradictam non obligantur.*

7 *Minorum bona ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus, ſecundùm aliam opinionem & communem, quam tamen nouiter declarat Author in fine deciſionis.*

8 *Minorum bona non poſſunt alienari ſine authoritate curatoris.*

9 *Minor domum conducens facit id quod faceret quilibet diligens paterfamilias.*

10 *Pupillus licèt non poſsit ſe obligare principaliter, poteſt tamen in conſequentiam.*

11 *Lex generaliter & indiſtinctè loquens, comprehendit etiam perſonas priuilegiatas.*

12 *Guiglielmi de Cuneo, & Cyn.opin.reiecta.*

13 *Minorũ bona inuecta in domum, intelliguntur tacitè obligata pro penſione domus, quãdo cõduxit domum condecentẽ, ſecundùm aliam opinionem.*

14 *Authoris nouæ opiniones & declarationes, quãdo bona minorum illata in domum cõductam intelligantur obligata, hactenus non animaduerſæ à Docto. & nu.15.16.17. & 18.*

### Argumentum.

Minorum bona illata, & inuecta in domum conductam, quando intelligantur obligata pro penſione domus, hic nouis declarationibus veris in iure, & in praxi ſeruari conſuetis enucleatur.

MINOR quidam conduxerat domum eius conditioni cõdecentem, fuit dubitatũ an bona illata per minorem in domum conductam eſſent tacitè obligata pro penſione domus.

In hoc articulo vt ordinatè procedatur quatuor fuerunt Docto. opiniones, quas poſt omnes nouiſſimè congerit Menoch.in tract. de adipiſcẽ. poſſeſſ.in 3.remed.nu.65.& ſeq.

Prima opinio fuit glo.in l.item quia. in ver. il-
lata.ff.de pact.vbi Bar.nu.2.Aret.in §.item Seruia-
na nu.4.Inſtit.de actio. Saly. in l.certi iuris.in 3.q.
1 C.loca.qui omnes tenent † bona minorum illata
in domum conductam non eſſe tacitè obligata
pro penſione domus, nam licèt bona inuecta &
illata regulariter ſint tacitè hypothecata pro pen-
ſione domus.d.l.item quia.vbi Doct. ff. de pact.l.
certi iuris. C.loca.l.3. C.quib.mod. pig.taci. con-
trah.l.ſi non inducta.C.eod.quam regulam doctè
ponit cum ampliationibus & limitationibus Ne-
guſant.in tract.de pignor.in 4.mẽbro.2.par. prin-
cip.nu.128.& ſequen.

2 Nihilominus quemadmodum † minor non po
teſt conſtituere donationem ante nuptias, etiam
quòd receperit dotem ſine decreto tutoris, vel cu
ratoris, vt arguunt ſupra relati Docto. per l. lex
quę tutores.C.de admi.tut.& l.prædia. C.de pręd.
mino. ita dicunt in caſu noſtro obligationem ta-
citam nõ cauſari ſine decreto, & curatoris vel tu-
toris authoritate, etſi bona iſta aliàs regulariter
intelligant tacitè hypothecata.

Mouentur etiam per tex. in l.Titia. ff. de iure
3 dot. & l.1. C. ſi aduer. dona. vbi probatur † bona
minoris recipientis dotem non eſſe tacitè obli-
gata pro reſtitutione dotis, ita videtur dicendum
in caſu iſto bona minoris inuecta, & illata in do-
mum non cenſeri tacitè obligata pro penſione
domus.

Vltimò pro hac parte Iaſ.in d.l.item quia. nu.
20.ff.de pactis. vtebatur tali fundamento, omnia
4 bona † tutoris cenſetur obligata pro admini-

ſtratione tutelæ. l.pro officio. C.de adminſtr.tut.
5 & tamen bona † minoris eam ob cauſam non o-
bligantur.l.vltima. C.de legit.tutel. & quòd non
intelligãtur obligata illata & inuecta in domum
6 † per minorem, formauit nouiſſimè Menoch. in
d.tract.de recup. poſſ.in 3.remed.nu.81.

Secunda principalis opinio fuit Bald.ind. l.itẽ
quia.num.3.Caſtren.nu.1.Bald.in l.vnica. §.vt ple
nius. C.de rei vxo.act. vbi teſtatur de communi,
7 quòd bona † minorum ſint tacitè hypothecata
pro penſione domus.Bal.Ang.Rom. & Alexand.
in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri. hanc etiam partem
dicit communem Iaſ.in l. ſi conſtante. in 4. q. 3.
par.princ.ff.ſol.matri. Neguſant.quoque hanc o-
pinionem approbat.in tract.de pigno.in 4.mẽbr.
2.par.nu.154.

Mouentur enim ex pluribus, & particulariter
8 eo fundamento, quòd licèt bona † minorum non
poſſint obligari ſine authoritate curatoris. l. ma-
gis puto.§.non paſſim.ff.de reb.eorum. hæc ratio
ceſſat in caſu noſtro, quandoquidem non poteſt
9 lædi † minor domum conducens cùm faciat il-
lud quod quilibet diligens paterfamilias faceret,
vt dicit Iaſ.in d.l.ſi conſtante.nu.215. ff.ſolut.mat.
confirmatur iſthæc opinio ex l.conditionibus pu
pillus. ff.de condit. & demonſtrat. vbi probatur
10 quòd licèt † pupillus non poſſit principaliter o-
bligari ſine tutoris authoritate, poteſt tamen in
conſequentiam, cui opinioni adſtipulatur. l.1.&
2.in fi.ff.de rebus eorũ vbi licèt hypotheca in bo-
nis pupilli ſine decreto iudicis & curatoris au-
thoritate cauſari poteſt, nã etſi in voluntaria obli
gatione minoris requiratur authoritas tutoris, &
decretum iudicis, ſecus tamen eſt in neceſſaria hy
potheca.l.lex quæ tutoribus. ff.de reb.eorum. &
11 † lex generaliter & indiſtinctè diſponens, com-
prehendit etiam perſonas priuilegiatas. l.in frau-
dem.§.vltimo.ff.de milit.teſta. Crot.in d.l. ſi con-
ſtante.nu.101.cum ſimilibus.

Tertia fuit principalis opinio Guigl.de Cun. &
12 Cyn.in d.l.certi iuris. C.loca.quæ † iudicio meo
(pace tantorum virorum) eſt riſu digna: dicit e-
nim quòd ſi poſt contractum celebratum ſequi-
tur tacita legis obligatio abſque alio facto homi-
nis, & tunc bona minoris cenſentur etiam obli-
gata.l.1.§.vlti.& l.2.ff.de reb.eorum.

Aut poſt celebratum contractum vltra legis
diſpoſitionem requiritur nouum hominis factũ,
puta quòd minor inferat bona poſt celebratum
contractum, & tunc nulla cauſatur obligatio in
bonis illis, cùm ex ſuo facto minor ſine decreto
obligari non poſſit, hæc tamen opinio eſt ridicu-
la, vt dicebam, quia nulla poteſt conſtitui iuridi-
ca differentia, an à principio vel ex poſt bona mi-
nor intulerit in domum conductam.

Quarta principalis opinio fuit Pet.de Bellaper.
in d.l. certi iuris. quam multi ſecuti ſunt, vt dice-
bat Iaſ.in d.l.item quia. nu.20. ver. vltima fuit o-
13 pinio. ff.de pact. videlicet quòd † minoris bona
illata in domum intelligãtur tacitè obligata pro
penſione domus, quando conduxit domum con
decentem, cùm videatur egiſſe quòd quilibet di-
ligens paterfamilias egiſſet: aut conduxit minor
domum minus ſuæ conditioni condecentem, &
tunc inuecta & illata bona minoris non intelligi
tacitè obligata pro penſione domus.

Ego tamen vltra omnes conſiderandũ eſſe pu-
14 tarem, an is minor continuauerit inhabitare † in
domum conductã per eius patrem, ſiue eſſet con-
decens, ſiue non, ipſi minori, quia iſto caſu ex quo
apertè apparet iſtum minorem egiſſe id, quod di-
ligens paterfamilias ipſius minoris facere ſole-
bat, meritò non poteſt conſiderari aliqua læſio, &
ſic bona iſtius minoris illata in domum condu-
ctam erunt tacitè hypothecata pro penſione do-
mus. Idem putarem ſi minor conduceret aliam
domum condecentẽ eius conditioni, & eiuſdem
valoris & penſionis, cuius erat domus conducta
ab eius genitore, arg.not. per Soc.Sen. conſil.24.
nume.44.lib.1.

15 Similiter eſſet etiam conſiderandũ, an iſte † mi-
nor cõduceret domum in ciuitatemet ſua in qua
eſt oriundus, & vbi habet bona, & tutorem, quia
in iſtis conductionibus præſertim quando fierẽt
ad longum tempus, ſolet adhiberi authoritas tu-
toris, maximè quando ſumus in minoribus qua-
tuordecim annorum, aliàs bona inuecta & illata
non videntur tacitè obligata pro penſione do-
mus, niſi interueniat authoritas tutoris, & ita
procedat opinio Bart.& ſequacium, ex quo præ-
ſertim eſt conſultum locatori conſequendi de fa-
cili debitam penſionem, cùm dictus minor ha-
beat omnia bona in loco ſuæ originis.

16 Si autem iſte † minor conductor domus vel
thalami eſſet abſens à patria ſua, vbi habet & tu-
torem & bona, puta quòd eſſet ſcholaris hic Pe-
ruſiæ, & conduceret domũ ad penſionem, ex quo
commodè adhiberi non poteſt authoritas tutoris
cùm non adſit, neque ipſi locatori ſit aliàs conſul
tum, niſi haberet obnoxia bona minoris illata in
domum, tunc vtique putarem bona minoris illa-
ta in domum conductam eſſet tacitè hypothecata
pro penſione domus, tum quia (vt dicebam) com
modè tutorem adhibere non poſſet, cùm eſſet
forenſis, & ibi eum non haberet, tum etiam quia
niſi dicta bona illata in domum conductam eſ-
ſent tacitè hypothecata pro penſione domus, iſte
conductor vix eius penſionem conſequi poſſet,
& dictus minor locupletaretur cum aliena iactu-
ra, quod non eſt permittendum.l.nam hoc natura
debet.ff.de cond.indebit.cum vulga. & ita ſerua-
tur hic Peruſię in ſcholaribus conducentibus do-
mos, ita pariter ſeruatur Romæ, & vbique loco-
rum, vbi minores non habent tutores neque bo-
na, & cum iſtis diſtinctionibus ritè applicatis poſ
ſent concordari ſupra relatæ opiniones Doct. &
17 vt ſupra deduxi, † ſeruatur de conſuetudine quæ
non eſt mutãda.l.minimè. & l.de quibus. cum ibi
no.pro Doct.ff.de leg.6.

Idem quod diximus ſupra eſſet abſolutè dicen-
18 dum † in minore, qui eſſet mercator & in albo de-
ſcriptus, quia ſi iſte non reſtituitur in rebus maxi
mi momenti nempe mercaturæ, vt docet Bene-
uen.in tract.de merca.par.3.nu.26.& ſequen.mul-
tò minus poſſet effugere quin bona illata in do-
mum conductam per dictum mercatorem, licèt
minorem viginti quinque annorum nõ eſſent ta-
citè obligata pro penſione domus:arg.auth.mul-
to magis.C.de ſacroſan.eccleſ.

In caſu noſtro iſte minor qui conduxerat do-
mum,



mum, licet nõ eſſe ſcholaris, vel mercator, ex quo
tamen conduxerat domum aliàs per eius patrem
conductam, & ſic non erat quid ei imputaretur,
iudicaui bona inuecta & illata à dicto minore in
dictam domum fuiſſe, & eſſe obligata ad fauorẽ
domini domus, pro penſione conductæ domus.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum eſt in Anglia quòd primogenitus ſuc-
cedat.*
2 *Tutor ſimpliciter datus, intelligitur datur bonis
pupilli, quæ habet extra territorium.*
3 *Tutores plures à pluribus iudicibus dari poſſunt,
vbi bona ſunt ſita, & ponitur cautela qua vti
debent creditores pupilli, in territorio vbi pupil-
lus habet bona, ſed non tutorem, vt faciat citare
alium tutorem cum proteſtatione ſi non compa-
ruerit, faciet ei dare alium tutorem in loco vbi
ſunt ſita bona, & infra nu.4.*
5 *Statutum Ferrariæ excludens fœminas ſtantibus
maſculis, dicitur etiam excludere à bonis exi-
ſtentibus extra territorium Ferrariæ, reproba-
tur tamen, vt infra nu.8.& ſeq.*
6 *Statutum attenditur ſub cuius iuriſdictione fuit
defunctus.*
7 *Statutum prædictum ſiue loquatur in rem ſiue in
perſonam, videtur extẽdi extra territorium, ſed
contra, vt infra nu.8.& ſeq.*
8 *Mulier excluſa à ſtatuto, non intelligitur excluſa
à petitione bonorum exiſtentium extra territo-
rium, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in per-
ſonam, ſiue reſpectu quarundam perſonarum
dicatur fauorabile, ſiue odioſum, & eſt commu-
nis opinio contra Curt.Iun. & Cephal. vt infra
num.9.& 10.*
11 *Domicilium, & incolatus, tribus modis principa-
liter conſtituitur, & infra nu.12.13.& 14.*
15 *Modernos expedit allegare, & ex lectura ipſorũ
maximum commodum paratur.*

### Argumentum.

Statutum excludens fœminas ſtanti-
bus maſculis, non intelligitur excludere à
bonis non exiſtentibus in territorio ſta-
tuentium, ſiue ſtatutum loquatur in rem,
ſiue in perſonam, ſiue dicatur fauorabile
reſpectu quarundam perſonarum, ſiue o-
dioſum, & eſt magis communis opinio, &
vera, vt ex fundamentis hic adnotatis vi-
dere libet.

FVIT dubitatum in quadam cauſa,
an deberet attẽdi ſtatutum originis,
vel vbi ſunt ſita bona, quãdo mulier
excluditur propter maſculos.

In quo articulo videbatur dicen
dũ debere attendi ſtatutũ originis nõ ſolùm quo
ad bona ſita in territorio ſtatuẽtium, ſed etiã quo
ad alia bona extra territoriũ ſtatuentiũ, mouẽtur
ex pluribus, ea tantùm quæ ſtringunt, referam.

Mouentur primò per doctr. Saly. in l. cunctos
populos.col.pen.C.de ſumma Trini.& fid.catho.
1 vbi dixit, quòd ſi in Anglia ſit † ſtatutũ quòd pri-
mogenitus ſuccedat, ille primogenitus ſuccedet,
tam in bonis quę habet in Anglia, quàm etiam in
aliis quæ haberet in Italia.

2 Videmus etiam quòd † tutor ſimpliciter datus,
intelligitur datus etiam bonis pupilli quæ habet
extra territorium.l.propter litem.§.licèt. ff.de ex-
cuſat.tut.l.magis puto.§.illud. ff.de reb.eorum. §.
datus autem tutor. Inſtitut.de excuſ.tut. Iaſ.in l.1.
in 2.lect.nu.93.C.de ſumma Trini.& fid.catho. la-
tiſſimè Caualcan.in tract.de tut.& curat.n.281. &
ſeq.vbi ex ſententia Doct. dicit, poſſe dari plures
3 † tutores à pluribus iudicibus vbi bona ſunt ſita.
Crauett.conſ.30.n.1. & quãdo aliquis eſſet credi-
tor pupillis in aliquo territorio vbi habet bona
pupillus, ſed nõ tutorem, cautela eſt, quòd dictus
creditor in loco vbi adeſt tutor alterius iuriſdi-
ctionis, faciat citare dictum tutorem, vel curato-
rem cum proteſtatione, quòd ſi nõ comparuerit,
faciet dare tutorem vel curatorem ad litem, dico
curatorem quando ille qui eſt ſub poteſtate tuto-
ris eſſet maior ſeptẽnio, & ſic iudex territorij vbi
4 ſunt ſita bona, dabit † tutorem vel curatorem ad
illam litem, vel lites tantum præuia illa proteſta-
tione facta alteri tutori vel curatori, aliàs datio
eſſet nulla. Alex.conſi.161.nu.7. lib.5.Marc. deciſ.
251.nu.3.in 1.par.Caualcan. nouiſſimè in d. tract.
de tut.& cur.nu.285.

5 Secundò, quia † ſtatutum Ferrariæ excludens
fœminas ab inteſtato exiſtẽtibus maſculis, ſit ma-
ior pars ipſius patrimonij ſit extra territorium
Ferrariæ, tale ſtatutum intelligetur etiam exclu-
dere à bonis exiſtẽtibus extra territorium Ferra-
riæ. Calde.conſi.24.poſito ſub rub.de teſta.

6 Tertiò, † quia ſtatutũ attẽditur ſub cuius iuriſdi
ctione fuit defunctus, & diſpoſitio defuncti extẽ-
ditur etiã quo ad bona exiſtentia extra territoriũ.
Cãpeg.in trac.de dot.vltima par. q.64.& hoc prę-
7 ſertim ſibi vendicat locum, quãdo † ſtatutum lo-
quitur in perſonam, tunc enim videtur etendi ex-
tra territorium quocunq; perſona vadat. l.ex cau
ſa.ff.de poſtul. l.relegatorũ.§.interdicere.vbi Bart.
ff.de interdi. & releg. & cum iſta diſtinctione, an
ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, vide-
tur pertranſire Bar.in l.cũctos populos. in 4. & 7.
quæſt.C.de ſumma Trini.& fide catho.

Contraria tamen opinio quemadmodum eſt
verior, ita eſt cõmunis, & melioribus rationibus
& authoritatibus fulcita: hanc enim opinionem,
8 quòd † mulier non excludatur à petitione & ſuc-
ceſſione bonorũ non exiſtentiũ in territorio ſta-
tuẽtiũ, tenuit Bal.in l.cũctos populos, col.12.ver.
ſubſequenter quæritur. C.de ſum.Tri.& fid.cath.
& in l.2.C.quæ ſit lon.conſ.vbi etiam Iac. de Ra-
uen.Iac.de Aren.Cyn.& alij Doct.antiqui.Anch.
qui teſtatur de communi, ſiue ſtatutũ loquatur in
rem, ſiue in perſonã, in c.canonum ſtatuta. col.52.
verſ.quæro iuxta prædicta.extra de cõſti. Lapp.al-
leg.91.Soc.Sen.qui teſtatur de comm.in conſ.292.
lib.2. & conſ.288.eo.lib.2.Corn.cõſ.211.col.4.ver.
dato ſine præiudicio veritatis.lib.2. & in cõſ.162.
lib.3.& in conſ.115.lib.2. vbi teſtatur de commu.

Alexan.conſil.228.lib.1. conſil.116. vbi teſtatur de
comm. lib.1. & conſil.19. libr.6.dicens eſſe magis
commun.opin. Scribentium ſtatutum non exten
di ad bona ſita extra territorium,ſiue loquatur in
rem, ſiue in perſonam. idem voluit Brun. in tra-
cta.quòd ſtantibus maſculis. q.25. vbi teſtatur de
commun. ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in
perſonam.Riminal. conſil.370. nume.18.lib.2. Io.
de Anan.cum apoſtill.ibi ad eum conſi.4. Caſt.in
l.ſi fideicommiſſum.ff.de iudi.Gozad.conſ.49.vbi
melius cæteris hanc materiam pertractat arguen-
do ad partes,& reſpondẽdo contrariis, quòd va-
let ſtatutum, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſo-
nam non extendatur ad bona ſita extra territoriũ
ſtatuentium idem voluit Rub. Alexan. conſil.71.
num.10.vbi poſt Signo. de Homod. in conſ. 288.
col.1. teſtatur de comm. & reſpondet conſ. Curt.
Iun.9. tenentis contrarium. Dec.conſ.276. col.3.
ver.& quia ſtatutum Piſtorij. & in l.fina.nu.3.vbi
etiam recentior.ff.de iuriſd.omn.iud.Ruy.conſil.
120.num.17.lib.1.& conſ.48.lib.3.Iaſ.conſi.80.lib.
3.Villalab.in trac.commun.opin.in ver.ſtatutum.
num.105.Viuian.lib.commun.opin. in ver. ſtatu-
tum. in 1.limit. nouiſſimè Franc. Burſat. conſil.8.
num.35.lib.1.vbi teſtatur de comm.Ant.Gabr.lib.
comm.concluſ.6.in tit.de ſtatutis.conclu.8.num.
26. & 27. & hæc opinio eſt verior & magis com-
mun. ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, ſiue
ſtatutum reſpectu quorundam perſonarum dica-
tur fauorabile, ſiue odioſum, omiſſa diſtinctione
9 † Curt.Iun. in d.conſil.9. & Ceph. qui perperam
fuit eum ſequutus in conſ.120.num.11.lib.1. quia,
vt deduxi, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in
perſonam, ſiue dicatur fauorabile, ſiue odioſum,
nunquam extenditur ad bona exiſtẽtia extra ter-
ritorium ſtatuentium : tunc enim Ceph. d.conſil.
120.num.11. dicebat non extẽdi extra territorium,
quando excluderet filias, matrem, vel deſcenden-
tes, quibus debetur legitima, quia tunc ſtatutum
ſecundum ipſum iſto caſu non extenditur ad bo-
na ſita extra territorium ſtatuentium tanquam o-
dioſum iſtis perſonis, quibus debetur legitima : ſi
autem excludat alias fœminas, tale dicatur fauo-
rabile reſpectu maſculorum, & ſic ad fauorẽ ma-
ſculorum intelligendum, dico etenim diſtinctio-
10 nem †Ceph.eſſe falſam, & contra communes tra-
ditiones Doct. quemadmodum eſt falſa opinio
Curt.Iun.tenentis in d. conſ.9. cui reſpõdet Rub.
Alexan.d.conſ.71.nu.10. & hæc procedunt etiam
in teſtatore qui haberet tantùm incolatum ſiue
domicilium in loco conditi teſtamenti. Gozad.
11 d.conſil.49. num.13. quòd quidem † domicilium
& incolatus tribus modis principaliter cogno-
ſcitur, & conſtituitur. primus eſt, quando puta
ſcholaris figit pedes animo permanẽdi in aliquo
loco, nec habet animum recedendi, tunc ſtatim
conſtituit domicilium.l.domicilium. ff.ad muni-
cip.Bart. in l.lex Cornelia. §. ſi tamen fundum.ff.
de iniur.
12 Secundus † quando quis habet animum rece-
dendi, quia ſi ſtaret per mille annos non contra-
heret domicilium, vt poſt Dyn. voluit Roland. à
Valle conſil.79.num.51.lib.3.

Tertius & vltimus eſt, quando ſumus in du-
bio, & tunc ex curſu decem annorum præſumi-
13 tur, quòd inde noluerit recedere, & quòd † do-
micilium contraxerit. Alci.reſp.719.Pariſ.conſ.53.
num.46.lib.3.& conſil.13.num.13.& num.20.eod.
lib.Intelligendo tamen quòd dictum decennium
fuerit continuum non interpellatum, ſecundum
Ang. in d.l.lex Cornelia. §.domum. & in l. hæres
abſens.ff.de iud. Bero.conſ.60.nume.25. libr.2. &
Rol.à Val.d.conſil.79.num.52.& ſeq.lib.3. dicens
14 hoc etiam habere locum in † mercatore qui per
decennium moram traxerit in aliquo loco, vt e-
tiam mercator dicatur contraxiſſe domicilium.
alleg.Aret.conſil.135.col.2.Bero. conſil.60. nu. 23.
lib.2.Ceph. conſ.246. num.25. lib.2.Fel.in c. dile-
ctus.col.7.ver.tertius caſus.de reſcr.

Nec dixi hæc fruſtra quia obiiciebatur in pro-
ceſſu iſto non habere locum in caſu noſtro, cum
tractaretur de bonis cuiuſdam Nicolæ, ſed quia
per quadraginta annos & vltra inhabitauerãt Pe-
ruſij cum tota familia, nulla cadebat rationabilis
dubitatio.

Conſequenter ſententiaui ad fauorem mulie-
rum non intelligi debere excluſas, niſi à bonis e-
xiſtentibus in territorio Peruſino. fundamenta
huius opinionis recenſet Gozad. d.conſi.49. vbi
etiam reſpondet obiectis. hoc enim commodum
15 ex allegatione † modernorum paratur, vt quòd
plerique alij Docto. ab eiſdem relati ſimul & ſe-
mel in medium deducunt, & quæ ipſis laboribus
maximis & præſtanti ingenio ex omnimoda le-
ctione diligentiſſimáque obſeruatione college-
runt & compoſuerũt, quis vno intuitu eis omni-
bus perfruatur Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ita.
num.3.ff.ad Trebell.Ludouic.Zunt.in reſpon.pro
vxo.nu.858.Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus ſi quis fuerit effectus in carceribus poſt commiſſum delictum, non poteſt puniri in perſonam, ſed in bonis, & eſt communis opinio, quæ tamẽ ita ſimpliciter intellecta damnatur ab Authore, & affertur noua declaratio, vt infra.nu.12.*
2 *Afflicto non debet dari afflictio.*
3 *Furoris tempore commiſſum delictum eſt impunibile, & perinde habetur, acſi caſu aliquo ſine facto perſonæ non accidiſſet.*
4 *Furioſi damnum non æquiperatur damno à quadrupede factum.*
5 *Furioſi delinquentes non peccant, nec etiam quoad Deum.*
6 *Furioſus æquiperatur mortuo, & ſicut mortuus non poteſt puniri, ita nec furioſus.*
7 *Cadauera aliquando ſuſpenduntur, & dilaniantur in atrociſſimis delictis, arbitrio tamẽ iudicis.*
8 *Iura tranſgredi aliquando licet ob delictorum atrocitatem.*
9 *Animal irrationabile habens acceſſum ad mulierem debet comburi vnà cum muliere.*
10 *Delicti iuxta qualitatẽ quis debitus luit pœnas.*
11 *Homicida doloſus quis duobus caſibus ponitur, vt debitas luat pœnas, & vt pœna illius ſit exemplum aliorum.*

12 *Au-*



12 *Authoris noua opinio contra commu. quòd ſi furioſus parum ante delictum fuiſſet cõfeſſus eius peccata, poſſit vltimo ſupplicio affici.*
13 *Peccatum mortale committens in ſana mente, ſi efficiatur, furioſus, & moriatur in illo peccato mortali, damnatur apud Deum.*
14 *Iudices debent eſſe cauti, ne deludantur à carceratis, qui aliquando ſe fingunt furioſos, ad protelandam executionem iuſtitiæ, & recenſetur id eueniſſe authori in arce Spoletana, dum eſſet cõmiſſarius Summi Pontifi. Pij Quinti.*
15 *Blaſius Buſſettus almæ vrbis Senator, in rebus criminalibus expertus.*

### Argumentum.

Furioſus ſi quiſpiam efficiatur, poſt cõ-
miſſum delictum, non poteſt puniri, ſed
debet ſuperſederi in executione, donec
conualuerit ſecundùm commun.opinio-
nem.

Author tamen veris & nouis rationi-
bus defenſat opinionem contra commu.
videlicet furioſum poſſe puniri, quando
parum ante furorem confeſſus fuerit eius
peccata ob periculum animæ.

FVIT dubitatum an deberet ſuper-
ſederi in executione ſententię capi-
talis cuiuſdam homicidæ carcerati
1 † qui poſt carcerationem fuerat ef-
fectus furioſus. Hanc quæſtionem
ponit in terminis Bald. in l. furioſum in fi. quem
ibi ſequitur Iaſ.n.8.C. qui teſt. fac. poſſ. dicentes
non poſſe puniri in perſonam, ſed in bonis, & ibi
Iaſ.teſtatur de communi: idẽ voluit Iaſ.in l. ex fa-
cto.nu.10.ff. de vulg.& pupill.& ibi Rip.nu.73. &
in l.fi.nu.229.de reuoc.dona.Viui.in lib.commu.
opi.in verſic.furioſus occidens.Marſil. in l.1.n.58.
ff. de quæſt.Didac.Couarr.in clem.ſi furioſus.nu.
2. Cagnol.& apoſtil.ad Dec.in l.in negociis.nu.3.
ff. de reg.iur.Per.Duen.regu.259.in 3.amplia.verſ.
& circa hanc ampliationem. Iul.Clar.in pract.cri
minal.§. fi.q.50. verſ. item quæro nunquid in de-
lictis.& ea eſt ratio fundamentalis Doctorũ, quia
2 † afflicto non debet dari afflictio, vulgata l.diuus,
ff. de offi. præſi. Tiraquell. in tract.de pœna mo-
derand. cauſa.3.Menoc.in tract.de arbit.iud.lib.2.
cent.4.caſu 325. nu.12. quæ tamen lex in caſu pro-
poſito non probat intentionem Doct. in ea lege
tantum probatur non eſſe quempiam puniẽdum
de delicto tempore furoris commiſſo, de quo ad
præſens non quæritur, ſed tantum de puniendo
illum qui ante furorem delictum commiſerat: nõ
3 enim dubitatur † delictum tempore furoris com-
miſſum eſſe impunibile, & perinde haberi, acſi
caſu aliquo ſine facto perſonæ accidiſſet.l. vltima
4 in fi. ff. de admi.tut. & † damnum à furioſo factũ
exiſtimatur damnum à quadrupede factum l. ſed
ſi quacunque iniuria §. 1. ff. ad legem Aquil. qui
5 quidem furioſi † ex ſententia Theologorum, nec
quo ad Deũ peccant delinquendo. Tiraq.in tract.
de pœn.Moder.cauſ.2.num.3.nec irregularitatem
incurrunt Menoch.poſt alios d.caſu.125.nu.6.

Propterea licèt opinio Bald. & ſequacium ſit
comm. quòd videlicet ſuperueniente furore ſit
ſuperſedendum in executione, nihilominus non
defuerunt quamplurimi qui contrariam opinio-
nem defenſarunt. vt refert Per.Duen.d.regul.259.
verſic. ſed licèt hæc opinio ſit comm. quam etiã
opinionem tenuit Iaſ. ſibi contrarius in l. ſi ſer-
uum.ff.ſi ex noxa.cauſ.aga.Io.Montolinus in prõ
ptuario iuris, in ver.furor. Igneus in l.30.§. igno-
ſcatur nu.79.ff.ad Sillanian.& Petr.Duen.vbi ſu-
prà, poſt alios reſpondet obiectis, & præſertim
6 quòd † fatuus æquiparetur mortuo, qui mortuus
non poteſt corporaliter puniri, quia debet intel-
ligi de eo qui naturaliter eſt mortuus.

Vlterius ratio illa non ſemper eſſet vera, quia
etiam pro quibuſdam delictis atrocibus mortuo-
7 rum cadauera † ſuſpenduntur ſiue dilaniantur, ar
bitrio tamẽ iudicis, vt poſt alios docet Menoc.in
tract. de arbitr.iudic.lib.2. cent.3.caſu 284.nu.15.

Et ideo Petr. Duen. poſt alios in d. reg. 159. in
verſic.quam ampliationem. dicit opinionẽ Bald.
& comm. non habere locum in delictis atrociſ-
8 ſimis, ob quorum † delictorum atrocitatem eſt li
citum iura tranſgredi. Innocen in c.1.extra de cõ-
ſtit.Marſil.in l.vnius.§. cogniturum num.7.ff. de
quæſt.Iaſ.in l.cùm ſeruuus.ff.de condict.cau.dat.
cauſ. non ſecut. & eſt tex.in c.mulier.14.q.1.vbi ſi
9 † animal irrationale habet acceſſum ad mulierẽ,
tale animal cum muliere comburi debet, ſi ergo
animal propter atrocitatem criminis punitur,
multò magis furioſus, cùm ſit homo.

Ego etiam concurro cũ opinione contra Bal.
& commu. non ex rationibus Docto. ſed ex noua
conſideratione quæ euitari non poteſt, adhibito
tamen quodam temperamento.

Dico igitur conſiderando rationem finalem
10 legis † quæ fuit, vt ex qualitate delictorum quis
debitas patiatur pœnas.l. ſi quenquam. in fin. C.
de epiſco.& cler. cũ concor. adductis ibi à glo.in
ver.par facinus.

Quod duabus potiſſimum cauſis & rationibus
11 † homicida doloſus, puta capite obtruncatur, pri
ma vt debitam luat pœnam ſui delicti, vt ſuprà di
ctum fuit, ſecunda vt pœna illius tranſeat in exẽ-
plum aliorum, iuxta Horatij dictum. Oderunt
peccare mali formidine pœnæ. ſi puniatur furio-
ſus, adimpletur mens iuriſconſultorum, quòd vi-
delicet ille delinquẽs debitas luat pœnas, & quòd
pœna illius ſit exemplum aliorum. propterea re
vera non video cur furioſus completo proceſſu
ante furorem, & datis debitis defenſionibus, ſi ſu
perueniat furor, nõ poſſit capitaliter puniri, quẽ-
admodum poteſt puniri in bonis, vt fatentur o-
mnes Doctor. & quemadmodum poteſt vltimo
ſupplicio affici, multo magis poterit torqueri ad
pœnam (& non ad eruendam veritatem) & fuſti-
gari.

Hæc tamen ſanè intelligenda eſſe putarẽ apud
nos, qui fidem Chriſti, noſtri mundi Saluatoris
12 ſectamur, † dummodo parum ante furorem iſte
confeſſus fuiſſet eius peccata ſacerdoti, ne anima
ipſius damnaretur, moueor authoritate Bar. in l.
nunquam.la ſecunda.§.ſi vi aut clam. ff.de vſuca.
& Iaſ. in l.patre furioſo num.40.ff.de his qui ſunt
ſui vel alien.iur. qui quidem Doct. ex intentione

Theologorum decidunt quæſtionem, quòd ſi
13 quis, † dum eſſet ſanæ mentis commiſit pecca-
tum mortale,& poſtea efficiatur furioſus, & mo-
riatur in furore, quòd damnabitur apud Deum.
ne ergo animæ iſtorũ periclitentur, quatenus iſte
non fuiſſet confeſſus eius peccata parum ante fu-
rorem, ſuaderem eſſe ſuperſedẽdum in executio-
ne ſententiæ: ſi autem parum ante furorem fuiſſet
confeſſus eius peccata: ego ſum opinionis quòd
non obſtante furore poſſit furioſus vltimo ſup-
plicio affici, cùm deſeruiatur duobus principali-
bus requiſitis, videlicet quòd delinquens debitas
luat pœnas, quódq; eius pœna tranſeat in exem-
plũm multorum, & vt ſuprà votaui coram Reue-
rendiſſimo D.Gubernatore, licèt aliqui alij con-
tradicerent. prouideant ergo iudices in faciendo
ſæpe confiteri carceratos.
14 Iudices † tamen cauti eſſe debent ne deludan-
tur à delinquentibus, qui aliquando ſe fingunt fu
rioſos ad hoc, vt dilatetur executio iuſtitiæ, & id
mihi euenit annis proximè elapſis, dum eſſem cõ-
miſſarius Summi Pont. Pij V. feli. recordatio. in
Arce Spoletana, vbi quidam Paſquales de caſtro
Valli fingebant ſe ſtultum ex quo verebatur ne
eum ſuſpendi facerem, prout feciſſem mane ſe-
quenti, interim mitigatus fuit rigor iuſtitiæ, &
conſulto Summo Pontifice, ipſum Paſqualẽ cum
quamplurimis aliis condemnaui per nonnullos
annos ad triremes, & licèt à mea ſententia appel-
lauerint, fuit tamen mea ſententia confirmata in
15 alma Vrbe per Magnificum & Illuſtrem D. † Bla-
ſium Buſſettum Senatorẽ, virum profectò in re-
bus præſertim criminalibus nulli alij poſtpo-
nendum. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Funeraria actio non competit ad repetendum expenſas factas in funere, niſi fiat proteſtatio, declara vt infra.*

2 *Funeris ſumptus faciens non animo donandi poteſt eos repetere.*

3 *Funerales expenſas facere non tenetur maritus, niſi ſuperlucretur dotem, declara vt infra nu. 4.*

4 *Funerales expenſas omnes tenetur facere maritus, quando nullam habuit dotem.*

5 *Petri Duen. opinio dicentis requiri ſemper proteſtationem reijcitur.*

6 *§. ſed interdum. l. at ſi quis. ff. de relig. & ſumpt. fune. declaratio & explanatio.*

7 *Defuncti negociorum geſtor impendens, ſumptibus defuncti impendiſſe dicetur, quod tu extẽde etiam ad coniunctum, quando impenſæ ſunt modicæ, vt infra nu. 8.*

9 *Oportebit, verbum, hic exponitur pro oportunum erit.*

10 *Proteſtatio eſt bene quòd fiat ab eo qui expendit pro funere ad tollendas difficultates.*

11 *Mater impendens pro filio alimentando, an cenſeatur id feciſſe animo donandi, recurritur ad coniecturas, an mater ſit diues vel pauper, & an impenſæ ſint magnæ vel paruæ, eadem ratio militat in fratre, & patruo, vt infrà nu 12. & 13.*

14 *Alimenta quando dicantur parua vel magna, attenditur qualitas perſonarum, & remittitur arbitrio iudicis.*

15 *Funeris impenſa debet eſſe condecens, & debet fieri ſecundùm qualitatem, & diuitias defuncti.*

16 *Funeris impẽſa & pompa maior debet eſſe in nobili quàm in ignobili.*

17 *Funeris impenſa ſi fuerit tam modica, quæ potius cedat in contumeliam mortui, quàm in honorem non poteſt repeti.*

18 *Funeris impenſa eſt maior in hyeme, quàm in æſtate.*

19 *Exequiæ pompaticæ plus ſunt ſolatia viuorum, quàm ſuffragia mortuorum.*

20 *Funerales impenſas tenetur facere hæres, non autem vſufructuarius.*

21 *Funerales impenſas tenentur facere hæredes clerici, dummodo tamen ſuccedant in bonis clerici ex diſpoſitione ſua, ſiue ab inteſtato, ſecus ex fideicommiſſo.*

22 *Creditores ob impenſam funerariam præferuntur anterioribus creditoribus, etiam priuilegiatis.*

23 *Mortuos ſepeliri non minus expedit reipublicæ, quàm viuentes conſeruari.*

24 *Creditores non poſſunt impedire ſepeliri cadauer mortui debitoris, & eſt cõmun. opin. contra Ang. & Segur.*

25 *Sepulturæ materia, vbi tractetur, remiſſiuè.*

26 *Annibalis egregium factũ, circa ſepulturam Pauli Aemilij.*

27 *Corpora defunctorum non remanere inſepulta, intereſt reipublicæ.*

### Argumentum.

Funeris impenſæ, an & quando poſſint repeti, & an requiratur proteſtatio pro eis repetendis, præſertim quando ſunt factæ à cõiunctis, ſatis explicitè hic pertractatur.

Et multa in materia funeris & ſepulturæ hic accuratè recenſentur.

ANGELVS de Peruſia impendit
nonnullos florenos pro funere cu-
iuſdam mulieris eius coniunctæ,
cúmque eos repeteret ab hęredibus
dictæ mulieris, recuſabant dicti hæ-
redes reſtituere præfato Angelo dictos florenos:
1 putabant enim dicti † hæredes non competere i-
pſi Angelo actionem funerariam ad repetendum
dictas expẽſas. niſi cùm per eum fuerit facta pro-
teſtatio. ad nota. per Roffred. in tract. de libell. in
3. par. in rub. de act. in fact. fund. ver. quia multo-
ties. nu. 1. Spec. in tit. de ſepult. col pen. ſub nu. 13.
circa med. ver. item quòd fuit proteſtatus. cum
addit. in Andr. ibi, in ver. funerariam. Rebuff. in
comment. ad conſtitu. regni. in tract. de ſenten. in
præfat. in 7. requiſit. nu. 56. & ita videtur voluiſſe
Pet. Duen. reg. 397. nu. 7. per text. in l. at ſi quis. §.
ſed interdum verſic. oportebit igitur cum §. ſeq.
ff. de relig. & ſumpt. fune. & l. quod in vxorem. C.
de neg. geſt.

Contrarium tamen voluit idem Petr. Duen. d.
reg.



reg. 397. nu. 3. vbi dicit, quãdo non apparet, an ali-
2 quis fecerit † ſumptus animo donandi, poteſt di-
ctos ſumptus repetere. l. at ſi quis. §. interdũ. ff. de
relig. & ſumpt. fune. in dubio autem non præſu-
mitur animus donandi. arg. l. cum de indebito. ff.
de probat. niſi aliud ſuaderent perſona & cauſa. l.
quod in vxorem. C. de neg. geſt. & ponit inferius
dictus Petr. Duen. id d. reg. in 8. priuil. vbi dicit, ꝙ
3 † maritus non tenetur expenſas funerales facere
pro vxore, niſi ſuperlucretur dotem, vel ſaltẽ pro
ea parte dotis quam ſuperlucratur. l. cũ. & l. ſi no-
tandũ. ff. de relig. & ſump. & fune. & de lucro por-
tionis dotis, eſt tex. in l. Celſus. cum l. ſeq. ff. de re-
lig. ſump. fune. dicit tamen Duen. quòd ſi mulier
4 nihil habeat, † maritus tenetur ad omnes expen-
ſas funerales, nec honeſtas coniugalis ſufferre po-
teſt vt alter eorum inſepultus iaceat, hæc tamen
parum practicantur, cùm ſemper viri curẽt & fa-
ciant funeralia vxoribus ſuis ſumptibus, non ha-
bita cõſideratione ad quantitatem dotis.

Et licèt Petr. Duen. in dicto loco, nume. 7. di-
5 cat requiri † proteſtationem etiam quando fiunt
ſumptus pro funeralibus coniunctorum d. l. at ſi-
quis. §. ſed interdum. verſic. oportebit igitur. & in
expenſis pro vxore, alleg. text. in d. l. quòd in vxo-
6 rem. nihilominus Petr. Duen. nimis † generaliter
loquutus fuit, & eius error deprehenditur ex glo.
in d. §. ſed interdum. nam dum in fine dicti §. dici-
tur, oportebit igitur teſtari quenquam quo ani-
mo, & ne poſtea patiatur quæſtionem, dicit ibi
text. perpendendum erit quo animo ſumptus fa-
7 cti ſint, puta ſi ſit † negotiorum geſtor defuncti
impendens ſumptibus defuncti impendiſſe dice-
tur ad nota. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. in l. ali-
8 menta. C. eod. tit. ſiue ſi ſit coniunctus † maxima
coniunctione ſanguinis, ſi impenſæ fuerunt ma-
gnæ vel paruæ, ſi denique impendens eſſet diues
vel pauper, iuxta not. ſatis bene per Pet. Io. Anc.
quæſtio. famil. 52. dubitatum eſt. par. 2. & verbum
9 † illud, oportebit in d. §. ſed interdum. vt ibi ad-
uertit glo. non importat neceſſitatem, ſed ibi ex-
ponitur, oportebit, hoc eſt, oportunum erit, id eſt
expediens, & bene erit, vt ad tollendas difficulta-
10 tes † fiat proteſtatio, aliàs ſequeretur abſurdum,
quòd ſemper eſſet neceſſaria proteſtatio, etiam
quando impendens adminiſtraret bona defuncti,
quod negat text. in d. §. ſed interdum. ver. vtrum
negocium, licèt, vt dixi, ad cautelam ſemper eſſet
bonum proteſtari.

Iudex igitur animaduertet an iſte impendens
adminiſtraret negocia defuncti, vel eſſet impen-
dens diues & coniunctus maxima coniunctione
ſanguinis, ad not. poſt alios per Pet. Io. Anc. in d.
q. 52. par. 1. vbi nu. 7. poſt Salyc. in l. alimenta. nu. 2.
C. de neg. geſt. & Alexand. conſil. 110. lib. 7. dicit,
quando dubitatur, an mater fecerit impenſas ma-
11 terna pietate, recurritur ad coniecturas, † an ma-
ter ſit diues vel pauper, vt ſcilicet mater pauper
non cenſeatur voluiſſe donare filio diuiti, & è cõ-
tra, mater diues cenſeatur voluiſſe donare filio
pauperi, ſed quando vterq; eſſet vel pauper, vel di
ues, habeatur conſideratio impenſarum, quæ ſi
fuerint magnæ, non eſt veriſimile quòd voluerit
donare, & ideo poterit repetere, ſi verò fuerint
modicæ, tunc cenſetur præſtita materna pietate,
nec repeti poſſunt, allegat Corn. in conſ. 199. nu. 4.
lib. 3. Alex. in l. alimenta. nu. 8. C. de neg. geſt. & idẽ
quod dicimus in matre militat in aliis coniunctis
habitis dictis diſtinctionibus, an impendens ge-
rat negocia illius pro quo impendit, an ſit diues
vel pauper, & impenſæ ſint modicæ vel magnæ,
12 † in fratre, conſuluit Crauett. conſ. 86. num. 2. poſt
13 Dec. conſ. 42. nu. 37. & in † patruo conſuluit Cu-
ma. cõſ. 7. quem refert & ſequitur Pet. Io. Anc. vbi
ſupra nu. 11. & in patruo diuite alente nepotẽ pau
perem conſuluit Ancha. conſ. 436. Pet. Io. Anc. d.
14 q. famil. 52. nu. 16. par. 1. & † alimenta quãdo dican
tur parua vel magna, attenditur qualitas perſona-
rum, & cùm hoc non poſſit præcisè determinari,
remittitur arbitrio iudicis, Albe. in l. in bonæ fi-
dei. §. fi. C. de reb. cred. Abb. & alij in c. de appella-
tionibus. extra de appell. & in c. cum omnes. nu.
9. extra de conſti. Benit. deciſ. 43. in cauſa. num. 2.
Menoch. non faciens mentionem prædictorũ in
tract. de arbit. iudi. caſu 159. nu. 5. lib. 2. cent. 2.

Cùm igitur iſte Angelus qui ita impendit pro
funere eſſet pauper, & impenſa eſſet condecens &
honeſta, & iſti conuenti eſſent hæredes defunctæ
mulieris, iudicaui ad fauorem dicti Angeli, manu
Ser Simoneti Euſebij, Not. Curialis.

15 Dixi, ꝙ † impenſa erat condecens, quia impen
ſa funeris debet fieri ſecũdùm qualitatẽ, diuitias,
& dignitatẽ defuncti. l. etſi quis. §. equum. ff. de re-
lig. & ſumpt. fun. Alci. reſp. 244. n. 6. & dicit Alex.
in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 1. col. in fi. ff. ad tre-
16 bell. quòd † maior pompa funeris debet eſſe in no
bili quàm in ignobili. condecens ergo debet eſſe
17 expenſa, quia ſi † quis faceret impenſam funeris
tam modicam, quæ potius cedat in contumeliam
mortui, quàm honorẽ, nõ poteſt impenſa repeti.
l. at ſi quis. §. iudex. vbi no. ff. de relig. & ſump. fun.
Pet. Duen. d. reg. 397. num. 4. vbi poſt Rebuff. dicit
eſſe notandũ cõtra auaros, dicit etiam Duen. in di
18 cto loco, quòd plus † expenditur in hyeme quàm
in æſtate, & de pompa funebri Regũ Francorum
ponit Boer. in tract. de aucto. magn. conſil. nu. 123.
& ibi poſt Alber. in dictio. ſuo, in ver. exequias. di
19 cit, † exequiæ pompaticæ plus ſunt ſolatia viuo-
rum, quàm ſuffragia mortuorum. & eſt tex. in 13.
q. 2. c. animæ defunctorum. & in l. ſi cum fideicõ-
miſſa. §. ne quis creditorum. ff. qui & à quib. & an
valeat ſtatutum temperans huiuſmodi impenſas,
tradit Fely. in c. eccleſia Sanctę Mariæ col. 34. in ſi.
extra de conſtit.

Dixi in ſententia ꝙ erant hæredes ad differen-
20 tiam vſufructuariorum, cùm † hæredes non autẽ
vſufructuarij ſoluãt huiuſmodi funerales impen-
ſas. l. impẽſas. ff. de relig. & ſump. fun. l. priuilegia.
C. de priuile. cred. Duen. vbi ſupra. num. 8. & vltra
eum idem voluit Pic. in repet. l. Titia cum teſta-
mento. §. Titia cùm nuberet. q. 88. de leg. 2. Rolan.
à Valle, conſ. 8. nu. 12. lib. 2.

Et dicit Duen. in dicto loco. nu. 8. poſt Panorm.
in diſpu. ſua, incip. Sẽpronius clericus. & Dec. cõſ.
21 157. ꝙ † conſanguinei qui ſuccedunt clerico in bo
nis patrimonialibus, tenentur ad impenſas fune-
ris, dummodo tamen ſuccedãt in bonis clerici ex
diſpoſitione ſua, vel ab inteſtato, ſecus ſi ei ſucce-
derent ex fideicommiſſo. l. cohæredi. §. cùm filio.
ff. de vulg. & pupill. Bertran. conſ. 309. nu. 2. lib. 1.

Si autem clericus nil habeat ſucceſſor in bene-
ficio tenetur ad huiuſmodi impenſas, vt per Dec.
vbi ſupra.

Nec poſſunt ſe iuuari iſti hæredes dicentes mo
leſtari ab aliis anterioribus creditoribus, & bona
defuncti non ſufficere, quia iſta actio funeraria
vltra multa priuilegia quę cōgerit Duen.in d.reg.
22 397.inter alia † eſt priuilegiata, quia ſimiles per-
ſonæ præferuntur omnibus aliis etiam anteriori-
bus creditoribus. l.impenſa. ff.de relig. & ſumpt.
fun. etiam priuilegiatis, puta anterioribus & oc-
caſione dotis, & aliis habentibus expreſſam hy-
pothecam.glo.in d.l.impenſa.Doct.in l.1.ff.ſolut.
Matr.Neguſan.in tract.de pign.in 2.memb.5.par.
princ.tull.132. num.28. & hoc propter vtilitatem
publicam.l.2.ff.de priuil.credit.l.ſunt perſonæ. &
23 l.nec corpora.ff.de relig.& ſumpt.fune. † expedit
enim reip.non minus mortuos humari, quàm vi-
uentes conſeruari.Bald.in l.fi.col.2.C.de neg.geſt.
ex quibus apparet perperam loquutum fuiſſe
Angelum in Auth.vt defunct. ſeu fun.eorũ à cre-
dit.non iniurietur.in princ.nu.1.verſi. nota hic ca
ſum quem ſequutus fuit Segur.in l.ſi ex legati cau
ſa nu.73.ff.de verbo.oblig.vbi voluit quòd quan-
do debitor eſt obligatus vigore inſtrumenti gua-
24 rentigiati, † poteſt impediri à creditoribus ne ca-
dauer dicti debitoris ſepeliatur, quia contra eum
eſt communis opinio, vt ex dinumeratione & au-
thoritate Doctorum videri poteſt: contrarium e-
nim voluit Fely.in c.ſicut Iudæi. col.2.ver. itē no-
ta extra de Iudæ.Duen.d.reg.397.in 1.limita.Boer.
deciſ.287.Rip.in tracta. de peſt. de rem præſ. con-
tra peſt.nume. 101. Zuar.in l. poſt rem iudicatam
in 5.extenſ. ff.de re iudi.Gugliel.Benedi. in c.Ray-
nutius. in ver. mortuo itaque teſtatore.el primo.
num.56.de teſtament. Marſil.ſing.199. Grammat.
deciſ.82.Couarr.lib.2.var.reſolut.cap.1. nume.10.
Menoch.in tract. de arbit.iudic.lib.2. cent.4. caſu
25 387.nume.20. † vbi multa notabilia profectò cir-
ca materiam ſepulchri & ſepulturæ congeſſit, &
ante eum Didac.Couarr.in ſupra citato loco, qui
profectò mirabilia ferè quædam ad hanc mate-
riam faciētia, etiam ex ſacra pagina recenſet, quæ
cùm videri poſſint, ne ſim purus relator, conſul-
tò omitto, non omittendo tamen quòd poſt
Didac.vbi ſupra dixit Mennoch.in d.caſu 387.nu-
26 me.4. lib.2. cent.4. † Annibalem Romanorũ ini-
micum Paulum Æmilium apud cannas trucida-
27 tum honorificè ſepeliri curaſſe, † intereſt etiam
reip.ne corpore defunctorũ inſepulta remaneant
ob infectionem aeris ex qua poſtea cauſatur pe-
ſtis, vt doctiſſimè tradit Ripa in ſupra citato loco,
qui omnino eſt videndus. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO LXXIX.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus omnes pendentes ſpectant ad eum qui redemit non habita ratione ad rationem temporis, ſecundùm opin. Bald. Alex. & Bero. quæ tamen reprobatur, vt infra.*

2 *§. ſi fructibus. l. Iulianus. ff. de act. empt. intellectus.*

3 *Fructus pendentes dicuntur pars fundi.*

4 *L.2.C.de pact.inter emp.& vend.intellectus, & infra nu.14.*

5 *Fructus percepti ante retrouenditionem, niſi data mora ſpectant ad venditorem, declara vt infra.*

6 *Fructus dotis debent deſeruire pro oneribus matrimonij.*

7 *Fructus pendentes debent diuidi pro rata tēporis.*

8 *Priami Pectinarij patritij Alexandrini Doctoris celeberrimi, Firmi Gubernatoris, & Authoris compatris laudes.*

9 *Qui habent facultatem redimendi, non curāt deponere pecunias, donec non vident fructus pendentes & maturos.*

10 *Venditio fit ex voluntate, reſtitutio dotis ex neceſſitate.*

11 *Venditio quando fit ex neceſſitate, fit vt res vendita continuò ſit apud emptorem.*

12 *Emptor cū pacto de retrouendendo, nō poteſt rē illam ante tranſactum tempus perpetuò vendere.*

13 *Venditio fundi pendentibus fructibus cenſetur vendita cariori precio, & infra nu.18.*

15 *Bald. Alex. & Beroi opin. reiecta.*

16 *Cuma. opin. humana æqua, & quæ ſeruatur in practica tanquam communis.*

17 *Retrouenditio non fit pro eodem pretio, niſi fuerit conuentum, ſed precium remittitur arbitrio iudicis, & attenditur precium currēs tempore retrouenditionis.*

18 *Fructuum rata quomodo debeat diuidi, hic exactiſſimè declaratur.*

19 *Emphyteuta non cadit à iure ſuo, quādo per biennium non ſoluit cenſum de rebus boſcatis de quibus ſingulo quinquennio ſolēt fructus colligi, ſed requiritur ceſſatio per quinquennium.*

## Argumentum.

**Fructus pendentes in fundo vendito cum pacto de retrouendendo, debent diuidi pro rata temporis inter emptorem & venditorem, ſecundùm veram & communem opinionem.**

DOMINVS Petrus Philippus Mattiolus Iuriſcon. Peruſinus vendiderat fundum cum pacto de retrouendendo cuidam alij Peruſino durante adhuc tempore redimendi, tempore ferè meſſium. Idem D. Petrus volebat redimere dictum fundum, & ſuperlucrari fructus pro rata temporis, quos fructus recuſabat velle dare præfatus emptor.

In hac quæſtione duę fuerunt principales Do-
1 ctorum opiniones, prima fuit, quòd omnes † fru-
ctus ſpectent ad eum qui redemit non habita ra-
tione ad ratam temporis, & hanc opinionem (re-
probato Cumano) tenuit Alex.in l.qui Romæ. in
prin.ff.de verb.oblig.Bal. conſi.383.lib.4. Auguſt.
Bero.quæſt.famil.98.nu.4.Caſſan.in conſuet. Bur
degallen.in rub.5.§.1.nu.25.Ægi.Thomat. in tract.
de collect.in §.vendentes ſub pacto.num.1.& ſeq.
char.576.vbi latè hoc diſputat.

Mouētur in primis per tex.in l.Iulianus.§.ſi fru
2 ctibus.ff.de act.emp. † vbi ſi fructibus iā maturis
ager diſtractus ſit, fructus inter emptorem & ven
ditorem non debent diuidi pro rata temporis.

Secundò, per tex.in l.fina.§.fructus. ff. quæ in
fraud.cred.& in l.fructus pendentes. ff.de rei ven
3 dicat.quibus iuribus cauetur † fructus pendentes
eſſe partem fundi: ſi ergo pars fundi ſunt, nimi-
rum ſi cedunt emptori fundi, & diuidi non debet
pro rata temporis.

4 Tertiò, per tex. † in l.2.C.de pact.inter empt.&
vendi.vbi deciditur fructus perceptos facta obla-
tione reſtitui.

Quartò, per gl.in c.illa vox.extra de pig.in ver.
fructus.& in c.cōqueſtus. extra de vſur. vbi emēs
5 cum pacto redimendi lucratur † fructus perce-
ptos ante retrouenditionem, niſi data mora, quia
tunc ſpectant ad venditorem, ſed ſi vera eſſet opi-
nio Cumani, ꝙ deberet attēdi diſpoſitio l. diuor-
tio. ff.ſol.matrim. non eſſet verum quòd emptor
lucraretur fructus ante retrouēditionem aut mo-
ram, immo diuiderentur pro rata temporis, nam
eſt ratio diuerſitatis. d. l. diuortio. à caſu noſtro,
6 quia in caſu d.l. † fructus, debent eſſe mariti pro
oneribus matrimonij ſupportandis. l. vbi adhuc.
de iur.dot.ideo ſunt pro rata temporis diuidendi,
ſecus eſt in caſu noſtro, quia ſpectat ad emptorē
iure dominij.l.Herennius.ff.de vſur.

Quintò, per deciſ.Guid.Pap.271.dum voluit redimentem ante tempus conſtitutum ſolutioni, debere ſoluere cenſum integrum illius anni.

Altera fuit opinio ſuperiori contraria, quòd
7 immo diuiſio † fructuum fiat pro rata temporis,
& hanc opinionem tenuerūt Cuma. in l.qui Ro-
mæ.in princ.ff.de verb.oblig. quem ibi ſequutus
fuit Soc.nu.20. & Iaſ.nu.37. idē Cuma. in l.1. ff.de
iure fiſc.Tiraquell.in trac.de retract.lib.2. §.quin-
tò.gl.3.Cagnol.in l.2.nu.45.C.de pact. inter emp.
& vendi.vbi Gazad.n.130.& ibidem quæſt.16. nu.
158.Didac. Couar. qui dicit hanc opinionem in
praxi. humaniorem, æquiorem, & conducibi-
liorem. lib.1. cap.15. num.7. vari. reſol. Roland.à
Valle, qui de magis comm. teſtatur conſ.27. viſo.
nu.6. lib.2. Caualcan. qui pariter de magis com-
mu. teſtatur in tract. de vſufr.mul.relict. nu.244.
ſecundùm quam opinionem pluries vidiſſe iudi-
care, refert Pet.Io.Anc.quæſtio.famil.13. nume.11.
par.1. & ego etiam ſecundùm hāc opinionem an-
nis proximè elapſis iudicaui in Illuſtriſſ. Ciuitate
Firmana, dum ibi eſſem Locumtenens ſub Pio
Quinto Pont. Max. Magnifici & Excellentis Do-
8 mini & cōpatris mei dulciſſimi, Domini † Priami
Pectinarij patritij Alexandrini, dictæ ciuitatis &
ſtatus Firmani Gubernatoris meritiſſimi, & Do-
ctoris celeberrimi, omniumq; virtutũ maximo-
pere præditi, cui profectò multum debeo, & cōti-
nuò eius virtutes, & beneficia in me collata in mē
tem habeo, & quemadmodum eius amore deno-
minaui Priamum vnum ex filiis meis, nunc æta-
tis annorum octo, vt continuò eius memoria in
domo mea perennis eſſet, ita ſemper rogabo Deũ
immortalem, vt ipſum extollat, manuteneat, fo-
ueat, cùm non me talem cognoſcam, vt benefi-
ciis ab ipſo in me collectis ſatisfacere valeam, ſed
ad caſum noſtrum reuertamur.

Dico igitur quòd ratio iſtorum eſt potiſſima,
9 vrgens, & æqua, nam ille † qui habet facultatem
redimendi, ſecundùm eos, non curat deponere pe
cunias, donec non videat fructus pendentes ma-
turos, & ſic doloſè eodem anno pecunia & fru-
ctibus vteretur, quod tenderet in maximum præ-
iudicium emptoris qui ex eadē pecunia vel aliam
rem fructiferam vel aliquod aliud lucrum perci-
pere potuiſſet.

Secundò, per doctr.Bar.in l.diuortio. §.ecōtra-
rio.ff.ſolut.matri.vbi dicit, aliud in dote, aliud in
10 venditione quia † venditio fit ex voluntate reſti-
tutio dotis ex neceſſitate, ergo à contrario ſenſu
Bar.ſenſit, quod ſi vēditio fiat ex neceſſitate, idem
ſeruandum eſt quòd in dote in caſu reſtitutionis
dotis fit diuiſio pro rata temporis, ſic debet fieri
in caſu noſtro, cùm ex neceſſitate fiat retrouēdi-
tio durante termino ad redimendum.

Tertiò, per doctr.Rolan.à Valle d.conſ.27. nu.
11 19.libr.2. vbi dicit, quòd quando † fit reuenditio
ex neceſſitate, vt res continuò ſit apud redimen-
tem, diuiſio fructuum fit pro rata temporis.

Nec obſtat d.l.Iulianus. §.ſi fructibus. ff.de act.
emp.quia ibi illud ex eo ſtatuitur, cùm ſtatim fa-
cta venditione & ſolutione precij, emptor conſe-
quatur omnes fructus, & venditor perpetuò vta-
tur pecunia, quæ ratio ceſſat in emptore cum pa-
12 cto de retrouendendo, † qui non poteſt illā rem
perpetuò vendere nec vti precio, donec ſibi ſolu-
tæ vel oblatæ fuerint pecuniæ, præterea ille qui
13 † vendit fundum pendētibus fructibus, præſumi-
tur ꝙ vendiderit cariori pretio l. ſi quod ex Pam-
philia, de leg.2. nimirum ſi habet omnes fructus
indiſtinctè.Iaſ.in d.l.diuortio.§.ecōtrario. in ver.
in ead.glo.Rol.à Valle d.conſi.27.nu.20.lib.2.
14 Minus obſtat † l.2.C.de pact.inter emp.& vēd.
quia reſpon. ex intentione Cagnol.Tiraquel. Di-
dac.& Rolan. vbi ſupra, quòd lex illa nō dicit, o-
mnes fructus eſſe reſtituēdos poſt precij oblatio-
nem, ſed quòd debet haberi ratio fructuũ qui ex
fundo poſt oblationem precij ad aduerſariũ per-
uenerint, quæ quidem verba nil aliud innuũt, niſi
vt diuidantur fructus pro rata temporis, præterea
lex illa eſt intelligenda, quādo oblatio illa fit con-
gruo tempore in principio anni, non autem in fi-
ne, ne iniquitatem ſapere videatur.

Nec obſtant dicta Alex.& Bero.vbi ſupra, quia
eſt diuerſus caſus illorum à caſu noſtro, cùm ipſi
loquantur de fructibus perceptis, nos autem de
pendentibus & percipiendis, de quibus eſt fienda
diuiſio pro rata temporis, cùm reuenditio iſta fiat
ex neceſſitate, quemadmodum fit ex neceſſitate
in reſtitutione dotis, & dato quòd ipſi loqueren-
tur in caſu noſtro, de ipſis non eſt curandum, cùm
15 eorum fundamentum † ſit falſum, ſapiat iniquita-
tem, & ſit contra communem opinionem, cùm
contra eos ſit magis communis opinio, vt dixit
Rolan.à Valle d.conſi.27.nu.17.lib.2. Caualcan.in
d.tract.de vſufr. mul.relict. nu.245.opinio autem
16 † Cumani ſit in praxi humanior, æquior, & con-
ducibilior, vt dicebat Didac.Couarr. lib.1.variar.
reſolu.cap.15.nume.7.

Quæ tamen opinio limitatur habere locum,
quādo promiſſio de retrouēdendo eſſet facta pro
17 eodem precio, aliàs ſecus eſſet dicendum, † quia
deberet fieri retrouenditio non pro eodem pre-
cio, ſed pro precio currenti tempore fiēdæ retro-
uenditionis boni viri arbitrio declarando Soc.in
d.l.qui Romæ, nu.20.& ſeq.ff.de verb.obligat. &

18 cum ipſa proprietate æſtimentur fructus †pēden-
tes, nimirū ſi poſſeſſio carior ęſtimatur, & emptor
fructus pendētes ſuperlucratur, ita voluit Cagno.
in d.l.2.n.41.in 8.not.C.de pac.inter emp.& vēdi.
Tiraquell.de retrac.conuent.§.1.gl.3.nu.2. ver. ſed
quid ſi in pacto.Cępol.de ſimula.cōtrac.in 4.prę-
ſump.nu.39.verſ.de ſecundo noua lęſionis.& no-
uiſſimè Caualcan. in tract. de vſufr.mul.relict. d.
nu.244.in fi.& Didac.Couarr. vbi ſupra nu.7.vbi
limitat in alio caſu opin.Cuma.quę ſecunda limi-
tatio cùm ſit reprobata à Doct.eam non refero.

19 Et †iſta rata fructuum debet diuidi infraſcripto
pacto, nam ſi ſunt poma, ex eo, quia ſingulo an-
no ſolent fructus producere, annus erit duode-
cim menſium: ſi oliuæ & ſingulo biennio produ-
cant fructus, biennium loco vnius anni erat com
putandum.

Si terra mageſatica erit, & quolibet anno cum
dimidio producat fructus, illi decem & octo mē-
ſes pro vno anno computabuntur.

Si ſylua cedua, & quolibet triēnio, vel quinquē-
nio producat fructus maturos, trienniū, aut quin
quennium erit computandum pro vno anno.

Facies igitur duodecim partes fructuū, & habi-
ta ratione iſtius anni & temporis retrouenditio-
nis facies tot partes, quot menſibus tu poſſediſti,
& redēptor eſt poſſeſſurus, nam ſi tu tenuiſti ter-
ram mageſaticam duodecim menſibus, deinde il-
le redemit, ex quo ad finiendum annum deficiunt
ſex menſes deficiendo tres partes, diuides in tres
partes, & duas partes pro te retinebis loco illorū
duodecim menſium, reſiduum reſtitues redēptori
reſtitutis tibi expenſis pro rata factis in colligen-
dis & producendis fructibus.Bald.in l.ædem.col.
2.C.locat.Iaſ.poſt Alexan.in l.diuortio.§.quod in
anno.nu.5.ff.ſolut.matrim. refert & ſequitur Ca-
ualcan.in d.tract.de vſufr.mul.relict.num.245. &
ideo rectè conſultus reſpondit Rolan. à Valle in
conſ.87. nnm.29. lib.1. vbi voluit non cecidiſſe à
20 iure ſuo † emphyteotam propter canonem non
ſolutum intra biennium de rebus & bonis boſca
tis & ſyluatis, cùm ſingulo quinquennio ſoleant
fructus ex illis colligi, adeo quòd biēnium intel-
ligi debet de decennio, cùm quodlibet quinquen-
nium habeatur pro vno anno, quod eſt admodū
notandum.

Reuertamur igitur domum, poſtquam cōpro-
bauimus opinionem Cumani & ſequacium, fru-
ctus eſſe diuidendos pro rata temporis, adhibita
tamen ſupraſcripta limitatione, & facili declara-
tione per nos facta, quomodo iſta rata ſit intelli-
genda, ſecundùm quam opin. Cuma. & aliorum,
tamquam veriorem & magis commun. ego pro-
nunciaui in contradictorio iudicio fructus præ-
dictos eſſe diuidendos pro rata tēporis, maximè
cùm in inſtrumēto eſſet facta promiſſio retrouen
dendi pro eodemmet precio, ſub rogitu Ser Octa-
uiani Aurelij, Peruſini Not. Curial. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Antonius Maria Saluiatus Epiſcopus, Cameræ
Apoſtolicæ Clericus, & totius ſtatus eccleſiaſtici
annonæ præfectus.*

2 *Affectus non punitur in leuioribus, niſi ſequatur ef-
fectus, ſecus in grauioribus de iure communi, ex
conſuetudine tamen, etiam in grauioribus non
punitur affectus, niſi ſequatur effectus, & infra
nu.3.& nu.9.*

4 *Prohibitam rem quis non cenſetur facere.*

5 *Prohibendum eſt malum, & eligendum bonum.*

6 *Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.*

7 *Culpa vbi non eſt, ibi pœna eſſe non debet.*

8 *Statutum prohibens exportare frumentum, nō com-
prehendit minores.*

10 *Inuentus in loco proximo, niſi oſtendat ſe ire ad
locum permiſſum, punitur.*

11 *Lupus dicitur qui exiuerit ſyluam, id eſt in actu
exeundi fuerit.*

12 *Reputatur in metallum perueniſſe etiam eum qui
non eſt ad locum perductus.*

13 *Fiendum de proximo, habetur pro facto.*

14 *Perſonaliter apprehēſi magis videntur puniendi,
præſertim quando ſunt conuicti teſtibus.*

15 *Delinquens forenſis debet puniri, ſecundum ban-
nimenta loci commiſſi delicti.*

16 *Statutum diſponens per verba, ſi quis extraxerit,
de ſtricto iure non comprehendit tentantem ex-
trahere, puniuntur tamē pœna extraordinaria,
& infra nu.17.*

18 *Fraudātes quærunt ſe tueri ſub prætextu, quòd de-
ferant granum ad molendinum, dicunt etiam il-
lud deferre ad eorum domos de foras, & infra
numero 19.*

20 *Frumentum extrahentes pro eorum vſu ſine licen
tia non puniuntur de iure communi, ſecus tamen
diſponitur in ſtatu eccleſiaſtico per bannimenta,
& infra nu.22.*

23 *Officialunculi quidam per fas & nephas quærunt
ſuperlucrari.*

24 *Buonſignori Finetti Romanæ Rotæ Auditoris Pe-
ruſiæ, & prouinciæ Vmbriæ Gubernatoris vir-
tutes.*

### Argumentum.

Fraudantes & extrahentes granum, o-
leum, & alia victualia, quomodo & qua-
liter puniantur, hic abundè pertractatur,
cùm quamplurimis practicabilibus di-
ſtinctionibus hic artificioſè accommo-
datis.

QVIDAM de caſtro Coſtacciarij,
comitatus Eugubij, ſtatus Illuſtriſſ.
& Excellentiſſ. Ducis Vrbini, e-
merant in terra Saxiferrati quan-
dam grani quantitatem, quam aſ-
portare cœperant extra iuriſdictionem huius Gu
bernij, immo verſus Coſtacciarium, & ſic extra
ſtatum eccleſiaſticum, qui quidē aſportantes fue-
runt capti à meis ſubſtitutis annonæ in dicta ter-
ra Saxiferrati, ad cuius annonę officiū ego fueram
in tota iſta prouincia deputatus ab Illuſtriſſimo
1 Domino † Antonio Maria Saluiato Epiſcopo,
& Cameræ Apoſtolicæ clerico, & totius ſtatus
eccleſiaſtici annonæ præfecto. Cúmq; ego oſten-
diſſem literas meorum ſubſtitutorum Reueren-
diſſimo domino Buōſignoro Finetto huius pro-
uincię Gubernatori generali, porrexiſſémque pre
ces ſupradictorum fraudantium S.D. Reuerendiſ
ſima noluit dictas preces ſignare, ſed ad exemplū
aliorum mandauit beſtias prædictas ſublatas, &
triticum venundari, & ſubhaſtari in dicta terra
Saxiferrati, preciúmque conſignari in manibus
depoſitarij Cameræ Apoſtolicæ, & ita executum
fuit, quæ quidem reſolutio fuit iuſta & iuri con-
ſona, vt ex infraſcriptis apparebit.

Pro habenda igitur vera reſolutione iſtius du-
bij eſt diſceptandum, an iſti potuerint pœna ordi
naria, ſiue ſaltem extraordinaria puniri, vel in am
miſſionem rerum.

Videbatur enim dicendum iſtos non potuiſſe
2 puniri aliqua pœna, †quia in iſtis leuibus non pu
nitur affectus, niſi ſequatur effectus, etiam de iure
3 communi.l.1.ff.quod quiſque iur. & licèt † de iu
re communi in aliis delictis grauioribus punire-
tur affectus non ſecuto effectu, ex generali tamen
conſuetudine totius Italiæ non punitur affectus,
niſi ſequatur effectus Doct.in l.ſi is qui cum telo.
C.de ſicar. & cōcordantes vſque ad hęc tempora
atteſtantes de iſta generali conſuetudine, adducit
Iul.Clar.in pract.crim.quæſt. 92.incip.quæro.

4 Secundò, quia † in dubio quis non cenſentur
facere rem prohibitam l.nō intelligitur.§. ſi quis
5 palàm.ff.de iur.fiſc.& † prohibendum eſt malum,
6 & eligendum bonum, & dubia † in meliorē par-
tem ſunt interpretanda.l.quotiens.ff.de reb. dub.
c.2.extra eodem.

7 Tertiò, quia † vbi nulla culpa eſt, ibi nulla pœ-
na eſſe debet l.cùm rem.ff.de bon.damna.l.maxi-
mum vitium, C.de liber.præteri.

Quartò, quia inter iſtos fraudantes erat quidā
8 minor, & clarum eſt, quòd ſtante † ſtatuto ſiue
prohibitione extrahendi frumenta non compre
henduntur minores.Roma.ſing.816. tu audiſti.n.
4.& in coſ.130.col.2.Cremenſ.ſing.30.quòd ſi mi
nor.Franciſ.Viui.lib.com.opin.in ver.quòd ſtatu
tum non poſſit extrahi frumentum.num.14.in fi.
& nouiſſimè Roland.à Valle conſil.57.viſis.num.
6.lib.2.

Pro cōtraria parte videbantur facere aliqua a-
lia fundamenta, quòd videlicet reperti in itinere
inciderint in pœnam.

9 Primò, quia † ille qui ambulat cum telo ad oc
cidendum punitur æquè, ac ſi occidiſſet.l.ſi is qui
cum telo.C. de ſicar. & niſi oſtendat ſe ire ad lo-
10 cum permiſſum, videtur † puniēdus cùm inuenia-
tur in actu præparatorio arg.l.vnicæ. C.de bon.
11 poſſ.ex teſtam.milit.ſicut dicitur † de lupo qui e-
xiuerit ſyluam, id eſt in actu exeundi fuerit, iuxta
not.in l.arboribus.ff.de vſufr.

12 Secundò, quia reputatur perueniſſe in † metal-
lum etiam eum qui non eſt ad locum perductus.
l.in ſeruorum.§.1.ff.de publicia.

13 Tertiò, quia † quod eſt de proximo habendum,
habetur pro facto.l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos.
ff.de fideiuſſ.& eo magis videntur puniendi, quia
fuerunt perſonaliter apprehenſi tum apprehenſi,
licèt tum vigore bannimentorum, tum etiam de
14 iure communi, ſat † fuiſſet teſtibus fuiſſe conui-
ctos ad tradita comm.per Doct.in l.1.ff.de acqui.
poſſ. & de comm. teſtatur Rip.in tract. de peſt.in
tit.de remed.ad conſer.vbertat.nu.104.

15 Neque enim poſſunt ſe iuuari quòd ſint † fo-
renſes, & ſic ꝙ non ligentur bannis, quia ex quo
deliquerunt in ditione eccleſiaſtica & ſubdita
huic iuriſdictioni, debent enim puniri ſecundùm
banna ſiue ſtatuta loci delicti, iuxta com.opin.A-
lex.conſ.3.verſ.& cùm ſit.lib.2.Pariſ.conſ.159.nu.
6.lib.4.& Ruy.conſ.84.in fi.lib.4.Duen.reg. 146.
& ita ſeruari atteſtatur Iul.Clar.in pract.crim.§.
fi.q.85.ver.tertius eſt caſus.

Negari non poteſt quin articulus ſit dubius,
16 quódque de ſtricto iure, ſi † ſtatutum dictaret, ſi
quis extraxerit non cōprehenderet tentantē ex-
trahere.Bal.in l.3.num.3.& 4.C.de ſer.fugi.Rip.in
tract.de peſt.in tit.de rem.ad conſer.vber.n.71.75.
& 80.& nouiſſimè Menoch.in tract.de arbit.iud.
lib.2.cent.4.cap.360.nu.97.

Vera tamen & realis concluſio eſt, & quæ ſer-
17 uatur in practica, quòd huiuſmodi † inuenti in
itinere non puniuntur pœna ordinaria, ſed alia
mitiori pœna, puta in amiſſionę rerum & hanc
opinionem tenuit antiquus Doct. Marti. de Fan.
in 2.conſ.inſerto in 2.vol.cōſ.crim.diuerſorū hāc
etiā opin.ſecutus fuit Rip.in d.tract. de peſt. poſt
n.75.verſ.ego vero.Iul.Clar.in pract.crim.in §.fi.
mihi char. 205. verſ. pone quòd ille qui exportat
bladum. licèt aliquis ipſorum non alleget dictū
conſ.Marti.impoſſibile enim eſſet ferè in flagrāti
crimine, & in confinibus propriis aliquem repe-
rire, ex aduerſo rigoroſum eſſet punire pœna or-
dinaria illum qui adhuc confinia nō attigerat, &
poterat pœnitere, propterea hæc omnia ſunt re-
mittenda arbitrio prudentiſſimi iudicis, qui cōſi
deratis circunſtantiis fraudantiū loci reperti frau
dis quantitatibus, quæ deferuntur, punire debet
ea pœna extraordinaria, quā ſibi videbitur.Nō o-
mitto multoties mihi eueniſſe in facto, ꝙ quidā
fraudantes quærunt ſe tueri ſub prætextu quòd
18 † deferant granum ad molendinum non extra ter
ritorium, & re vera aliquando inueni quòd defe-
rebant ad molendinum animo molendi & repor
tandi ad eorum domos, aliquando verò portabāt
animo fraudandi, propterea circūſpectus iudex
attendet qualitatem loci & perſonarum, & tranſ-
mittet birruarios ad videndam domum illius qui
aſportabat granum ad molendinum pro haben-
da informatione, an domi haberet farinam, nec
ne, ſi enim domi habuiſſet farinam, neque indi-
diguiſſet deferre granum ad molendinum, maxi-
ma eſſet ſuſpicio fraudis.

Animaduertat inſuper iudex, quòd aliquando
19 aliqui deferunt granum, & quando † in itinere in-
ueniuntur, dicunt illud aſportare de foras ad eo-
rum domos ruſticales, iſto etiā caſu poſſunt com
mitti fraudes, quia quādo in illis domibus ruſti-
canis haberent granum ad ſufficiētiam, pro eorū
familiis, maxima eſſet ſuſpicio fraudis, & poſſent
ſaltem extraordinariè puniri, ſed quando reperi-
rentur in itinere deferre granum, & iam pertran
ſiuiſſent eorum domos ruſticanas, vtique etiam
quòd nō attigiſſent cōfinia, putarē eſſe pœna ex-
traordinaria condemnandos, cùm aperta detega-
tur eorum fraus.

20 Et licèt † extrahentes frumentum pro eorum

vſu non puniantur de iure cõmuni, quemadmo-
dum minores non puniuntur, hoc non procedit
in iſta prouincia, immo nec in tota ditione eccle
21 ſiaſtica, cùm † per bannimenta & alias prouiſio-
nes ſit prohibitum non poſſe deferri triticum abſ
que licẽtia etiã de loco ad locũ, nec quidem pro
vſu ſuo, & maiores xiiij. annorũ nõ excuſantur in
delictis virtute motu prop. S.D.N. Pij IIII. eſt etiã
videndus Menoch. in trac. de arb. iud. c. 360. n. 17.
lib. 7. cent. 4. vbi poſt Rip. dicit, quòd quidam fru
22 mentum † exportabat aduerſus formam ſtatuti,
& dum eſſet in via apprehenſus faſſus eſt, quòd
niſi fuiſſet impeditus exportaſſet, hic conatus, pu
nitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis.

Non inficior tamen eſſe quoſdam officialuncu
23 los † qui potius latrones poſſunt nuncupari, cùm
intentio ipſorum non ſit exequi iuſtitiam, ſed tã-
tummodo per fas & nefas ſuperlucrari excorian
tes pauperculos, qui etſi ſciant non erraſſe, non
valentes tamen litigare, malunt aliquam pœnam
ſoluere, quàm in diuerſis impenſis grauari, pro-
pterea aduertant, quia ea menſurą metientur, qua
alios meriti fuere, quæ omnia ceſſant in caſu quę-
24 ſtionis propoſitæ, † cùm Reuerendiſs. D. Buonſi-
gnorus Finettus huius prouinciæ moderator ſit
adeo alienus ab huiuſmodi lucris, vt maxima cũ
admiratione omnium apertè dignoſcatur ipſum
paruipendere pecunias, intentióque principalis
ipſius ſit honor Dei, & cultus iuſtitiæ, cuius ipſe
eſt quammaximus zelator, ita quòd in eo omnes
virtutes reſidere dignoſcantur.

Redeundo ad rem, dico ipſum optimè condẽ-
naſſe prędictos de caſtro Coſtacciarij ad amiſſio-
nem grani, & beſtiarum ad aliorum exemplum,
cùm ipſimet fraudantes confeſſi fuerint ſe emiſſe
dictum triticum animo deferendi ad dictum ca-
ſtrum Coſtacciarij, & per dicta bannimenta di-
ſponatur quòd fraudantes amittant non ſolùm
granum & alia genera bladorum, ſed etiam ani-
malia, manu Ser Sempronij Andreotij de terra
Montis Fortini cauſarum crimi. huius prouinciæ
Notarij. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud. & commiſſarius annonæ.*

# DECISIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ruſtici & idiotæ perſonæ poſſunt reſpondere poſitio nibus præſente eorum aduocato, ſiue procuratore, qui poßunt eos inſtruere.*
2 *Ruſticus & mulier non æquiperantur niſi in caſibus à iure expreßis.*
3 *Mulier & ruſticus æquiperantur quo ad reſponſionem fiendam poſitionibus.*
4 *Mulieres ſunt fragiles & idiotæ perſonæ.*
5 *Poſitionum impertinentia tribus modis hic enarratis conſiderari poteſt.*
6 *Poſitionibus reſpondet mulier, abſque interuentu aduocati, ſiue procuratoris, quando mulier debet reſpondere poſitionibus concernentibus factum proprium ipſius mulieris, & mulier eſt ſagax.*
7 *Ruſticus reſpondet poſitionibus ſine præſentia aduocati ſiue procuratoris, quando eſt rerum ignarus, vt facilè falli poßit.*
8 *Mulier & ruſticus reſpondent poſitionibus cum præſentia aduocati, ſiue procuratoris, quando poſitiones cõcernunt factum antiquũ, vel ſunt admixta poſitiones iuris.*

## Argumentum.

Mulieres quando teneantur reſpondere poſitionibus à ſemetipſis, & quando cum præſentia aduocati ſiue procuratoris hic nouiter explanatur, pacificantúrque in hac materia, mulieres, ruſtici, & aliæ perſonæ idiotæ.

CAPITANEVS Horatius Vincio
lus de Peruſia, vulgariter nuncupa-
tus il capitan Mancinella, in cauſa
quam habebat cum domina Proſer
pina de Cauaceppis eius cognata
produxerat quaſdam poſitionibus quibus pete-
bat reſponderi per dictam dominam Proſerpinã
per verbum, credit, vel non credit: è contra dicta
domina Proſerpina offerebat ſe paratam reſpon-
dere domi, iuxta l. ad egregias. ff. de iureiur. ſed
inſtabat reſpondere cum præſentia procuratoris,
vel aduocati, aut alterius ex ipſius coniunctis, cui
petitioni contradicebat dictus capitaneus Hora-
tius. Fuit dubitatum quid iuris. Iſte caſus licèt pri
ma fronte videatur vulgaris, nihilominus Docto
res potius ponunt exempla de ruſticis, quàm de
mulieribus, dicẽtes, quòd licèt quis abſente pro-
curatore & aduocato poſitionibus reſpondere
teneatur ſecundùm Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. quæ
ſtioni. ff. de adulter. tamen hoc non habet locum
1 in † ruſtico, & idiota perſona, quia ei eſt conceſ-
ſum reſpondere præſente aduocato, ſiue procura
tore, qui poſſunt eos inſtruere. Hoſt. in c. dilecti
extra de iud. Spec. in tit. de poſitio §. ſeptimo. ver-
ſicul. ſed patronus. Bal. in l. 2. C. de iur. cal. Alexan.
in l. 1. num. 4. ff. de vulgar. & pupill. cũ apoſtill. ad
eum in litera C. Marant. in tractat. iudic. in 6. par.
verſic. quartus caſus. numer. 16. & nouiſſimè Me-
noch. in tract. de arbit. iud. caſ. 194. nu. 79. cent. 2.
lib. 2.

Idem tamen videbatur iudicandum de mulie-
2 re, nam etſi mulier † & ruſticus non æquiparen-
tur, niſi in caſibus à iure expreſſis. l. ſi. C. de iur. &
& fact. igno. tradit Iaſ. in l. 1. §. edenda. nu. 4. ff. de
edend. negari tamen non poteſt, quin maxima æ-
quitas ſuadeat in reſponſione fiẽda poſitionibus
debere æquiperari mulierem cum ruſticis, vt vi-
3 delicet † mulier poſſit reſpondere poſitionibus
cum pręſentia aduocati ſiue procuratoris, & ſem
per fui iſtius opinionis quòd Doct. dum admit-
tunt ruſticum & idiotas perſonas poſſe reſpon-
dere cum præſentia aduocati ſiue procuratoris,
4 voluiſſe comprehendere etiam † mulieres cùm
ſint fragiles & idiotæ perſonæ.

Hoc tamen non eſt ſimpliciter concedendum,
ſed relinquendum arbitrio iudicis qui perſpicere
debet, an poſitiones ſint impertinentes, quia o-
5 mnino eas reiicere debet, quæ † impertinẽtia po-
teſt cõſiderari tribus modis, natura, vt puta digi-
to cœlũ tãgere, de iure vt habere vno & eodẽ tẽ-
pore



pore duas vxores, de facto, vt dare montem au-
reum, l. confeſſionibus. cũ l. ſeq. ff. de interrog. act.
Practi. Papienſ. in forma excipien. contra poſit. in
verſi. impoſſibilis. vbi dicit, quòd iſtis poſitioni-
bus non eſt reſpondendum.

Aut poſitiones concernunt factum proprium,
6 & de recẽti ipſius mulieris † reſpondere debentis,
& mulier eſt ſagax, & tunc quia in facto proprio
non cadit ignorantia præſertim in facto de recẽ-
ti iuribus vulgaribus, & tunc iudex poteſt arbi-
trari quòd mulier reſpondeat abſque interuentu
aduocati, ſiue procuratoris. ad quod tenendum
multum conferunt tradita per Menoch. in tract.
de arbit. iudi. caſu 194. nu. 77. lib. 2. cent. 2. licèt de
7 muliere nullum verbum faciat, dicit enim de † ru-
ſtico tum debere reſpondere cum pręſentia aduo
cati, ſiue procuratoris, quando eſt omnino rerũ
ignarus vt facilè falli poſſit.
8 Aut † poſitiones ſunt inuolutæ & concernen-
tes factum antiquum, vel ſunt admixtæ poſitio-
nes iuris, & iſto etiam caſu poteſt reſpondere cũ
pręſentia procuratoris, ſiue aduocati. arg. not. per
Bar. in l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. leg. &
tradit Pract. Papien. in d. tit. de for. excipien. cõtra
poſitio. quæ omnia ſunt omnino relinquenda, ar
bitrio iudicare debentis in caſu noſtro, licèt iſta
domina Proſerpina eſſet mulier virtuoſa & ſagax
nihilominus ex quo poſitiones erant difficiles, &
aliquantulum inuolutæ mandaui reſponderi cũ
præſentia vnius examinatoris: credo tamẽ quòd
deinde cauſarum patroni D. Petrus Iacobus Ame
rigus, & D. Bartholomæus Corſettus fuerint con
cordes in hoc, & ita pronunciaui Ser Octauiani
Aurelij, Peruſini, huius cauſæ notarij. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio extraiudicialis etiam abſente parte, habet vim ſemiplenæ probationis.*
2 *Confeßio prædicta in terris eccleſiæ de æquitate canonica plenè probat, debet tamẽ probari per teſtes, & infrà nu. 7.*
3 *Inſtrumentum iuratum habens, dicitur habere probationem probatam, & veritatem apparentem. Fallit quando verba inſtrumenti ſunt enunciatiua, & infra nu. 4. & pro inſtrumento præſumitur, & nu. 5.*
6 *Aduocatus non eſt idoneus teſtis.*
8 *Aduocatus non dicitur habere mandatum ad præiudicandum domino.*
9 *Aduocati, ſiue procuratoris confeßio, ideo non nocet domino, quia ſe habet ad inſtar donationis.*
10 *Liberatio facta ad fauorem abſentis, non prodeſt abſenti, niſi aliquis nomine abſentis acceptet, & eſt magis comm. opin.*
11 *Probatio quæ fit contra inſtrumentum iuratum, debet fieri per quinque teſtes rogatos.*
12 *Inſtrumentum iuratum ſemper dicitur habere clauſulam derogatoriam.*
13 *Inſtrumenti expreßa, & indiuidua mentio eri debet.*

## Argumentum.

Confeſſio extraiudicialis quando probet, & quando non hic examinatur.

Multa de virtute inſtrumenti ponũtur, quódque teſtes deponentes contra inſtrumentum debẽt eſſe numero quinque, & rogati.

Aduocati teſtimonium reiicitur, & cõfeſſio aduocati non nocet domino.

Liberatio quæ fit ad fauorem abſentis, opus eſt quòd ab aliquo nomine abſentis acceptetur, & eſt magis communis opinio.

MENGANA hoſpes in porta San-
cti Petri Ciuitatis Peruſiæ vendidit
fundum cuidam magiſtro Antonio
muratori pro certo precio inter
eos conuento, de qua venditione
fuit celebratum publicum & iuratum inſtrumen
tum, poſt aliquot dies dictus magiſter Antonius,
abſente tamen d. Mengana, dixit D. Iulio de Per-
gula aduocato dicti Menganæ in præſentia duo-
rum aliorum teſtium, hæc verba (io mi contento
pigliar ſolo da Mengana vn quarto è mezo della
poſſeſſione,) & dominus Iulius dixit (& io pro-
metto che Mengana lo farà,) fuit litigatum inter
eos, an per prædicta verba intelligeretur receſ-
ſum ab inſtrumento, adeo quòd Mengana non te
neretur conſignare eidem magiſtro Antonio niſi
quartam cum dimidia terræ, quandoquidem di-
ctus magiſter Antonius intendebat conſequi to-
tam rem emptam, dicens dixiſſe illa verba per-
functoriè.
1 Pro dicto Mengana faciebat, quia etſi † confeſ
ſio illa magiſtri Antonij fuerit facta abſente ipſo
Mengana, nihilominus tanquam confeſſio extra-
iudicialis etiam abſente parte habet vim ſemiple
næ confeſſionis. l. certum. §. ſi quis abſente. vbi
Bar. ff. de confeſſ. Afflict. deciſ. 12. nu. 2. Pariſ. conſ.
120. nu. 4. lib. 1. Crauett. in tract. de antiq. tẽp. part.
1. incip. viſo de verbis. nu. 45. Marant. in tract. iu-
dic. in 6. par. in rub. de confeſſ. num. 12. & ſeq. Pet.
Duen. reg. 120. incip. confeſſio extra iudiciũ. im-
2 mo cùm ſimus † in terris eccleſię de æquitate ca
nonica dicta confeſſio habet vim plenæ cõfeſſio-
nis. Pariſ. qui alios allegat d. conſ. 120. nu. 7. lib. 1.

Pro parte verò dicti magiſtri Antonij faciebat
quia ipſe magiſter Antonius habebat inſtrumen-
3 tum publicum † & iuratum, & ſic dicebatur ha-
bere probationem probatam, & veritatem appa-
rentem ſecundùm Bald. in l. Imperator. la 1. ff. de
ſtat. homi. & in l. 1. C. de iudi. Rolan. à Vall. cõſ. 40.
nu. 8. lib. 2. 56. nu. 6. eod. lib. 4. nu. 23. d. lib. 2. 96. nu.
4 705. nu. 19. lib. 2. cùm † præſertim verba dicti in-
ſtrumenti non ſint enunciatiua, tunc enim non
diceretur probatio probata Gerard. de Petr. San.
5 ſing. 30. † & pro inſtrumento præſumitur. l. cum
precibus. C. de proba. & præſumitur verum & ſo
lenne dictum Bald. in c. 1. §. inſtrumentis. de nat.
feud. Nec dictum domini Iulij aliquid obeſt ipſi
6 magiſtro Antonio, quia cùm ſit † aduocatus prę-

fati Mengane, vt ipſemet in reſponſione ad inter-
rogatoria fatetur, ei non eſt ſtandum. l. fi. C. de te
ſtib. c. cùm ſit Romana. de teſtib. lib. 6. alij verò te-
7 ſtes non ſunt † conteſtes, prout requiritur ad pro
bandam extraiudicialem confeſſionem. Pariſ. cõſ.
75. nu. 13. lib. 1.

Vlterius ipſe dominus Iulius, qui nomine Men
ganæ obtulerat ipſi magiſtro Antonio, vt conten
taretur de recipiendo tantùm partem fundi em-
8 pti, non habebat mandatum † ad hoc faciendum,
& ſic non præiudicat Pariſ. conſ. 45. nu. 22. lib. 1. &
9 cõſ. 115. n. 18. lib. 1. & ea eſt ratio, quòd † cõfeſſio pro
curatoris, vel aduocati non nocet principalibus,
quia ſe habet ad inſtar donationis. Pariſ. conſ. 47.
num. 92. lib. 1.

Item animaduertendum eſt nos non eſſe in cõ
feſſione extraiudiciali, ſed in liberatione facta per
10 modum pacti, & conuentionis, quia tunc † non
prodeſt abſenti, niſi aliquis nomine abſentis acce
ptet, & eſt magis communis opinio, vt per Alex.
in conſil. 131. in cauſa & lite. col. pen. in fi. lib. 4. &
de magis comm. teſtatur etiam Matth. in ſuo lib.
comm. opin. in prima opinione incip. liberatio.

Præterea (& hæc reſponſio tollit omnem diffi-
cultatem) cùm inter præfatos magiſtrum Anto-
nium & Menganam fuerit celebratum inſtrumẽ-
11 tum in ſcriptis, & adhibitum iuramentum, † tunc
confeſſio extraiudicialis non nocet confitenti e-
tiam parte præſente, niſi fuerint adhibiti quinq;
teſtes rogati, quod nõ euenit in caſu noſtro, cùm
fuerint tantùm tres teſtes non rogati, & non con
teſtes, & hoc ratione iuramẽti adhibiti in primo
inſtrumento, ita probatur in l. teſtium. C. de te-
ſtib. cum auth. ibi poſita. Afflict. deciſ. 105. num. 4.
& nouiſſimè Petr. Duen. reg. 119. incip. confeſſio
in 7. fallen. & hic propriè eſt caſus noſter, aliàs eſ
ſet ridiculum dicere quòd propter ſimplicem ſer
mocinationem habitã, & non cum principali, de-
ſtrueretur inſtrumentum iuramento vallatum: ea
enim eſt virtus iuramenti inter alias quòd ſem-
12 per intelligitur habere † clauſulam derogatoriã.
13 ad not. in l. ſi quis de principio de legat. 3. & † ſic
non immeritò requiritur expreſſa & indiuidua
mẽtio. Facit l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. & ſic
ſententiaui pro dicto inſtrumento ad fauorem
dicti magiſtri Antonij contra d. Menganã, rogitu
Ser Nicolai Herculani, Peruſini Notarij Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vendens fundum in quo ſint fructus pendentes, cen
ſentur etiam venditi fructus pendẽtes, cùm ſint
pars fundi, & nu. 2. & nu. 7.*
3 *Venditio prædicta facta de fundo, pendentibus fru-
ctibus, comprehendit etiam partem fructuum co
loni partiarij.*
4 *Colono tamen partiario competit actio perſonalis
aduerſus dominum fundi venditorem.*
5 *Fructus pendentes ſequuntur ipſius fundi aliena-
tionem.*
6 *Fructus nondum collecti, ſpectant in totum ad em-
ptorem, ac etiam pars coloni, & eſt comm. opin.*
8 *Actio perſonalis non tranſit ad emptorem, & ſic
ad ſingularem ſucceſſorem.*
9 *Fructus ſeparati à ſolo, non cenſentur venditi.*
10 *Iaſonis limitatio in l. filiusfamilias. in fi. de legat.
1. reprobata per Authorem.*
11 *Ignorantia facti alieni ſemper præſumitur, niſi pro
betur ſcientia, ſecus in facto proprio, & eſt com.
opin. & nu. 12.*
13 *Venditor tenetur denunciare emptori fundi, in
fundo adeſſe colonum.*

### Argumentum.

Venditio fundo cum fructibus penden
tibus (niſi fuerit facta reſeruatio cenſetur
vendita, non ſolùm pars fructuũ quæ ſpe
ctat ad dominum, ſed etiam pars fructuũ
quæ ſpectat ad colonum, & eſt communis
opinio, ſiue venditor ſciuerit ibi adeſſe
colonum, ſiue ignorauerit, reprobata in
hoc particulari opinione & limitatione
Iaſ. caſus profectò contigibilis, & ſæpe in
practica occurrens.

POSTQVAM fuit expedita cauſa
dicti Menganæ vna cũ prefato ma-
giſtro Antonio modo quo ſuprà,
currit vlterius dubitari, an vendito
fundo per dictum Menganam cen-
ſeatur vendidiſſe eidem magiſtro Antonio, non
ſolùm partem ſuam fructuum, ſed etiam partem
coloni. Hanc quæſtionem ponit in terminis Iaſ.
in l. cum filiofam. in fi. nu. 180. & nu. 181. de leg. 1.
1 vbi Iaſ. poſt Rom. conſ. 309. dicit, † quòd quando
quis vendit fundum in quo ſunt fructus penden-
tes, cenſetur vendidiſſe etiam fructus pendentes,
2 † cùm ſint pars fundi. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff.
de act. empt. & non ſolùm partem ſpectantem ad
ipſum dominum, ſed etiam partem coloni partia-
3 rij, iuxta † l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. vnde ſi
fundus, in quo eſt colonus partiarius, vendatur
per dominum fructibus pendentibus, cenſetur e-
tiam vendidiſſe partem fructuum coloni partia-
rij, & ſic omnes fructus ſpectãt ad ipſum empto-
4 rem, & † colono partiario competit actio perſo-
nalis aduerſus dominum venditorem.

Moti fuerunt Rom. in dicto conſilio 309. &
Iaſ. in dicta l. cum filiofam. in fin. de legat. & alij
hanc partem ſectantes infraſcriptis fundamen-
tis.

5 Primò, quia ipſi † fructus pendentes ſequuntur
ipſius fundi alienationem. l. fi. §. fructus. ff. de his
quæ in fraud. credit. d. l. Iulianus §. ſi fructibus. ff.
6 de act. empt. clarum eſt enim, quòd † fructus nõ-
dum collecti ſpectant in totum ad emptorem,
prout vltra Rom. & Iaſ. tradit Aret. in conſil. 159.
nu. 14. Corn. conſil. 150. viſo lib. 4. Dec. conſil. 543.
in caſu propoſito nu. 2. Grat. reſpon. 18. poſtquam
nu. 8. & reſpon. 95. nu. 28. vſque ad nu. 3. lib. 1. Bart.
in l. ſi quis delegauerit. de leg. 1. Alex. conſ. 28. n. 5.
lib. 1. deciſ. Pedemõt. 82. in prin. Alex. in l. ſi filiofa
milias §. ſi vir. in quinquennium, ſub nu. 17. ff. ſo-
lu. matri. Cephal. in terminis conſ. 181. nu. 15. & 16.
libro 2. & eſt communis opinio, vt nouiter vo-
luit Bur-



conſi. 76. num. 24. lib. 3.

Pro parte autem dictorum Berardini & Poli-
dori fuerunt examinati in ſecunda inſtantia corã
me multi teſtes qui depoſuerunt Thomam patrẽ
dicti Polidori, ac etiam quòd pater dicti Berardi-
ni erant nati in territorio ciuitatis Caſtelli, & ini
bi etiam habitauerunt. vt eſt videre in proceſſu,
fol. 28. & ſeq. & Berardinus adhuc inhabitat in di-
cto territorio, ita quòd licet Thomas pater dicti
Polidori aliquando habitauerit extra diſtrictum
dictæ ciuitatis, ac etiam dictus Polidorus, non
4 † propterea locum originis dicitur mutaſſe, cùm
magis attendatur locus originis quàm domicilij.
l. j. ff. ad municip. Grat. reſpon. 30. viſis. nu. 50. lib.
5 1. Afflict. deciſ. 384. nec ſit † inconueniens quòd
quis habeat duo domicilia ſecũdum Bald. in conſ.
234. decretum Magnifici 2. colum. lib. 1. l. Celſus. §.
eius. ff. ad municip. & l. aſſumptio. §. fi. eod. tit. ſe-
quitur Soc. Iun. conſil. 7. pro reſolutione. num. 9.
lib. 2. in quo conſil. Soc. Iun. determinat ferè ca-
ſum noſtrum per tot. conſil. præſertim. nu. 12. vbi
6 poſt Soc. Sen. & alios determinat huiuſmodi † alie
nationes non eſſe prohibitas, licèt ipſi non habe-
rent munera, ſed ſat eſt quòd munera ſubierint
eorum authores, hoc tamen eſt declarandum &
intelligendum eo modo quo ponit Soc. Iun. in d.
conſ. cùm ergo parentes iſtorum habitauerint in
vtroque diſtrictu & ciuitatis Caſtelli, & Ducatus
Vrbini, & ſint originarij dictæ ciuitatis Caſtelli,
huiuſmodi alienatio non fuit prohibita, ſed per-
miſſa, vt ſupra deducebam, cùm quis vno & eo-
dem tempore plura poſſit habere domicilia, vt ſu-
pra dictum fuit.

Facit in terminis aliud conſilium. Soc. Iun. ter-
tium. num. 19. lib. 3. vbi in propria materia ſtatuti
7 prohibentis alienationem in forenſes † dicit, fiſcũ
non poſſe vendicare bona alienata, niſi realiter &
cum effectu perueniſſent ad manus forenſium, in
caſu noſtro præſupponitur tantùm fuiſſe celebra
tum inſtrumentum venditionis, nec fuit articu-
latum & probatum cum effectu, rẽ emptam per-
ueniſſe ad manus emptoris meritò fiſcus in hu-
8 iuſmodi caſu non fouet ius: debebat enim, vt di-
cebam, articulare & probare rem venditam per-
ueniſſe ad manus forenſis prætenſi, cùm ſit eius
9 fundamentum. † l. ei qui dicit. ff. de proba. Secun
dò principaliter fiſcus non fouet ius in iſta cauſa,
10 & alienatio non eſt punibilis, quia fuit † alienata
res modica, cùm fuerit tantummodo alienatum
petiolum terræ, ita originaliter dixit in propriis
terminis Rom. in ſing. 334. hodie. arg. text. in l. ſe-
natus. §. Marcellus. de leg. 1. & ibi Bar. & Alex. Iaſ.
in l. ſciendum. n. 10. ff. qui ſatiſd. cogan. Marſ. in l.
furem. col. 3. ff. de ſicar. & in pract. crim. §. & quia,
in prin. & in ſing. 276. parũ Tiraq. in tract. de iud.
in reb. exig. ver. duodecimò.

Vltimò in proceſſu non fuit productum neque
ſtatutum, neque decretum, continentia huiuſmo
11 di † prohibitiones, quo fit, vt alienatio (his dem-
ptis) cenſeatur valida & permiſſa. ita in terminis
tradit Soc. Iun. conſi. 7. num. 1. lib. 2. cùmque ver-
ſemur in materia pœnali; quæ materia eſt ſtrictè
intelligenda, gl. in l. cũ quidam ff. de lib. & poſth.
ſententiaui contra fiſcum dictæ ciuitatis Caſtelli
D. Iulium Ludouicum fratrem meum, & ad fauo
rem ſupranominatorum contrahentium, reuocã-
do ſententiam D. iudicis à quo, & licèt caſus iſte
fuiſſet dubius, qui re vera apud me eſt indubitabi-
lis per ſupra deducta, in dubio eſt ſententiandum
12 contra † fiſcum. vulgata l. non puto. ff. de iure fiſci.
manu Ser Euangeliſtæ Peruſini, Notarij Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio non debet peti calumnioſè, animo differen-
di iudicium.*
2 *Conſilium Neapolitanum in materia attentatorũ
conſuluit Auditores Rotæ Romanæ.*
3 *Dilatio ad repulſandum teſtes in materia atten-
tatorum aſſignatur, niſi iudici notoriè conſtet de
calumnia, & tunc datur quando petitur ante pu
blicationem proceſſus, vel pars reſeruauerit ſibi
ius opponendi contra. teſtes ante publicationem
proceſſus, & nu. 4.*
5 *Principalis poterit opponere cõtra teſtes, & ſi eius
procurator fuerit citatus dũmodo tamen non fue
rit citatus ipſe principalis. Item quando non pe-
titur malitioſè, & pars iuret defectus teſtium no
uiter ad eius notitiam perueniſſe, & nu. 6.*
7 *Teſtium inhabilitas quando conſtat iudici, iudex
poteſt ex officio reiicere etiam parte non oppo-
nente.*
8 *Hæretici & Iudæi non ſunt idonei teſtes, etiã par-
te conſentiente. nu. 10. & 11.*
9 *Menochij locus reprehenditur.*
12 *Teſtes inimici capitales non debent examinari
de iure, de ſtylo tamen & conſuetudine in ſtatu
eccleſiaſtico examinantur ſaluis exceptionibus
& replicationibus, tam contra dicta, quàm con-
tra perſonas, & num. 13.*
14 *Teſtium repulſæ materia vbi tractetur remiſſiuè.*
15 *Teſtes quando repulſantur, breuis debet aſſignari
dilatio.*

### Argumentum.

Dilatio in materia attentatorum quã-
do debeat aſſignari, nec ne, ex ſententia
Romanæ Curiæ, & Conſilij Neapolitani
hic recenſetur, & perbelle enucleatur, vt
quilibet tiro licèt mediocris literaturæ fa
cillimè quid in hac materia ſtatuendũ ſit
dignoſcere valeat.

IN quadam cauſa attentatorum præten
ſorum in qua patrocinabantur D. Anto-
nius Nuptius, & Dominus Iacobus A-
nellus, fuit petitus terminus ad repulſan
dum teſtes, alter verò ex dictis procuratoribus di
cebat hanc dilationem non debere aſſignari, cùm
1 ſimus in iudicio ſummario, † & pars hoc petat
cauſa differendi iudicium, & calumnioſè ad not.
per Hoſt. poſt alios in c. veniens, el ſecundò, de
teſtib. & ſi hoc admitteretur non eſſet ſummariè
procedere, ſed magis ordinariè. Rom. ſing. 188.
quæſtio iſta pluries euenit in contingentia facti

in conſilio Neapolitano & ex quo pars illorum
dominorum de conſilio inclinabant, quòd huiuſ-
2 modi dilatio deberet aſſignari, altera † verò pars
inclinabat in negatiuam partẽ, conſuluerunt Au-
ditores & curiales Romanæ Curiæ, vt eſt videre
apud Afflict. deciſ. 351. bis fuit iudicatum, fuítque
certificatum ſacrum illud conſilium, quòd in cu-
ria Romana talis dilatio aſſignatur, & re vera re-
3 gulariter eſt † aſſignanda, niſi iudici notoriè con-
ſtaret de euidenti calumnia petentis talem dila-
tionem, quia tunc aſſignari minimè debet, prout
non fuit aſſignata per conſilium Neapolitanum,
vt per Afflict. d. deciſ. 351. num. 7. tum etiam ea ra-
tione non fuit aſſignata, quia fuit petita poſt pu-
4 blicationem proceſſus: † debet enim antequam
publicetur proceſſus proteſtari & reſeruari obie-
ctio contra teſtes, & eorum dicta c. præſentium.
extra de teſtib. & in materia noſtra eſt videndum
nouiter Menoch. in tract. de arb. iud. caſu 239. lib.
2. cent. 3.
5 Item † principalis poterit opponere contra te-
ſtes, dummodo ipſe principalis perſonaliter non
fuerit citatus, ſed eius procurator. ita dicit Gram
mat. in apoſtill. ad d. deciſ. Afflict. 351. allegat gl.
& Cyn. in l. ſi. C. de teſtib. & in authen. ſi teſtes. &
in auth. ſed ſi quis. C. eod. tit. & in l. laudabilem
C. de aduoca. diuer. iud. & nouiſſimè idem tene.
Grauat. in addi. ad prax. Veſtr. cap. vlt. lib. 5. n. 3. & t
34. & Menoch. in tract. de arbit. iud. in d. caſu 239.
lib. 2. cent. 3. num. 6.
Itidem eſt aduertendum, tunc licere opponere
6 contra teſtes, † quando iuraret pars non malitio-
ſè opponere, vel quòd talis defectus nouiter ad
ipſius notitiam perueniſſet. d. c. præſentium. extra
de teſtib. & ponit Grammat. in d. addi. ad Afflict.
deciſ. 351.
Alio etiã caſu omiſſa proteſtatione poteſt op-
7 poni, quia quando † iudici conſtaret de inhabili-
tate teſtium, iudex poſſet ex officio ſupplere. Bal.
in l. quos prohibet. ff. de poſtul. Gramm. in addit.
ad Afflict. vbi ſupra.
Vltimò, vltra Afflict. & Grammat. in dicto lo-
co eſt addenda alia declaratio ad caſum noſtrum,
vt omiſſa proteſtatione poſſit opponi, quãdo illi
teſtes ita eſſent inhabiles, vt eorum inhabilitas
8 etiam partium conſenſu ſuppleri † non poſſet, pu
ta quòd eſſent hæretici ſiue iudæi. Barthol. Soc. in
tract. fallent. reg. 129. fallen. 4. Felyn. in c. præſen-
tium num. 4. extra de teſtib. Menoch. in d. tract.
de arb. iud. caſu 139. num. 5. lib. 2. cent. 2. quã con-
cluſionem declarat Menoch. procedere, quando
producens non haberet notam teſtium conditio-
nem, ſecus ſi notam haberet, & in dubio præſu-
mitur habere notam eorum conditionem, ſed iu-
9 dicio meo, melius feciſſet † Menoch. iſtam decla-
rationem prætermittere cùm ſit falſiſſima, & con
tra terminos iuris, & propoſitionis per eum fir-
10 matæ poſt Felyn. & alios: ſi enim tales teſtes † ſunt
inhabiles, ea inhabilitate quæ partium conſenſu
ſanari non poteſt, vt in Iudæis, hæreticis, & excõ-
municatis, fruſtra quæritur de ipſius cõſenſu par-
tis, ſi partium conſenſu tales defectus remitti nõ
poſſunt: ridiculũ enim eſt dicere quòd pars poſſit
facere, vt Iudæus, hæreticus, & excommunicatus
probent. Facit. l. nemo poteſt de leg. 1. propterea
ſi per partes huiuſmodi defectus tolli nõ poſſunt,
falſa eſt declaratio Menoch. dum diſtinguit hoc
procedere, quando pars non haberet notam con
ditionem teſtium, quia ſiue habuerit, ſiue non ha
11 buerit notam conditionem † teſtium, hoc non
refert, cùm neque accedente conſenſu partis tales
teſtes probent. Soc. d. reg. 129. fall. 4. extra de te-
ſtib. vera eſt igitur ſimpliciter limitatio Docto-
rum, omiſſa declaratione Menoch. (eius pace di-
xerim.)
Nõ omitto aliud quod in dicto caſu ponit Me
noch. poſt Grammat. deciſ. 86. quòd quando te-
12 ſtes † ſunt inimici capitales, & huiuſmodi inimi-
citia poteſt incontinenti probari, tunc debet ſu-
perſederi in cauſa principali, & aſſignari terminũ
ad probandam inimicitiam. Nam concluſio iſta
de iure in ſe vera eſt, vt per prædictos in ſupra ci-
13 tatis locis, tamen † de ſtylo & conſuetudine in to
ta ditione eccleſiaſtica non ſeruatur iſta practica,
quòd ſuperſedeatur in negocio principali, & aſſi-
gnetur terminus ad probandum inimicitiam, etiã
quòd capitalis eſſet, & in continenti probari poſ-
ſet, ſed proceditur ad vlteriora in negocio princi-
pali, & datur poſtmodum terminus ad repulſan-
dum teſtes, & ita ego aliàs iudicaui in ciuitate
Caſtelli, Auximi, Maceratæ, Firmi, & hic Peruſię,
& in aliis locis quibus præfui, ſolent etiam exa-
minari teſtes ſaluis exceptionibus tam contra di-
cta, quàm contra perſonas.
Nunc redeundo ad caſum noſtrum, videlicet
14 petiti termini ad repulſandum † teſtes in cauſa at-
tentatorum (quam materiam repulſandi teſtes,
ponit etiam Marant. in tract. iud. pars 6. in rub. de
repul. teſt. in verſi. tertius decimus actus) cùm
cauſæ patronus reſeruauerit ante publicationem
proceſſus ſibi terminum ad repulſandum teſtes,
& mihi non conſtiterit quòd calumnioſè dilatio
peteretur, aſſignaui breuem terminum ad repul-
ſandum dictos teſtes, in euentum enim quòd aſſi-
15 gnetur dilatio, † breuior datur terminus, in ſimi-
libus cauſis attentatorum, in rogitu Ser Euange-
liſtæ Peruſini, Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum liquidatio vt dicatur legitimè facta, eſt neceſſe articulari, & probare quòd in locis circunſtantibus & conuicinis tot fructus percepti fuerunt.*

### Argumentum.

**Fructuum liquidatio tunc dicitur ritè & rectè facta, quando articulatur & probatur id quòd ſupra proximè in ſummario ſcriptum relinquitur.**

PETRVS Iacobus de Gratianis de Peruſia, egit contra capitaneum Be
rardinum Cinellum de eadem, pro
conſecutione quorundam fructuũ,
ad quos reſtituendos præfatus ca-
pitaneus Berardinus fuerat cõdemnatus per Ma-
gnificum



luit Burſat. conſil. 71. n. 27. lib. 1.
Secundò, quia vt in principio dictum fuit, fru-
7 ctus pendentes † ſunt pars fundi l. fructus penden
tes. ff. de rei vend. cùm ergo integraliter fructus
ad magiſtrum Antonium pertineant, ergo & fru
ctus pendentes qui ſunt eius pars.
Tertiò, quia ſi diceremus aliter, eſſet dicere
quòd colono partiario competeret actio contra
8 emptorem, quod eſt ridiculum dicere, † cùm a-
ctio perſonalis non tranſeat ad emptorem, & ſic
contra ſingularem ſucceſſorem. l. ſi. in ſi. ff. de con
trahen. emp. igitur &c.
9 Secus autem eſſet dicendum ſi † fructus eſſent
ſeparati à ſolo. l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. quib.
mod. vſufr. amitt. Rom. d. cõſ. 309. in ſi. & conſ. 10.
incip. quæſtionis propoſitæ circa med. fructus au
tem de quibus agitur non erant ſeparati à ſolo,
conſequenter bene dicebat D. Petrus Iacobus o-
mnino ſpectare ad ipſum magiſtrum Anto-
nium.
Et licèt Iaſ. in d. l. cum filiofam. in ſi. limitet di-
ctum Roma. in ſępe allegato conſ. 309. non habe-
re locum, quando venditor habuiſſet ignorantiã
inibi adeſſe colonum partiarium, quia tunc intel
ligeretur vendidiſſe tantùm partem ſuam, non au
tem partem coloni, & in dubio dicit præſumi i-
10 gnorantiam l. verius. ff. de proba. † quia iudicio
meo, Roma. bene dixit, & ſimpliciter eſt intelli-
gendus non admiſſa limitatione Iaſ. quæ falſa eſt,
& contra terminos iuris.
Primò enim redditur falſa limitatio Iaſ. dum
dicit in dubio præſumi ignorantiã in venditore
quòd inibi adſit colonus, arg. l. verius. ff. de proba.
quia argumentum Iaſ. retorquetur contra ipſum,
nam l. verius, loquitur in facto alieno, dum dicit,
legatarium probare oportere defunctum legaſſe
rem alienam, non autem herẽdẽ oportere proba-
re defunctum ignoraſſe alienam rem obligatam,
11 & illa lex ſemper allegatur, quòd † in dubio ſem-
per præſumitur ignorantia facti alieni, niſi probe
tur ſciẽtia Bal. in l. quicunque. col. 1. C. de ſer. fugi.
& deducit nouiter Rolan. à Valle conſ. 36. in ca
ſu. nu. 1. lib. 2.
Cũ ergo nos verſemur in facto proprio ipſius
Menganæ, qui optimè potuit ſcire, an ibi immi-
ſiſſet colonum partiariũ, nec ne: eſt enim infimę
conditionis, & ſic optimè nouit, vt dicebam, an
ibi adeſſet colonus, nec ne, conſequenter nos ſu-
mus in regula facti proprij, non autem alieni, in
12 quo † facto proprio ignorantia non admittitur.
l. quãquã ad Velleia. Alex. cõſ. 118. n. 7. lib. 2. & 44.
n. 7. lib. 4. Rol. à Valle conſ. 81. licet, nu. vigeſimo
quarto. lib. 2. & ſic retorquetur fundamentũ Iaſ.
qui verè in hoc caſu lapſus eſt.
Præterea licèt fundamentum Iaſ. eſſet verum,
quod negatur, vt ſuprà oſtenſum fuit, ignorantia
ſiue ſcientia ipſius venditoris non poteſt obeſſe
ipſi emptori, niſi ei denunciatũ fuerit. quid enim
refert, an venditor ſciuerit ibi eſſe, vel non eſſe co
lonum, emptor autem ignorauerit, ſi enim ven-
ditor non pateretur emptorem cõſequi integra-
les fructus, ſequeretur quòd non tradidiſſet rem
vẽditam eiuſdem bonitatis & qualitatis qua pro-
miſit, quod facere non poteſt. l. quæritur. §. ſi ven
ditor ff. de ædil. edict. Corn. conſil. 81. viſa copia
col. 2. ver. ſed quantum. lib. 3. Pariſ. conſ. 78. con-
13 cluſiuè. nu. 24. lib. 3. immo ipſe † venditor teneba-
tur denunciare emptori inibi adeſſe colonũ. arg.
l. quis ſit fugitiuus. §. ſi. & l. ſi quid venditor. ff. de
ædil. edict. & expreſſè reſeruare partem coloni,
quod cùm non fecerit dictus Mengana cenſetur
vendidiſſe etiam partem fructuum coloni, cui co
lono competit actio perſonalis aduerſus d. Men-
ganam, & ita iudicaui rogitu ſupradicti notarij.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Illata & inuecta in domum conductam cenſentur tacitè obligata pro penſione domus.*
2 *Bona illata in domum quòd cenſeãtur obligata pro penſione domus, quomodo habuerit originem.*
3 *Cœnaculum eſt pars ſuperior domus, cœnacularium pro locatore & conductore accipimus.*
4 *Locator in rebus inuectis & illatis non præfertur alijs anterioribus, diſtinctione tamen hic adhibita.*

### Argumentum.

**Bona inuecta & illata cenſentur tacitè obligata pro penſione domus, in dictíſque bonis locator nõ præfertur aliis anterioribus creditoribus, quando principaliter domus datur ad inhabitandum, ſecus quando locatur pro conſeruatione rerum.**

POST mortem cuiuſdam magiſtri
Herculani Scalcinæ Phiſyci Peruſi-
ni inſurrexerunt multi creditores
prædicti magiſtri Herculani, & fa-
cta deſcriptione ſuorum bonorum,
fuit inuentum dicta bona non ſufficere pro me-
dictate debitorum relictorum à dicto magiſtro
Herculano, inter alios creditores dicti magiſtri
Herculani fuit quidam Giommus detto del Zeo,
de Peruſia, qui ei locauerat domum pro certo in-
ter eos conuento pretio, prætendebátque ei præ-
ferri omnibus creditoribus etiam anterioribus,
occaſione penſionis dictæ domus, & ſic ſibi de-
bere aſſignari tot de bonis ipſius magiſtri Hercu
lani, quæ aſcenderent ad ſummam ſuæ debitæ
1 penſionis, quandoquidem † bona illata & inue-
cta in domo ſunt tacitè hypothecata pro penſio-
ne dictæ domus. l. certi iuris. C. loca. Iaſ. in §. item
ſeruiana. numero 28. Inſti. de acti. & l. item quia.
ff. de pact. quam regulam cum quamplurimis am
pliationibus & limitationibus exornat Negu-
ſant. in tractat. de pignor. 4. membr. 2. par. nu. 128.
& ſeq. verſi. duodecimus caſus. & nouiſſimè Frã-
ciſ. Balduinus in tractat. de pignor. & hypothec.
2 cap. 6. in rub. de tacit. hypothe. vbi † recenſet ori-
ginem iſtius tacitæ hypothecæ rerum illatarum
& inuectarum in domo, dicit enim quòd Romæ
erat magna turba & multitudo pauperum inqui-
linorũ & cœnaculariorũ (cœnaculũ enim dicitur

ſuperior pars domus, ſiue inſulæ,(cœnacularium
3 † pro locatore & conductore cœnaculi accipi-
mus.l.ſi vero.§.idem erit.& §.ſed & ſi ff.de his qui
deiec.& effud.qui in alieno inhabitant,neq; prę-
ter neceſſariam ſuppellectilem quicquam habe-
bant, & quando locabant ędes iis ignotis & pere
grinis, ſolebant paciſci, vt inuecta & illata pro
mercede habitationis eſſent ipſis pignori obliga-
ta, & vt occurreretur ingratorum hoſpitum per-
fidiæ & locatoribus conſuleretur, placuit vt ha-
beretur pro cauto & conuento, quamuis fortaſſe
in locatione expreſſum non fuiſſet, vt inuecta &
illata in domo eſſent tacitè hypothecata locatori
pro penſione domus, quod ius fuit nō ſolùm Ro-
mæ conſtitutum, ſed ad omnes alias prouincias
extenſum l.vltim. C. in quibus cau.pig.taci.con-
trah. & nouiter explicat Balduinus vbi ſuprà.

Iſtis ſic pręmiſſis dubitatum extitit, an præfa-
tus Giommus detto del Zeo, qui locauerat domū
ipſi magiſtro Herculano ad inhabitandum, præ-
ferretur in rebus inuectis & illatis pro penſione
aliis creditoribus etiam anterioribus.

Hanc quæſtionem ponit in terminis Bart. in l.
4 interdum.num.2.ff.qui potio.in pign. habe.† vbi
dicit diſtinguendo, quòd aut domus conceditur
ſiue locatur tantummodo ad inhabitandum tan-
tūmodo, & tunc licèt res inibi inuectæ & illatæ
ſint tacitè hypothecatæ pro penſione domus, vt
ſuprà dictū fuit, nihilominus dominus domus nō
præfertur aliis anterioribus creditoribus: Aut do
mus non fuit locata tantùm ad inhabitandū ſim-
pliciter, ſed ad cōſeruationem rerū, & tunc loca-
tori non ſolùm ſunt tacitè hypothecata bona il-
lata & inuecta in domo, ſed etiam pro penſione
præfertur omnibus anterioribus creditoribus, e-
xemplum poteſt poni, licèt Bart. non dicat, in a-
potheca & horreo, & ratio diuerſitatis eſſe po-
teſt, quia cū in apotheca ſiue horreo reponantur
bona, & ſic vtiliter geratur negociū etiā credito-
rum, cùm inibi conſeruentur bona creditoris, ni-
mirū ſi iſte locator pręfertur pro penſione omni-
bus anterioribus etiam creditoribus, quæ ratio
ceſſat, quando locatur domus ad inhabitandum
ſimpliciter, & hāc opinionem Bart. ſequutus fuit
Iaſ.in l.item quia, ſub nu.2.verſ.nec dicas vtilita-
tem.ff.de pact.& in §.itē Seruiana Inſti. de actio.
nu.60. & miratus fui quòd hæc non annotauerit
Neguſ. in ſupradicto loco, vbi materiam rerum
illatarū & inuectarū pertractat. cùm admodū iſta
diſtinctio ſit notanda: tritū enim eſt dicere, quòd
illata & inuecta ſunt tacitè hypothecata pro pen
ſione domus, ſed dubium eſt, an dominus domus
præfertur, cùm igitur in caſu noſtro iſte Giom-
mus detto del Zeo, locauerit domum ad inhabi-
tandum ipſi magiſtro Herculano Scalcinæ, non
autem principaliter pro conſeruatione rerum, i-
deo iudicaui ipſum pro dicta penſione non eſſe
præferēdum anterioribus creditoribus, niſi qua-
tenus eſſet prior in tempore rogitu Ser Petri Fran
ciſci Zanciolini, Peruſini Notarij Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens alienationes in forenſes, valet & tenet.*
2 *Statutū prædictū cenſetur prohibere etiā hæredis inſtitutionem, & eſt communis opinio, ac etiam locationes ad longum tempus, vt infrà nu.3.*
4 *Originis locus magis attenditur, quàm locus domicilij.*
5 *Domicilia duo habere non eſt inconueniens.*
6 *Alienationes prædictæ non prohibentur, ſi authores eorum quibus fiunt alienationes ſubierint munera.*
7 *Statutum prædictum tunc habet effectum, & tribuit ius fiſco vendicandi bona, quando realiter & cū effectu peruenit ad manus forenſium.*
8 *Fiſcus ſi vult obtinere, debet articulare & probare rem venditam perueniſſe ad manus forenſium.*
9 *Fundamentum ſuæ intentionis vnuſquiſque tenetur probare.*
10 *Statutū prædictum prohibens huiuſmodi alienationes non vendicat ſibi locum in re modica.*
11 *Statutū continens huiuſmodi prohibitiones debet produci, ſi fiſcus vult obtinere, aliàs ſuccumbit.*
12 *In dubio eſt pronunciandum contra fiſcum.*

### Argumentum.

Statuti materia prohibentis alienationes in forenſes hic adnotatur, quomodo & qualiter dictum ſtatutum ſit intelligendum, quod quidem ſtatutum non habet locum in re modica.

BERARDINVS Guerræ de valla
Valgiſolis, comitatus ciuitatis Ca-
ſtelli, & Polidorus Thomę origina-
rius dictæ ciuitatis habitatores etiā
aliquando villæ Iamolæ, diſtrictus
ſtatus Excellentiſſimi Ducis Vrbini, fuerunt pro-
ceſſati à Domino Locumtenente ciuitatis Caſtel
li inſtante procuratore fiſcali dictæ ciuitatis ſub
prætextu quòd contra ſtatutum & decreta ciuita
tis prohibentia huiuſmodi alienationes dictus Be
rardinus vendiderit eidem Polidoro quoddam
petiū terræ, ſitum in diſtrictu dictæ ciuitatis, qui
quidē D.Locumtenens condemnauit ambos, iux
ta formam ſanctionum prætenſarum dictæ ciui-
tatis, à qua ſententia extitit appellatum, & cauſa
mihi commiſſa, & licèt nil fuerit in iure allegatū
ab aliqua ex partibus, ſententia tamen prædicti
D.Locumtenentis videbatur iuſtificari, quia ſta-
1 tutum † prohibens huiuſmodi alienationes in
forenſes, valet, Alber.in 2.par.ſtat.q.2.nu.10. quā
communem dicit Iaſ.in l. filiusfamilias.§. diui in
2.lect. nu.106.ff.de leg.1. vbi etiam Rip. nu.24.&
nouiſſimè Iul.Clar.in pract.criminal.lib.5.§.fi.in
verbo, ſtatutum, verſic.circa alienationes. vbi in
verſic.quæro nunquid. dicit communiter teneri,
2 † eſſe etiam prohibitam hæredis inſtitutionem
ſtante prædicto ſtatuto, dicens etiam eſſe prohi-
3 bitam locationem † ad longum tempus in foren-
ſem. allegat Plot. conſ. 108.nu. 59. & quòd valeat
huiuſmodi ſtatutum, tenuit etiam Socin. Iuni.
conſil.



gnificum D. Innocentium Sorbolongum, tunc
temporis Peruſiæ, Auditorem, iuxta liquidatio-
nem fiendam, pro qua liquidatione fuere exami-
nati nonnulli teſtes qui deponunt tale prædium
de quo vertitur lis, potuiſſe tot quoquo anno fru
ctare, quæ probationes non ſunt ſufficiētes, quia
opus erat articulari & probari, quòd in locis cir-
cunſtantibus & conuicinis tot fructus percepti
fuerunt, ita dixit Corn. conſ.301.litera F.& G.lib.
3. cùm ergo dicti fructus, neque etiam coram me
fuiſſent liquidati, ego relaxaui mandatum execu-
tiuum contra dictum capitaneum Berardinum,
pro fructibus liquidandis, per duos homines cō-
muniter eligendos, manu Ser Eugenij Conſtan-
tini Peruſini, Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Promittens tenetur ad conſignandam rem promiſſam, quando habet facultatem rei tradendæ.*
2 *Statuti Peruſini diſpoſitione poteſt procedi executiuè, & tunc nō poſſunt opponi niſi quædam exceptiones permiſſæ, & num.16.*
3 *Scriptura libri familiaris non probat ad fauorem ſcribentis.*
4 *Partitis libri alicuius mortui magis creditur, & ſemiplena inducitur probatio, & mors illius qui ſcripſit, æquipollet, acſi viuus iuraſſet. & nu.5.*
6 *Liber priuati ad hoc vt probet, attenditur qualitas & quantitas rei, ac difficultas probationis, & defunctum qui ſcripſit, fuiſſe bonæ famæ, & nu. 7. ac etiam facultates ſcribentis, nu. 8. quódque aliquæ partitæ verificentur, nu.9. quod habet locum in partitis connexis, ſecus in ſeparatis, nu. 10. & partitæ non dicuntur diuerſæ, quādo ſunt factæ eodem tempore, nu.11. dicuntur etiam connexæ partitæ quando reperitur ſcriptum in libro & de piu, num.12.*
13 *Partitarum aliquarum verificatio non ſufficit, niſi alia concurrant, remittitur tamen arbitrio iudicis, & num.15.*
14 *Caſtren. opinio reprobatur.*
17 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur, neque etiam vbi adeſt iuramentum.*

### Argumentum.

In hac breui deciſione concluſiuè pertractatum inuenies ex communibus Doctorum traditionibus quæ requirātur ad hoc, vt liber familiaris probet, & opinio Caſtrenſ. reprehenditur, dicentis ſufficere verificationem aliquarum partitarum, niſi alia concurrant adminicula.

ALEXANDER Mariani de Val-
caprana comitatus Peruſiæ, permu-
tauerat cum Petrino de Petrinis de
Peruſia quartam partem vnius mo-
lēdini cum quodam petio terræ, de
quo petio terræ nunquam dictus Alexander ha-
buit poſſeſſionem, cúmque inſtituerit iudicium
contra Ludouicum filium dicti Petrini, ex quo
Petrinus erat mortuus, fuit obiectum quòd di-
ctus Petrinus in quamplurimis vicibus & parti-
tis ſatisfecerat in pecunia numerata ipſi Alexan-
dro, de quibus partitis fuerunt aliquæ verificatę.

Ego autem ſententiaui contra dictum Ludo-
uicum de Petrinis, videlicet ipſum teneri ad con-
ſignandum dictum petium terræ conuentum iux
ta formam inſtrumenti, reſeruato iure ſi quod cō-
petat petendi & exigendi dictas partitas: non e-
nim poterat per ipſum opponi de dictis partitis,
1 cùm præciſè † teneretur ad conſignandam rem
promiſſam, cùm pręſertim haberet facultatem rei
tradendæ. glo.in l.1.ff. de act. emp.& in §. itē pre-
tium. Inſti. de rerum diuiſio. & eſt communis o-
2 pinio, vt aliàs deduxi latius, & adeſt † ſtatutū Pe-
ruſinum, quod quando agitur executiuè, prout
fuit factum in caſu noſtro occaſione publici in-
ſtrumenti, non poſſint opponi niſi quædam ex-
ceptiones tantùm ibi annotatæ, & non aliæ ſimi-
les, & ſic exceptio iſta non erat admittenda, cùm
non eſſet de permiſſis.

3 Præterea † illis partitis nulla erat adhibenda fi-
des, cùm ſcriptura libri familiaris non probet ſim
pliciter ad fauorem ſcribentis. l. exemplo. C. de
prob. Io. de Amic. conſil.90.nu.79. Riminal.conſ.
297.n.17.& 18. Burſat. conſil.105.num.25.

Licèt enim iſte Petrinus fuerit mortuus, & par
4 titis mortui magis credatur, nihilominus nō † ple
nè, ſed ſemiplenè creditur libro mortui. Riminal.
conſil.358. num.14. Pariſ.conſ.7.num.15. & 16. &
5 ibi dicitur, quòd † mors illius qui ſcripſit æqui-
pollet, acſi viuus iuraſſet, Dec.conſil.510.nume.2.
6 Pet.Io.Ancar.quæſt.55.num.7.par.1. † Requirun-
tur etiam alia adminicula, vt liber priuati probet,
videlicet qualitas & quantitas rei, & difficultas
probationis. Pariſ.conſ.87.num.6.& num.28.lib.
1.& de modica ſumma ſcripſit Grat. reſpon.81.n.
6.lib.1. Benitend.deciſ.43.num.12. Requiritur etiā
7 defunctum fuiſſe bonæ cōditionis & famæ. Boer.
deciſ.105.num.5.& 6. quòd fuiſſet ſolitus ſcribere
veritatem, quòd in ſcriptura ſit cauſa debiti, quòd
in libro ſit ſcriptum aliquid contra ſcribentem.
Guid.Pap.dec.441. Pet.Io.Ancar.d.quæſt.55.num.
8 6.& ſeq. par.1. ſunt † etiam conſiderandæ faculta-
tes ſcribentis, vt per Io.Ancar. vbi ſuprà, num.9.
puta quòd creditor ſit ditior debitore. Crauett.
9 conſ.73.num.41.& quando † aliquæ partitæ veri-
ficantur, præſumuntur etiam aliȩ veræ ſecundùm
Caſtren.conſ. 301. quem ſequitur Ruy.conſ.18.n.
10 2.lib.4. quod † habet locum in capitulis connexis,
ſecus in ſeparatis. Ripa.in l. admonendi.num.125.
11 ff. de iureiur. Pariſ.conſ.90. num.25.lib.1. & † ca-
pitula non dicuntur diuerſa, quando ſunt facta
eodem tempore. Dec. in c.2.num. 21. extra de fide
inſtru. vbi declarat quando capitula dicātur con-
12 nexa vel ſeparata, dicuntur etiam connexa † quā-
do in libro reperitur ſcriptum, & de piu, vt voluit
D. Pet.Io.Ancar.d.q.55. nu.25.par.1.

Iſtud tamen requiſitum de verificatione qua-
13 rundam partitarum non puto † ſimpliciter verū,
niſi etiam alia concurrant, quia de facili daretur
materia delinquendi, cùm poſſent veris facilè
probādis multa falſa commiſceri, & nullus vide-
retur liber, cuius aliqua pars verificari non poſ-

ſet, & conſequenter ſemper daretur fides libris,
etiam pro ſcribente contra l. exemplo, C. de pro-
14 ba. propterea opinionem † Caſt. reprobauit Pur-
pura. in d. l. admonendi num. 205. ff. de iureiur. &
ibi Ripa. nu. 115. quod etiam videtur procedere in
partitis indiuiduis, quia etiam iſto caſu poſſent a-
liquæ fraudes excogitari, vt voluit Cæphal. conſi.
47. tres ſunt num. 46. lib. 1. & ideo non ſufficit v-
num, vel duo requiſita ex ſupradictis, ſed id omne
15 † remittitur arbitrio iudicis, vt hodie eſt videre
ex opulentiſſimo loco Menoch. in tract. de arb.
iud. caſu. 93. lib. 2. cent. 1.

Hę autem dubitationes non cadunt in caſu no
ſtro, tum quia non fuerunt probata requiſita ſu-
16 pradicta, tum etiam quia virtute † ſtatuti Peruſini
non erat exceptio de permiſſis ad impediendam
conſignationem rei promiſſæ.

Amplius dico quod etiam ſemoto ſtatuto, iſte
Ludouicus Petrinus non poterat audiri in petita
17 compenſatione, cùm compenſatio † de ſpecie ad
quantitatem, & è contra, non admittatur inuita
parte, vt ego poſt alios dixi in deciſ. meis. deciſ. 15.
præſertim vbi adeſt iuramentum, & eſt magis cō-
munis opinio, vt ibidem dixi, num. 10. vbi num.
18 11. dixi dictam † compēſationem minus poſſe op-
poni ab hæredibus illius qui iurauit, manu Ser Si
monetti Euſebij, Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio facit emptionem. & nu. 8.*
2 *Aeſtimationis tempus attenditur, non tempus re-ſtitutionis.*
3 *Aeſtimatio attenditur ſecundùm tempus collati ar bitrij.*
4 *Aeſtimatio aliquando fit ad declarationem meliorationis & deteriorationis, & partes nō poſſunt diſcedere à priori æſtimatione, & n. 5. & 6.*
7 *Dotalis res æſtimata tunc eſt reſtituenda, quando maritus eſt inops.*
9 *Indicandum eſt pro regula in dubio.*
10 *Aeſtimatio tunc attenditur, quando non fit ex lōgo interuallo.*
11 *Dies pauci quot ſint, relinquitur arbitrio iudicis.*
12 *Opinio vltima cenſetur approbata, quando plures opiniones recenſentur.*
13 *Fundans ſe in paupertate debet eam deducere & probare.*
14 *Precium rei traditæ in dotem lex non poteſt fingere quòd habeat maritus inops, ex Soc. Iun. quæ tamen opinio reprobatur per Dida. Couarr. nu. 15. & 19. vbi dicitur poſſe habere pecunias in abſcondito.*
16 *Lex Iulia de fundo dotali fuit introducta fauore mulierum.*
17 *Maritus non efficitur dominus rei dotalis, ſed vſufructuarius pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, & nu. 18.*
20 *Vxori magis expedit habere precium rei dotalis, quàm fundum dotalem ob periculum deteriorationis.*

### Argumentum.

Aeſtimatio rei dotalis aliquando fit ad ſciēdum deteriorationem & meliorationem fundi, quæ æſtimatio tunc attenditur, quando non fit ex longo interuallo. Reprehenditúrque Soc. Iun. ex intentione Didac. Couarr. qui dicebat legem fingere non poſſe maritum inopem habere pretium rei dotalis æſtimatæ, cùm de facili maritus poſſit habere pecunias in abſcon dito, quæ opinio Couarr. defenſatur hic ab Authore optimis mediis.

DOMINA Perſia Berti Baldi de caſtro Cibottulæ, comitatus Peruſiæ, egit contra Marianum Petri Neri de eodem caſtro, olim viri dominæ Mēnicæ Berti, & ſorori, ac proximiori dictæ dominę Perſię prædefunctę in matrimonio ſine liberis, pro recuperatione cuiuſdam domus aliàs in dotem conſignatæ æſtimatæ præfato Mariano, fuit dubitatum an dictus Marianus teneretur ad ſoluendam æſtimationem dictę domus, vel ad reſtituendum dictam domum æſtimatam.

Pro dicta domina Perſia duo faciebant, prima fronte, quòd deberet conſequi dictam domum licèt æſtimatam, quódque non obſtāte æſtimatione domus illa eſſet effecta fundus dotalis.

1 Primò, quia licèt regulariter † æſtimatio faciat
emptionem, adeo quòd vir ſiue eius hæredes
tempore reſtitutionis dotis, teneantur tantùm
reſtituere pretium rerum æſtimatarum, non au-
tem res ipſas. l. quotiens. C. de iur. dot. l. ſi inter vi-
rum. cum glo. C. eod. l. plerunque. ff. eod. l. ex
2 conuentione. vbi Iaſ. C. de pact. & † quidem pre-
cium quo res fuit æſtimata, licèt tempore reſti-
tutionis excreuerit, immo licèt æſtimatio fuerit
collata in arbitros ipſis non arbitrantibus, atten-
3 ditur † nihilominus æſtimatio ſecundùm tempus
collati arbitrij. Soc. Sen. conſi. 56. col. penul. lib. 1.
poſt Docto. in l. æſtimatæ. ff. ſol. matri.

Hæc tamen regula procedit, quando à princi-
pio res æſtimatæ viro conſignantur, non autem
quando à principio datur viro fundus inæſtima-
tus, ex interuallo tamen fiat æſtimatio fundi illius
quia per talem æſtimationem non cenſentur par-
4 tes velle, quin res illæ deſinant eſſe dotales, † ſed
æſtimatio illa dicatur facta ad declarationem de-
teriorationis & meliorationis, ita eleganter Bal.
in d. l. ex conuentione. C. de pact. quem commu
niter ſequuti ibi fuerunt Doct. Salyc. Riminal. &
Iaſ. & hanc opinionem poſt Aret. Barba. & alios
tanquam communem approbat. Soc. Iun. conſil.
141. videtur num. 14. lib. 1. vbi num. 16. & ſeq. ſub-
5 dit, quòd partes † non poſſent ex æſtimatione illa
diſcedere à priori conuentione, & efficere quòd
res in dotem tradita pro fundo dotali, per ſubſe-
cutam æſtimationem deſinat eſſe fundus dotalis.
l. 1. & per tot. ff. de fund. dot.

Sed in caſu noſtro domus à principio præſup-
ponitur conſignata inęſtimata pro dote quódque
poſtea fuerit æſtimata, conſequenter videtur di-
6 cendum ex † æſtimatione illa non fuiſſet diſceſ-
ſum



ſum à prima conuentione, & ſic quod dictus Marianus teneatur ad reſtitutionem dictæ domus, non autem ad eius æſtimationem.

Secundò quòd dictus maritus teneretur ad re-
ſtitutionem domus, non autem ad eius æſtima-
tionem, faciebat, quia dictus vir tempore conſi-
gnationis dictæ domus præſupponebatur inops;
quo fit, vt ſuccedat alia limitatio ad ſupradictam
regulam, quod etſi fuerit conſtitutū precium de
re dotali, nihilominus teneatur vir reſtituere rem
7 † æſtimatam, non autem illius precium: cùm enim
vir ſit pauper, lex non poteſt fingere quòd breui
manu vir dederit pretium vxori pro æſtimatione
& reſtitutione dotis Bal. in d. l. ex conuentione.
vbi etiam Iaſ. C. de pact. & idem Bal. in l. intereſt.
C. de vſu & habi. Iaſ. in §. actionum. 15. col. inſti. de
actio. & in terminis propriis Soc. Iun. conſ. 141.
videtur. num. 12. lib. 1.

Quæ conſiderationes licèt à principio me in-
clinarent contra dictum virum, vt ipſe videlicet
teneretur ad reſtituendam domum in dotem ha-
bitam, non autem ipſius æſtimationem, conſide-
ratis nihilominus contentis in proceſſu & diſpo-
ſitione iuris in contrariam ſententiam pertranſi-
ui, quòd videlicet dictus vir teneretur tātummo-
do ad reſtituendum precium dictæ domus æſti-
matæ, non autem domum ipſam.

Trita enim extat apud noſtrates cōcluſio, quòd
8 † æſtimatio facit emptionem, vt in principio di-
cebam. l. quotiens. C. de iur. dot. l. plerunque. ff.
eod. Doct. in l. ſi æſtimatis. ff. ſol. matri. & eſt cō-
munis opinio, vt nouiter poſt Alexan. Soc. Sen. &
Iun. Rub. & Tiraquell. tradit Dida. Couarr. libro
practi. quæſt. cap. 28. num. 1. vbi melius cæteris cū
quàmpluribus ampliationibus & limitationibus
materiam explanat, & latiſſimè Nouell. reg. 173.
9 cùm ergo habeamus regulam, † pro ea in dubio
eſt iudicandum. Doct. in l. omnis diffinitio. ff. de
reg. iur. Fely. in c. quoniam frequenter. col. 3. extra
vt lit. non conteſt. nouiſſimè deciſ. Sen. Pedemon.
12. quæſtione. num. 2.

Cui regulę non obſtant ſuperius allegata in ca
ſu noſtro, & primò, dum dicebatur dictam regu-
lam limitari, quando ex interuallo fieret æſtima-
10 tio, quia limitatio illa tunc procedit, † quando ex
longo interuallo fieret æſtimatio illa: ſed quando
fit non ex magno interuallo, tunc attenditur æ-
ſtimatio & precium. Bal. in d. l. ex conuentione.
Aret. conſ. 84. col. 2. Soc. Iun. d. conſil. 141. num. 24.
lib. 1. Io. Lup. in c. per veſtras. ſuper tex. in princi-
pio. §. 21. num. 4. extra de dona. inter vir. & vxor.
Didac. Couar. lib. pract. quæſt. cap. 28. verſi. vnde-
cimo illud hoc in tractatu. ſed æſtimatio iſta non
fuit facta ex interuallo, ſed poſt paucos dies, vt in
proceſſu apparet, conſequenter eſt dicendum æ-
ſtimationem illam feciſſe emptionem, & ſic ma-
ritum teneri ad reſtitutionem pretij, non autem
domus prædictæ, ita poſt alios quos allegat, tra-
dit Dida. Couar. in d. lib. pract. quæſt. cap. 28. verſ.
11 illud in hoc tractatu. qui † pauci dies quot ſint, re-
linquetur arbitrio iudicis. argu. gloſſ. in c. potuit
in fi. extra loc. vbi declarans tex. dum loquebatur
de celeri ſatisfactione, per quódque tempus poſ-
ſit mora purgari, dicit eſſe in arbitrio iudicis: &
licet gloſſ. ſuperius plures allegauerit opiniones,
12 & nullam approbauerit, cenſetur vltimam † ap-
probare gl. & Bart. in l. Marcellus. §. Sabinus. ff. ad
trebell. quæ opinio vltima gl. in d. c. potuit. quòd
remittatur arbitrio iudicis, eſt communis opinio,
vt per Auguſt. Bero. in d. c. potuit. num. 142. Bart.
in l. ſi inſulam. nu. 3. vbi Ripa. num. 35. Niger. num.
100. Alciat. num. 15. ff. de verb. obligat. Pariſ. conſ.
108. num. 4. lib. 1. Iaſ. & nouiſſimè tradit Menoch.
in tract. de arb. iud. caſu. 7. lib. 2. cent. 1. nu. 13. poſt
Dec. Iaſ. Tiraquell. Marſil. & alios quos allegat, &
vltra eum idem tradit ſapiens modernus Cæphal.
conſil. 25. moram. num. 9. lib. 1. poſt Ruyn. in conſ.
ibi allegato, qui omnes Doct. fundant eorum o-
pinionem in l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. oblig.

Nec obſtat quòd dictus conuentus maritus e-
ſet pauper, quia licèt hoc fuerit oretenus dictum,
non propterea fuit deductum, & quando quis ſe
13 fundat † in paupertate, debet eā deducere & pro-
bare. Bartol. in l. ſi vero §. qui pro eis. ff. qui ſatiſ-
da. cogan.

Vlterius dico opinionem illam, quòd in cauſa
pauperis non intelligatur facta emptio, cùm lex
non poſſit fingere maritum inopem breui manu
habere pretiū, vt tradit poſt alios Soc. Iun. d. conſ.
14 141. lib. 1. † Bal. & Salyc. in l. intereſt ad fi. C. de v-
ſufr. quia opinio illa eſt falſa, & eam nouiſſimè
15 improbat † Couarr. lib. pract. quæſt. cap. 28. verſic.
16 octauò. cui opinioni ego etiam aſſentio. lex † e-
nim Iulia de fundo dotali fuit introducta in fa-
uorem mulierum tot. tit. ff. & C. de fund. dotal.
17 nec requiritur † maritum eſſe diuitem, cùm vir nō
efficiatur verus dominus fundi, vel alterius rei in
dotem traditæ, ſed tantummodo temporaliter ha
18 beat vſumfructum † pro oneribus matrimonij ſu
ſtinendis. l. pro oneribus. ff. de iur. dot. & hæc
conſideratio licèt non fuerit tacta à Didac. in ſu-
pra allegato loco, maximè mihi vrgere videtur,
non ſpernendo tamen alias rationes Didaci & a-
19 liorum, videlicet quòd † vir poſſet habere pecu-
nias in abſcondito, & ſic iure meritò poſſet fingi
emptio & venditio. ſententiaui itaque ad fauorē
dicti viri, & iudicaui ipſum tantummodo teneri
ad reſtituendum precium dictæ domus, non autē
domum: expedit enim aliquando vxori magis
20 † conſequi precium rei traditæ in dotem, quàm
rem ipſam ratione periculi & deteriorationis. Ru
be. Alexandrin. poſt Socy. & alios conſil. 5. manu
Ser Hieronymi Euſebij, Peruſini Notarij Curia-
lis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Moram emphyteuta poteſt purgare intra modicū tempus, quòd modicum tempus ex communi opinione remittitur arbitrio iudicis, & nu. 2.*
3 *Moram emphyteuta eccleſiæ poteſt purgare, cùm eccleſia non ſit prona ad pœnas, & nu. 6. hoc tamen declara quando non adeſſet iuramentum clauſulæ reſolutiuæ contractus, & ſimiles clauſulæ. vt infra nu. 34. vſque ad nu. 36.*
4 *Mora poteſt purgari, etiam quòd interueniat iuramentum, dummodo ſoluatur id, quod intereſt,*

*ſed contra numero vndecimo & duodecimo.*

5 *Confraternitas an dicatur locus pius, & infra nu. 9. & num. 41.*

7 *Mora quod poßit purgari, eſt benignior interpretatio.*

8 *Iudicandum eſt aliorum ſtylo & exemplo in dubio, declara vt infra numero 39. & 40.*

10 *Moræ purgatio non admittitur in emphyteuſi priuatorum, & nu. 17.*

13 *Mora committitur ſine interpellatione, virtute iuramenti.*

14 *Locutio ſimplex ad actũ iuratũ non extenditur.*

15 *Clauſula, renuntians omni legum auxilio, impedit moræ purgationem, ſecundùm communem opinionem.*

16 *Loffred. dictum in conſi. 41. num. 8. quomodo procedat, declaratur.*

18 *Iudicandum in dubio eſt pro eccleſia.*

19 *Iuramentum habet eandem vim, quam habet clauſula, rato manente pacto, habet etiam vim expreſſæ renunciationis, & numero 20.*

21 *Mora non poteſt purgari, quando adeſt clauſula, rato manente pacto.*

22 *Mora purgari non poteſt, quando purgationi moræ fuit expreſſè renunciatum.*

23 *Iuramentum confirmatorium, cõfirmat etiam actũ inualidum.*

24 *Periuro commiſſo pars ab eo abſolui non poteſt.*

25 *Reſtaurus Caſtaldus Iuriſconſultus Peruſinus, & Authoris præceptor, obiit Peruſiæ annis elapſis.*

26 *Mora non poteſt purgari, quando pars fuit paſſa damnum & intereſſe.*

27 *Clauſula reſolutiua contractus impedit moræ purgationem.*

28 *Fides eſt frangenda frangenti in contractibus nominatis, & correſpectiuis, hoc tamen procedit, quando non ſeruatur ſubſtantiale pactum, & numero 29. & debet impleri debito loco, tempore, & modo, nu. 30. & hoc per viam actionis, & per viam exceptionis, nu. 31.*

32 *Mora quando poteſt purgari circa tempus ex cõmuni opinione, remittitur arbitrio iudicis, quòd tempus non debet aſcendere ad annum, & n. 33.*

## Argumentum.

Ampliſſimè delucidatur veriſſimis & approbatis opinionibus, quando locus ſit purgationi moræ, tam in emphyteuſi eccleſiaſtica, quàm priuatorum, & quando impediatur virtute quarundam clauſularum hic inſertarum, vbi etiam legitur in diſcurſu, quando confraternitates dicantur, nec ne, loca pia.

CONFRATERNITAS Sancti Franciſci de Peruſia, annis proximè elapſis locauerat in emphyteuſim quoddam potere Philippo Bartholomæi de Peruſia ea conditione adiecta, vt niſi ſolueret precium conuentum intra annum, caderet à re conducta, refectis tamen melioramentis, quòd inſtrumentum fuerat iuramento vallatum, euenit quòd iſte Philippus conductor non ſolum non ſoluit per annum, ſed nec etiam per biennium, adeo quòd dicta confraternitas inſtituit iudicium coram me pro recuperando dicto prædio. Pro parte dicti Philippi replicabatur ei licere purgare moram de æquitate canonica, cùm ſimus in conceſſione rei eccleſiaſticæ, & in terris eccleſiæ. Reſpondebant agentes confraternitatis non licere purgare moram, cùm in inſtrumento fuerit appoſitum iuramentum, & mora illa non fuerit modica.

Faciebat igitur in primis pro dicto Philippo
1 regula c. potuit, in fi. extra locat. vbi dicitur † emphyteutam intra modicum tempus poſſe moram
2 purgare, quòd † modicum tempus licèt diuerſimodè à Doct. fuerit declaratum, communis tamen opinio eſt, quòd ſit iudicis arbitrarium. Rip. in l. ſi inſulam. num. 35. vbi Niger. num. 100. Alex. nu. 15. ff. de verb. oblig. Deci. conſ. 146. 2. colu. Pariſ. conſil. 108. num. 44. lib. 1. cum aliis latiſſimè adductis à Menoch. in tract. de arbit. iud. caſu 7. lib. 2. cent. 1. & vltra eum Cæphal. conſil. 25. lib. primo.

Secundò, per ea quæ tradit Alex. in l. inſulam.
3 num. 17. ff. de verb. obligat. vbi dicit, quòd † emphyteuta eccleſiæ poteſt purgare moram, cùm eccleſia non ſit ita prona ad pœnas, & de æquitate canonica omni caſu permittatur purgatio moræ. c. tuam. extra de pœn. Bal. in l. qui crimen. col. 11. C. qui accuſ. non poſſ. Loffred. conſi. 41. num. 8.
4 vbi dicit hodie de † æquitate poſſe moram purgari, etiam quòd interueniat iuramentum dummodo ſoluatur id, quòd intereſt. idem voluit Clar.
5 in §. emphyteuſis. quæſt. 9. confraternitas † autẽ iſta videtur dici locus pius. Spec. in tit. de inſtrumen. edit. verſi. nunc aliqua. num. 52. verſic. ſcias. Alex. conſ. 209. col. 1. lib. 2. Bal. in l. id quod pauperibus. 21. q. C. de ſacroſan. eccle. Dec. conſ. 82. col. 3. ver. tertio principaliter.

Facit in terminis tertio loco deciſi. Afflict. 174. num. 1. & Dec. conſil. 146. num. 1. vbi dicunt in
6 † emphyteuſi eccleſiæ clarum eſt moram purgari poſſe per tex. in d. cap. potuit. idem Ruyn. conſ. 198. num. 8. lib. 1. Iaſ. in l. 2. col. 2. vel aliter reſponde. num. 88. C. de iur. emphy. & in terminis per totum conſilium nouiſſimè Cæphal. conſ. 25. mora. lib. 1.

7 Quartò, reiecta opinionum varietate † benignior eſt ille ſtylus & obſeruãtia, vt mora purgari poſſit. Guid. Pap. q. 123. Cæph. d. conſ. 25. n. 14. &
8 15. & in dubio † aliorum exemplis eſt iudicandũ. Sylu. nupt. lib 5. num. 52.

Quæ fundamenta & authoritates licèt me dubitantem reddiderint contra fraternitatem, nihilominus optimè re perpenſa ſententiaui ad fauorem dictæ confraternitatis, & contra dictum Philippum, quòd mora purgari non poſſit, motus fui infraſcriptis fundamentis.

9 Primò, quia † confraternitates iſtæ laicorum non dicuntur pij loci (quicquid ſupradictum fuerit.) Bal. in l. ſi quis ad declinandam. col. 11. verſi. deinde quæritur. C. de epiſc. & cleri. Abb. conſi. 31. col. pen. & fin. lib. 1. Corn. conſ. 119. nu. 27. lib. 2. Soc. Sen. conſil. 72. col. pen. lib. 4. Pariſ. conſ. 50. col. pen. in fi. lib. 2. & eſt magis communis opinio vt nouiſſimè tradit Ant. Gabriel. com. concl. lib. 6. in tit. de pia cauſ. concl. 2. verſi. tenendo primã opinionem. vbi ampliat, limitat, & declarat, ac obiectis



obiectis reſpondet: & quemadmodum iſta opinio eſt magis communis, ita etiam eſt magis vera, niſi confraternitates iſtæ habeant quædam requiſita, puta erectionem, authoritate epiſcopali, campanile, hoſpitale, & quædã alia de quibus per Felyn. in c. de quarta. extra de præſcrip. quæ requiſita non fuerunt deducta in proceſſu noſtro. quo aſſumpto ſtante, ſequitur quòd nos ſimus in emphyteuſi priuata, non autem eccleſiaſtica, in qua
10 † emphyteuſi particulari nõ admittitur purgatio moræ. Afflic. poſt alios dec. 174. quidam ruſticus. Alex. in l. inſulam. ſub nu. 17. verſi. nec obſtat tex. ff. de verb. oblig. quam opinionem tanquam veriorem pluribus fundamentis approbat, & à contrariis defendit Iac. de Nig. in repet. d. l. inſulam. num. 289. ff. de verb. oblig. vbi etiam Ripa. nu. 90. idem tenet Dec. latè conſi. 452. col. 3. Grat. qui teſtatur de communi. conſ. 93. col. fi. lib. 1. Gozad. conſil. 57. multa. col. 5. & ſeq. Caſſiad. deciſ. 2. de iureiur. vbi dicit comm. opin. Bellam. conſ. nono.

Secundò, quia in inſtrumento iſto emphyteutico præfatus Philippus iurauit omnia & ſingula promiſſa attendere & obſeruare, & non contra-
11 uenire, quod vinculum † iuramenti impedit moræ purgationem. l. ſi quis maior. vbi Cagnol. C. de tranſact. Rip. in d. l. inſulam. nu. 90. quicquid dixerit Beroius in c. potuit. nu. 55. & ſeq. extra de loca. quia eius dicta ſunt diſputatiua, & contra comm. opin. vt ipſemet fatetur ibi nu. 59. in fine. & in propriis terminis quòd mora purgari non
12 poſſit, quando in † inſtrumento adeſt iuramentum, tradit Matheſil. ſing. 50. nota magnum periculum, præſertim cùm iuramentum non ſit aſſertorium, de quo verbum faciunt Doct. in d. l. inſulam. ff. de verbor. oblig. ſed confirmatorium, immo ad euitandam moræ purgationem in materia emphyteutica pro cautela traditur, adhiberi iuramentum, ita Thom. Ferrat. caut. 20. notum eſt. Idẽ tenent multi in apoſtill. ad dictum ſing. 50. Mathe-
13 ſil. & virtute † dicti iuramenti mora committitur ſine interpellatione Roland. à Valle conſil. 77. numero 19. lib. 1.

Immo etiam quòd eſſemus in emphyteuſi eccleſiaſtica, cuius contrarium fuit ſuperius demonſtratum, ego ſemper fui opinionis quòd iuramentum confirmatorium impediat moræ purgationẽ, quia cùm tex. in c. potuit. de loc. in fi. ſimpliciter admittat purgationem moræ, de æquitate canonica intelligi debet, niſi in inſtrumento fuerit ad-
14 hibitum iuramentum: ſimplex † enim locutio ad actum iuratum non extenditur, iuxta not. in c. cõſtitutus. extra de reſcrip. Ang. in l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum act. non det. Alex. conſ. 38. viſa petitione Antonij. lib. 3. & conſil. 205. viſis his quæ narrantur. lib. 2. Ruyn. conſi. 12. quamuis nu. 26. lib. 3. & quòd non poſſit purgari mora in caſu noſtro, non eſt dubitandum, cùm non ſolum fuerit interpoſitum iuramentum, ſed etiam poſt damnum paſſum fuerit lis conteſtata, & adeſſet in
15 inſtrumento † clauſula, renuncians omni legum auxilio, quo caſu ſecundùm communem opinionem impeditur purgatio moræ, vt voluit nouiſſi-
16 mè Burſat. conſil. 84. num. 6. & ſic dictum † Loffredi in d. conſil. 41. nu. 8. poſſet procedere in ſimplici iuramento, quòd ego non admitto, vel dicamus eius dictum eſſe contra communem opinionem, vt ex Burſat. videre libet d. conſi. 84. nu. 6. ſi enim emphyteuta eccleſiæ poſſet purgare moram, vbi diſpoſitio eſſet iuramento vallata, quæ
17 quidem † purgatio moræ ſtante iuramento non admittitur in emphyteuſi priuatorum, ſequeretur quòd eccleſia eſſet deterioris conditionis quàm
18 priuatus, cùm totum è cõtra in iure † diſponatur. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fune. & ad nauſeam vſque tradit Tiraq. in tract. piæ cauſæ.

19 Iuramentum † etenim habet eandem vim quã habet clauſula, rato manente pacto. Bart. in l. ſi quis maior. vltimo not. C. de tranſac. Aret. Inſti. de verb. oblig. in fin. Cæph. conſil. 35. in cauſa. nu. 25. lib. 1. & non ſolùm iuramentum habet eandem vim quam habet clauſula, rato manẽte pacto, ſed
20 etiam habet vim † expreſſæ renunciationis. glo. in c. ex reſcripto, extra de iureiur. Socy. Sen. conſil. 147. prope fin. lib. 1. Soc. Iun. conſi. 136. prope fin. lib. 1. & conſi. 50. num. 20. & conſil. 79. nu. 32. lib. 2. Cæph. conſ. 94. in præſenti caſu. n. 7. lib. 1. omnes autem Doct. tam in d. l. inſulam. quàm alibi faten-
21 tur non poſſe purgari moram, quãdo adeſt † clauſula, rato manente pacto, vel quòd moræ purgationi fuerit expreſsè renunciatum: ſi ergo iura-
22 mentum † habet eandem vim, quam ſupradictæ clauſulæ, cur non impediatur purgatio moræ?

Præſertim cùm iuramentum iſtius Philippi in inſtrumento appoſitum fuerit confirmatorium,
23 cuius natura eſt † confirmare etiam actum inualidum. auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. vẽd. Bar. & Alexan. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem. Falcidiam, cum ſimilibus, vt per Marant. in tract. iud. in 6. par. verſ. ſecundùm principale iuramentum. nu. 26.

Et ea eſt ratio quòd iuramentum impediat mo-
24 ræ purgationem, quia commiſſo periurio † pars ab eo amplius abſolui non poteſt, Feder. de Sen. conſ. 300. in fi. Gozad. conſ. 69. col. 4. Dec. conſi. 26. ante fin. & in c. porrecta. extra de confirma. vtil. vel inut. col. 8. commu. opin. vt per Ruy. conſ. 66. col. 2. ad fi. lib. 4. & huius opinionis, quòd mora purgari non poſſit, erat Excellentiſſimus olim
25 præceptor meus, Dominus Reſtaurus Caſtaldus Peruſinus, dum eram eius ſcholaris, cuius anima requieſcat in pace: obiit enim Peruſiæ annis elapſis, cuius morte orbatum fuit ſtudium Peruſinũ dextro oculo.

Tertiò principaliter, quia in proceſſu apparet poſſeſſionem fuiſſe deterioratam, & ſic quod intereſt confraternitati non ſtare amplius in locatione ſiue contractu emphyteutico, cùm paſſa fue-
26 rit † damnum & intereſſe, quo caſu impeditur purgatio moræ. Cagnol. poſt alios in d. l. ſi quis maior. col. 25. num. 155. C. de tranſact. Ruyn. conſ. 74. col. pen. lib. 5.

Quartò, quia in ſupradicto inſtrumento aderat
27 † clauſula reſolutiua contractus, quæ impedit moræ purgationem. Rom. conſ. 427. col. 2. Afflict. deciſ. 174. num. 3. & officiales confraternitatis profeſſi ſunt nolle amplius habere dictum Philippũ pro emphyteuta. Veron. caut. 135. tu ſcis. Dec. cõſ. 138. col. 2. & conſil. 146. col. 3. comm. opi. vt per eundemmet Dec. conſil. 160. col. fi.
28 Quintò, quia etiam † in contractibus nomina-

tis frangenti fidem fides eſt frangenda, quando
ſunt correſpectiui. l. cum proponas.C.de pact.&
ibi Dec. Felyn.in c.peruenit. il ſecondo. col.2. &
ſeq.de iureiuran.& maximè quando non ſeruatur
29 † ſubſtantiale pactum, quod dedit cauſam con-
30 tractui,quia ſi non †impletur debito loco,modo,
& tempore, reſcinditur contractus. l.cùm te. C.
31 de pact. inter empt. & vendi. & per viam † exce-
ptionis, & per viam actionis. Crauett. latè conſ.
192.in fi. lib.1. & conſil.299.col.1.

Præterea dato, quòd mora purgari poſſet non
obſtantibus omnibus ſupra allegatis, hoc tamen
circa tempus ex communi ſententia remittitur
32 † arbitrio iudicis, vt in principio dicebam,qui iu
dex nunquam arbitraretur poſſe moram purgari
vltra annum in inſtrumento conuentum per aliũ
33 annum, ſed arbitrari debet intra modicum†tem-
pus quòd tamen tempus non excedat, immo non
aſcendat ad alium annum vltra conuentum, ſed
ad aliquot menſes,hic autem eſt tranſactus annus
& vltra,meritò mora purgari non poteſt.

Ad contraria reſpondebam, & primò dum di-
cebatur eſſe in arbitrio iudicis intra quantum tẽ-
pus poſſit mora purgari, quia prædicta intelligi
34 debent†in inſtrumentis ſimplicibus in quibus nõ
interuenerint iuramentum, clauſulæ reſolutiuæ
contractus, & alia quæ interuenerunt in inſtru-
mento de quo agitur.ita communiter tradunt o-
mnes Doct. in d.l. inſulam.ff. de verb.obl. & in l.
ſi quis maior.C. de tranſact.nec diſſentit Cæphal.
d.conſil.25.lib. 1. & ita profectò eſt intelligendus
Clar. in §.emphyteuſis.q.9.

Secundum fundamentum non obſtat, dum ex
Alex. in d.l.inſulam.num.17.dicebatur,in emphy
35 teuſi eccleſiaſtica poſſe moram purgari, cùm †ec-
cleſia non ſit prona ad pœnas.c.tuã.extra de pœn.
quódque confraternitas iſta diceretur locus pius.
neque ſimiliter obſtant allegata in tertio funda-
mento, quia bene verum eſt, quòd eccleſia non
36 eſt ita prona ad pœnas,hoc enim nõ negatur†poſ
ſe moram purgari, etiã vbi interuenerint prædi-
ctæ clauſulæ & iuramentum quo ad euitandas a-
lias pœnas, non autem caducitatem, ita intelligi
debet c. tuam.de pœn.Alex.& Afflict.& alij in ſu
pra citatis locis. Caſt.conſ.161.col.1. & debẽt etiã
37 intelligi prædicta†procedere in foro pœnitẽtiali,
non autem contentioſo.Alex.in d.l. inſulam.col.
antepen.Rom.conſ.427.verſ. ſecundò iurauit. &
ſing.457.Dec.conſ.452. col. 3. & nouiſſimè Anto.
Gabr. in tract.comm.opi. concl. 1. verſ. tenendo
tamen primam opinionem lib.3.in tit.de tranſac.
vbi in verſi. ſuperius dicit in caſu d. l. ſi quis ma-
38 ior. etiam † de iure canonico impediri moræ pur
gationem.allegat Corn.conſ.121.col.3.vol.primo.
& conſ.40.col.fin.lib.4.Dec.conſ.452.col.1.

Nõ obſtat vltimo loco dec.Guid. Pap. & Cæp.
conſ.25.lib.1.in dubio videlicet eſſe pronũciandũ,
39 ex ſtylo †moram purgari poſſe, quia Guido Papæ
loquitur de ſtylo illo locali, qui ſtyl9 nõ fuit pro-
batus in caſu noſtro. vlterius in caſu ſuo non fue-
rant adhibita iuramentum & clauſulæ quæ fuerãt
adhibita in inſtrumẽto de quo agimus,præſertim
clauſula annullatiua & reſolutiua contractus, &
declaratio officialium confraternitatis profiten-
tium, nolle ipſum Philippũ amplius habere pro
40 emphyteuta:eo enim†caſu nec etiã Cæph.d. cõſ.
25.negat.impediri moræ purgationẽ,vt eſt videre
in dicto conſilio. in caſu autẽ noſtro omnia præ-
dicta interuenerunt, & vlterius quia confraterni
tas fuit damnũ paſſa vltra alia allegata in funda-
mentis pro confraternitate per me factis, ad quæ
me refero, & in omnem euentum ceſſant omnes
41 difficultates,cùm confraternitas†iſta non dicatur
locus pius & eccleſiaſticus,vt ex Anton.Gabr.no
uiter deducebam, & vltra eum idẽ latiſſimè tenet
Tiraq.in tract.de pia cauſ. in præfat.verſi.contra-
rium tamen tenet,&c. manu Ser Hieronymi Eu-
ſebij, Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Citatio quando fit de aliqua perſona videtur dicta perſona approbari, hoc tamen procedit, quando quis ſimpliciter citat, non autem quando quis citatur, quatenus ſua putauerit intereſſe, & nu. 3. quia per dictam citationem citati non releuatur ab onere probandi, & num.4.*

2 *Citationis prædictæ formula.*

5 *Citatio debet fieri ſi tua putaueris intereſſe, quãdo non vis approbare perſonam citati.*

### Argumentum.

Citandus nõ eſt quis ſimpliciter,ne approbes perſonam citati, etiam quòd non docuerit de intereſſe,ſed citatio eſt fienda conditionaliter, videlicet quatenus tua putaueris intereſſe.

REVERENDISSIMVS Epi-
ſcopus Auximanus,& commenda-
tarius Abbatiæ Sancti Ioannis ca-
ſtri Plagarij, comitatus ciuitatis Pe
ruſiæ,donauit fructus quorundam
terrarum dictæ Abbatiæ cuidam domino Eufro-
ſino de Peruſia pro ſeruitiis ab eo receptis, cúm-
que dictus dominus Eufroſinus citari feciſſet co-
ram me colonos dictarum terrarum, citari etiam
fecit filios & hæredes Baldi de Caulis de Peruſia
pro omni eorum iure & intereſſe, & quatenus
eorum intereſſe putauerint dicti hæredes dicẽtes
Reuerendiſſimum commendatarium non po-
tuiſſe fructus dictarum terrarum aliis concedere,
aſſerentes per prius habuiſſe in affictum omnes
fructus dictæ abbatiæ, dicebántque non teneri
1 ad docendum de aliquo intereſſe, cùm per † ci-
tationem de ipſius factam fuerint eorum perſo-
næ in iudicio firmatæ,& approbatæ. Innocen. in
c.cum inter.extra de excep.Bal. in l.fi.C.de edict.
diui Adria. tollen. de qua formula citationis tra-
2 dit Veſtr. †in prax.Rom.Cur.cap.4.lib.4.num.8.
Alex. in l. teſtamenta omnia.C. de teſt.Dominus
Petrus Iacobus Amerigus procurator d. D.Eufro
3 ſini replicabat prædicta procedere, †quãdo dicti
hæredes fuiſſent ſimpliciter citati, non autem cũ
conditione illa, quatenus eorum intereſſe puta-
4 uerint, nam per talem †citationem non releuan-
tur ci-



tur citati ab onere probandi,allegauit Ang.Aret.
in §.quadrupli,num.44.verſi.& aduerſus.Inſtitu.
de actio. vbi in terminis dicitur, ſumas tu caute-
lam, quando non vis habilitare perſonam ab o-
5 nere probandi de intereſſe,citari †facias non ſim-
pliciter, ſed ſub conditione,quatenus ſua putaue
rit intereſſe, quia tunc citatus ille tenetur docere
de intereſſe: Cúmque doctrina illa Aretini eſſet
in terminis ſecundùm eam pronunciaui videlicet
ſtante illa citatione conditionali dictos hæredes
Baldi de Caulis non eſſe audiẽdos, niſi docuerint
de eorum intereſſe, manu Ser Cæſaris Paulini,Pe
ruſini nota.Cur. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum fauore poſſunt hæredes inſolidum conueniri, quod quomodo procedat, declara vt infra num.14. & 15.*

2 *Debitor liberatur per ſolutionem ab alio factam creditori, declara vt infra nu.16.17. & 18.*

3 *Alimentorum præſtatio dicitur minus grauis hæredi, quando ille cui alimenta ſunt præſtanda, habitat cum hærede, & nu.4.*

5 *Teſtatoris mens eſt ſeruanda.*

6 *Teſtatoris mens dominatur in teſtamentis, & omnia regit.*

7 *Alimenta ſi fuerint relictæ viduæ intra annum luctus, & illa aliunde habuerit alimenta, nihilominus poteſt petere alimenta, & num. 8. & hoc maximè procedit, quando alimenta debentur ex vltima voluntate, & nu.9.10. & 11.*

12 *Thobias Nonnius Iuriſconſultus Peruſinus Authoris præceptor.*

13 *Alimentarius debet operari ad commodum hæredis, quando alimenta debentur iure actionis, ſecus quando debentur officio iudicis, vt in vxore quæ tenetur operari viro, & non poteſt petere alimenta præterita quando aliunde fuerit alimentata.*

19 *Mulier, neque alius non poteſt habitare cum diuerſis hæredibus ſeorſum habitantibus.*

20 *Alimenta quod præſtentur in domo, intelligitur id eſt in habitatione, & num 21.*

22 *Alimentarius non tenetur moram trahere cum hæredibus, quando dicti hæredes diuiſerunt.*

### Argumentum.

Multa circa materiam alimentorum hic pertractantur,& principaliter quando alimentarius habuit aliunde alimenta, & quando dicta alimenta debentur iure actionis, ſecus quando debentur officio iudicis, & alimentarius non tenetur operari, quando ei debentur iure actionis, nec tenetur habitare cum hæredibus,quando diuiſerunt, & declaratur quando hæredes poſſint inſolidum conueniri ratione alimentorum, & quando debitor liberetur per ſolutionem ab alio factam.

MAGNIFICA Domina Margari-
ta de Oddis de Peruſia, in eius teſta-
mento inſtituit hæredes vniuerſa-
les Mariottum Bõcambium,& Ap-
peninum eius nepotes ex filia, in
quo teſtamento legauit donnæ Nicolæ Berardini
de Como eius famulæ victum & veſtitum,donec
ſteterit in domo dictorum hæredum,& quatenus
cùm eis commodè morari nõ poſſet, reliquit pro
alimentis quolibet anno ſalmas duas grani, & ba
rilia octo vini, mortua dicta teſtatrice hæredes
prædicti diuiſerunt hæreditatem, & Appeninus
remanſit in domo teſtatricis, cum quo remanſit
etiam dicta D. Nicola quæ fuit alimentata per di-
ctum Appeninum per xiij. annos, modò ipſa Ni-
cola agit contra dictum Mariottum pro medie-
tate ſibi tangente dictorum alimentorum, ipſe
Mariottus excipiebat actionem iſtam non com-
petere dictæ mulieri, cùm habuiſſet alimenta, ſed
ipſi Appenino allegabatur gl. in l. 2. C. de hæred.
1 act. vbi dici videbatur † fauore alimentorum,hæ
redes poſſe in ſolidum conueniri.

Secundò mouebantur per reg.l.ſoluendo.ff.de
2 neg. geſt. vbi probatur debitorem †liberari per
ſolutionem ab alio factam creditori, concordat
Afflict. deciſ.150. nu.25.

Tertiò dicebant dictam actricem nõ poſſe ob-
tinere cùm non permanſerit cum hæredibus iux
ta formam teſtamenti,ad not. per Bart.in l. Caio.
§. Imperator.ff. de alim. & cibar.lega. quæ verba
ſunt appoſita ad fauorem hæredum, cùm ibi ſtan-
3 do dicatur † minus grauis præſtatio alimentorũ.
Alex.conſil.100. in principio.lib.1. & conſil. 178.
4 col.2.lib. 6. præſtantur enim cum † minori ſum-
ptu, vt latiſſimè & doctè poſt Ang. Anchar. Soc.
Bertran.Corn.Pic. & Ruyn. tradit Roland.à Val-
le conſ.22.circa primum.nu.9.lib.1.

Ad fauorem ipſius actricis ego conſiderabam
infraſcripta.

Primò, diſpoſitionem teſtatricis eſſe omnino
5 ſeruandam. l.1. C. de ſacroſan.eccle.† l.in condi-
tionibus. ff. de condi. & demonſtra. §. diſponat.
in Auth. de nup.mens enim teſtatoris dominatur
6 † in teſtamentis, & omnia regit.Soci.Iun.conſil.
1. num.8.conſ.75.num.11.conſ.110.num.10. & nu-
mero 40.lib.1.

Secundò, quæſtio noſtra videtur in terminis
decidi per Bald. in l. de alimentis. C. de tranſact.
quem ſequuti fuere Caſtrenſ.& Alex. & ibi ſignã
ter Dec. nu.6. dicentes, quod ſi vidua,cui deben-
7 tur † alimenta ab hæredibus mariti intra annum
luctus aliunde habuerit alimenta, poterit tamen
petere alimẽta ab hæredibus, & licèt Dec. impu-
gnet Bal.in alimẽtis præteritis quæ debẽtur ex di-
ſpoſitione legis,prout loquebatur Bal. quando ta
mẽ ſumus in alimẽtis debitis ex diſpoſitione ho-
8 minis Dec. approbat Bal.ꝙ poſſint peti etiã†quòd
aliunde habuerit alimenta, & magis in terminis
hoc deducit Ruy.conſ.81.pro clara.nu.5.lib.2.vbi
expreſſè dicit, quòd quãdo alimenta debentur ex
9 vltima †voluntate,poſſunt peti, etſi quis alimẽta
aliunde fuerit conſecutus. allegat Bar.in l.libertis
quos.§.1.ff.de alim.& ciba.leg.Caſt.in l.diuortio.
in princ.ff. ſolut.matr.& alia de quibus per eum.
Alimenta autem huic mulieri debẽtur ex diſpoſi-

tione hominis nempe teſtatricis, conſequenter,
ſumus in caſu, quòd poſſint peti, licèt ab aliis fue
10 rit † alimentata, cùm præſertim non poſſit aſſigna-
ri differentia inter caſum ſupra à Doct. propoſitũ
& noſtrum, de quo agimus, argu. l. à Titio. ff. de
verb. oblig. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. l.
quamuis. C. de imp. & ali. ſub.

Hanc eandem opinionem quòd alimenta pręſtita poſſint peti, etſi alimentarius aliunde fuerit
11 alimentatus, † voluit Ruyn. conſil. 36. col. fin. lib. 3.
Io. de Anan. cum addi. Bolognin. conſ. 54. viſis his.
& nouiſſimè nunquam ſatis laudatus præceptor
12 meus † Thobias Nonnius conſ. 85. iuri. num. 4. &
ſequent. vbi num. 7. dicit, quòd quando alimenta
debentur iure actionis, vt in caſu noſtro, tunc a-
13 limentanda † non tenetur operari ad commodum
hæredis, ſecus dicit eſſe in vxore & aliis quibus
debentur alimenta officio iudicis, quia ſi aliunde
ſimiles perſonæ habuerint alimenta, non poſſunt
ea petere, & tenentur operari.

Contraria non obſtant, quia gl. in l. 2. C. de hæ-
14 redi. act. non dicit † quòd hæres poſſit inſolidum
conueniri ratione alimentorum, ſed quòd teſta-
15 tor vel iudex † poteſt decernere quòd vnus hæres
præſtet tantummodo alimenta, ratione maioris
commoditatis, ita Bartol. docet in d. l. 2. C. de hæ-
red. actio.

16 Neque etiam † obſtat regula l. ſoluendo. ff. de
nego. geſt. quia tunc procedit, quando intereſt
17 creditoris ſolutionem fieri, quòd tripliciter † eue-
nire poteſt, vt tradit gl. in l. cum pecuniam. in fin.
ff. de neg. geſt. huius mulieris autem nõ interfuit,
cùm nihilominus fuiſſet alimentata à dicto Ap-
penino, ergo &c.

18 Pręterea regula illa procedit, quando † apparet
de intentione ſoluentis, animo liberandi eũ pro
quo ſoluit, vt in dictis iuribus probatur, quæ in-
tentio non apparet in caſu noſtro.

Minus obſtat quòd non habitauerit cum ambobus hæredibus, quia hoc non euenit culpa ſua, ſed culpa dicti Mariotti qui noluit cohabitare in domo ipſius teſtatricis, & impoſſibile erat vno &
19 eodemmet tempore dictam mulierem † in diuerſis
domibus cum dictis hæredibus ſeorſum habitan-
tibus commorari, ita in terminis tradit Ruyn.
conſil. 80. pro clara intelligentia. numero 3. libro
2. & conſil. 81. in quæſtione. num. 11. & 12. lib. 2. Ro
land. à Valle conſil. 22. num. 14. & 15. lib. 1. Dum e-
nim teſtatrix dixit quòd alimenta præſtentur in
20 domo † ſua, intellexit de habitatione. l. lex Cor-
nelia. §. domum. ff. de iniur. aliàs ſequeretur,
quod ſi hæredes non habitarent in domo teſtato-
21 ris, quòd in illa eſſent † præſtanda, quod eſſet ab-
ſurdum & contra mentem teſtatricis qui ſic vo-
luit fauore hæredum, non habendo reſpectum ad
domum materialiter ſumptam, & nouiſſimè Me-
noch. in tract. de arb. iud. caſu. 170. libr. 2. cent. 2.
num. 12. recenſet multos caſus, quando alimenta
debeant præſtari extra domum non obſtante di-
ſpoſitione teſtatoris, inter quos numero xvj. re-
22 cenſet, quando hæredes diuiſerunt, † prout eue-
nit inter ſupra nominatos hæredes.

Sententiaui igitur contra dictum Mariottum, & ad fauorem dictæ Nicolæ, ipſum videlicet teneri ad præſtationem æſtimationis alimentorum treſdecim annorum præteritorum, quæ alimenta re vera debentur ipſi mulieri, cùm præſertim per teſtatricem non fuerint ſimpliciter amore Dei, & gratis ei relicta, ſed ex cauſa oneroſa nempe ob ſeruitia præſtita, manu Ser Cæſaris Paulini, Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ſicut valet ſi fiat particularibus perſonis, ita & multo magis ſi fiat eccleſiæ, & num. 2.*

3 *Donare eius bona & ſemetipſum dicare vnuſquiſque poteſt pio loco.*

4 *Donatio prædicta valet etiam quòd donans non efficiatur monachus, & num. 5.*

6 *Donatio quæ fit eccleſiæ, dicitur Deo conſecrari.*

7 *Donatio quæ fit eccleſiæ non debet improbari, cùm omnia Dei ſint.*

8 *Donatio omnium bonorum, an ſubſiſtat fauore eccleſiæ.*

9 *Donatio facta eccleſiæ valet, etſi fuerit facta calore iracundiæ, dummodo tamen donans non fuiſſet à mente alienatus, & num. 10.*

11 *Donatio in dubio non præſumitur etiam fauore eccleſiæ.*

12 *In claris non eſt opus coniecturis.*

13 *Alienatio quatuor modis in iure capitur, propriiſſimè, propriè, impropriè, & impropriiſſimè. & num. 14*

15 *Alienatio rei eccleſiæ requirit cauſam neceſſitatis.*

16 *Alienatio prædicta debet afferre vtilitatem eccleſiæ, puta quòd res alienanda afferret incommoditatem eccleſiæ, & nu. 17. vel quòd eſſet dãnoſa eccleſiæ magis quàm vtilis, & nu. 18. vel pro redemptione captiuorum, & nu. 19. & de his cauſis debet conſtare per publicum inſtrumentum. & num. 20.*

21 *Alienatio prædicta vt valeat, requiritur tractatus & congregatio ad ſonum campanæ.*

22 *Antiquior debet proponere, & petere ſuffragium ab omnibus ſuper re alienanda, & nu. 23. debet confici publicum inſtrumentum ad hoc particulariter tendens, quod inſtrumentum debet præcedere ſegregatim, et numer. 24.*

25 *Alienationis prædictæ forma.*

26 *Alienatio etiam prædicta vt valeat requiritur cõſenſus capituli ſiue confraternitatis, qui quidem conſenſus debet præſtari incontinenti non ex interuallo, requiritur etiam expreſſio nominum ſingulorum, & nu. 27. & ſubſcriptio, nu. 28. Authoritas epiſcopi, num. 29. cùm cauſæ cognitione, nu. 30. nec valeret conſuetudo quòd huiuſmodi authoritas nõ præſtaretur, nec cõtra hoc poteſt præſcribi, num. 31 & niſi ſeruentur ſupradictæ ſolẽnitates alienatio non tenet, etiam quòd fuiſſet facta ab omnibus hominibus eccleſiæ ſiue confraternitatis, et num. 32.*

33 *Syndicus etiam eccleſiæ ſiue confraternitatis habẽs amplam authoritatẽ alienandi, non poteſt alienare, niſi interuenientibus ſupradictis ſolennitatibus, quòd procedit licèt ſyndico fuiſſet data generalis authoritas, vt ſupra dixi, et nu. 34.*

*Alie-*



35 *Alienatio rerum confraternitatis non requirit tot ſolennitates, quando ſunt confraternitates laicorum, ſecus quando ſunt loca pia, & nu. 36.*

37 *Alienatio rerum prophanarum vniuerſitatis, vt ſubſiſtat, debet fieri hominibus congregatis in loco ſolito, & ad ſonum campanæ, & nu. 39.*

38 *L. fin. C. de vendi. rerum ciuit. lib. 11. licèt loquatur in venditione, habet tamen locum in qualibet alia alienatione.*

40 *Donatio non reuocatur ob iactationes, niſi fuerint propoſitæ iudicialiter ante mortem donantis, & probatæ.*

41 *Donationem ius reuocandi non competit hæredibus, niſi donans in vita iudicialiter porrexerit querelas, & probauerit, & nu. 42.*

43 *Ant. Gabr. locus aliter ſentientis reprehenditur, & eſt magis communis opinio contra eum, & nu. 44.*

45 *Confraternitas tunc dicitur pius locus, quando habet requiſita à Felyn. in cap. de quarta. extra de præſcrip.*

46 *Donatio quædam dicitur ſub conditione, quædam ſub modo.*

47 *Donatio ſub conditione non tenet, niſi conditione impleta.*

48 *Donatio ſub modo valet à principio, & non reuocatur donec modus ille ſeruetur.*

49 *Donatio modalis quæ fit particularibus perſonis, poteſt reuocari ſtatim, quòd nõ ſeruatur modus. Fallit quando donatur loco pio, quia niſi expreſſè fuerit conuentum, donatio non reuocatur, & nu. 50. poteſt tamen agi ad intereſſe contra eccleſiam, & num. 53.*

51 *Rom. conſi. 284. reprehenditur, & contra eum eſt communis opinio.*

52 *Cap. verum. extra de condi. appoſi. declaratio.*

### Argumentum.

Multa de donatione quæ fit eccleſiæ explicantur.

Alienatio rerum eccleſiæ & confraternitatis, quomodo fiat, & quibus ſolennitatibus, hic adeo plenè & abundè enarratur, vt in futuris locus iſte, ſi fuerit ritè animaduerſus & obſeruatus, abſque nimio labore omnia doctè perficies.

Traduntur quædam ſuccinctè de alienationibus rerum prophanarum vniuerſitatum, ac confraternitatum, quæ confraternitates aliquando dicũtur loca pia, aliquando non, ſecundùm quod hic declaratum inuenies.

Donationes non reuocantur ob ingratitudines, neque etiam ab hæredibus donantis, niſi cauſæ illæ ante mortem donantis fuerint iudicialiter propoſitæ & probatæ.

Perutilia quædam & ſcitu digna ponuntur de donatione conditionali & modali, & qualiter & quando tales donationes reuocari poſſint cum pulcherrima declaratione, quòd donatio modalis facta eccleſiæ non reuocatur, etiam non ſeruato modo, licet contra eccleſiam poſſit agi ad intereſſe, quamuis ſit ſecus in donationibus modalibus, quæ fiũt particularibus perſonis.

DOMINA Tiſca Berardini ditto di Baſcialupo de caſtro Preggij, comitatus Peruſiæ, titulo donationis inter viuos donauit fraternitati Corporis Chriſti dicti caſtri vnam petiam terræ, ea conditione adiecta, quòd in ſuis neceſſitatibus teneretur ei ſubuenire, poſt mortem dictæ Tiſcæ quidam magiſter Angelus Vrſini, & quidam Philippus remiſerunt Simoni filio dictæ dominæ Tiſcæ dictam donationem pro quadam pecuniarum ſumma, extitit dubitatum an talis remiſſio ſiue donatio valeret, quandoquidem in proceſſu probatur dictam donatricem conqueſtam fuiſſe, quòd in eius ægritudine ei non ſubueniebatur per homines dictæ confraternitatis, iuxta conuenta, & iactabat ſe velle dictam donationem reuocare.

Cúmque homines dictæ confraternitatis inſtituerint iudicium coram me contra dictum Simonem, & cauſa fuiſſet inſtructa, & per me in ea ſententiatum, prout in cedula, tandem aperui ſententiam ad fauorem dictæ confraternitatis, & contra dictum Simonem, non obſtante remiſſione eidem Simoni facta per duos homines ſupra nominatos dictæ confraternitatis, ac iactationibus factis per dictam Tiſeam ſe velle dictam donationem reuocare.

Cuius meæ ſententiæ fuit ſolidiſſimum funda-
1 mentum, quia quemadmodum † valet donatio
facta particularibus perſonis. tot. tit. ff. & C. de
2 donatio. ita † pariter & multo magis quis poteſt
donare eccleſiæ. l. iubemus nulli. §. primo. C. de
3 ſacroſanc. eccleſi. vnuſquiſque enim † poteſt pio
loco ſe & ſua bona donare auth. ingreſſi & auth.
ſi qua mulier. C. eod. tit. c. ſi qua. & c. quia ingre-
dientibus. 29. quæſt. vltim. cap. in præſentia. vbi
4 Doct. extra de probat. quod † procedit etiam ſi
donans non efficiatur monachus gloſſ. in c. vt
lex continentiæ. in ver. profeſſi. 27. quæſt. prima.
5 ergo multo fortius poterit donare † ſua ſine ſe,
argum. c. cui licet. de reg. in 6. & quicquid dona-
6 tur † eccleſiæ, dicitur Deo conſecrari, & ad diui-
nos vſus deputari, cap. mancipiis. & cap. ſequent.
7 de rerum perm. & talis donatio † non debet im-
probari cùm omnia Dei ſint, c. tua. extra de deci.
quę concluſio abſque dubio procedit in caſu no-
ſtro, cùm fuerit facta donatio rei particularis, &
non omnium bonorum: eſt enim controuerſi iu-
ris apud Doctor. an donatio omnium bonorum
8 † ſubſiſtat etiam fauore eccleſiæ, vt eſt videre a-
pud Tiraquel. in tractat. piæ cauſ. priuile. centeſi-
9 mo, & adeo fauorabilis eſt † donatio facta eccle-
ſiæ & piis locis, vt ſubſiſtat, etſi fuerit facta calore
iracundiæ. c. ſunt qui opes. 17. q. 4. gloſſ. in c. du-
dum. in verſi. calore. de conuerſ. coniuga. Rom.
ſing. 514. Fel. in c. Matthæus. n. 2. extra de ſimo. dũ-
10 modo tamen donans nõ † fuiſſet alienatus à men-

te propter iracundiam.Felyn.in c.dilecti.num. 15.
extra de excep.in fi.Dec.in l. quicquid calore ira-
cundiæ. num.1. & ibi Cagnol. num.24. ff. de reg.
iur. & licet in dubio non præſumeretur facta do-
11 natio etiam † fauore eccleſiæ. Alc.reſpon.38.in fi.
Menoch.in tract.de arb.iud.caſu 88. num.7.lib.2.
cent.1. nos autem ſumus in claris,& allegata non
12 procedunt in caſu † noſtro,argu. l. continuus. §.
cùm ita ff.de verb. oblig. cùm ſimil. cùm expreſsè
conſtet de donatione.

Cùm ergo per dictam donationem dictæ con-
fraternitati fuerit ius irreuocabiliter quæſitum,
non potuit ei fieri præiudicium per dictos duos
ſupranominatos homines,qui abſque aliqua au-
thoritatę pro parua pecuniarum ſumma remiſe-
runt poſt mortem dictæ dominæ Tiſeæ dictam
donationem præfato Simoni eius filio.

13 Alienatio enim† quatuor modis in iure capitur
Bal. in auth.hoc ius porrectum col.1.C. de ſacro-
ſan. eccle. Barba.conſ.15.col.13. libr. 1. & nouiter
declarat Rebuff. in ſua praxi.in compend.de alie.
14 rerum eccleſ.num. 6. & ſequent.† propriiſſimè,
propriè, impropriè, & impropriiſſimè : ſed quia
huiuſmodi remiſſio & retrodonatio concernit
primum aſſumptum noſtrum propriiſſimæ alie-
nationis, cùm per eam plenum dominium fuerit
tranſlatum vel apta ad transferendum. l. 1. & ibi
gl. ff. de fund. dotal. propterea nulli dubium eſt
huiuſmodi remiſſionem non ſubſiſtere, cùm plu
ra requirantur ad eius validitatem quæ non fue-
runt adhibita in præſenti negocio.

Requirebatur enim primò ad validitatem hu-
15 iuſmodi eccleſiaſticę rei alienationem †cauſa,ſci-
licet neceſſitatis. c.ſicut 12. quæſt.2. vel quòd per
16 alienationem afferretur vtilitas † eccleſiæ. c. tua.
17 de his quæ fiun.à prælat.vel magnæ † incommo-
18 ditatis,quia res quæ eſt alienāda eccleſiæ eſt†ma-
gis damnoſa quàm vtilis c. ſine exceptione. in fi.
19 12.q.2. vel pro redemptione † captiuorum. l. ſan-
cimus . C. de ſacroſan. eccle. & de his cauſis vel
20 earum altera debebat conſtare per publicum†in-
ſtrumentum, alioquin non credetur . Præpoſ. in
c. non liceat Papæ 12. q.2.

Secundò requirebatur tractatus, nam debet
21 † fieri congregatio ad ſonum campanæ , vel aliàs
vt moris eſt,quibus congregatis debet antiquior
22 † proponere vel prior.l.2.C.de decurio.& petere
23 † ſuffragium ab omnibus ſuper hac re alienanda,
de quo tractatu & inquiſitione debet cōſtare per
publicum inſtrumentum ad hoc ſpecialiter ten-
24 dens, nec probaret † inſtrumentum alienationis,
ſi diceret habito tractatu & colloquio,niſi(vt ſu-
pra dixi) præcederet ſegregatim inſtrumentum
tractatus.Alex.conſi.17. viſo. col. 2. lib. 4. Feder.
conſi.243. conceſſio.in fi. Caſtrenſ.conſ.74. in fa-
cto.lib.1. col.2.Rebuff.in dicto compend.de alie.
25 rerum eccleſ. num.12.& nu.13. vbi tradit † formā
quomodo debeat dictari inſtrumentum ſuper ta-
li alienatione poſt Specu. in tit.de locat.

26 Requirebatur tertiò,conſenſus†capituli & cō-
fraternitatis qui debet in continentij præſtari , &
non ex interuallo. Ant. de Butr.in c. cum vos.de
his quæ fiunt à præla.& doctè explicat Rebuff. in
citato loco, num.15.

Quartò in dicto inſtrumento remiſſionis re-
27 quirebatur expreſſio†nominum ſingulorum.Bar.
in l.1.ff. de alb.ſcriben.per l. fi.ibi ſigillatim vnū-
quemque. C. de venden.reb. ciuit. lib. 11. Rebuff.
vbi ſupra numero decimoſexto . & numero de-
28 cimoſeptimo. dicit requiri † etiam ſubſcriptio-
nem.

29 Vltimò requirebatur licentia † ſiue authoritas
epiſcopi. auth. hoc ius porrectum.C. de ſacroſan.
30 eccle. vbi Bald. quæ authoritas † debet præſtari
cum cauſæ cognitione. Gemin.conſi.48. presby-
ter col.3. Rebuff. vbi ſupra nu. 21. & ibi poſt alios
31 dicit non valere conſuetudinem , quòd non †in-
teruéniat authoritas prælati,nec poteſt præſcribi
contra huiuſmodi conſuetudinem.

Non igitur immeritò dicendum eſt talem remiſ-
ſionem donationem, & alienationem factam à di
ctis duobus hominibus dictæ confraternitatis nó
32 ſubſiſtere, cùm etſi fuiſſet facta †ab omnibus ho-
minibus dictę confraternitatis,non valuiſſet non
interuenientibus ſupra proximè enarratis requiſi
tis, & quemadmodum omnes homines dictæ cō-
fraternitatis, vt dicebam, non ſeruatis præmiſſis
huiuſmodi peragere non valuiſſent,multò minus
hoc facere potuere dicti duo homines ex ſemeti-
ſis , licèt fuiſſent ſyndici , & procuratores dictæ
confraternitatis.

Quia ad hoc vt procurator vel ſyndicus con-
33 ſtitutus ab eccleſia valeat † alienare, requiruntur
omnes ſupradictæ ſolennitates. Fed. de Sen.conſ.
95. Abbas. & in indiuiduo tradit Barth.Soc.conſ.
52. viſo inſtrumento ſyndicatus. lib.4. eſſet enim
abſurdum,quod ſimiles perſonæ poſſent alienare
res eccleſiæ non ſeruatis dictis ſolennitatibus, &
habere plus authoritatis , quàm tota ipſa vniuer-
ſitas , nam & ſupra dictum conſilium Socini in
terminis in ſyndico alienante res eccleſiæ lo-
quitur.

34 Immo non valeret † generalis authoritas data
dicto ſyndico. Dec.conſ.36.& pro tenui colu. 3.
ver.4.

Et ſi tu replicares omnia ſupradicta procedere
in alienatione rerum eccleſiæ, non autem in alie-
35 natione rerum confraternitatis, in quibus † alie-
nationibus non requiruntur tot ſolennitates.Bal.
in auth.hoc ius porrectum.2.colum. ver.ſecundò
quæro. vbi Caſtren.C.de ſacroſan.eccle. Felyn.in
c.de quarta col. 2. de præſcrip.& in c.2.in fi.de fo
ro comp. Pariſ.conſ.34.colum.3.lib.4.Anton.Ga-
briel.lib.commun.conclu. 6. in tit. de pia cauſa.
concluſ.prima,num.12.

Reſpondeo hæc procedere quando confrater-
36 nitas non haberet hoſpitalitatem,campanile,† &
alia requiſita, de quibus per Fel.in d.cap.de quar-
ta. quæ omnia cùm habeat confraternitas iſta,ve-
rè dicitur locus pius & eccleſiaſticus,& de rebus
ſuis, tanquam de eccleſiaſticis eſt iudicandum,vt
ex Felyn. paulò ante dicebam.

Præterea etſi confraternitas iſta non diceretur
locus pius, & conſequenter in alienatione ſuorū
bonorum tot ſolennitates non requirerentur,in-
ficiari tamen non poteſt illam ſolennitatem po-
tiſſimè requiri etiam in rebus prophanis vniuer-
ſitatum, quod videlicet fiat alienatio congregatis
37 † hominibus in loco ſolito,& ad ſonum campa-
næ.l.final.C.de vend.reb.ciuit.lib.11.quæ lex licèt
loquatur



loquatur in venditione,habet tamen locū in qua-
38 libet † alia alienatione.Bal.in l.1.in prin.ff. de ma
giſtr.conuenien.& in l.ciuitas.ff.ſi cert.pet. Alex.
conſil.1.lib.4.& in puncto quòd non valeat talis
39 alienatio tamen in rebus prophanis † non ſerua-
ta forma d.l.fi.tradit Ruy.conſ.175. viſa donatio-
ne.lib. 1. vbi loquitur in propriis terminis dona-
tionis.

Nec quicquam officiunt iactationes dictæ mu
lieris velle reuocare dictam donationē , vt aliqui
teſtes deponunt,quia iniuria conquerebatur di-
cta domina Tiſea, cùm bene tractaretur in eius
infirmitate:in proceſſu enim probatur,quòd trāſ
miſerunt quandam dominam Lucretiam ad eam
cuſtodiendam,quódque ei omnia neceſſaria trāſ-
mittebant,nec iactationes illæ ſunt habendæ in
conſideratione, niſi quatenus iudicialiter fuerint
40 expoſitæ & probatæ † tex. in terminis,licèt vul-
garis in l.fi.verſi. ex his enim tantummodo. C. de
reuocan.dona.neque Simon filius,& hæres dictæ
donatricis poteſt dictam donationem impugna-
re & reuocare,cùm ius reuocandi donationes ob
41 ingratitudines†non competat hæredibus.d.l.fin.
C.de reuoc. donat.Soc. Iun.conſ.89. nu.29.lib.3.
Rip.in d.l.ſi vnquam.col.75.C.de reuoc.dona.niſi
tamen donatrix,ſiue teſtator iudicialiter ante e-
42 ius obitum†cauſam ingratitudinis propoſuiſſet,
tunc enim illud ius competeret etiam hęredibus.
Corn.conſil.15.col.fin.lib.1.quæ cauſa ingratitu-
dinis & inobſeruantiæ,cùm non fuerit propoſita
iudicialiter per dictam donatricem ante eius o-
bitum, meritò dictus Simon querelam propone-
re non poteſt,quicquid nouiſſimè Ant. Gabr.lib.
comm. concl.3. tit.de tranſact.concl.1.nu.42.vbi
dixit eſſe magis communem opinionem ius re-
43 uocandi donationem † ob inobſeruātiam trāſire
ad hęredes:quia perperam & tranſitiuè loquitur,
& contra caſum d. l.fi.C.de reuoc. dona.vt ſuprà
deduxi:niſi enim fuerit ante mortem iudicialiter
44 propoſita cauſa †inobſeruātię , ius reuocādi do-
nationes non competit hæredibus, & eſt magis
communis & vera opin. vt ex Soc.Iun. Corn. &
Rip. deducebam vltra dicta diffuſè per Tiraq. in
d.l.fi.C.de reuoc.don.

Non eſt omittenda alia principalis conſidera-
tio quæ me induxit ad annullandam dictam
remiſſionem faciendo in primis duo præſuppo-
ſita.

Primùm quòd iſta cōfraternitas dicitur locus
45 pius , ex quo habet † requiſita à Felyn.in d.ca. de
quarta. extra de præſcrip. & licèt non diceretur
locus pius,negari tamen non poteſt,quin huiuſ-
modi relicta dicantur ad pias cauſas, Cornel.cōſ.
18.nu.15.lib.4.Pariſ. conſ.34.col.2.in fi.lib.4. Ant.
Gabr.vbi ſuprà.

Secundùm præſuppoſitum ſit , quòd quædam
46 dicitur donatio† ſub conditione, quædam vero
ſub modo.

Donatio ſub conditione non tenet, niſi ad-
47 ueniente conditione , † ſiue ea impleta l. qui
hæredi §. vltimo. ff. de condition. & demon-
ſtratio.

48 Donatio ſub modo † valet à principio,& non
reuocatur donec modus ille ſeruetur l. 1. & 2.C.
de donat. quæ ſub modo , & rectè explicat ele-
gans glo.in c.verum.extra de condit.appoſit. vbi
adaptando ad caſum noſtrum dum in donatione
dicitur quòd præſtentur alimenta vel conſimile
aliquid fiat , dicitur donatio ſub modo , vt ibi d.
gloſſ.quemadmodum donatio iſta dum conuenit
cum hominibus dictæ confraternitatis,vt ei ſub-
ueniretur in eius neceſſitatibus,ſed non cōuenit
in euentum non ſeruati modi,quòd donationem
reuocare poſſet,quo fit coniunctis nunc duobus
præſuppoſitis quòd videlicet donatio iſta fuerit
facta ad pias cauſas & ſub modo,non tamen habi
ta proteſtatione,quòd non ſeruato modo ei lice-
ret dictam donationem reuocare, quod inquam
nó licuerit ipſi mulieri neque Simoni eius filio,
& hęredi dictam donationem reuocare.

Nam licèt quando particularibus perſonis fit
donatio ſub modo,abſque alia conuentione poſ
49 ſit donatio reuocari, quando modus † nó ſerua-
tur.l.1.& 2.C.de donatio.quæ ſub modo.ſecus ta-
men eſt, quādo donatio fit loco pio, quia niſi ex-
preſſè conuentum fuerit de reuocanda donatio-
50 ne in euentum modi non † ſeruati,donatio reuo-
cari non poteſt.text.in terminis in dicto cap. ve-
rum.extra de condi.appoſi.Didac.Couarr.poſt a-
lios quos allegat.lib.primo variar.reſol.cap.14.n.
6.vbi reprehendit Roma. aliter tenentem conſil.
51 284.& contra eum † hodie eſt communis opinio
per tex.in dicto cap.verum.extra de condit.appo
ſi.cuius textus deciſio ad confraternitatem iſtam
52 adaptari † poſſe arbitror.

Bene tamen poteſt agi contra eccleſiam ad in-
53 tereſſe non ſeruati †modi,vt tradit gloſſ. Abb. &
Præpoſi.in dicto capit.verum.Caſtrenſ.in l.1.2.co
lumn.ff.de donation.Socin.in l.quibus.§.Termi-
lius.ff.de condition.& demonſtration.Couarru.
in ſupra citato loco numero ſexto. Sententiaui
vt dicebam,pro dicta prima donatione ad fauo-
rem dictæ confraternitatis, & contra dictum
Simonem,manu ſer Ioannis Thadei de Thadeis,
Peruſin iNotarij Curialis patrocināte pro d.cō-
fraternitate D.Rodulfo Calidonio Peruſi. cauſi-
dico. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta poteſt expelli de re emphyteutica,ſi in ea malè verſatur.*

2 *Emphyteuta tunc dicitur malè verſari in re emphyteutica,quando incidit arbores fructiferas,& n. 5.ex inciſione enim arborum res locata fit deterior,& nu.3.& res deteriorata non dicitur reddita,& nu.4.*

6 *Auth.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.licèt loquatur in emphyteuſi eccleſiaſtica oſtenditur tamen ad emphyteuſim priuatorum, & ad vſufructuariū, & num.3.*

8 *Arbores fructiferæ quòd poſſint incidi ab emphyteuta non valet conuentio.*

9 *Emphyteuta ad hoc vt poſſit priuari tria requiruntur,primum deteriorationē eſſe in ipſà proprietate,nu. 10.Secundò,quòd deterioratio fuerit facta per dolum malum,latam,vel leuem culpam,*

*non autem leuiſſimam, nu.11. Tertiò, deteriorationem eſſe notabilem.& nu.12.*

13 *Emphyteuta non poteſt expelli à re emphyteutica ob inciſionem arborum, quando loco inciſarum aliæ ſurrogantur, & n.19. exemplum ponitur ſub n.14.15.16. & 17. & hæc omnia habent locum etiam in fundis priuatorum.*

## Argumentum.

Hic ſatis planè expeditur emphyteutam tam eccleſiæ, quàm priuatorum poſſe priuari re emphyteutica ob inciſionem arborum, quod tamen non procedit, quando loco inciſarum arborum alias arbores replantaſſet, prout latius in deciſione continetur.

DOMINA Aurelia de Gratianis de Peruſia locauerat in emphyteuſim quandam vineam vetuſtam cũ quibuſdam arboribus inibi exiſtẽtibus Bartolo Iacobi de caſtro ſanctæ Agnetis comitatus Peruſiæ, mortua dicta Aurelia, Cæſar eius filius egit contra dictum conductorem pro recuperatione dictæ terræ ob inciſionẽ quarundam arborum, & diſplantationem vineæ.

Pro parte rei conuenti fuit probatum plantationem nouæ vineę, & ob id dicebãt non incidiſſe in commiſſum, licèt enim conductor ſiue
1 † emphyteuta poſſit expelli de re locata ſi in ea
malè verſetur. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.
authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. l. ædem vbi
Bal. C. locati. Iaſ. conſil. 17. col. 1. lib. 1. & in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matri. cùm latiſſimè adductis à Menoch. in tract. de arbit. iud. caſu 78. lib. 2. cent. 1. & eſt communis opinio, vt per Iul. Clar. in quæſt. 26. lib. 4. §. emphyteuſis. verſ. hinc infertur.
2 & tunc vtique quis dicatur malè verſari, † quando incidit arbores fructiferas, prout euenit in caſu noſtro dicto §. ſi fundum. Tiraquell. latè in tractat. de retrac. §. tertio gloſſ. 1. numer. 13.
3 Cùm ex huiuſmodi inciſione dicatur † res locata deterior fieri. Bar. in d. §. ſi fundum. & propter-
4 ea res locata quæ debuit reddi † propter dictam deteriorationem nõ dicatur reddita l. tertia. §. res reddita. ff. commod. Ruy. conſ. 58. quia locator n.
5 1. lib. 1. & tunc vtique † dicatur res non reddita, & emphyteutam malè verſari in re locata, quando incidit arbores, ob quam inciſionem poteſt expelli. l. ſi merces. §. culpæ. ff. loc. l. ſi colonus. ff. arb. fur. cæſ. & in emphyteuta eccleſiæ eſt tex. in terminis
6 in d. auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. † qui text. licèt loquatur in emphyteuta eccleſiæ, extẽditur tamen etiam ad emphyteutam priuari ſecundùm Paul. de Caſtr. in d. auth. qui rem. & Doct. communiter in d. §. ſi fundum. cum aliis adductis à Ruyn. in d. conſ. 58. n. 4. lib. 1. & Iul. Clar. in lib. recep. ſenten. in d. §. emphyteuſis q. 26. vbi ſimiliter dicit habere locum tã in emphyteuſi eccleſiaſtica, quàm
7 ſeculari, vbi nu. 5. extendit etiam ad † vſufructua-
8 rium, immo non valeret expreſſa conuẽtio, quòd liceret emphyteutæ omnes arbores fructiferas incidere, vt nouiſſimè poſt alios deducit Iulius Scarlattin. in quadam allegatione. nu. 16. impreſſa in quæſtionibus familiar. Anchar. Nouell. poſt quæſt. 52.

Hæc tamen non ita abſolutè ſunt intelligenda,
9 † cùm tria principaliter requirantur ad hoc, vt priuationi ſit locus.
10 Primùm † requiritur, deteriorationem eſſe in ipſa proprietate, non in fructibus.
11 Secundò, per dolum † malum, latam culpam, vel leuem, non autem leuiſſimam fuiſſe factã deteriorationem.
12 Tertiò, notabilem † eſſe deteriorationem, ita Bald. in d. auth. qui rem. nu. 2. C. de ſacroſan. eccle. Iaſ. conſil. 17. nu. 2. lib. 1. Menoch. in tract. de arbit. iud. caſu 78. nu. 6. lib. 2. centu. 1. & ante eum diffuſè idem tenet Tiraquell. in tractat. de iud. in reb. exig. in 56. declara.

Quartò, vltra prædictos Doct. (& infraſcripta decidunt in terminis caſum noſtrum) per inciſio-
13 nem arborum emphyteuta † non poteſt expelli à fundo emphyteutico, quando loco inciſarum arborum alias arbores ſubrogaſſet. Angel. in l. ſi colonus. ff. de arbor. fur. cæſ. & l. in fraudem §. conductor. ff. de iur. fiſc. Caſtrenſ. Ang. Rapha. Alexan. & Iaſ. in l. ſi diuortio. § ſi fundum. in ſecũda limit. ff. ſolut. matri.

In proceſſu autem clarè conſtat fuiſſe ſupplantatas vineas & alias arbores per conuentum, cõſequẽter propter inciſionẽ prædictã nõ poteſt moleſtari dictus reus conuentus, cũ pręſertim nõ fuerit plãtata minor quantitas vineæ & arborũ, quã per ipſum fuerit euulſa & diſplantata: tũc etenim
14 prædicta limitatio nõ ſubſiſteret, quando † extirpaſſet, puta quinquaginta arbores & loco ipſarũ quadraginta vel vigintique replãtaſſet, vel duas eminas vineæ euulſiſſet, & vnam eminam denuo plantaſſet, adeo quòd etſi deficeret vna tantùm arbor quę non fuiſſet repoſita in locum eiectarũ,
15 arborum, vel minima † particula vineę, non æquiualenti priori vineæ & prioribus arboribus poſſet expelli arbitrio tamen iudicis, qui circunſpicere debet qualitatem arborum euulſarum, puta ſi eſſent quercus viginti & ſupplantaſſent decẽ fructiferas & domeſticas arbores, quæ decem
16 † arbores poſſunt eſſe magis conferentes fundo, quã illa viginti quercus, ſic bonus iudex arbitra-
17 bitur, † an vinea euulſa eſſet adeo vetuſta, quòd parum aut nihil vtilitatis afferret, & magis vtile eſſet domino habere minorem quantitatem vineæ fructiferam, quàm magnam quantitatem parui aut nullius fructus. & optimè cõferunt huic opinioni & declarationi ſcripta nouiſſimè per Menoch, poſt alios ibi relatos in dicto caſu 78. nu. 8. lib. 2. cent. 1. & hæc omnia habent locum in locationibus, ac non ſolùm in fundis emphyteuticis
18 † eccleſiaſticis, ſed etiam prophanis.

Verùm quia dictus cõductor non curabat permanere in dicta conductionę, ſed tantummodo optabat ſibi refici melioramenta, ſi qua exiſterẽt, propterea ſententiaui ipſi eſſe reficienda melioramenta liquidanda, & niſi conductor contentus fuiſſet recuperare ſolùm melioramenta pro i-
19 pſo conductore ſententiam protuliſſem, † non incidiſſe in commiſſum rationibus & cauſis, de quibus ſuprà, manu Ser Octauiani Aurelij, Peruſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*



# DECISIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta tunc admittitur, quando à partibus ita foret conuentum, & multo magis in cauſa dotis, & nu.2.*

3 *Proxenetæ in cauſa dotis admittuntur ad probationem dotis conſtitutæ etiam partibus non conſentientibus ſecundùm Ruyn. & nu.9. ſed cõtrà, vt infrà nu.14.18.19.23.32.33. & 34. vbi de magis com. teſtatur.*

4 *Teſtes inhabiles admittuntur ad probandũ matrimoniũ, ſic videntur admitti ad probandam dotem tanquam ſequela matrimonij, & nu.5 ſed contra vt ſuprà.*

6 *Confeſſio licèt non probet fauore abſentis, probat tamen fauore dotis, & nu.7.*

8 *Dotis fauore verba enunciatiua probant, & numero 13.*

10 *Teſtis mediator admittitur in odium ſimoniaci, ita deberet admitti fauore dotis, ſed contrà nu. 11. & 12.*

15 *Statutum ſiue lex generaliter loquens comprehendit etiam cauſam dotis, ſi in eo caſu de quo loquitur, dos non inueniatur particulariter priuilegiata.*

16 *Dos non eſt priuilegiata in materia probationum.*

17 *Teſtis mediator admittitur in crimine ſimoniæ.*

20 *Dotalia inſtrumenta vel ſcripturas non confici, non eſt veriſimile.*

21 *Dos ſiue magna ſit, ſiue parua, dicitur res maximi momenti atenta qualitate perſonarum, cùm patrimonium mulieris, & nu.22.*

24 *Teſtes inhabiles ſpeciali fauore matrimonij admittuntur, & nu.25.*

26 *Matrimonium poteſt ſtare ſine dote.*

27 *Cap.1. de teſtib. in 6. declaratio.*

28 *Teſtes inhabiles in crimine ſimoniæ admittuntur, cum timore pœnæ ſecutè eorum negotia pertractent.*

29 *Teſtes inhabiles admittuntur etiam quando veriſimiliter alij teſtes non reperiuntur.*

30 *Dotis promiſſio eſt actus licitus, ideo debent adhiberi teſtes habiles, ſiue inſtrumenta confici, & eſt noua ratio Authoris, & nu.31.*

35 *Proxenetæ tunc admitterentur fauore dotis, quãdo adeſſet alius teſtis idoneus & eſt noua [illegible]nctio authoris, & nu.36.*

37 *Teſti integræ & bonæ vitæ eſt ſtantum.*

38 *Teſtes mediatores etiam ſacerdotes repelluntur, licèt fauore dotis deponerent.*

39 *Promiſſio vnaquæque intelligitur de minori ſumma, Fallit quando promiſſio fieret fauore dotis alternatiuè quia intelligitur de maiori ſumma, & nu.40. & 41.*

## Argumentum.

Reſoluitur in præſenti deciſione contra opinionem Ruyn. & multorum proxenetas & mediatores, licèt ſacerdotes, non eſſe idoneos teſtes in cauſa dotis, ſecundùm magis communem opinionem, quæ nouis rationibus conualidatur, & noua diſtinctio in hac materia affertur.

Demonſtratur demum, alternatiuam promiſſionem, licèt regulariter de minori promiſſione intelligi debere, ſecus tamen eſſe fauore dotis, & in diſcurſu deciſionis multa notanda inuenies in materia ſimoniæ, & noui quidam intellectus afferuntur.

LAZARVS Mathæi de terra Gualdi, & maritus Donnæ Diacintæ ex ciuitate Nuceriæ, egit cõtra dominum Ioannem Cerretanum Priorẽ eccleſiæ cathedralis dictæ ciuitatis pro florenis ſeptingentis à dicto domino Ioanne ipſi Lazaro pro dote dictæ donnæ Diacintæ promiſſis, ad quod probandum induxerunt tres teſtes clericos, ex aduerſo pro parte domini Ioãnis negabatur dictam promiſſionem dotis, dictiſque teſtibus non eſſe fidem adhibẽdam, cùm ſint proxenetæ, & mediatores, ac attinentes dicti Lazari, & non affirmatiuè deponant de florenis ſeptingentis, ſed huiuſmodi ſermone vtantur, (*Io Giouanne gli darò per dote à Donna Diacinta ſeicento ò ſettecento fiorini.*) quæ Donna Diacinta, vt à partibus audiui, erat filia ſpuria dicti domini Ioãnis Prioris, & dictus Lazarus obtinuit à D. Prouicario Reuerendiſſimi Epiſcopi Nucerini ſententiam ad ſui fauorem pro ſeptingentis florenis, & introducta cauſa coram me, & lata ſententia, prout in cedula, iuxta ſtylũ huiuſmodi curiæ pro parte dicti Lazari inſtabatur pro confirmatione dictæ ſententiæ pro parte verò dicti D. Ioannis Prioris inſtabatur pro re[illegible]ione, & pluries diſcuſſa cauſa tota diffic[illegible]ad duo reducebatur.

Primò an dictis teſtibus mediatoribus eſſet omnimoda adhibenda fides, ex quo maximè erant etiam coniuncti dicti Lazari prout in proceſſu probatur.

Secundò, dato quòd probarent, quænam ſumma videatur promiſſa, an ſcilicet ſumma ſexcentorũ florenorum, an verò ſumma ſeptingentorũ florenorum, ad quam ſ[illegible]m ſeptingentorum florenorum dictus D. I[illegible]s fuit condemnatus, in prima ſententia à dicto prouicario Reuerendiſſimi Epiſcopi Nucerini.

Circa primum igitur dubium Doct. communi calculo concludunt tunc † proxenetam admitti ad probandum, quando à partibus ita eſſet conuentum. Angel. in Auth. de teſtib. §. quoniam verò. Bal. in l. omnibus. ver. ſed dubitare, C. de teſtib. Cãpeg. in tract. de teſtib. reg. 85. in 1. fallen. Crott. in eodem tract. de teſtib. 4. par. nu. 83. Cur. in eodẽ tract. conc. 42. Fel. in c. cùm à nobis. in fi. de teſtib. & in c. veniens. il ſecondo. eod. titul. Boſſi. in tit. de oppoſ. contra teſtes. nu. 129. Marſil. ſingul.

533.Soc.Iun.conſil.12.nu.17.& conſil.29.n. 16. lib.
1.Menoc.in tract.de arb.iud.quæſt.63. lib. 1.& eſt
commun. opin. vt poſt multos quos allegat tra-
dit nouiſſimè Portius Immolenſ.in tract.com.o-
opin.concluſ.21.lib.1.vbi multipliciter limitat,li-
cèt iudicio meo ſit defectuoſus,cùm in ſpecie nō
tangat cauſam dotis,& de magis commun.opin.
poſt omnes alios nouiter etiam teſtatur Benin-
tend.deciſ. 61. nu. 1.ſi ergo in aliis caſibus parte
2 volente proxenetæ admittuntur , † multo magis
hoc procedere debet in cauſa dotis quæ eſt fauo-
rabilis:ſed hic non eſt caſus noſter, cùm prædicti
teſtes non fuerint admiſſi ad probandum parti-
bus conſentientibus.

Quare eſt inueſtigandum,an etiam partibus cō
ſentientibus proxenetæ in promiſſionibus dota-
libus admittantur.

Quod autem proxenetæ admittantur ad pro-
bationem dotis conſtitutæ, etiam partibus non
3 diſſentientibus , tenuit † in terminis poſt alios
Ruyn.conſ.34.lib.4. nu. 4. cum ſequen. vbi dicit,
4 quòd quemadmodum fauore matrimonij † ad
probandum matrimonium admittuntur paren-
tes & alij teſtes inhabiles c. ſuper eo. extra de te-
ſtib.vbi Doct.ita etiam debēt admitti fauore do-
5 tis tanquam † ſequela ad matrimonium.

Secundò,nam quamuis in inſtrumēto,puta di-
uiſionis quis confiteatur recepiſſe à Titio abſen-
te certam pecuniarum quantitatem , ex hoc non
6 probetur † mutuum fauore Titij abſentis l. fi.ff.
de interro.act.l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de cō-
feſſ.nihilominus ſi dicta confeſſio fieret ex cauſa
7 † dotis, probaret etiā fauore tertij abſentis , cùm
8 verba † enunciatiua fauore dotis probent, licèt
aliàs non probarent l.2.C.de dot.promiſſ.eodem
modo valere debet dictum proxenetæ in promiſ
ſione dotis, tum per ſupradicta , tum etiam quia
9 venit † acceſſoriè ad matrimonium , vt ſuprà di-
ctum fuit.arg.clem.diſpendioſam.de iudi.faciunt
ſcripta per Soc.Iun.conſ.29.circa præſentem.nu.
16.lib.2.

Tertiò,quia quemadmodum in odiū ſimonia-
10 ci admittitur † mediator.c.1.de teſtib.in 6.ita de-
beret admitti fauore dotis,cui plurimum fauetur
in modum probandi,immo facilius deberet fie-
11 ri iſta extenſio, cùm in caſu illo amplietur † odiū
contra l.cùm quidam.ff.de lib.& poſthu.& dictis
12 caſibus ampliatur † fauor quòd eſt conceſſum d.
l. cùm quidā.& ita arguit Ruy.vbi ſuprà in d.cōſ.
34.num.7.lib.4.

Et hanc opinionem videtur nouiter firmare Be
ninten.deciſ.Bonon.[illegible] cauſa per totam deciſi.
poſt multos quos al[illegible] qui mouetur alia ratio-
13 ne,& ſic quarto loco dicens, quòd † fauore dotis
verba enunciatiua probant quæ aliàs non proba-
rent.Bar.in l.admonendi.circa med.verſi.itē quę-
ro quòd ſi inſtrumentum.ff. de iureiuran. cum a-
aliis per Beninten. adductis d.deciſ. nu.6.ſi ergo
verba enunciatiua probant fauore dotis, multo
magis admitti debent proxenetæ & mediatores
iſti.

Contrariā opinionem quòd immo proxenetæ
14 & mediatores non admittantur † etiam in cauſa
promiſſionis dotis, tenuit Caſtren.conſil.150.nu.
4.lib.2.Alex.conſil.13.ex his.lib.1. Ruyn. ſibi con-
trarius,conſ.164.nu.6.lib.4. vbi dicit communē.
Soc.Iun.conſ.12.nu.14. lib.2.

15 Mouentur primò, quia ſtatutum ſiue lex† ge-
neraliter loquens comprehendit etiam cauſam
dotis,ſi in eo caſu de quo loquitur dos non inue
niatur particulariter priuilegiata. Dec. conſ. 301.
Soc.Iun.in l.1.in 4.not.ff.ſol.matri.& d.conſ. 12.n.
16 14.& 15.lib.2.vbi dicunt dotem† non eſſe particu
lariter priuilegiatam in materia probationum.
Alex. d.conſ.13.in 2.dub.Bal.Nouell.in tract. dot.
in 12.ſpec.9.par.

Secundò mouentur per tex.in c.1.de teſtib.in 6.
per locum à ſpeciali, nam ſpeciale eſt in crimine
17 ſimoniæ,vt mediator †etiam vna parte inuita ad-
mittatur, ſequitur quòd in contrarium eſt com-
munis regula,& hęc opinio quemadmodum ſem
18 per mihi verior viſa † fuit,ita etiam eſt magis cō-
munis,vt etiam atteſtatur Soc.Iun.d. conſ.12. nu.
19 17.lib.3.cùm dicti†proxenetæ repellantur à teſti-
ficando,etiam quòd non habeant ſalarium,ratio-
ne affectionis rei per ipſos pertractatæ.vt dicunt
Doct.vbique communiter.

Quæ opinio ſuadetur alio fundamento, videli
20 cet non eſſe veriſimile † in promiſſionibus dotiū
non confici inſtrumenta vel ſcripturas, ſiue ſaltē
adhiberi idoneos teſtes vltra mediatores,attenta
enim qualitate perſonarum , ſiue dos ſit magna,
21 ſiue parua, dicitur eſſe res † maximi momenti, cū
22 dicatur † patrimonium ipſius mulieris, l. Pompo
nius Philadelphus. ff.famil.erciſcun. & quòd in
23 cauſa probandæ dotis † proxenetæ non admittā-
tur,voluit perbelle Benuen.Strach. in tractat. de
proxenet.par.4. nu. 12. & ſeq. vbi Tiraquell. Go-
zad.Curt.Iun. & alios allegat.

Allegata in contrarium non obſtant , quia vni-
co verbo reſpōdetur omnibus fundamentis, cùm
24 parentes & alij inhabiles admittantur † ad pro-
bandum fauore matrimonij, quia in hoc reperi-
tur expreſſè priuilegiatum matrimonium,quem-
admodum in confeſſionibus abſenti factis, ac in
25 verbis † enunciatiuis, nec ſequitur argumentum
de dote tanquam ſequela matrimonij, quia con-
26 trarium eſt verius , cùm matrimonium † ſtare
poſſit ſine dote, nec pro eius eſſentia requiratur
dos.l.pen.C.de dona.ante nup.Dec.in auth. præ-
terea.nu.2.C.vnde vir, & vx.

Ita pariter commodè reſponderi poteſt ad d.c.
27 1.de teſtibus,in ſexto. vbi † proxenetæ admittun-
tur in odium ſimoniaci &c.

28 Quia non eſt mirum in materia ſimoniæ † in-
habiles admitti ad probandum,cùm metu pœnæ
committentes ſimoniam ſecretè eorum negocia
pe[illegible]ctent,quod crimē niſi per mediatores pro-
ba[illegible]tur,vtique probari non poſſet,immo non ſo
lùm in crimine ſimoniæ admittantur teſtes in-
29 habiles,ſed in aliis †etiam caſibus in quibus veri-
ſimiliter aliæ probationes non reperiuntur.l.con
ſenſu. C. de repud. ſecus in caſu noſtro, nem-
30 pe in promiſſione dotis. qui † cùm ſit actus non
ſolùm licitus,ſed neceſſarius,ad not.in l.1.ff.ſolu.
matri. imputetur eis, ſi teſtes habiles non procu-
rant adhiberi,ſiue inſtrumenta publica fieri, non
31 animaduertunt, & ita nouiter† vltra omnes alios
iuridicè videtur eſſe reſponſum ad d.c.1.de teſtib.
lib.6.

Et ſic



32 Et ſic iſta opinio,†vt dicebam,eſt verior,& ma
gis comm.

33 Poſſet tamen adhiberi diſtinctio † conſideran
do duos caſus.

Primus caſus quando conſtitutio dotis non
34 poſſet probari niſi per † proxenetas,& mediato-
res,& tunc nullam prorſus fidem faciant.

Secundus caſus quādo vltra teſtem proxenetā,
35 ſiue mediatorem † adeſſet alius teſtis idoneus nō
mediator quia attenta qualitate teſtis fidedigni,
36 fauore dotis, iudex † poſſet adhibere omnimodā
fidem dictis teſtibus. argument.notat. per Gram
37 mat.conſ.13.numer.15.16.& 17.vbi dicit teſti † in-
tegræ & bonæ vitæ eſſe ſtandum,præſertim quā-
do eſſet religioſus & ſpectatæ fidei, ſi ergo ſecun-
dùm Grammat.ibi ſtatur dicto vnius teſtis inte-
gerrimi, quanto magis erit ſtandum in caſu no-
ſtro,quando vltra teſtem integerrimum concur-
reret dictum alterius teſtis, licèt proxenetæ , ſiue
mediatoris, quod iudicio optimi iudicis eſt relin
quendum.

In terminis autem caſus noſtri non erat opus
vti iſta diſtinctione , cùm omnes iſti teſtes eſſent
proxenetæ & mediatores,ac demum attinētes,&
38 cōiuncti dicto Lazaro,& licèt eſſent†ſacerdotes,
nihilominus repellantur , vt in indiuiduo tradit
Socin.Iun.conſil.12.nu.15.& nu.21. ſupra allegato
lib.2.qui in terminis per totum ferè conſiliū deci
dit caſum noſtrum.

Secundùm dubium nullam patitur dubitatio-
39 nē, cùm etſi vnaquæque † promiſſio intelligatur
de minori ſumma.l.nummis. ff.de legat.3.l. ſi ſer-
uus plurium.§.fi.de leg.1.l.ſemper in ſtipulationi-
40 bus de reg.iur.prædicta tamen † fallunt,quando
promiſſio eſt facta pro dote, quia tunc de maiori
ſumma intelligitur , ita notabiliter declarat in
materia dotis Bal.Nouell.in tract. de dot. priui-
leg.73.nu.1.per iura de quibus per eum,& eſt tex.
in l.ambiguis.ff.de reg.iur.& ſic quo ad iſtud ca-
put prefatus Lazarus fouebat ius,quòd etſi fuerit
facta alternatiua promiſſio de ſexcentis vel ſe-
41 ptingentis florenis,intelligeretur facta† de maio
ri ſumma fauore dotis , vt ſuprà deductum fuit,
ſed quia de dicta promiſſione non conſtabat per
teſtes fidedignos,non opus erat huiuſmodi diffi-
cultatem aggredi : ego decreueram abſoluere di-
ctum dominum Ioannem reum cōuentum à pe-
titis,& reuocare ſententiam dicti domini proui-
carij Nucerini, ſed demum reduxi dictas partes
ad concordiam pro ſumma florenorum quingen
torum,& ita de conſenſu partium declaraui, ma-
nu Ser Octauiani Aurelij, Peruſini Notarij Curia
lis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO XCVI.

## SVMMARIVM.

1 *Statuti Peruſini diſpoſitione poteſt prorogari inſtan
tia ad quindecim alios dies,n.2.& n.14. & ver
ba dicti ſtatuti ſunt directa in perſonam iudicis
& nu.19.*

3 *Citatio in huiuſmodi caſu non requiritur virtute
dicti ſtatuti, & ex ſtylo Curiæ Peruſinæ.*

4 *Statutum remittens arbitrio iudicis prorogationē,
cenſetur remittere arbitrio boni viri, declara in
caſu noſtro, vt infra nu.35.*

5 *L.de vnoquoque.ff.de re ind.ampliatur & limita-
tur remiſſiuè.*

6 *Stylus potius quàm conſuetudo dicitur de actibus
iudicialibus.*

7 *Stylus poteſt induci à maiori parte populi,cùm ſciē
tia magiſtratus habentis authoritatem.*

8 *Stylus ad hoc vt obſeruetur, requiritur quòd confir
metur à ſuperiore,declara hoc habere locū,quā-
do tractatur de totali præiudicio,n.28.29. & 37.*

9 *Auditores non habent authoritatem confirmandi
huiuſmodi ſtylum.*

10 *Citatio quòd requiratur de ſtylo in huiuſmodi pro-
rogatione, aliqui atteſtati fuere,alij verò ſecus
dicebant.*

11 *Styli ſtante diuerſitate à iure ſcripto non receditur,
& de ſtylo notariorum conſuluit Deci.& infrà
nu.12.*

13 *Stylum modo album,modo nigrum.*

15 *Citatio requiritur quando per partem nihil oppo-
ni poteſt,& tunc ſicut prorogatio poteſt fieri in-
uito aduerſario, multo magis ipſo ignorante, &
nu.16.17.& 36.*

18 *L.non quicquid.ff.de iudi.inductio.*

20 *Appellationē non eſſe deſertam in dubio eſt pro-
nunciandum, & nu.23.*

21 *Iudex debet potius peccare in tēpore, quàm in re.*

22 *Stylus ille præfertur cum quo concurrit præſumptio
iuris communis,quando diuerſimode ſtylus ob-
ſeruatur.*

24 *Ius cōmune minus debet lædi, quàm ſit poſſibile.*

25 *Appellanti datur annus, & ex cauſa biennium.*

26 *Appellari debet intra decē dies , non ſolùm quā-
do appellatur à diffinitiua,ſed etiam quādo ap-
pellatur ab interlocutoria, & nu.27.*

30 *Stylus concernens modum agendi poteſt induci
abſque confirmatione ſuperioris, & poteſt indu-
ci coram inferioribus iudicibus, & nu.31.*

32 *Stylus poteſt induci abſque citatione partis , nec
requiritur obtineri in contradictorio iudicio.*

33 *Procedendi modum omnes actus dicuntur concer-
nere ,qui fiunt ante ſententiam diffinitiuam.*

34 *Sententiam in dubio accipimus diffinitiuam.*

36 *Stylo curiæ Peruſinæ probatum extitit quòd ab an
anno 1540. vſque in præſentem diem in proro-
gatione inſtantiæ non fuit pars citata.*

39 *Stylus vltimus attenditur cum præcedentia & ſe-
quentia declarent quæ ſint in medio.*

40 *Buonſignorus Finettus Romanæ Rotæ Auditor,
Peruſiæ, & Vmbriæ Gubernator inclinauit in
opinionem Authoris.*

41 *Buonſignor Finettus Romanæ Rotæ Auditor fuit
creatus Gubernator Peruſiæ, & Vmbriæ à S. D.
N. Pio V. & Gubernium ipſius laudatur.*

## Argumentum.

Styli materia hic explanatur exactiſſi-
mè,quid ſit ſtylus, & quomodo introdu-
catur, & reſoluitur per Authorem de ſty-
lo curiæ Peruſinæ, poſſe prorogari inſtan-
tiam ad alios quindecim dies , etiam non
citata parte.

DOMINVS Carolus de Raneriis
Peruſia in cauſa quam habebat cum
Franciſco Petrino de eadem ciuita-
te ſuper ſumma ſcutorum tricento-
torum quinquaginta petiit proroga
1 ri inſtantiã†recurſus ad alios quindecim dies,vir-
tute ſtatuti Peruſini,rub. 81.lib.primo, verſi.addẽ
tes dicimus, vbi talia formalia verba leguntur,
2 †quòd iudex aditus & corã quo cauſa recurſus a-
gitaretur, poſſit & valeat ſi ſibi videbitur metam
& terminum dictorum quindecim dierum pro-
rogare ad alios quindecim dies immediatè ſequẽ
tes, dummodo dicta prorogatio fiat ante lapſum
primorum quindecim dierum, & de tali proro-
gatione rogetur notarius cauſæ.Apparet in actis
me prorogaſſe inſtantiam ad alios quindecim
dies, ex aduerſo replicabatur inſtantiam primam
fuiſſe peremptam,cùm dicta prorogatio fuerit fa
cta non citata parte, reſpondebat D. procurator
dicti domini Caroli,non fuiſſe neceſſariam partis
citationem, tum ob verba dicti ſtatuti,tum ex
3 † ſtylo curiæ generalis Peruſinæ,de quo ſtylo te-
ſtificati fuere maior pars dominorum procurato-
rum Peruſinorũ, verũ quia dominus procurator
dicti Franciſci produxit, ac exhibuit quamplures
proceſſus agitatos per multos annos poſtea in
hac curia, in quibus in terminis dicti ſtatuti appa
rebat in prorogatione inſtantiæ fuiſſe citatam
partem, extitit ſuper dicto emergẽti dubitatum,
quid iuris, ſuper quo fuit per me data ſententia,
prout in cedula patet.

Et aſſumendo partem dicti Franciſci videbatur
inſtantiam eſſe peremptam.

4 Primò, quia licèt † ſtatutum remittat arbitrio
iudicis prorogationem inſtantiæ,cẽſetur nihilo-
minus ei remiſſum arbitrio boni viri,& ſic partis
citatio videbatur requiri. Decius in l. ſoror.C.de
collat.exactiſſimè Menoch.in tract. de arbit.iudi.
5 quæſt.7. libr.1. & eſt † regula generalis, l.de vno-
quoque.ff.de re iudi. quam regulam hodie cum
pluribus ampliationibus & limitationibus exor-
nat Ant.Gabr. lib.comm.conclu.2.concl.1. in tit.
de citationibus.

6 Secũdò,quia in†actibus iſtis iudicialibus pro-
7 priè non dicitur conſuetudo,ſed ſtylus, † qui ſty-
lus,licèt nõ requiratũr induci à toto populo, ſed
à maiori parte populi, requiritur tamen illũ in-
duci coram magiſtratu habente authoritatem le-
gis condendæ. Alex.conſil.36.in fin.lib.2. Dec. in
rub.extra de conſue.col.3.& conſ.677. in fi. Cra-
uett.qui melius cæteris hanc materiam declarat
in tract.de antiqui. tem.in 4.par.prin.n. 18.& vl-
tra iſtos idẽ in fortioribus terminis tenet Grãm.
in conſ.1.n.18.19.& 20.quod cõſilium eſt in mate
ria fori iudicationis,& reperitur impreſſum im-
mediatè poſt deciſiones eiuſdem Grammat. vbi
8 dicit,quòd ad hoc ſtylus ſit †obſeruandus,requi-
ritur quòd ſit confirmatus authoritate ſuperioris
mediante aliqua ſua conſtitutione ſeu confirma-
tione,poſt Alber.Alex.Iaſ.Fely. & alios quos alle
gat.in caſu vero noſtro non ſolùm non reperitur
confirmatus ſtylus à ſuperiore,ſed nec etiam pro
batur inductus, & ſeruatus tacitè coram Illuſtriſ
ſimis Legatis ſeu Gubernatoribus iſtius prouin-
9 ciæ, ſed tantummodo coram† eorum auditori-
bus non habentibus poteſtatem neque confirmã
di huiuſmodi ſtylum, neque etiam tacitè inducen
di per ſupradicta.

Præterea tertio loco non fuit legitimè probatũ
huiuſmodi ſtylum,cùm multi cauſarum patroni
huius curiæ atteſtati fuerint adeſſe huiuſmodi
10 ſtylum, † vt pars citetur in prorogatione dictæ
inſtantiæ:multi autem citationem huiuſmodi nõ
requiri ex dicto ſtylo depoſuerunt, quare ſtante
11 tali † diuerſitate à iure ſcripto non receditur.Bar.
12 in l.2.in princ.ff.ſol.matri.& in terminis ſtyli †no
tariorum tradit Dec.conſ.11.& pro tenui. nu. 12.
13 vulgò enim dici ſolet † ſtylum modò album mo
dò nigrum.

Verùm pro parte dicti domini Caroli faciebãt
plura & potiora fundamenta, per quæ videbatur
omnino concludendum dictam prorogationem
per me factam non citata parte ſubſiſtere etiã ſe-
moto ſtylo.

Et ſolidum fundamentum huius concluſionis
14 eſt diſpoſitio dicti † ſtatuti,quo expreſſè cauetur
per iudicem ad omnem partis requiſitionem poſ
ſe inſtantiam prorogari ad alios quindecim dies,
ſi ergo(vt innuunt verba dicti ſtatuti) per partem
15 nihil opponi poteſt,quin prorogatio illa fiat, ſe-
quitur partis citationẽ minimè requiri,cùm ergo
dicta prorogatio poſſit fieri inuito aduerſario,
16 † multo magis ipſo ignorante & nõ citato. l. qui
poteſt.ff.de reg.iur.vbi Dec.Cagnol.& alij. idem
Dec.in terminis citationis in conſil.698. in caſu.
nu.3.poſt Oldrad.Rom. & Alex.quos allegat. idẽ
tradit infinitos ferè congerens dictus Antonius
Gabriel.d.lib.commun.opin.2.tit. de citatio. nu.
333.in 16.limitatione.& iſta eſt communis opinio
quando præſertim eſt certum, prout in caſu no-
17 ſtro,quòd ſi pars fuiſſet præſens non † potuiſſet
iudicem vel principem trahere in ſuam ſenten-
tiam.

Secundò facit regula l. non quicquid.ff.de iudi.
18 Non quicquid† (dicit ibi Iuriſconſ.)iudicis pote-
ſtati permittitur, ſubiicitur iuris neceſſitate. quã
regulam ponit Felyn.in c.exceptionem.n.5.quar-
19 to caſu. extra de excep. & hæc omnia † de facili
procedunt quando verba diriguntur in perſonã
iudicis,prout cantant verba ſtatuti noſtri de quo
loquimur Hoſtienſ.& Imola in capitul.ſignifica-
uerunt.extra de teſtib.Menoch.in d.tract.de arbi.
iud.quæſt. 7.nu.79.lib.1.

Confert ad hæc iuris regula quæ eſt in dubio
20 eſſe pronunciandum appellationem†non eſſe de-
ſertam, ita vltra loca vulgaria tradit Socin. Iun.
21 conſ.31.lib.3.† adagio enim fertur potius in tem-
pore,quàm in re: ipſi enim Franciſco nihil de ſuo
iure deperit in negocio principali, ſed ſolùm
aliquantum negocium ipſum principale dif-
fertur.

Confirmatur prędicta,quia etſi ſtylus fuerit di-
uerſimode obſeruatus, magis videtur præualere
22 †ille ſtylus cumquo concurrit etiam præſumptio
23 iuris,quæ eſt, quòd in dubio † non præſumatur
appellatio deſerta,& debet etiã fieri interpreta-
24 tio,vt minus lædatur † ius commune. l. 2. C. de
noxa. act.cùm ex diſpoſitione iuris cõmunis de-
25 tur † annus,& ex cauſa biennium. auth. ei qui ap
pellat.C.de tempo.appell.cum vulgaribus.

Sed



Sed quid plura? innotuit dicta prouincia D.
procuratorem dicti Franciſci,& non appellauit,
26 † intra debitum tempus, ex quo fecit dicta pro-
nuncia tranſitum in rem iudicatam,& vtique di-
27 cta appellatio † debet fieri intra decem dies, non
ſolum quando appellatur à diffinitiua. auth. ho-
die.C. de appell. ſed etiam quando appellatur ab
interlocutoria. gl.in c. ſignificauerunt. extra de
teſtib.Bald.& Iaſ.in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſda-
cogan.Marant.in tract.iud.par.6.nu.202. verſ.ter-
tiò principaliter.

28 Accedat prædictis,quia licèt ſtylus †non poſſit
induci niſi coram ſuperiore habente poteſtatem
legis condendæ, vel cum confirmatione ipſius ſu
29 perioris, hæc tamen procedunt † quando agitur
de totali pręiudicio cauſæ, & negocij principalis
30 ſed quãdo ſtylus concernit † modũ agendi(prout
in caſu noſtro) tunc non requiritur confirmatio,
31 & ſtylus iſte poteſt †induci etiam coram inferio-
ri iudice.Ita notanter tradit Aym.Crauett.in trac.
de antiquit. tempo.in 4.par.allegat.Bartho.Socy.
conſ.36.numer.2. & conſ.39.col.5.lib.4. vbi dicit
Crauet.poſt alios non requiri citationem, neque
32 quòd fuerit dictus ſtylus obtentus † in contradi-
ctorio iudicio,& de citatione.idem vltra eos tra-
dit Afflict. deciſ.391. num. 5. & licèt Crauett. ex-
primat prędicta habere locum,quando ſtylus cõ-
cernit modum procedendi, mihi videtur includi
33 caſus noſter,nam †omnes actus dicuntur concer
nere modum procedendi, qui fiunt ante ſenten-
tiam diffinitiuam, vt tradunt Doct. in l. cunctos
populos.C. de ſumma Trini.& fid.catho.& debet
34 intelligi doctri.Docto. † de ſententia diffinitiua,
& cognitionis negocij principalis.arg.not.in l.1.
ff.ſi ager vect.vel emph.pet.

Contraria non obſtant, quia tunc requiritur
35 citatio,quando †verba non ſunt directa in perſo-
nam iudicis, vt ſupra ex Menoch. dicebam, quæ
36 citatio non eſt pariter neceſſaria, quando † pars
non poteſt contradicere, & in ſtylo tunc requiri-
tur confirmatio ſuperioris, vel quod fuerit indu-
ctus coram ſuperiore habente poteſtatem legis
37 condendæ, quando tractaretur de ſtylo †concer-
nente negocium principale, non autem modum
procedendi, vt Crauett. poſt alios dicebat, & li-
cèt ſtylus ille fuerit diuerſimode obſeruatus ta-
men in hoc concordant cauſarum patroni, quòd
38 ab † anno 1540.vſque in præſentem diem de ſtylo
non fuerit citata pars,& ſic vltimus iſte ſtylus eſt
39 attendendus, cùm præcedentia †& ſequentia de-
clarent quæ ſunt in medio.Ruyn.conſ.114.nu.7.8.
& 18.lib.3.

Sed etiam ſemoto ſtylo in terminis dicti ſtatu-
ti iudicaui poſſe fieri prorogationẽ ad alios quin-
decim dies, etiam non citata parte, licèt,quando
pręcederet citatio,eſſet abundare cautela,feci ver
bum de hoc caſu coram me pendente cum Reue-
rendiſſimo domino patrono meo obſeruandiſſi-
40 mo,Domino†Buonſignoro Finetto Senenſi,Ro-
manæ Rotæ Auditori,ad præſens Peruſiæ & Vm-
brię generali Gubernatore,qui inclinabat in meã
ſententiam, cùm præſertim iam inſtantia fuerit
prorogata, & ita iudici viſum fuerit, adeo quòd
alacriori animo ſteti in meam ſententiam, audita
opinione Reuerendiſſimi Domini mei, qui ob
41 eius virtutes,†& præſertim ob ſcientiam profun-
dam legalem annis proximè elapſis fuit coapta-
tus in numero dominorum auditorum Sacri pa-
latij Apoſtolici, & ad pręſens à Summo Pontifi-
ce Pio V. fuit deputatus ad hanc prouinciã mo-
derandam & gubernandam, quippe qui in præ-
ſenti gubernio ius ſuum vnicuique tribuit,& pa-
catam ciuitatem hanc & prouinciam reſtituit cũ
laude, amore, ac timore omnium. Scripſi cedulã
ad fauorem dicti domini Caroli contra dictum
Franciſcum Petrinum, manu Ser Simonetti Pe-
ruſini, Notarij Curiæ generalis, licèt crediderim
non fuiſſe publicatam, & partes feciſſe concor-
diam. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactioni contrauenien s, efficitur periurus.*
2 *Remedium l.2.C.de reſcind.vendi.ſecundum ali-
quos, non habet locum in venditione iurata.*
3 *Remedium d.l.2. non habet locum quando eſt facta
venditio cum pacto redimendi, quia debet fieri
æſtimatio cum dicto pacto.*
4 *Vendita res cum pacto redimendi valet minus
triginta florenis pro quolibet centenario floreno-
rum, & num.5. & 6.*
7 *Teſtes debent deponere rem valere tot cum illo
pacto redimendi, & non ſimpliciter, aliàs non
probant, immo licèt articuletur, difficiliter tamẽ
probatur per teſtes præſertim idiotas.*

### Argumentum.

**Remedium l.2.C.de reſcin.vendi. non
habet locum, quando eſt facta venditio
cum pacto redimẽdi, niſi teſtes deponant
de valore rei, etiam adhibito pacto illo
redimendi, quod quidem pactum facit
valere rem minoris precio triginta pro
quolibet centenario, & propterea eſt ar-
ticulandum & probandum de valore rei
adhibito dicto pacto, materia notabilis,
quotidiana,& quolibet die contingens in
facto.**

BERTVS Marci Roberti de villa
Pontis Cipporum, vendidit D. Eli-
ſabettæ Nicolai detto da l'occhio
duas eminas terræ ſitæ in pertinen-
tiis caſtri Lidarni,in vocabulo,li ter
mini, iuxta ſua notiſſima latera pro florenis 60.
pro qualibet emina, cum pacto quòd dicto Ber-
to liceat pro eodem precio redimere dictas duas
eminas terræ intra terminum trium annorum,e-
lapſo dicto termino trium annorum præfatus Ber
tus conuenit dictam Eliſabettam ſub prætextu
quòd in dicta venditione fuerit enormiſſimè læ-
ſus, probauit per multos teſtes dictas terras tunc
temporis valere non ſolùm dictos ſexaginta flore
nos,ſed etiam centum triginta pro qualibet emi-
na, & propterea tanquam læſus vltra dimidium

T

iuſti precij inſtabat dictum inſtrumentum reſcin
di, iuxta diſpoſitionem.l.2.C.de reſcin.vend.

Putaui tamen ex infraſcriptis huiuſmodi reme
dio non eſſe locum.

1 Primò, quia † contraueniendo eſt effectus per-
iurus, ad not.in l.ſi quis maior.C.de tranſact.

2 Secundò, quia † remedium d. l. 2. non videtur
haberè locum in venditione iurata, vt dicit Ca-
gnol. in d.l.2.num.91.verſi.quæſtio frequens.hoc
tamē nō firmo, ſed me remitto ad not.per Cæph.
conſi.34.num.26. lib.1. Burſat.conſi.9. num.36.&
conſ.117.num.15.lib.1.

3 Tertiò, quia †remedium d.l.2. non habet locū,
quando eſt facta venditio cum pacto de redimen
do, quia tunc debet fieri æſtimatio rei venditæ
cum dicto pacto de reuendendo, vt tradit Tira_
quell.in tract.de vtroque retract. in præfatione,
4 num.25.& res vendita cum dicto †pacto cenſetur
valere minori precio florenorum triginta quo-
libet centenario florenorum, vt præfatus Tira-
quel. dicit in dicto loco, num. 20. & de commu.
5 teſtatur, adeo quòd ſi res † vendita fuit pro flore-
nis cētum pro qualibet emina, cum dicto pacto,
communiter debet iudicari commune precium
eſſe florenorum ſeptuaginta propter onus dicti
pacti de redimendo, vt per Tiraquell.d.loco, d.nu
mero 20.& 25.

6 Quæ res †vendita cum dicto pacto debet mi-
nori precio æſtimari, vt dicebam, & vltra Tiraq.
idem voluit Abb. & Doct. in c.ad noſtram.extra
de emp. & vendi.Iaſ.conſ.151. 2.col. & 153. col. 4.
lib.4.Soc.conſi.248.in fi.lib.2.& 57.lib.4.Crauet.
conſil.145.num.9.Dec.conſi.167.& 338.Pariſ.con-
ſil.83.num.37.lib.2.Corn.conſ.141.litera enim.lib.
1. Ruyn.conſil.66.num.9.lib.4.Cagnol.in repet.l.
2.num.16.num.36.C.de reſcind. vend. Soc. Iaſ. &
Rip.in l.1. §.etſi hæres. ff. ad trebell.& quod valet
centum cum dicto pacto, valet ſeptuaginta. Soc.
conſi.15.col.pen.lib.1.quem refert & ſequitur Ro-
lan.à Valle conſi.96.n.38.& ſeq.lib.2.vbi num.42.
poſt alios dicit, quòd probando quis ſimpliciter
7 precium rei non debet obtinere † in remedio l.2.
ſed debet probari rem eſſe tanti valoris cum illo
pacto. Allegat Ruyn.conſi.16.num.5.lib.4.& Ca-
gnol. in d.l.2. numer. 16. aliàs venit abſoluendus,
quod eſt admodum notandum, quia ego multo-
8 ties vidi † hoc articulari, ſed nunquam probari,
nec mirum, quia cum iſti termini ſint de apicibus
iuris, & niſi teſtes ſint literarum expertes, vix poſ
ſunt percipere efficaciam iſtius propoſitionis, &
conſequenter concludenter probare, ex quibus
motiuis inclinatus decreueram ſententiare cōtra
dictum Bertum, reduxi tamen partes ad quandā
concordiam, & de conſenſu partium ſententiaui,
& ſententia ab ambabus partibus fuit acceptata,
manu Ser Philippi Peruſini, Notarij Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſiue conſtitutio tunc ligat, quando eſt in vſu, & onus probandi fuiſſe in obſeruantia, incumbit fundanti ſe in ſtatuto, ſiue conſtitutione, & nu.2.*
3 *Minor pars non poteſt præiudicare maiori parti, & infra num.6.*
4 *Ex facto ius oritur.*
5 *Conſtitutio ſemper loquitur tanquam lex.*

### Argumentum.

Statutum, ſiue conſtitutio tunc ligat, quando eſt in vſu, & fundans ſe in ſtatuto, ſiue conſtitutione debet probare eſſe in vſu, & minor pars vniuerſitatis non poteſt præiudicare maiori parti, vide hic lector quid determinetur per Authorem, in collegio artis clauariorum ciuitatis Peruſiæ, quæ determinatio poterit ſæpe deſeruire in aliis collegiis & vniuerſitatibus.

PRIORES & Propoſiti artis cla-
uariorum ciuitatis Peruſiæ egerunt
contra multos clauarios aduenas, vt
ſoluerent gabellas ſolitas, iuxta eo-
rum matriculas quas produxerunt,
præfati clauarij aduenæ recuſabant ſoluere dictas
gabellas aſſerentes dictam matriculam vllo vn-
quam tempore fuiſſe obſeruatam, niſi quoad Pe-
ruſinos, & continuò habitantes Peruſiæ, aſſere-
bántque dictas conſtitutiones non fuiſſe ſimpli-
citer confirmatas, ſed quatenus ſint in vſu, ita e-
nim cantat confirmatio Illuſtriſſimi & Reueren-
diſſimi Cardinalis Ariminenſis, tunc temporis
Peruſiæ & Vmbriæ Legati, & aliæ confirmatio-
nes Illuſtriſſimorum Legatorum, & Reuerendiſ-
ſimorum Dominorum Gubernatorum pro tem-
pore exiſtentium, quo fit vt primo aſpectu vide-
retur dicendum dictos clauarios aduenas mini-
mè teneri, non obſtante dicta matricula, quæ
1 cùm non ſit in vſu eos non ligat, lex enim, †ſta-
tutum, ſiue conſtitutio tunc ligat, quando vide-
licet eſt in vſu, aliàs ſecus.c.1.vbi latè Felyn.extra
de treuga & pac.Soc.in l. ſi filius eius. num. 7. ff.
de libe.& poſthu. Dec. conſil. 469. ponderando.
numer.8 Pariſ.conſ.105. num.8. lib.4.Cæph.conſ.
136. n.18. lib.1. Rolan.à Valle conſi.99. n.39.lib.2.

Et ipſi clauarij aduenæ habent intentionem
fundatam, cùm non ad ipſos, ſed à parte aſſeren-
2 te ſtatutum ſiue † conſtitutionem fuiſſe obſerua-
tam incumbat onus probandi, vt poſt alios tra-
dit Roland.d.conſil.99. nu.39.lib.2.

Immo non ſufficit ſtatutum, reformationem,
ſiue legem eſſe obſeruatam à minori parte popu-
li, ſed requiritur fuiſſe obſeruatam à maiori parte
3 populi, ne ſit † in poteſtate minoris partis præ-
iudicare maiori parti, ita dicit Pariſ.conſ.105. nu.
9. lib.4. adeo quòd licet aliqui ex clauariis adue-
nis ſoluerint dictas collectas, non potuerunt af-
ferre pręiudicium maiori parti aliorum clauario-
rum, vt tradit Pariſ.d.conſ.105. nu.9.lib.4. & hæc
erant quæ excogitaui facere contra dictam artem
quæ verè nil faciunt ſi factum, prout iacet, intel-
4 ligatur, † cùm ex eo ius oriatur.l.ſi ex plagiis.ff.ad
legem Aquil.

Præ-



Præſupponendum eſt igitur in facto, quòd cō-
ſtitutio cantat, quòd tam clauarij degentes Peru-
ſiæ, quàm alij forenſes teneantur ſoluere arti di-
ctorum clauariorum tale quid.

Præſupponendum eſt etiam quòd per camera-
rios dictæ artis fuit probatum in proceſſu dictam
conſtitutionem eſſe in vſu.

Demum eſt præſupponendum in proceſſu fuiſ
ſe deductum & probatum maiorem partem cla-
uariorum forentium cōuerſantium Peruſiæ per-
ſoluiſſe dictas collectas, adeo quòd concurrunt
omnia requiſita ad hoc, vt iſti teneantur ad ſolu-
tionem dictarum collectarum.

Concurrit primò conſtitutio, ſiue matricula
quæ ſemper loquitur tanquam lex.l.Arriani. ff.de
5 † act.& obliga.quæ quidem matricula, vt in præ-
ſuppoſitis affirmabam, ſemper fuit in vſu, prout
requiritur, ad not.per Doct.in d.c.1.extra de treu-
ga & pac.Dec.d.conſ.469.ponderando. nu.8. Pa-
riſ.conſil.105.nu.8.lib.4.Ceph.d.conſil.136.nu.18.
lib.1.Rolan.à Valle d.conſi.99.nu.39.lib.2.

6 Fuerunt † etiam probatæ ſolutiones à maiori
parte dictorum clauariorum forēſium eſſe factas,
vt requiri dicebat Pariſ. d.conſ.105. nu.9. libro 4.
propterea cùm omnia requiſita fuerint probata,
ego ſententiaui ad fauorem dictæ artis clauario-
rum contra clauarios aduenas & forenſes recu-
ſantes ſoluere, manu Ser Raynaldi de Rubeis, No-
tarij Peruſini. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubendo cenſetur omnia ſua bona tradidiſſe in dotem. & infra nu.2. præſertim quando vir eſſet dignus tanta dote, & infra num.3. vel ſecundùm Bal. dos debet conſtitui arbitrio boni viri, & infra num.4. interueniente maximè patientia, ſed contra, vt infra num.8. & eſt comm. opin. vt infra nu.26.*
5 *Matrimonia ex generali conſuetudine non contrahuntur ſine dote.*
6 *Dos incerta debet declarari pro modo facultatum, & dignitate perſonarum.*
9 *Matrimonium poteſt ſtare ſine dote.*
10 *Dotis conſtitutio præſumi non debet, cùm ſit quid facti.*
11 *Dos dicitur variabilis, & quando maiores, & quando minores dotes conſtituuntur.*
12 *Dos eſt titulus qui non præſumitur.*
13 *Patientia quando præiudicet.*
14 *Mulier ſimpliciter nubendo cenſetur conſtituere marito dotem ſibi relictam in teſtamento.*
15 *Mulier ſimpliciter ſecunda vice nubens, cenſetur conſtituere eandem dotem quam cōſtituerat primo viro, & nu 16. ſi tamen plures habuiſſet viros, quoad iſtud lucrum attēderetur vltima dos, & num.17.*
18 *Medicus diuerſis vicibus ab aliqua communitate conductus, ſi denuo conducatur ab eadem communitate, cenſetur conductus cum ſalario, quod vltima vice habuit à dicta communitate.*
19 *Vxor confitendo legitimè ſe conſtituiſſe dotem viro ſibi præiudicat.*
20 *Vxor ſibi præiudicat, quando permittit ipſa ſciente virum poßidere eius bona tanquā dotalia, limita vt per Authorem infra nume.21. & nume. 22. quando videlicet vxor poſſet ſe obligare abſque præſentia conſanguineorum, & vxor eſſet maior.*
23 *Conſuetudine ſiue ſtatuto induci poteſt, vt vir lucretur certam partem dotis, etiā nulla facta conſtitutione dotis.*
24 *Vxor dicens viro, do tibi bona mea, intelligitur dare in dotem, licèt hoc non dixerit, & ſic præmoriente vxore, vir lucrabitur partem dotis ſtatutariam.*
25 *Maritus ſuperlucratur dotem, etiā nulla facta conſtitutione dotis, quādo vir eſſet dignus tanta dote, & vxor tali viro indiguiſſet, pro recuperatione ſuorum bonorum.*

### Argumentum.

Deciſioni huic qui vigilanter incūbet, abſque reuolutione chartarum inueniet cumulatas omnes & ſingulas limitationes, quando vir ſuperlucretur partem dotis ſtatutariam etiā nulla à principio conſtituta dote, quandoquidem regulariter non cōſtituta dote vir nihil ſuperlucretur, cùm ex commun.opin. cenſeatur contractum matrimonium ſine dote.

DOMINA Horatia filia dominæ Eliſabettæ de villa Tuori, comitatus Peruſiæ egit aduerſus quendā Ceccum Mariam pro relaxatione quorundam bonorum tanquam ad ſe ſpectantium & pertinentium, qui præfatus Ceccus Maria dicebat tertiam partem dictorum bonorum pertinere vigore ſtatuti Peruſini permittentis virum ſuperlucrari tertiam partem dotis, quando mulier prædecedit in matrimonio, cúmque præfata domina Heliſabeth mater dictæ dominæ Horatiæ præmortua fuerit in matrimonio, iure merito putabat ipſi competere retentionem dictæ tertiæ partis bonorum, ex aduerſo replicabatur præfato Cecco Mariæ non competere aliquam retentionem, cùm nulla à principio fuerit cōſtituta dos: fuit igitur dubitatum, an ex quo dictæ dominæ Heliſabettæ nulla fuit conſtituta dos, ipſe Ceccus Maria poſſit ſuperlucrari dictam tertiam partem dotis ſaltē arbitrio boni viri conſtituendæ.

Ad fauorem dicti Cecchi Mariæ facere videntur infraſcripta.

1 Primò, † quia mulier ſimpliciter nubendo cē-
ſetur omnia ſua bona tradidiſſe in dotem. l.dotē.
& l.diuus.ff.de iur.dot.l.cùm maritus. §.Titius.ff.
de pact.dota.l.in his. §.vxor. ff.ſolut.matrim. vbi
2 probatur, † quòd mulier contrahendo matri-
monium cum aliquo, tacitè ei videtur conſtitue-
re bona omnia in dotem, & fuit de mente Ariſto.
relatis per glo.in l.mulier bona.in princ.ff.de iur.
3 dot. † quando maximè vir eſſet dignus tanta do-
te, idem tenuit Bart.in l.ſi conſtante.in 4.quæſt.3.

T 2

quæſt.princip.ff.ſolu.matri.& in l.fi.ver. ſed quid
ſi tradidit.ff.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.
Abb.conſi.46.in 2.dubio.lib.1.& Bal.in conſ.100.
4 lib.4.vbi dicit † ſaltem deberi dotem marito ar-
bitrio boni viri, & inter alia allegat rationem,
5 † quia matrimonia ex generali conſuetudine non
6 contrahuntur ſine dote, & quando † dos eſt in-
certa, debet declarari pro modo facultatum & di-
gnitate perſonarum.l.cùm poſt.§.gener.& l.quæ-
ro.ff.de iur.dot.Alex.conſi.159.viſis inſtrumentis.
ad fi.lib.7.ita etiam arguit Soc.Iun.conſ.8. in prę-
7 ſenti.nu.13. lib.2. præſertim quando † interuenit
ſaltem patientia, prout in caſu noſtro, quia ſecun
dùm Soc.Iun.vbi ſupra opin.Bald.videtur proba-
bilis & æqua, & eam ſequitur Iaſ.in rub.ff.ſol.ma
tri.col.5.verſi.adde quòd Bal.Iac.de Sancto Geor-
gio in l.mulier bona.ff.de iur.dot.
8 Sed ad fauorem dominæ Horatiæ † iura & do-
ctrinæ quãplurimæ Doct.reperiuntur, adeo quòd
( vt ex infraſcriptis apparebit ) iſta ſit recepta, &
communis Doct.opinio.quam tenuit in terminis
legum monarcha Bart.in ſua ſolẽni diſputatione,
incip.mulier habens magnum patrimonium, quæ
eſt quæſtio 7.in qua quidem diſputatione per de-
cem fundamenta hanc vltimam partem compro-
bat, & defendit, hanc eandem opinionem tenuit
Bal.ſibi contrarius in l.nulla.2.col.verſi.ſed pone.
C.de iur.dot.Rom.conſi.44.col.2. Caſtren. conſ.
283.col.2.cum conſil.56.Corn.conſi.127.2. colum.
lib.4.Alex.conſil.144.lib.5. Guid.Pap. deciſi.499.
Hippol.ſing.588. Iaſ.ſibi contrarius in l.ſi conſtan
te.col.32. ff.ſolut. matrim. Soc.Iun. conſil.8.lib.1.
Dec.in authen.præterea. nu.6. vbi etiam Curt.C.
vnde vir & vxor Gozad.conſ.33.nu.20. Dec.conſ.
521. & nouiſſimè Roland. à Valle in tract. de lucr.
dot.quæſt.81. vbi de communi teſtatur. & quæſt.
74.in qua quæſt.71.num.7.allegat vltra prædictos
Alex.conſ.122.col.2.in fi.lib.7.Soc.conſi.81.col.fi.
lib.3.Bal.Nouell.in tract.de dot. in 6.par. ſpec.14.
Campeg.in eod.tract.in 5.par.q.99.Calcan.conſi.
11.col.1.Dec.conſil.521.col.3. Bertrand. conſil.160.
col.2.lib.2. Pariſ.conſil.42. lib.4. col 5. Curt. Iun.
conſil.168.col.2.
Et licèt plura fundamenta allegentur, tria ta-
men ſunt, vel quatuor quæ ſtringunt.
Primùm, quia non eſt de eſſentia matrimonij
9 dos, ſine qua matrimonium † poteſt ſtare, non è
contra l.cùm multæ. C.de donat. ante nupt. l.3.ff.
de iur. dot. Salyc. in auth. maximis. C. de inceſt.
nup.Rolan.à Valle in tract.de lucr.dot.quæſt.101.
quid ſi ſtatutum.nu.2.
Cùm ergo matrimonium ſtet ſine dote, & in
caſu noſtro dos aliqua non fuerit conſtituta, cùm
10 ſit quid facti, conſtitutio † iſta dotis pręſumi non
debet, cùm facta non pręſumantur.l.in bello.§.fa-
ctæ.ff.de capt.& poſtli.reuer. cum ſimilibus præ-
11 ſertim cùm dos † ſit variabilis, & quãdo maiores,
& quando minores dotes conſtituantur, aliquan
do in pecunia numerata, aliquando in bonis ſta-
bilibus.Rolan.in d.quæſt.71.num.6.
12 Secundò, † quia dos eſt titulus, qui titulus non
præſumitur.§.aliæ.Inſtitu.de act. & tantùm ea di-
cuntur dotalia quæ in dotem dantur.l.ſi ego.§.do
tis.ff.de iur.dot.
13 Tertiò, quando † aliquis patitur fieri aliquid in
re ſua, & ille qui facit, timetur, & reueretur, iuxta
l.1. C.de bon.mat. Auth. de nupt.§.ſi verò, colla-
tio.4.talis patientia non præiudicat, vt etiam di-
cit Bartol. in d. diſputat. mulier habens amplum
patrimonium.num.3. & dicitur poſſidere iure fa-
miliaritatis.l.qui iure familiaritatis. ff. de acquir.
poſſ.Dec.conſi.400.Rolan. à Valle conſil.76. nu.
26.lib.1.
Limitatur tamen iſthæc communis opinio, vt
colligere ſparſim potui aliquibus modis, licèt à
Docto.non ita clarè hæc explicentur.
14 Primò, † quando vxori eſt relicta dos à patre,
vel alio, etiam in teſtamento, vel alia diſpoſitione
etiam imperfecta, quia tunc mulier etiam ſimpli-
citer nubendo cenſetur cõſtituere viro dotem ſi-
bi relictam, & ſic præmoriente vxore in matri-
monio vir lucrabitur partem ſtatutariam. Socyn.
Iun.conſil.8.num.14.15.& ſeq.lib.2.
15 Secundò fallit, † quãdo mulier habuiſſet alium
virum, cui conſignaſſet determinatam dotem,
tunc etenim ex quo etiam nubendo ſimpliciter
16 intelligitur eãdemmet dotem † conſtituiſſe ſecun
do viro quæ primo viro fuit conſtituta. gloſ. in
auth.ſed quamuis.C.de rei vxo.act.Riminal.con-
ſil.105.nu.2.& nu.11.lib.1. & conſil.63. num.4. iſte
ſecundus vir etiam non facta aliqua conſtitutio-
ne dotis lucrabitur partem ſibi debitã vigore ſta-
tuti, ſiue conſuetudinis Soc.Iun.d. conſi.8.nu.18.
lib.2.& conſi.29. in fi.lib.1.Rolan. à Valle de lucr.
dot.quæſt.75.Hoc tamen non intelligas procede-
17 re, quando † vxor plures habuiſſet viros, quibus
diuerſas dotes dediſſet, nam attenditur dos vlti-
mo viro conſtituta quoad ſuperlucrandam do-
tem.Ruy.conſi.137.nu.5.lib.4. Pariſ.conſ.34.num.
3.lib.3.ob quæ aliàs terminaui quæſtionem in con
18 tingentia facti in quodam † medico qui diuerſa
habuerit ſalaria à quadam communitate, fuit de-
mum reconductus idem medicus ab eadem com-
munitate cũ ſalariis ſolitis, ego dixi intelligi con-
ſtitutum ſalarium, iuxta id, quod vltimo loco ha-
buit. quod not.
19 Tertiò, quando † mulier aliquando confeſſa
fuiſſet præſente vel abſente parte, dummodo con
feſſio legitimè probetur, dicitur talem dotem e-
ius viro conſtituiſſe.Soc.Iun.d.conſil.8.nu.19.lib.
2.Soc.Sen.conſil.60.col.2.lib.1. Rolan.à Valle de
lucr.dot.quæſt.74.nu.12.
20 Quartò, quando vir † publicè & palàm etiam
ſciente vxore diceret ſe poſſidere dicta bona tan-
quam dotalia, quia tunc ex iſta patientia abſque
contradictione videtur conſtituta dos. Bertrand.
conſ 160.in fin.Calcan.conſil.11.verſ.ad eſt & alia
præſumptio.Rolan.à Valle de lucr.dot. quæſt.74.
in fi.vbi dicit dictam limitationem eſſe menti te-
nendam, quia per eam datur cautela marito ca-
pienti vxorem ſine dote, & quæ patitur eius bona
poſſideri per virum vt inducatur titulus dotis, te-
ſtibus aſſerat, & dicat dicta bona tenere & poſſi-
dere titulo & nomine dotis, quia tunc per mortẽ
eius nõ poterit priuari lucro dotis de quo in ſta-
tuto.hanc tamen limitationem intelligerem pro-
cedere, quando mulier poſſet ſe obligare abſque
præſentia proximiorum, nam ſi ſtatuto nõ requi-
reretur præſentia proximiorum, obligatio ſubſi-
21 ſteret, aliàs ſecus eſſet ſine dicta præſentia † ob ti-
morem



morem fraudum, cui mulieres ſubiacent. Bart.in
l.tranſactionem.C.de tranſact.Soc.in l.1. nume.6.
ff.de reb.dub. Cephal.conſil.109 nu.12.lib.1.quia
ſi non poſſet mulier abſque dicta præſentia face-
re hoc expreſſè, multo minus poterit facere taci-
tè.Secundò declararem hanc limitationem non
22 procedere in muliere † minore, quia præſumitur
ſimplex & ignara, apta magis vt decipiatur, quàm
vt decipiat.l.1.de minor.Dec.conſil.45. num.1, &
conſil.203.nu.5.Ruy. conſ.60. num.25.lib.3. Ceph.
conſil.109.nu.15.lib.1.
23 Quintò limitatur, & fallit, quando † adeſſet
conſuetudo, ſiue ſtatutum, quòd etiam nulla facta
conſtitutione dotis vxor intelligatur omnia eius
bona dediſſe in dotem vel aliam partem bono-
rum, tunc etenim ſtante tali conſuetudine vir lu-
crabitur partem dotis, etiam nulla facta conſtitu-
tione dotis.Bart.in auth.res quæ.col.3.C.commu.
de legat.Alexan.conſil.144.col.2.lib.5.& 122.col.3.
lib.7.Curt.Iun.in auth. præterea.col.8.verſ.tertiò
limita.C.vnde vir, & vxor. Rolan.à Valle de lucr.
dot.quæſt.71.in fine.
24 Sextò fallit, quando † mulier diceret viro ſuo,
do tibi bona mea, quia etſi nullam dotis fecerit
mentionem, nihilominus intelligi debet in dotẽ,
adeo quod præmoriente vxore ſine liberis vir lu-
crabitur partem dotis ſtatutariam. Rolan. à Valle
de lucr.dot.quæſt.72.per totam quæſt.
25 Septimò fallit, quando † maritus eſſet dignus
tanta dote, & mulier tali viro indigeret pro con-
ſeruatione bonorum, & quòd maritus recupera-
uerit bona ſciente vxore, & ad libitum ſuum de
eis depoſuerit.Calcan.conſi.11. Riminal.conſ.105.
num.1.lib.1.
In caſu noſtro nullum prædictorum interue-
nit, ſed eramus ſimpliciter in diſpoſitione iuris,
propterea ſententiaui ad fauorem dictæ domi-
næ Horatiæ contra dictum Ceccum Mariam,
quòd videlicet non ſuperlucretur aliquam par-
tem dotis.
Non obſtat conſil.Bal.100.lib.4. & alia allega-
26 ta, quia contra eum eſt † comm.opin.vt dicit Ro-
lan.à Vall.de lucr.dot.q.71.& Soc.Iun.conſ.8.lib.
1.& 20.lib.2. manu Ser Adriani Peruſini, Notarij
Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO C.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum probabitur per teſtes qui viderint mu-*
*tuare pecuniam, licèt quantitatem ignorent, &*
*poterit deferri iuramentum ſuppletorium, & nu.*
*2. ſi tamen ſumma ſit modica, & nu.4.*
3 *Iudex taxat quantitatem.*
5 *Iudicum poteſtas eſt maxima in cauſis breuibus.*
6 *Iuramentum ſuppletorium defertur in cauſis par-*
*uis.*
7 *Iuramentum prædictum defertur etiam in cauſis*
*magnis, quando eſſet pluſquam ſemiplenè pro-*
*batum.*
8 *Probatum dicitur pluſquam ſemiplenè, quãdo ſunt*
*duo teſtes, vnus integer, alter non, vel ſunt alia*
*cum vno teſte indicia.*

### Argumentum.

In hac breui, licèt ſucci plena, deci-
ſione determinatur, an ſit deferendum
iuramentum ſuppletorium, quando pro-
batur mutuum, ſed non quantitas mutua-
ta, quod iuramentum datur in cauſis par-
uis, niſi fuiſſet pluſquam ſemiplenè pro-
batum, quia tunc datur etiam in cauſis
magnis.

GREGORIVS hoſpes, aliàs il Bian
co, petebat cuidam Petro de monte
Aguto quandam pecuniarum ſum-
mam licèt minimam, ex quo præ-
fatus Petrus in hoſpitio dicti Gre-
gorij pluries manducauerat & biberat, cúmque
dictus Petrus hoc negaret, induxit nonnullos te-
ſtes, conteſtes dictum Petrum confeſſum fuiſſe eſ-
ſe debitorem pro prædicta cauſa dicti Gregorij,
ſed neſciebant quantitatem, & cauſa redacta ad
ſententiam fuit dubitatum, an præfato Grego-
rio fuiſſet deferendum iuramentum ſuppleto-
rium pro declaranda quantitate in qua erat cre-
ditor, & dubium faciebant allegata per Iaſ. in re-
pet.l.admonendi. nume. 202. & ſeq. ff.de iureiur.
1 vbi dicit Iaſ. poſt Bartol. quòd ſi † quantitas po-
teſt probari per alias coniecturas, puta quòd Ti-
tius petiit à Sempronio decem mutuo, certè per
iſtos alios teſtes qui viderunt numerari pecu-
niam, licèt quantitatem ignorent, mutuum pro-
babitur, allegat etiam Bald. in l.data opera. C.qui
accuſa.non poſſunt. & Caſtrenſ. in conſil.112. in-
cip.in cauſa quę vertitur.& alia de quibus ibi per
Iaſ.ſed in caſu noſtro non adſunt aliæ coniecturę,
meritò non videbatur eſſe locum iuramento ſup-
pletorio.
Pro dicto hoſpite faciebat in terminis caut.
Cæpol.210. aliquis. vbi dicit poſt Rayne. de Forli
2 in l.1.ff.de in litem iuran.ſi † mutuaui frumẽtum,
& probem mutuum, licèt non quantitatem, pote
rit deferri iuramentum ſuppletorium ſuper quan
titate, & refert D.Ray. aſſerentem ita fuiſſe iudi-
3 catum, dummodo † tamen iudex poſſit taxare di-
ctam quantitatem, licèt alleget Bar. aliter tenentẽ
in l.admonendi. in 11.col. ff.de iureiur. ſecundùm
quàm cautelam ego ſententiaui ad fauorem di-
cti hoſpitis, deferẽdo iuramentum ſuppletorium,
licèt non adeſſent aliæ coniecturæ. bene verum
eſt quòd ex eo inclinaui in ſententiam Cæpol. eſ-
ſe locum iuramento ſuppletorio abſque aliis con
4 iecturis, quia † ſumma erat modica: ſi enim ſum-
ma fuiſſet magni momenti, ego potius ſequutus
fuiſſem opi.Bar.Iaſ.& aliorũ quàm Cæpol.tenen-
tium dicto iuramento non eſſe locum, niſi con-
currant aliæ coniecturæ, quod voluit etiam Cra-
uet.conſ.198.num.9.vbi Bart.Alex.Iaſ. & Dec.al-
legat. tum quia mihi magis videtur vera, tum e-
tiã quia maioribus authoritatibus eſt fulcita, ma-
nu Ser Philippi Peruſini, Notarij Curialis. Et non
ſunt multi dies, quòd ſententiaui ad fauorem cu-
iuſdam principalis D. Ludouici Gerardi ſecun-
dùm d.cautel. Cæpol. dictus enim principalis D.
Ludouici probauerat ſe eſſe creditorẽ in quadam
parua olei quantitate, ego attenta parua quan-

titate mandaui eſſe deferendum iuramentum ſup
5 pletorium: † maxima enim eſt iudicum poteſtas
in cauſis leuibus, breuibus, paruíſque diffiniẽdis,
præſertim in iuramento probationum ſuppleto-
6 rio, quod in cauſis † paruis non in magnis defer-
tur. Iaſ. in repet. l. admonendi. nu. 222. ff. de iureiu-
rand. Socyn. in tract. fallent. reg. 204. fallen. 21. Me-
noch. in tract. de arbit. iudi. caſu 72. nume. 1. lib. 2.
cent. 1.

Quando tamen eſſet pluſquam ſemiplenè pro-
7 batum, † iuramentum ſuppletorium deferrere-
tur etiam in cauſis magnis & arduis. Gozadi. con-
ſil. 11. nume. 18. Crauett. qui multos cumulat. con-
ſil. 198. nume. 10. Alexand. conſil. 122. in fine. libro
ſecundo. Rolan. à Valle conſi. 16. in fine. libro pri-
mo. Burſat. conſil. 39. num. 36. lib. 1. Cephal. conſil.
141. num. 20. lib. 1. Natt. conſi. 305. nu. 5. Grammat.
deciſ. 42. num. 12. Petr. Duenna reg. 300. limita. 1.
8 & tunc † diceretur pluſquam ſemiplenè proba-
tum, quando ſunt duo teſtes, vnus integer, alter
non, vel ſunt alia cum vno teſte indicia, vt latè
per Boer. poſt multos. deciſi. 85. numero quarto.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

# DECISIO CI.

## SVMMARIVM.

1 *Tranſactio niſi obſeruetur, poteſt rediri ad actionem primæuam, & ſubuenitur etiam actori condictione ob cauſam, & nu. 2. quando tamen res euincitur in parua quantitate, & ſine culpa alterius tranſigentis, ſed poteſt agi de euictione, vt nu. 10. & 16.*

3 *Tranſactioni contrauenire dicitur, qui non ſoluit in tempore, etiam in re minima, & nu. 4.*

5 *Scriptura eſt de ſubſtãtia ad validitatẽ actus, quando ita partes conueniunt, hoc tamen nõ procedit ſimpliciter, ſed quando annullatur actus, & nu. 13. vbi declaratur doctr. Caſtrenſ.*

6 *Tranſactione media promittens dare prædium tenetur dare liberum, & poteſt rediri ad primæuam actionem, et nu. 7.*

8 *Creditori debet aßignari res quæ euinci nõ poßit.*

9 *Receſſum à priori obligatione tũc dicitur, ſi res ita aßignetur, quod euinci non poßit.*

10 *Tranſactio non reſcinditur etiam quòd euincatur fundus, ſi non euincatur culpa conſignantis fundum, ſed poteſt agi de euictione, et nu. 16.*

11 *Lites finitæ non debent inſtaurari, et nu. 21.*

12 *Fraudibus eſt obuiandum.*

14 *Emphyteutica bona poſſunt alienari, reſeruato cõſenſu domini directi.*

15 *Dolus in dubio non præſumitur in materia tranſactionis.*

17 *Solui non poteſt vna res pro alia inuito creditore, ſecus eo conſentiente, et nu. 18. et ſi ſoluat alteri de commißione creditoris, debitor liberatur ope exceptionis, et nu. 19.*

20 *Attenditur id, quod principaliter agitur.*

## Argumentum.

Tranſactio non reſcinditur quando aliquid in trãſactione aſſignatum euincitur ſine culpa conſignantis, & id quod euincitur non eſt quantitas notabilis. & concordãtur opiniones Doctorum in l. ſi pro fundo. C. de tranſactio.

TISEVS de Berardis de caſtro montis Abbatis, comitatus Peruſiæ, trãſegit cum aliis de Berardis, cum quibus diu litigauerat cedens omnia eius iura & actiones, & verſa vice alij de Berardis dederunt ipſi Tiſeo florenos mille in pecunia numerata præterquam petium terræ æſtimatum pro precio 140. florenorũ, quod quidem petium terræ ex quo ipſi Tiſeo fuit datum poſt tranſactionem, & ei fuit euictum, tentauit reſcindere dictam trãſactionem, & redire ad primæuam actionem, huiuſmodi cauſa fuit coniunctim commiſſa Magnifico Domino Hieronymo Menghino collegæ meo honoran. & mihi, & pluries diſcuſſa cauſa hæc faciebant ad fauorem dicti Tiſei.

Nam aduerſus inobſeruantes tranſactionem,
1 ille cui non obſeruatur tranſactio, poteſt † redire
ad actionem ſuam primæuam. l. tale pactum. §. qui
prouocauit. ff. de pact. vbi glo. Bar. & Bal. nume. 6.
& in reo non obſeruante eſt text. in l. ſiue apud a-
2 cta. C. de tranſact. ſubuenitur etiam † actori con-
dictione ob cauſam. l. ſi quis accepto. & l. fin. ff. de
condi. ob cau. Curt. in l. ſiue apud acta. nu. 48. C.
de tranſact.

3 Contrauenire † dicitur tranſactioni qui non
ſoluit in tempore illud ad quod ſoluere teneba-
tur. Curt. poſt Paul. de Caſt. & Alex. in l. ſi quis
4 maior. num. 31. C. de tranſac. etiam ſi in † minimo
contrauenißet. Alex. in l. in executione. §. item ſi
ita. ff. de verb. oblig. & in conſil. 106. col. 6. libro 3.
Dec. in l. cum proponas. C. de pact. Grat. conſil. 4.
num. 16. & 17. lib. primo.

Sed Octauianus & fratres de Berardis in tempore non ſoluerunt integram ſummam, meritò dicendum videtur debere ſuccumbere.

Conſignatio facta in dicto petio terræ non vi-
detur opitulari, cùm videantur remanſiſſe confi-
cere inſtrumentum de dicta conſignatione, & ſic
5 ante confectionem † ſcripturæ pactum nihil vi-
detur operari. Fulg. conſi. 220. in quæſt. in fine. A-
ret. in conſil. 160. col. 3. Soc. conſil. 165. col. 5. libro 1.
Dec. conſil. 11. col. 1. & conſil. 159. col. 2. in fi. Rip. in
l. fin. col. 29. C. de reuoc. dona. Hippoly. ſing. 666.
Boer. deciſ. 48. nu. 11. par. prima.

6 Et promittens † in trãſactione dare prædium,
tenetur illud dare liberum. l. ex his. & ibi Bald. C.
de euict. l. 1. §. 1. ff. de act. emp. l. quotiens. la vltima.
ff. de ædil. edicto. not. in l. qui cõcubinam. §. ſi hæ-
7 res de legat. 3. adeo † quòd ſi euinceretur, potuit
redire ad primam actionem ſuam. l. ex ſextante. §.
Latinus. in fin. ff. de excep. rei iudi. & ita res debet
8 † aſſignari creditori, quòd euinci nõ poſſit. l. ſi a-
9 liam. ff. de ſolut. & tunc demum dicitur † receſ-
ſum à priori obligatione, ſi res ita aſſignata ſit cre
ditori, quòd euinci non poſſit. l. ſi aliam. ff. de ſol.

Et ex quo fecerunt depoſitum videntur tacitè fateri dictam conſignationem fuiſſe nullam.

Nihilominus prædictis non obſtantibus ſuprædictus





prædictus D. Hieronymus, & ego fuimus in contraria opinione pro tuenda tranſactione inita per dictum Tiſeum cum aliis de Berardis, & tota difficultas huius cauſæ redacta fuit, an ex quo ſupradicti de Berardis poſt tranſactionem conſignauerunt dictum petium terræ præfato Tiſeo, quod quidem petium terræ fuit euictum ipſi Tiſeo, an ob hoc præfatus Tiſeus poſſit petere reſciſſionem dictæ tranſactionis, & ad primæuam actionẽ redire, an autem habeat tantummodo actionem ad petendas pecunias depoſitas per dictos de Berardis occaſione petij terræ vt ſupra euicti.

Deciſionem huius dubij ponit Imper. in l. ſi pro
fundo. & ibi Bart. nu. 1. & Iaſ. nu. 7. C. de tranſact.
dicit enim Bartol. quod eſt ſpeciale odio litis,
quãdo reus dat fundum, & euincatur, non eſt lo-
cus pœnitentiæ, ſi quantum fuit in ſe impleuit,
10 ſed † poteſt agere de euictione, & eſt ratio ſecun-
11 dùm Iaſ. vbi ſupra, num. 7. ne lites finitæ inſtau-
rẽtur. l. ſiue apud acta, verſi. nec huius, C. de tranſ-
act. & hanc opinionem tenuit nouiſſimè Natt.
conſil. 33. nu. 3. ſi enim ob euictiones quæ quotidie
fiunt de rebus datis, occaſione tranſactionũ, tranſ
actiones ipſæ reſcinderentur, & tranſigens poſſet
redire ad primæuam actionem, vltra quòd lites
fierent immortales, vt ſupra dicebam, conſidero
etiam quòd de facili daretur materia tranſigenti-
bus recedere à tranſactionibus, & ad primæuas
actiones redire, quandoquidem vna ex partibus
poſſet colludere dolosè cum aliquo qui ipſum in
fundo in tranſactione aſſignato infeſtaret ad hoc,
vt à tranſactione diſcedere alteri ex partibus lice-
12 ret, quibus fraudibus † eſt omnino obuiandum. l.
1. §. ille autem. C. de latin. lib. toll. Soc. Iun. conſil.
125. circa num. 22. lib. 1. & licèt D. aduocatus dicti
Tiſei conaretur oſtẽdere præfato Tiſeo licere re-
dire ad primæuam actionem ob quandam ſubti-
lem diſtinctionem Bal. in d. l. ſi pro fundo. nihilo-
minus ex quo alij de Berardis fecerant effectuale
depoſitum pro re illa euicta, adeo quòd in eis nul
lus poterat deprehendi dolus; propterea Magni-
ficus D. Hieronymus, & ego ſententiauimus con-
tra dictum Tiſeum non licere eis redire ad pri-
mæuam actionem ob rem illam euictam, ſed de-
bere conſequi pecunias vel ſaltem partem pecu-
niarum depoſitarum vſq; ad concurrentẽ quan-
titatem florenorum mille, nec ex aduerſo obiecta
obſtant, quia loquuntur in diuerſis terminis, nam
non poteſt dici quòd iſti de Berardis non fecerint
quantum in eis erat, & ſic quo ad ipſos dicuntur
cõſignaſſe & adimpleuiſſe, nec vllibi apparet par-
tes remanſiſſe conficere inſtrumentum de dicta
conſignatione, propterea dicta conſignatio va-
luit, & quatenus ita remanſiſſent, non propterea
infringitur conſignatio.

13 Nam doctri. † Caſtrenſ. in l. contractus. C. de
fid. inſtru. & in l. cùm res. C. de proba. dum voluit
actum non ſubſiſtere, niſi redigatur in ſcriptis,
quando partes ita conuenerunt, non ſimpliciter
intelligitur, ſed quando vlterius partes proceſſe-
runt annullando actum, ita colligitur ex dictis
Imolen. concl. 39. & vlti. lib. 5. vbi innumeros ferè
congerit; ſed nos ſumus extra omnem dubitatio-
nem, cùm iſta expreſſa conuentio non reperiatur,
& petium terræ fuit datum liberum quo ad eos,
& licèt fuerit euictum ab agentibus Illuſtriſſimi
Cardinalis de Cæſis, commendatarij abbatię Val-
lis Pontis, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint, non
ſunt in dolo iſti de Berardis, cùm in conſignatio-
ne reſeruauerint conſenſum dicti illuſtriſſimi cõ-
mendatarij, quatenus appareret dictum petium
14 terræ ad eum pertinere, † per huiuſmodi enim
cautelam non poſſunt dici dicti de Berardis inci-
diſſe in commiſſum. Iaſ. in l. fin. num. 144. cum ſeq.
C. de iur. emph.

Si dicimus ignoraſſe dictum petium terræ alie-
num, tunc ſimiliter non poteſt in eis comprehen-
15 di dolus, & in dubio præſumitur † talis ignoran-
tia, vt in indiuiduo in materia iſta tradit Iaſ. in d. l.
ſi pro fundo. nu. 7. C. de tranſact.

Nec obſtat depoſitum factum, quia immo illis
adiuuat, cùm dignoſcatur non habuiſſe animum
fraudandi dictum Tiſeum, ſed tranſactionem pro
eorum parte adimplendi, propterea, vt dicebam,
ſententiauimus contra dictum Tiſeum ei non li-
cere ad primæuam actionem redire, tum quia pro
parte aliorum de Berardis fuerunt adimpleta ad-
16 implẽda, tum etiam quia etſi † fundus vel alia res
fuiſſet euicta, non datur propterea regreſſus ad
primæuam actionem, ſed tantummodo poteſt a-
gi pro euictione vel ad intereſſe iuxta tradita per
Docto. in d. l. ſi pro fundo. & per Natt. poſt alios
in d. conſil. 133. nu. 3. & licèt in trãſactione fuerint
17 promiſſa mille, & ſic vna res pro alia ſolui † non
18 potuiſſet. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cer. pet. ſi tamen
fiat ſolutio ipſi creditori per debitorẽ de alia re,
ipſo creditore non recuſante eam accipere, debi-
tor liberatur. Bar. in l. ſi cùm fundum. ff. de pact. ſi
19 verò ſoluatur alteri † de voluntate & commiſſio-
ne creditoris, debitor liberatur ope exceptionis
Dec. in d. §. mutui datio. numero decimo. in fine.
cùm igitur præfatus Tiſeus acceptauerit dictum
petium terræ, negari non poteſt quin alij de Be-
rardis fuerint liberati, etiam quòd loco petij ter-
ræ ſoluerint centum quadraginta florenos: tunc
enim fuiſſet licitum ipſi Tiſeo redire ad primæ-
uam actionem, quando non fuiſſet conſecutus o-
mnia promiſſa in tranſactione, puta quòd loco il-
lorum florenorum mille dediſſent fundum valo-
ris mille, qui quidem fundus ex cauſa tranſigen-
tium fuiſſet euictus. iuxta. not. per Riminal. conſi.
102. num. 25. lib. 1. ſed in caſu noſtro iſte Tiſeus nõ
fuit inductus ad tranſigendum principaliter pro
illo petio terræ, ſed pro magna illa ſumma pecu-
niarum nempè florenorum mille, & ſic id, quod
20 principaliter † actum fuit, eſt attendendum. l. non
omnis. ff. ſi cert. pet. immo vt potui colligere ex
proceſſu, à principio magis libẽter dictus Tiſeus
voluiſſet in pecunia numerata totam ſummã flo-
renorum mille, & ſic cùm dictum petiũ terrę non
fuerit euictum ex cauſa aduerſariorũ dicti Tiſei,
& dictus Tiſeus in aliquo nõ damnificetur, cum
loco illius petij terræ cõſequatur dictos florenos
140. & non eſt aliquo pacto tolerandum, vt ipſe
poſſit ad primæuam actionem redire, & lites iam
21 ſopitas † reuiuiſci facere, ita poſt Caſtrenſ. &
Rap. in d. l. ſiue apud acta. voluit Riminal. conſil.
107. nu. 15. lib. 1. manu Ser Octauiani Aurelij, Peru-
ſini Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CII.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad deſcendentes exiſtentibus coniecturis, & nu.6.*
2 *Coniectura eſt illa, quando filij ſunt adinuicem ſubſtituti.*
3 *Amor idem non cadit in tranſuerſalibus, ſicut in filijs.*
4 *Tranſmiſsio non fit ad tranſuerſales, etiam exiſtentibus coniecturis, & eſt magis commun. opin. ſed contra, vt infra nu.8. vbi reprehenditur Cephal. conſil.132.nu.6.lib.1.*
7 *Teſtator poteſt relinquere cui vult, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè.*
9 *Tranſmiſsio fit etiam ad tranſuerſales ex coniecturis, quæ tamē coniecturæ magis operantur in deſcendentes.*
10 *Filij poſiti in conditione, an cenſeatur vocati.*
11 *Teſtator faciens plures gradus ſubſtitutionum intelligitur ſubſtituere dummodo.*

### Argumentum.

Fideicommiſſum conditionale ex coniecturata mente teſtatoris tranſmittitur, non ſolùm ad deſcendentes, ſed etiam ad tranſuerſales, contra opinionem Cepha.& ſequacium, & hic recenſentur aliquæ ex dictis coniecturis.

HIERONYMVS quondam Ludouici de Peruſia cōdidit teſtamentum in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Franciſcum, & ſic dictus Franciſcus vllo vnquam tempore ſine filiis decederet, natis ex legitimo matrimonio, eidem Franciſco ſubſtituit pleno iure Marcum Antonium eius fratrem, cui ſe deceſſerit ſine filiis, ſubſtituit Agnetem ſororem.

Mortuo dicto Hieronymo Franciſcus hæres accepit hæreditatem, qui ſimiliter obiit relicto poſt ſe dicto Horatio, per cuius obitū Florutius prætendit fuiſſe purificatum fideicommiſſum ex perſona & morte Marci Antonij ſui patris.

Et omiſſis quibuſdam difficultatibus, de quibus extitit dubitatum præſertim quę bona eſſent comprehenſa in fideicommiſſo, dictus Florutius non videbatur vocatus ex infraſcriptis.

1 Primò, quia etſi fideicommiſſum † etiam con-
ditionale tranſmittatur ad deſcendentes exiſten-
tibus coniecturis. Ant.Gabr. poſt alios lib.com-
mun.concluſ.4.de hæredi.inſtituen. in 3.limit.nu.
5.Ruy.Dec.Cephal. Celſ.Hug. Ber. Duran. de art.
teſtam. Alfan.& alij de quibus nouiſſimè per Bur-
ſat.conſil.71.num.7.lib.1.Zanch. in §.cum ita. nu.
2 213.215. & ſeq. & inter alias † coniecturas eſt illa,
quando filij ſunt adinuicem ſubſtituti. Bal.in l.v-
ni.in fin. C. de his qui ante aper. tab. & in l.1.in 1.
not.C.vt act.ab hæred.& contr. hæred. quia dato
3 quòd iſthæc opinio eſſet vera, nos non † ſumus in
filiis; ſed in tranſuerſalibus in quibus non cadit
idem amor & eadem charitas, propterea videba-
tur dictum Florutium non fuiſſe vocatum, cùm
4 ad tranſuerſales † non fiat tranſmiſſio etiam exi-
ſtentibus coniecturis ſecundum magis commun.
opinio. vt per Ceph.conſi.132.num.6.lib.1. vbi te-
ſtatur de magis commun. immo etiam quòd eſſe-
5 mus in filiis, & adeſſet qualitas † illa maſculinita-
tis, non propterea cenſerentur vocati. Iul.Clar.in
§.teſtamentum.q.77.verſi.contrariam ſentētiam,
& ſic videbatur admittenda dicta Agnes tāquam
proximior in gradu ipſi Hieronymo.

Res tamen aliter ſe habet, & fideicommiſſum
6 † conditionale ex coniecturata mente teſtatoris
tranſmittitur. Bald.in l.vnica.col. fin.C.de his, qui
ante aper.tab.verſic.tu dic.& in l.1.col.1. in 1.not.
C.vt act.ab hæred.& contr.hæred.Dec. conſ.397.
nu.5.conſil.594.num.7.conſi. 515.in princ. & 574.
nume.2.in fi. Pariſ.conſil.50.nume.32.& conſil.52.
num.18.& in conſil.66.num.30. & 31.lib.3. conſil.
25.num.5.lib.2.Grat.conſil.101.num.2.5. & 8.lib.2.
Soc.Iun.cōſ.141.n.21.lib.2.Ruy.conſ.145.n.6.lib.2.
& conſil.156.lib.1.& conſil.179.& 201.col.5. lib.2.
Tiraquell.in tract.de retract.§.1.glo.2.nu.24. Ant.
Gabr.lib.comm. concl.4.tit.de hæred. inſtit.cōcl.
2.vbi ampliat, & limitat Ceph. cōſ.16. n.40.lib.1.

Si enim aliter diceremus, eſſet arctare mentem
7 † teſtatoris, qui quemadmodū expreſsè, ita etiam
tacitè non poſſet cui vellet relinquere contra §.
diſponat. Auth.de nupt. l.1. de ſacroſan. eccleſ. &
non poſſum mihi perſuadere quòd aliqui etiam
peritiſſimi hoc negauerint, bene tamen fateor ꝙ
dictæ coniecturæ magis operarentur in deſcen-
dentibus, quàm in aliis, cùm in eis maior cadat af-
fectio.l.ſcripto.ff.vnde libe.

Propterea perperam iudicio meo, locutus fuit
8 † Cephal.d.conſil.132.nu.6.lib.1.& ſequaces, dum
dixit magis commun.opin.eſſe, quòd etiam ſtan-
tibus coniecturis non fiat tranſmiſſio, niſi ad de-
ſcendentes, quia & ratione, & numero, ac autho-
ritate Docto. deprehenditur eius dictum eſſe fal-
ſiſſimum.

Regula igitur noſtra quoad tranſmiſſionem
9 † fiendam operatur etiam in tranſuerſalibus ſtan-
tibus coniecturis, vt dicebam, licèt magis operen
tur in deſcendentes, & ita forſan eſt intelligendus
Corn.quem refert & ſequitur Deci.conſ.417.& ſi
aliter intellexerunt, malè locuti fuere, & contra
prædictos tenet in indiuiduo Pariſ.conſi.25.col.2.
verſ.præterea expreſſa mens.lib.2. & d.conſil.66.
Grat.d.conſil.101.Curt.d.conſil.16.Soc.Iun. d.cōſ.
141.Caſſan. conſil.62. col.5. ver. etiam dato & ex-
preſſius hanc opinionem tenet Bero. qui contra-
riis reſpondet in conſil. . . . . Riminal.cōſ.
18.nu.6.lib.1.

Nec in caſu noſtro eſt opus ingredi illam ar-
10 duam difficultatem, an filij † poſiti in conditione
cenſeantur vocati, de qua per glo.in l. Lucius, la
ſecunda.ff.de hæred.inſtit.per Rolan.à Valle poſt
alios conſil.51.nu.5.verſ. quibus non obſtantibus.
libr.3. quia iſte Florutius vult venire ex perſona
ſua, iuxta dicta per Soc.Iun.d. conſi.141. num.7. &
conſil.158.num.69. cum pluribus ſequent. dicens
hanc opinionem eſſe magis æquam.

Coniecturæ autem quæ faciebant ad fauorem
Florutij erant quamplurimę, vt deducebat D.Bla-
ſius Angelicus aduocatus, & nos cōſiderabamus
ex intentione Doctorum.

11 Prima eſt, quia teſtator † fecit plures gradus
ſubſtitutionum, vnde cenſetur ſubſtitutum cum
conditione ſi ſine filiis deceſſerit, grauaſſe tranſ-
mittere ad filium ſuum. Pariſ.d.conſil.66.nu.52.&
conſil.78.col.1.lib.3.& conſi.77.num.20.& 21.lib.
2. Grat.d.conſ.101. col.1.in fi.lib.2.Dec.conſil.194.
Soc.Iun.d.conſi.141.

Secunda coniectura ad fauorem dicti Floru-
tij eſt, quia fuit poſitus in conditione, & ad illum
12 † quoq; teſtator videtur habuiſſe affectionē. Bal.
in d.l. vnica. C.de his qui ante aper. tab. Soc.in l.
hæredes mei.§.cùm ita.col.1.ver.ex cuius dicto.ff.
ad trebell.Grat.Soc.Iun.& Pariſ.vbi ſupra, & dif-
fusè Ant.Gabr.in ſuis commu.conclu.lib.4.in tit.
de hæred.inſtituen.concl.2.nu.35.

13 Tertia coniectura fuit propter † æqualitatem
ſeruandam inter cōiunctos eiuſdem gradus, nam
quemadmodum Marcus Antonius ſuccedebat de
iure communi vnà cum dicto agente, & nihilo-
minus teſtator voluit anteferri, ita pariter eſt cre-
dendum voluiſſe anteferri Florutium eius filium,
Ruyn. conſil.145. col.pen. in fin. verſ. & quamuis
regulariter. libr.2. & ita veriſimiliter teſtator reſ-
pondiſſet, ſi fuiſſet interrogatus. Gabr. vbi ſupra
num.39.

Vltima coniectura, ob quam præcipue moti
14 fuimus, erat diſpoſitio ſtatuti † virtute cuius ex-
cluduntur fœminæ ob maſculos, cum qua diſpo-
15 ſitione † ſtatuti cenſetur ſe conformaſſe teſtatorē.
Bar.& Doct.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ad trebel.
& Corn.conſi.41.nu.8.& ſeq.lib.4.

Et ſic præfati Domini Auditores Rotæ, & ego ſententiauimus ad fauorem dicti Florutij, videlicet fuiſſe purificatum fideicommiſſum ad fauorem ipſius, & declarauimus in ſententia quę bona eſſent ei reſtituenda, manu Ser Raynaldi de Rubeis, Notarij Peruſini Curialis. Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*



## DECISIO CIII.

SVMMARIVM.

1 *Operarij excuſantur, quando aliquid faciunt de mandato conducentis. Fallit quando operarentur nocturno tempore, & nu.2. Fallit quando eis fuiſſet proteſtatum, & nu.3. Fallit quando dicti operarij eſſent vicini fundo, vbi operabātur, vel aliàs ſciuiſſent fundum non eſſe conducentis dictos operarios, & nu.4. Fallit quando fundus eſſet litigioſus, & operarij hoc ſcirent, & nume.13. arbitrio tamen iudicis, & num.14.*
5 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini. Fallit quando vicinus fuiſſet abſens, & nu.6. Fallit quando vicini eſſent noui, & num.7.*
8 *Poſſeſsio magis probatur per vicinos, quàm per alios.*
9 *Vicinitas vbi eſt maior, ibi maior eſt præſumptio ſcientiæ.*
10 *Scire illud dicimur, quod ab alijs audiuimus.*
11 *Scire etiam illud dicimur, quod per præſumptiones & coniecturas ſcimus.*
12 *Scientia inducitur ex publica voce & fama.*

### Argumentum.

Nouæ quædam afferūtur limitationes, quòd operarij non excuſentur ex mandato domini, Vicinus regulariter præſumitur ſcire facta vicini, exceptis quibuſdam caſibus hic enumeratis, vbi etiam ſatis pulchrè deducitur, quomodo probetur ſcientia & notitia alicuius rei.

1 ETSI operarij † excuſentur quando
aliquid faciunt de mandato condu-
centis, glo.fin.in l.in rem.§.tignum.
ff.de rei vendic. Iaſ.in l. de pupillo.
§.nunciationem. numero 7. ff.de o-
per.no.nunc. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid.
numero 12.Roland.à Valle conſil.54. nume.6.lib.
1. Soc.& Bald.in multis conſiliis allegatis per Iul.
Clar.in practic.criminal.§.fin.quæſtio.60. verſic.
ſolet dubitari nunquid mandatum. vbi de com-
2 muni teſtatur, † Dummodo tamen dictis opera-
riis non fuerit proteſtatum, vt ab opere deſiſte-
rent.Deci.in l.velle non creditur, nume.3. ff.de re-
3 gul.iuris.& dummodo † nocturno tempore non
laborauerint, vt voluit Plot.in l.ſi quando. nume.
790. C. vnde vi. & ſequitur Clar. vbi ſupra. Me-
noch.in tractat.de arbitr.iudic. lib.2. cent.4. caſu
344.nume.36.

Nihilominus in præſenti etiam caſu non vi-
dentur excuſandi dicti operarij, non quòd eis fue
rit proteſtatum, vt ab opere deſiſterent, vel quòd
4 laborauerint de nocte, ſed † quia fuit probatum
partim ex dictis operariis eſſe vicinos fundo de
quo agitur, præſertim cùm ad inſtantiam Fran-
ciſci fundi prædicti pluries in dicto loco laboraſ-
ſent, ex quo fit quòd illi qui erant vicini dicto
fundo, poterant ſcire dictum fundum non ſpe-
ctare ad eum qui eos conduxerat, ſed ad dictum
Franciſcum, cùm vicinus regulariter præſuma-
5 tur ſcire facta vicini.l.octaui.ff.vnde cognat. An-
ton. Gabriel. qui cumulat ampliat.& limitat. li-
bro commun.concluſ.primo.concluſio. ſexta. ti-
tul. de præſumption. & Petr. Duen.regul.125. qui
ſimiliter ponit ampliationes, & limitationes prę-
6 ſertim cùm iſti operarij non fuerint † abſentes, ad-
eo quòd potuiſſent prætendere ignorantiam fa-
ctorum vicini, ad latè tradita per Duen. poſt alios
7 d.reg.nume. ſecundo. in ſecunda limita. † neque
etiam eſſent noui vicini, vt ibidem conſiderat
8 Duenn. num.3. & propterea poſſeſſio † probatur
magis per vicinos, quàm per alios. Anton. Gabr.
vbi ſupra.verſic.& propterea. poſt Bald. in cap. 1.
§.ſi tres. de pace iuramen.firman. Cornel.conſil.
250.colum.1.libro primo.Purpuratus in l.1.col.12.
ff.ſi cert.petat.

Et eo magis non veniunt excuſandi iſti opera-
rij, quia habebant terras contiguas dicto fundo,
& ſciebant fundum ſpectare ad dictum Franci-
ſcum, cùm in eo ſæpe viderint conducere operas,
9 & vbi eſt maior vicinitas, ibi maior † eſt pręſum-
ptio ſcientiæ.d.l.octaui.c.quoſdam. extra de præ-
ſumptio Duenn.vbi ſupra.nume.1.Riminal. conſ.
397.num.15.

Similiter etiam iſti alij non vicini, non excu-
ſantur, quia fuit probatū eos audiuiſſe dici ab a-
liis dictum fundum ſpectare ad dictum Franci-
10 ſcum, & vtique illud † ſcire dicimur, quod ab aliis

audiuimus.Riminal poſt Speculator.conſilio du-
centeſimo tertio. uiſo. numero quinto. & ſcire
11 † is dicitur, qui per præſumptiones, & con-
iecturas à iure probatas ſcit. Mennochus poſt
*Bald.* in tractatu de arbitr. iudic. caſu octuageſi-
mo nono. numero decimo ſeptimo. centuria pri-
12 ma. libro ſecundo. & publica † vox & fama in-
ducit ſcientiam. Riminaldus conſilio ducenteſi-
mo ſexageſimo nono.numero octauo. erãt enim
omnes iſti operarij ex eodem loco, adeo quòd
in eis non cadebat ignorantia, quemadmodum
in operariis forenſibus, & profectò non excuſa-
rentur iſti operarij per prædicta ſi accederent ad
13 laborandum, & cultiuandum † fundum litigio-
ſum ad inſtantiam vnius ex partibus, & ipſi præ-
ſumerentur ſcire fundum eſſe litigioſum, quia e-
tiam iſto caſu debent abſtinere, & non accedere
ad laborandum huiuſmodi fundum litigioſum
ſine commiſſione iudicis, quia cùm ſit ſeparatio
in vno caſu quæ in altero, neque in vno neque in
altero ex dictis caſibus excuſentur, quæ limi-
tationes poſſunt addi ad Clar. in ſupra citato lo-
co. ex quibus pronunciaui contra dictos opera-
14 rios. In hoc tamen articulo ſatis verſatur † arbi-
trium boni iudicis qui attendere debet ad qua-
litatem operariorum, an ſint vicini, an forenſes,
an eis fuerint proteſtatum, an nocturno tempo-
re laborauerint, & ad alias circunſpectiones con-
ſiderabiles, iuridicas, æquas, & Chriſtianas.
Laus Deo.

*Ioſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta præſumuntur ſubſcripta ab auditoribus de mandato Reuerẽdiſſimi Gubernatoris, quando gubernator eſt præſens, ratione quia de facili poteſt adiri: & nu.2.*
3 *Stylus ſubſcribendi præcepta & literæ inhibitoriales in prouincia Vmbriæ, & in prouincia Marchiæ Anconitanæ, & nu.4.*
5 *Stylus reſcriptorum Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarij aſſerentis in literis aliquid fuiſſe ſibi iniunctum, viuo vocis oraculo à Summo Pontifice, cui aſſertioni ſtetur, quando Summus Põtifex eſt in vrbe, ſiue in alio loco, vbi etiam degit idem Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Camerarius, & nu.6.*
7 *Paulus Epiſcopus Odeſcalcus Marchiæ Anconitanæ Gubernator, & Authoris dominus.*
8 *Chriſtophorus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Cardinalis Tridentinus, Marchiæ Anconitanæ Legatus de latere.*
9 *Franciſcus Beta Tridentinus, Marchiæ Anconitanæ Locumtenens.*
10 *Preces ſignatæ à Locumtenente, ſiue ab auditoribus, præſumuntur ſignatæ de mandato & commiſſione Illuſtriſſimi & reuerendiſſimi Legati, quando legatus eſt præſens in prouincia.*
11 *Auditores ducentes equites, birruarios, & caualcatas, ac notarios, viceſiſcales, & alios officiales in commiſſionibus, præſumuntur eos ducere de commiſſione Illuſtriſſimorũ Legatorũ, ſiue Reuerẽdiſſimorum Gubernatorum, quod procedit quando Illuſtriſſimi Legati, aut Reuerendiſſimi D.Gubernatores ſunt in prouincia, & nu.12.*

### Argumentum.

Præcepta, & literæ inhibitoriales in prouincia Vmbriæ, & in prouincia Marchiæ Anconitanæ, ſubſcribuntur ab auditoribus, & ex ſtylo ſubſcriptio illa præſumitur facta de cõmiſſione Illuſtriſſimorum Legatorum, ſiue Gubernatorum.

Et Franciſcus Beta Tridentinus, Marchiæ Anconitanæ Locumtenens, ſignauit quaſdam preces, ſiue ſupplicationem capitalem de mandato Illuſtriſſimi Cardinalis Tridentini, prouinciæ Marchiæ Anconitanæ Legati, & licèt non appareret de commiſſione dicti Illuſtriſſimi Cardinalis, nihilominus deciditur per Authorem debere præſumi præceſſiſſe commiſſionẽ, ex quo tunc temporis Illuſtriſſimus Legatus degebat in prouincia.

Et ex dicta præſumpta commiſſione excuſantur auditores ducentes ſecum caualcatas, quia præſumuntur hoc facere de mãdato & commiſſione ſuperiorum pro tempore exiſtentium, & excuſantur in ſyndicatu.

SVBSCRIPSI quædam præcepta
ſub nomine Reuerendiſſimi Domi-
ni Buonſignori Finetti huius pro-
uinciæ Gubernatoris, fuit dubita-
tum, an præſumeretur me dicta præ-
cepta ſubſcripſiſſe de expreſſo mandato præfati
Reuerendiſſimi D. Gubernatoris, ego oſtendi ꝙ
1 ſic, quia † quando Reuerendiſſimus Gubernator
eſt præſens in loco in quo ſubſcribuntur præce-
pta, præſumitur quòd auditor illa ſubſcripſerit de
mandato Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris,
ſecus ſi Dominus Gubernator eſſet abſens, quia
opus eſt docere de mandato & commiſſione per
literas. ita in indiuiduo voluit Grammat. poſt a-
lios quos allegat deciſ.36.numero vigeſimo ſexto
2 & ſequen. & ratio, quia cùm de facili poſſit † adi-
ri ſuperior & ab eo certiorari, quòd iudex id fe-
cerit de mandato ſuperioris, & iſte eſt inuetera-
3 tus † ſtylus huius prouinciæ, vt fiant præcepta ſub
nomine Illuſtriſſimorum Dominorum Legato-
rum, & Illuſtriſſimorum Dominorum Guberna-
torum, & Auditores ſubſcribunt præcepta ſub
4 nomine ipſorũ. alius ſtylus eſt in prouincia † Mar-
chiæ Anconitanæ, quòd quando appellatur à ſen
tentia alicuius Auditoris, fiunt literæ inhibito-
riales ſub nomine illuſtriſſimorum Legatorum,
ſiue Reuerendiſſimorum Dominorum Guberna-
torum, & vnus ex Auditoribus ſubſcribit dictas
literas, talis auditor de mandato. quæ quidem li-
teræ faciunt competentem auditorem illum qui
eas ſubſcripſit.
5 Iſte etiam † ſtylus ſeruatur Romæ ab Illuſtriſſi-
mo &



mo & Reuerendiſſimo Cardinali Camerario, qui
ratione ſui officij aſſerit in literis id ſibi fuiſſe in-
iunctum à Sanctiſſimo D.N. viuo vocis oraculo;
licèt Summus Pontifex nil ipſi iniunxerit, & ni-
6 hilominus † aſſertioni dicti Illuſtriſſimi Camera-
rij ſtatur, quando ſummus Pontifex eſt in Vrbe,
vel in alio loco, vbi etiã reperiatur Illuſtriſſimus
Camerarius.
Et nemini me aliàs in prouincia Marchiæ An-
conitanæ, dũ prima vice ibi fuiſſem Auditor ſub
Reuerendiſſimo Domino & patrono meo colen
7 diſſ. Domino Epiſcopo † Odeſcalco, fuiſſe in cau-
ſa vt liberaretur quidam capitaneus Robertus
Cima de Cingulo, qui tempore legationis Illu-
8 ſtriſſimi & Reuerendiſſimi Chriſtofori † Cardi-
nalis Tridentini, prouinciæ Marchiæ Anconita-
næ Legati, obtinuit gratiam de nonnullis præten
ſis delictis forſan capitalibus, ſed preces, ſiue ſup-
plicatio non erãt ſignatæ manu Illuſtriſſimi Car-
dinalis Tridentini, ſed manu cuiuſdam Domini
9 Franciſci † Betæ Tridentini, Locumtenentis i-
pſius Illuſtriſſimi Cardinalis in dicta prouincia,
& ex quo tempore dictæ ſubſcriptionis præfatus
Illuſtriſſimus Legatus permanebat in ciuitate
Maceratæ, vbi idem Dominus Franciſcus Bæta
Locumtenens ſignauit dictas preces, ego decla-
10 raui dictas preces ſubſiſtere † & valere æquè, acſi
fuiſſent ſignatæ manu præfati Illuſtriſſimi Car-
dinalis Legati. ita etiam declaraui hic Peruſiæ in
propoſito themate per dictam deciſionem Gram
mat. in trigeſimam ſextam numero vigeſimo ſex
to, & ſequ. virtute cuius deciſionis. vidi etiam e-
uadere & defenſari multoties Auditores tempo-
11 re † ſyndicatus in prouincia Marchiæ Anchonita
næ, contra quos porrigebantur querelæ, quòd dũ
equitabant per prouinciam ob aliqua delicta
commiſſa, ſecum duxiſſent maiorem numerum
equitum, quàm fuiſſet opus, attenta qualitate de-
lictorum: præfati tamen Auditores excuſabantur
hoc feciſſe de mandato & commiſſione Illuſtriſ-
ſimorum Legatorum, & Reuerendiſſimorum Gu
12 bernatorum. & in ſumma, ex quo † Legati Illu-
ſtriſſimi, ſiue Gubernatores erant præſentes in
prouincia, præſumebatur Dominos Auditores
ſecum duxiſſe & equites, & pedeſtres birruarios
de commiſſione Illuſtriſſimorum Legatorum, ſi-
ue Reuerendiſſimorum Dominorum Guberna-
torum, ſiue Vicelegatorum pro tempore exi-
ſtentium per dictam deciſionem Grammati. tri-
geſimam ſextam, numero vigeſimo ſexto, & ſeq.
Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO CV.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio verbalis regulariter nõ ſufficit, ſed requiritur realis.*
2 *Obligatio minus realis ſufficit, niſi aſſerens extrahat pecunias oblatas de marſupio in præſentia teſtium.*
3 *Depoſitum debet fieri congruo tempore & loco, parte citata, purè & liberè ſine aliqua cõditione & inuolatione reſeruationum, & debent deponi pecuniæ numeratæ in integra ſumma, & pecuniæ currentes.*
4 *Facto vbi eſt opus, verba non ſufficiunt.*
5 *Feriato tempore debemus abſtinere ab omni negocio, tum de iure communi, tum etiam ex bulla Pij V. Pont. Max.*
6 *Oblatio verbalis ſufficit, quando creditor recuſat recipere pecunias, & eſt magis cõmunis opinio.*
7 *Oblatio verbalis poteſt recuſari, quando creditor habet iuſtam cauſam recuſandi.*
8 *Oblatio non nocet non citatis.*
9 *Impedimentum excuſat à pœna & mora.*
10 *Impedimentum proueniens ex facto principis excuſat & dicitur iuſtum & legitimum impedimẽtum, & ponitur exẽplum de impedimento Sũmi Pontificis, & nu.11.*
12 *Impedimentorũ excuſat licèt cauſetur iniuſtè, & aſcribitur caſui fortuito.*
13 *Impedimentum iuris etſi dicatur impedimentũ notorium, nihilominus requiritur proteſtatio.*
14 *Impeditus tenetur docere, quod ſi non fuiſſet impeditus obſeruaſſet.*
15 *Impedimenta plura vbi ſunt, ibi plures amotiones impedimentorum requiruntur.*
16 *Diſpoſitio vnaquaque intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

### Argumentum.

De oblatione verbali plura tractantur, an & quando dicta verbalis oblatio ſufficiat, & quãdo nõ ſufficiat etiã realis, & ponitur praxis vera quomodo oblatio ſit fiẽda, quæ quidem oblatio non debet fieri tempore feriato, & ad hoc vt noceat requiritur citatio omnium quorum intereſt.

Concluditur etiam impedimentũ proueniens etiã à Sũmo Põtifice excuſare & dici iuſtum, & legitimum impedimentũ, requiri tamen proteſtationem in omni impedimento, quamuis notorio, & quod impeditus obſeruaſſet, niſi fuiſſet impeditus, puta Titius, & quãdo ſunt plura impedimenta, omnia dicta impedimẽta tolli debent.

QVIDAM Ioannes Maria de Interanna emerat à quibuſdam Bartoccio & litis conſortibus de caſtro Bruſæ, comitatus Peruſiæ, certam grani quantitatem pro certo conuento precio exburſando tempore quo fiet menſuratio dicti grani, quæ menſuratio debebat fieri intra menſem, quo tempore adueniente præfatus Ioannes Maria obtulit exburſare dictas pecunias præfatis Bartoccio & conſociis, qui recuſauerũt accipere dictas pecunias ante grani menſurationem, interim donec debebat fieri mẽſuratio, quidam cõmiſſarius ex vrbe inhibuit dictis Bartholomeo & ſociis ne conſignarent dictum triticũ præfato Ioanni Mariæ, cùm intenderet eum conducere ad vrbem, intra eius commiſſionem, poſt aliquos dies Ioãnes Maria de quo ſuprà, reuoca-

ri obtinuit dictã inhibitionem tranſacto tamen
menſe,ſed quia prçfatus Ioannes Maria habuerat
partem dicti grani remanſerátque debitor prædi-
ctorum in ſumma ſcutorũ quinquaginta vnius,
dicti Bartoccius & litis conſortes egere contra i-
pſum,& Dominum Rodulfum Calidonium eius
procuratorem pro dicta ſumma conſequenda,re-
plicabatur ex aduerſo non teneri ad dictam pecu-
niarum ſummam exburſandam,cũ ipſi recuſaue-
rint eas recipere,immo reconuenit ipſos pro con
ſequendo d.grano vel intereſſe quanti plurimi va
lu-rit.

Pro d.Bartoccio & cõſociis faciebat regula iu-
1 ris quæ eſt,quòd oblatio † verbalis nõ ſufficit,ſed
requiritur realis.l.qui decem.verſ.idẽ reſpõdet in
fi.ff.de ſol.Bar.in l.prætor. §. ſi quis paratus. ff. de
oper.nou.nũciat.& in l.acceptã.verſ. venio ad q.
C.de vſur.Alexan. cõſ.130.in cauſa.3.col.verſ.non
obſt.ꝙ dicatur lib.4.Matheſ.not.134.notat Neguſ.
in tract.de pign.2.par.3.mẽb.5.part.prin.in princ.
& per totã illã particulã.oblatio autẽ illa verbalis
meritò dictus Ioannes Maria ex ea minus ſe iuuã-
re poteſt.

Immo nec etiam realis ſufficeret oblatio, niſi
2 offerens habens pecunias in marſupio d.pecunias
de marſupio extromitteret,& teſtibus oſtenderet
Bar.in l.cũ ſeruus.ff.de cond.& demonſtr.aliàs nõ
cõſtaret,quid offerreretur,cũ poſſit dubitari quid
ſit in marſupio arg.l.1.§.ſi ciſta.ff.depoſ.Bar.in l.ſi
mora. 3. col.ff.ſolut.matrim.Neguſant. vbi ſuprà
numer.2.

3 Et depoſitio †debet fieri loco cõgruo, & tem-
pore idoneo parte citata purè & liberè ſine ali-
qua conditione & inuolutione reſeruationum,
& debent deponi pecuniæ numeratæ in integra
ſumma,& pecuniæ currentes. ita hæc omnia poſt
alios nouiſſimè congerit Menoch. in tract. de ar-
bitr.iud.caſu.232. lib.2.cent.3.vbi ſingula ſingulis
referendo Bal.Iaſ.Rom.Neuiz. Rip. Plaut. Afflic.
4 Fulgoſ.& Tiraquell.allegat. facit regula, quia vbi
opus eſt facto†verba non ſufficiunt,glo.fi.in c.pa
ſtoralis, de offic.ordin.Neguſ. loco de quo ſuprà
num.2.

Sed iſte Ioannes Maria neutrum prædictorum
adimpleuit,meritò oblatio illa ipſum iuuare non
videtur, cùm non fuerit congruus locus neque
congruum tempus:erat enim dies dominicæ quo
5 † tempore abſtinere debemus ab omni negocia-
tione.l.fi.C.de fer.& nouiter ſuper hoc emanauit
bulla ſanctiſſimi domini noſtri Pij V. Pont.Max.
ſimiliter pecuniæ fuerũt retentæ in marſupio nec
numeratæ,& ſic vt dicebam,prædicti Bartoccius
& litis conſortes non videbantur conſtituti in a-
liqua mora,tum quia oblatio nõ fuit facta formi-
ter, tum etiã quia intra conuentum tempus non
conſignauerunt granum, ex quo facto ſuperioris
fuerunt impediti,& licèt poſtea prçfatus Ioannes
Maria reuocauerit dictam inhibitionem, non eã
reuocauit intra dictum menſem,ſed poſtea, & ſic
re non amplius integra, videtur ergo dicendum
eos potuiſſe aliis vendere dictum granum, &
Ioannem Mariam teneri ad exburſandum ſcuta
quinquaginta vnũ,pro reſiduo grani ad eius ma-
nus peruenti.

Pro parte dicti Ioannis Mariç replicari poterat,
quòd etſi iuris regula ſit quòd oblatio verbalis
non ſufficiat, vt latè ſupra deductum fuit, iſta ta-
men regula quamplurimas patitur limitationes,
& inter alias præcipua eſt ea,quando creditor ex-
6 preſſè recuſat pecunias recipere,tũc etenim†ver-
balis oblatio ſufficit.Bal.in l.1.in fin.C. ne lic. ter.
prouoc. Fulg.Caſtr.Alex.& alij in l.qui Romæ.ff.
de verb.oblig.idẽ Alex.in l. ſi mora. in 5. limit. ff.
ſol.mat.& in l.ſi ſeruus.col.3.verſi. puto ſic con-
cludendum.ff.de vulg.& pup.Boer.deciſ.134. Caſ
ſan.qui dicit hanc opin.veram & magis cõm.cõſ.
113.col.1.Hanc etiã opi.magis communẽ appellat
nouiſſimus Moder.Ant.Gabr.lib.3.cõm.concl.in
tit.de ſol.concl.8.vbi allegat Fulg.Caſtr.Alex.Caſ
ſan.Bertr.Grat.Grãm.Tiraquell.& Rayn.cõſ. 49.
col.fi.lib.2.& vltra eum idem tenuit Ruy. cõſ. 113.
nu.1.lib.1.& conſ.70.nu.4.eod.lib. 1.Neguſ. in d.
tract.de ping.loco ſupra citato.n.7.in quinta lim.
& in pulcherrimo caſu oblationis verbalis eſt vi-
dendus Benint.deciſ.77.

Cũ ergo iſti Bartoccius & litis cõſortes recuſa-
uerint & diſtulerint recipere dictas pecunias, nõ
fuit neceſſe eas numerare,ſed ſat fuit eas ſolùm in
marſupio retinere,& verbaliter offerre ſtante eo-
rum recuſatione.

Verùm quia non adeo expreſſè recuſauerunt di
ctam oblationem,vt præſupponitur,& quatenus
recuſaſſent,excuſarentur,quando habuiſſent iuſtã
cauſam recuſandi, prout videntur habuiſſe, cùm
fuerit facta die dominicali.d.l.fi.C.de fer. ſucce-
7 dit alia limitatio ad dictam regulam,quòd †quan
do creditor habet iuſtã cauſam recuſandi, poteſt
recuſari dicta oblatio tam effectualis, quàm ver-
balis,Seiſſell.in d.l.ſi mora.col.3.ff.ſol.matr. Grat.
conſ.63.col.fin.lib.1. poſt Antonium Gabriel. v-
bi ſupra.

Accedat prædictis, quia dicti venditores erant
quamplures,oblatio autem non fuit facta niſi Bar
toccio, & vno ex aliis, & ſic non debet aliis non
8 † præſentibus vel non citatis non obeſſe.l.ſæpe de
re iud.& tot.tit.res inter alios acta.

Stantibus ergo præmiſſis videlicet oblatione
modo quo ſupra facta & recuſata ad tempus,ſtan
te etiam quòd non fuit facta dicta oblatio omni-
bus,ſequutus fui æquitatem,& cõdemnaui dictũ
Ioannem Mariam ad ſoluendum pro reſiduo gra-
ni habiti de ſcutis quinquaginta vnus ſcuta vigin
ti quinque tantùm,ab aliis autem petitis perdictũ
Ioannem Mariam,videlicet intereſſe quanti plu-
rimi valuerit granum nõ habitum,dictos Bartoc-
cium & litis conſortes liberaui,tum quia oblatio
non fuit facta debito tẽpore & omnibus prçſen-
tibus vel citatis,tum etiam quia ex facto ſuperio-
ris nempe dicti commiſſarij fuerunt impediti,
quin reſiduum grani venditum non conſignarẽt,
9 quod† impedimẽtum eos excuſat à pœna & mo-
ra. c. ſicut.lo vltimo extra de iureiur. vbi Hoſt. &
Abb.Natt.conſ.50.materiam.nu. 7.lib.2. impedi-
10 mentum enim † proueniẽs ex facto ſupremi prin
cipis excuſat, & dicitur iuſtum & legitimum im-
pedimentum l.ſed & ſi per prætorem. ff. ex quib.
cau. maior. Alij in c. ex tranſmiſſa extra de præ-
ſcrip.& ibi Feli.nu.8. gl.in c. cupientes.§. quod ſi
per viginti. in verſicul. præpoſita. extra de ele-
ction. Alexand. in l. properandum §. ſinau-
tem



tem vtraque.in fi.C.de iudic.& in l.de pupillo.§.
ſi quis ipſi prætori.col.5.ff.de oper.noui nunciat.
11 & de impedimento † ſummi Pontificis prout eſt
impedimentum iſtud,voluit in puncto Pariſ.cõſ.
5.nu.52.& 53. lib. 4.loquens de Leone X. ſummo
Pontifice,vbi nu.34.dicit Pariſ.quòd iſtud impe-
dimentum excuſat, licèt iniuſtè cauſetur à prin-
12 cipe,aſcribendúmq; eſſe caſui† fortuito,l.quis er
go caſus.ff.de pecul.& tanto magis videntur iu-
uari dicto impedimento,tum quia docuerunt de
dicto impedimento,tum etiam quia de eo prote-
ſtati fuere,prout tenebãtur,quia etiam in impedi
13 mento†iuris quod dicitur impedimentum noto-
rium, requiritur proteſtatio. Ang. in l. de qua re.
ff.de iudic.Iaſ.in l.properãdum.§. ſin autem †ter-
que.col.1.C.eo Neuiz. conſil.51.numer.3.tenetur
14 †etiam impeditus docere,quòd ſi non fuiſſet im-
peditus obſeruaſſet. Corn. conſ. 109.primo aſpe-
ctu litera q.& voluit Neuizan.vbi ſuprà,immo ſi
15 plura fuiſſent impedimẽta, plures amotiones im
pedimentorum fuiſſe neceſſariæ,Loffred.conſ.12.
16 n.25.& †vnaquæque diſpoſitio intelligitur rebus
ſic ſtantibus.l.quæro.§.inter locatorẽ.ff.locat.Iaſ.
in l. quod ſeruus,in fin.ff.de condict.cau.dat.Ne
uiz.d.conſ.51.n.15.vbi loquitur de materia impe-
dimenti.Sententiaui ex æquitate vt ſupra etiam
cum conſenſu partium, manu Ser Simonetti
Euſebij Notarij Curialis Peruſini. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CVI.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio longæua habet vim conſtituti,pacti,ac pri-
uilegij, & eo maximè quando opponitur per viã
exceptionis,& nu. 2.*
3 *Grauatus in vno alio debet releuari.*
4 *Colonus non poteſt præſcribere contra annuam præ
ſtationem in futurum, niſi interpellatus recuſet
ſoluere, & interuertat poſſeßionem.*
5 *Poſſeßio longißimi temporis, cuius initij memoria
non exiſtit in contrarium, habet præſumptionẽ
iuris & de iure pro ſe, adeò quòd non admitti-
tur probatio in contrarium.*
6 *Præſcriptione immemorabili acquiritur etiam dire
ctum dominium.*
7 *Bald.doctr.in l.malè agitur.C.de præſcrip.triginta
vel quadraginta annorum,declaratio, & nu.12.*
8 *Laici non poſſunt præſcribere decimas in totum,ſed
bene in partem.& nu.9.*
10 *Fructus omnes debent diuidi inter dominum, &
colonum.*
11 *Fœnum dicitur eſſe in fructu.*
12 *Colonus ſi ſteterit per cẽtum annos, quin reſpondi-
derit de fructibus,nunquam tamen præſcribit ius
coloniæ.*
14 *Eadem eſt ratio de parte fructuum, quæ de omni-
bus fructibus.*
15 *Præſcriptio tũc cucurriſſet quando fuiſſent requi-
ſiti,deinde cucurriſſet tempus triginta annorum.*
16 *Si quis accedit longißimo tempore ad furnum ſi
ue molendinum, non propterea dominus acquirt
ius niſi poſt prohibitionem prohibitus longißimo
tempore acceſſerit ad furnum, ſiue molendinum,
ſic in caſu de quo loquimur, id eſt,in materia
herbarum.*
17 *Teſtes non debent deponere de auditu,ſed de ſen
ſu & eſt com.opin.*
18 *Teſtes deponentes ſuper conſuetudine,debent ha
bere vltra quinquaginta annos.*
19 *L.cùm ſatis.§.cùm autem.C.de agric.& cenſit.lib.
11.declaratio & inductio ex intentione Ruyn.
conſ.151.viſo ſub nu.18.verſ.non ob.lib.4.& nu-
mero.21.*
22 *Colonus qui per viginti annos ſtetit in colonia,in-
de recedere non poteſt, & dominus poſſeßionis
non poteſt ei moleſtiam inferre, aut veterem con
ſuetudinẽ immutare,aliàs tenetur ad intereſſe,
exiguntur tamen requiſita in d.§.cùm igitur. &
nu.22.*
23 *Locatio non dicitur contracta quando ſoluitur pe-
cunia numerata.*
24 *Locatio non dicitur inducta inter partiarios, ſed
ſocietas.*
25 *Diuiſionem iuri petendi non præſcribitur.*
26 *Dominus non cogitur permanere in conductione.*
27 *Ratio eadem eſt de parte ad partem, quæ de to-
ta ad totam.*
28 *Societas quòd perpetuò duret non poteſt fieri.*
29 *Conducto ſi fiat tempore belli vel peſtis conductor
non poteſt petere remißionem mercedis.*
30 *Emphyteuta recipiens rem caſibus fortuitis ſuppo
ſitam, & aquis,non petit remißionem.*
31 *Decimæ dicuntur fauorabiles, & debentur iure di
uino.*
32 *Ex diuerſis non fit illatio.*
33 *Decimæ,eſt controuerſi iuris, an poßent præſcribi.*
34 *Decimæ prædiales non poteſt præſcribi, & eſt com
mun.opin.*
35 *Conſuetudo immemorabilis habet vim conceßio-
nis.*
36 *Conſuetudinis probandæ forma.*

### Argumentum.

Notabilis & pulcherrimus caſus deci-
ditur, quòd domino debeatur pars fron-
dium arundinetorum ſiue cannetorum,
non obſtante quòd coloni per longiſſimũ
tempus dictas frondes non perſoluerint.

Declaratur multa vtilia in materia co-
loniæ,& an iuri coloniæ poſſit præſcribi
cum inductione aliquarum legum & do-
ctrinarum ad materiam facientium.

PIVS V. Pont.Max. conceſſit Re-
uerendo D. Marco Antonio Floren
tio Peruſino eius cubiculari pedatas
lacus Peruſini, videlicet terram pro-
pe litus dicti lacus, quæ terræ dere-
linquuntur, quando in dicto lacu diminuuntur
aquæ,in quibus terris ſic derelictis nuncupatis,
le pedate del lago, fuerunt plantata quàmpluri-
ma arundineta per ruſticos ibi degentes abſque
eo tamen quòd appareat ipſis fuiſſe factam lo-
cationem neque in ſcriptis, neque alio modo,
qui quidem ruſtici per multos annos ſoluerunt
agentibus cameræ Apoſtolicæ medietatem

cãnarum:modò quidam Marinus Salis Peruſinus
agens dicti domini Marci Antonij, ſiue fictua-
rius prædictorum bonorum, inſtituit iudicium
coram me contra prædictos ruſticos pro conſe-
quenda etiam medietate herbarum dictorum arũ
dinetorum vltra medietatem cannarum aſſerens
eſſe in fructu dictas herbas quemadmodum
cannæ.

Pro parte dictorum conuentorum dicebatur
non teneri ad huiuſmodi herbarum præſtationẽ,
1 cùm huiuſmodi longæua poſſeſſio, ſiue† quaſi ha-
beat vim conſtituti, pacti, vel priuilegij. l.1.§. du-
ctus aquæ.ff.de aqua quotidi.& æſti.l.1.§.denique
ff. de aqua plu. arcen.Soc.Iun.conſ.68. Iam plura
per me col.1.verſic.veruntamẽ.lib.1.& præſertim
2 cùm in † caſu noſtro opponatur per viam exce-
ptionis.Bar.in l.quidam in ſuo.ff. de cond. inſtit.
3 quæ conſuetudo eſt iuri conſona,† vt qui in vno
grauatur, in alio releuetur.l. eum qui. ff. de iure-
iurã.fuerũt enim grauati iſti coloni in hoc quòd
ſuis ſumptibus arundineta prædicta plantauerint
ſubiaceántque periculo inundationis lacus.

Nec obſtat ſecundùm D. aduocatum dictorũ
conuentorum doctri. Bal.in l. malè agitur. C. de
præſcrip.triginta, vel quadraginta annorum, vbi
4 dicitur, quòd colonus non † poteſt præſcribere
contra annuam pręſtationem in futurum, niſi in-
terpellatus recuſet ſoluere, & interuertat poſſeſ-
5 ſionem, quia non loquitur in poſſeſſione† longiſ-
ſimi temporis, cuius initij memoria in contrariũ
non exiſtit, quæ habet præſumptionem iuris &
de iure, adeo quòd non admittat probationẽ in
contrarium.Fely.in c.cùm nobis.col.3.verſi.ſcias
etiam.de præſcrip. Alexandrin. conſ.13. col. 3. per
6 quam præſcriptionem †immemorabilem acqui-
ritur etiam directum dominium.Fely. in rubrica
extra de præſcrip.col.3.in 3.fall.Bal.& alij in l.tra-
ditionibus.C.de pac.Dec.conſ.85.2.col.& conſil.
496.col.2.circa med.

7 Secundò, Bal. loquitur † in volente præſcribe-
re annuas præſtationes in totum in verſi. decidit
ergo gloſſ. nos in præſcriptione quid modici &
viliſſimæ rei nempe frondium quemadmodum
8 †laici, licèt in totum non poſſint præſcribere de-
9 cimas, poſſunt tamen† præſcribere in partẽ.Bald.
in l.competit.C.de præſcrip.triginta, vel quadra-
ginta annorũ.Can.in c.cũ aliquibus.extra de de-
decim.Balb.in tract.præſcrip.in 6.par.prin.quęſt.
7.nu.8.vbi alllegat authoritatem tam Theologo
rum, quàm etiam Canoniſtarum.

Pro parte dicti domini Marci Antonij faciebat
10 in primis regula iuris, quæ eſt, quòd omnes †fru-
ctus diuidi debent inter dominum & colonũ.l. ſi
nõ fuerint in princ.ff.pro ſoc.quæ herba cannarũ
& arundinetorum dicuntur eſſe in fructu quẽad-
modũ ſunt in fructu paleæ. d.l. ſi vſufructuarius
meſsẽ. in ver.ſi ſtipula quæ in meſſe iacet.ff.quib.
11 mod.vſufr.amit.ſimiliter† fœnum dicitur eſſe in
fructu.l.pratum.ff.de verb.ſignific.Rom.ſing.555.
niſi alia appareat conuentio l.legem.C.locat.quę
conuentio non fuit probata in caſu noſtro.

Secundò, quia allegata præſcriptio conſuetudo
12 non habebat locum in caſu iſto per doct.Bal.†in
terminis in l. male agitur.C. de præſcipt. triginta
vel quadraginta annorum vbi Bal. quòd etſi colo
13 nus † ſteterit per centum annos, quin reſpondide
rit de fructibus, nunquam tamen præſcribit, &
eadem videtur eſſe ratio de parte fructuum, quæ
14 eſt de omnibus † fructibus. argum. l. quæ de to-
15 ta.ff.de rei vendic.ad hoc enim dicti coloni †po-
tuiſſent præſcribere partem dictorum fructuum,
erat neceſſe fuiſſe requiſitos, & poſt requiſitionẽ
concurriſſe tempus triginta vel quadraginta an-
norum, vt deducit D. aduocatus poſt Roland.à
Valle conſilio 53.nu.28.& 29.libr.2.& faciunt vl-
tra eum quæ poſt alios tradit Boſſ.tit.de regul. n.
16 41. vbi dicit, quòd licèt † quis iuerit longiſſimo
tempore ad furnum ſiue molendinum domini,
non dicitur acquiſiuiſſe tale ius contra eum, ſi ta-
men dominus prohibuiſſet, deinde longiſſimo
tempore perſeueraſſet prohibitus in coquendo
vel molẽdo aliud eſſet:ſic dicamus in caſu noſtro,
17 tunc potuiſſe dictos colonos dictas herbas †præ-
ſcribere, quando alias fuiſſent ab eis petitæ,
& concurriſſet deinde longum tẽpus, & ſic fuiſ-
ſet pręſcriptum.

Tertiò, vt deducebat idẽ dominus aduocatus,
18 ad hoc vt præſcriptio habeat vim conſtituti † &
priuilegij, requiritur quòd initij memoria nõ ad-
ſit in contrarium.d.§.ductus.Iaſ. in l. quominus.
in 2.quęſt.Bart.ff.de flum.ſcriben.in c.1. de præ-
19 ſcript.lib. 6. item † teſtes non debent deponere
de auditu, ſed de ſenſu, & eſt comm.opin.quòd i-
ta ſemper obſeruatum fuerit, vt per Pariſ. poſt A-
lex.in multis conſiliis cõſ.112.nu.21.lib.1.vbi ſub-
20 ditur, quòd†teſtes deponentes ſuper conſuetudi
ne debent habere vltra quinquaginta annos, te-
ſtes autem examinati non deponunt de comm.o-
pin.neque immemorabili tempore, neque proba
tum fuit eſſe illius ætatis, conſequenter non vi-
dentur probare.

Quartò, vltra omnia allegata per dominos ad-
uocatos pro vtraque parte putaui in materia iſta
de qua diſceptamus, inueniſſe tex.in terminis qui
decidat hanc quæſtionem nempe per text.in l.
21 cũ †ſatis.§.cum autem.C.de agric.& cenſit.lib.11.
cum declaratione additionis ad Bar.ibi nu. 14. &
22 15.legitur in effectu in d. tex.quòd colonus † qui
ſtetit per viginti annos tanquàm colonus, inde
poſtea recedere non poteſt, & dominus poſſeſſio-
nis non poteſt ei moleſtiam inferre, aut veterem
conſuetudinem immutare, aliàs tenetur ad inter-
eſſe &c.qui text.licèt prima fronte videatur face-
re contra dictum dominum Marcum Antonium
rectè tamen intuenti probat eius intentionem vt
mox deducam, nã ad hoc vt narrata in dicto text.
procedant, requiritur quòd per pactum vel ſcri-
pturam prius ſe alligauerit, aliàs ſolus curſus di-
cti temporis, vel pactum tantùm, vel ſcriptura ſo-
lũ non ſufficit, ſed hæc omnia requiruntur ad o-
perandum dictos effectus ſecundùm glo.& doct.
23 ibid. & ita etiam legem illam † ſubtiliter decla-
rat Ruyn.conſ.151.viſo ſub nu.1.verſi. non obſtat
tex.in l.cum ſatiſ.lib.4.vbi dicit, quòd filij dicto-
rum colonorũ non ligantur d. lege, niſi ſint con-
cepti poſt conſcriptionem finitã per patrem ipſo-
rum.quæ requiſita cùm non interuenerint in the
matę noſtro propoſito, meritò eſt dicendũ ipſum
dominum Marcum Antonium poſſe petere par-
tem dictarum frondium tanquam pars fructuum
dicto-



dictorum arundinetorum.Nec cauſatur dictis co
24 lonis aliquod præiudicium, quia †quemadmodũ
non interuenientibus requiſitis in d.§.cum igitur
dominus fundi poteſt repellere colonos, & mu-
tare veterẽ conſuetudinẽ fructuũ: ita colonus po
teſt verſa vice à fundo diſcedere, quatenus ipſi hu
iuſmodi alteratio fructuum non placeat.ita dicit
ibi tex.quem hoc modo intelligunt doct.& parti
culariter ita præſupponit Ruyn.in d.conſ. 151.ſub
nu.18.verſi.non obſtat etiam lib.4.

25 Præterea inter dominum † Marcum Anto-
nium & eius authores & dictos colonos non
dicitur contracta locatio, ex quo non ſoluitur
pecunia numerata. l. prima §. ſiquis ſeruum, vbi
not.ff. depoſ.& in l.ſi vir vxori. ff. de donat. inter
virum & vxorem. & notat Bartol.in l. ſi merces.
26 §. vis maior.in vti. col. ff.loca. vbi legitur, ꝙ †in-
ter iſtos partiarios non dicitur contracta locatio,
ſed ſocietas:ſi ergo eſt contracta ſocietas, non po
27 teſt perpetuò durare, cùm iuri petendi† diuiſionẽ
non præſcribatur, vt poſt alios in terminis pro-
priis noſtris declarat Ruy.d.conſ.151.num.vndeci
mo lib.4. diſcedant ergo à conductione dicti ru-
ſtici, ſi eos non iuuat ſoluere ratam frondium, &
28 ſtare †in conductione in qua dominus non cogi-
tur permanere, vt per quamplurima fundamenta
firmat Crauett.in tractat.de antiq.temp.par.4. n.
216. & ſeq. & vltra eum in puncto tradit Ruy.d.
conſil.151.per totum conſil.libro quarto reprehẽ-
dens Bald.in l.male agitur.C.de præſcrip.trigin-
ta vel quadraginta annorum.ſi ergo non pręſcri-
bitur colonia (quatenus eſſet coloniæ, quid nega-
tur) multo magis præſcribi poteſt reſtitutioni, ac
reſponſioni etiam minimę partis fructuum.ſat ſit
ergo ipſis ruſticis ſuperlucraſſe pręteritos fructus
dictarum frondium, nec iudicio meo eſt facien-
da vis, quòd Bald. loquatur in reſponſione o-
nium fructuum, quia vt dicebam eademmet eſt
29 ratio,† in minima parte ipſorum.arg.d. l. quæ de
tota.ff.de rei vend.

Cui opinioni non obſtant contraria licèt ſub-
tilia, quia non fuit probatum de immemorabili
poſſeſſione & præſcriptione, nec teſtes depoſue-
runt ſecundùm quod erat opus deponere in pro-
banda conſuetudine & præſcriptione iſta:& licèt
depoſuiſſent formiter, nihil eſſet, quia ex quo nõ
eſt locatio, vt præſupponit dominus aduocatus,
ſed ſocietas vt deduxi ex Ruy.dicto conſil.151.lib.
4.non poteſt fieri neque per præſcriptionem ne-
30 que per pactum, †quòd ſocietas perpetuò duret,
ſed erant fienda requiſita per tex.in d.l.cùm ſatis
§. cùm igitur. C.de agric.& cenſit.lib.11.

Nec eſt in conſideratione quòd iſti ruſtici gra-
uentur in periculo inundationis, & ſic debeant
in alio releuari, quia cùm à principio plantatio-
nis cannetorum immineret iſtudmet periculum,
ſibiipſis eſt imputandum, ad quod comproban-
dum infinita congeri poſſent, ſed ſufficiat allega-
re Bal.in l.ex conducto.§.1.ff.loca.Alex.in l.inter-
dum.§.quòd ex naufragio.ff.de acq. poſſ. Boſſ. in
31 tit.de remiſſ. merced. nu. 84. vbi ſi fiat† condu-
ctio tempore belli vel peſtis, conductor non po-
teſt petere remiſſionem, & in tantùm hæc con-
cluſio eſt vera, vt ſufficiat timor belli vel peſtis.
Alex.in l.diuortio in princ.3.col.ff.ſolut.matrim.
32 Boſſ. vbi ſuprà. & conductori† ſiue emphyteutæ
accipienti rem aquis & caſibus fortuitis ſuppoſi-
tam non fit remiſſio; cùm periculum ineſſet tem-
pore conductionis, & eſt com.opinio, vt poſt a-
lios nouiter voluit Burſ.cõſ.11.n.30.lib.1.ſic in ca-
ſu noſtro Ruſtici iſti qui ſponte plantauerunt a-
rundineta prope lacum tranſimenum, excogitare
potuerunt periculum inundationis, propterea ex
hoc capite nulla ipſis eſt habenda conſideratio.

Non obſtat demum ſimile de decimis, videlicet
33 quòd pars ſolutionis†decimarum poſſit pręſcri-
bi, quę ſolutio decimarum videtur fauorabilis, &
fortiori iure debentur, nempe iure diuino, cùm
nos habeamus deciſionem iuris claram in d.l. cũ
ſatis.§.cùm igitur.C.de agric.& cenſit.& Bald.in
34 dicta l. male agitur.† ex diuerſis igitur non eſt
facienda illatio. l. Papinianus exuli.ff. de min.
vulg.

Præterea non eſt abſolutè verùm poſſe præſcri
bi ſolutionem decimarum, doct. enim modò in
35 vnam, modò in aliam viuere ſententiam,† vt eſt
videre ex Didac.Couarr.qui meliùs cæteris hanc
materiam explanat in c. 16.lib.1.var.reſol. imo in
36 d.loco.n.9.Couarr.expreſſè firmat decimas†præ-
diales minimè præſcribi poſſe, dicens hanc eſſe
com.opin.& poſt eum idem nouiter tenet Nata.
conſ.136.nu.7.& per tot conſ.lib.2.Nos tamen ſu
mus extra omnem difficultatem, quia teſtes exa-
minati ad fauorem dictorũ ruſticorũ non probãt
37 de conſuetudine immemorabili, † quæ tamen
conſuetudo immemorabilis, & non alia habet
vim conceſſionis.Natta.conſil.154.dubium.nu.6.
lib. 2.vbi nu.5. dat formam probãdi conſuetudi-
nem immemorabilem, quę forma non fuit ſerua-
ta in caſu noſtro, vt etiam ſuperius dictum fuit,
propterea ſententiaui dictos ruſticos teneri ad
præſtationem frondium dictarum cannarum ma
nu ſer Lemmi de Rubeis Peruſini Not. Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO CVII.

SVMMARIVM.

1 *Mandatorũ copia nõ datur ex ſtylo prouinciæ Vm-
briæ, & prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, & nu.
4. Fallit quando procurator ageret tãquam ſub-
ſtitutus alterius, & nu. 2. Fallit quando quis eſ-
ſet procurator collegij, vniuerſitatis, monaſterij,
minoris, mulieris, & ſimilium perſonarum, &
num.3.*

### Argumentum.

Mandati copia licèt regulariter danda ſit, hoc tamen de ſtylo nõ ſeruatur in prouincia Vmbriæ, & in prouinciæ Marchiæ Anchonitanæ exceptis tamen aliquibus caſibus hic adnotatis.¶

MVLTOTIES mihi euenit, quòd
ad bancum iuris procuratores ne-
gabant alios procuratores habere
mandatum, illi autem ſciebant
fieri fidem de eorum man-

datis oretenus ab aliquo ex notariis actuariis, ſiue curialibus, ſed aduerſarij nihilominus non cõtenti de dicta fide petebant copiam mandatorũ, forſan ad proletandum iudicium, cúmque ego paſſim decernerem copiam mandatorũ, alij pro-
1 curatores replicabant ex † ſtylo & inueterata con ſuetudinẽ iſtius curiæ non eſſe dandam copiam mandatorum, ſed ſufficiat ſimplex fides, quando de dictis mãdatis fuiſſet rogatus aliquis notarius
2 curialis, ſiue actuarius, niſi † tamen aliquis cõpareret tãquã ſubſtitutus alterius procuratoris, quia tunc eſt neceſſe decernere copiã mãdati procuratoris principalis, an habuerit in principali manda to poteſtatẽ ſubſtituendi, in alio etiã caſu, etiã ſtã te ſtylo decernebatur copia, quando aliquis fuiſ-
3 ſet † conſtitutus procurator ab aliquo collegio, conuentu, monaſterio, confraternitate, vniuerſitate, muliere, minori, vel ſimilibus perſonis, quia ex quo in iſtis mandatis requiruntur aliquæ ſolennitates, ſemper erat ſolitũ decerni copiã mandatorum, licèt de mandato procurę fuiſſet rogatus notarius curialis, vel actuarius, quę copia mãdatorũ tũc etiã decernebatur, quãdo in mandato aliquid cõtineretur, quod requireret ſpeciale mã datum, & ſecundùm iſtum ſtylum pluries pronũ-
4 ciant. argu. l. minimè, ff. de legib. qui quidem † ſtylus ſeruatur in prouincia Marchiæ Anconitanæ, vbi dum pluries fui Auditor, multoties pronunciaui ſecundùm iſtum ſtylum. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicionum cauſæ contra iudices vbi tractentur remiſſiuè.*
2 *Gubernator quando allegatur ſuſpectus, omnes eius Auditores poſſunt allegari ſuſpecti, & num. 9. quod ab ipſo Gubernatore, & n. 4.*
3 *Poteſtas quando allegatur ſuſpectus, tota eius familia redditur ſuſpecta.*
5 *Collegium totum poteſt allegari ſuſpectum, quando caput ſiue principaliores dicti collegij forent ſuſpecti.*
6 *Concilium prouinciale non autem generale poteſt allegari ſuſpectum.*
7 *Suſpicio in iudice eſt, quando datur ad inſtantiã alterius partis, quia etſi datio teneat, parte tamẽ reclamante debet remoueri, & nu. 6.*

### Argumentum.

Gubernator, poteſtas, & alij ſimiles ſi allegantur ſuſpecti, omnes eius Auditores, & tota familia poteſt allegari ſuſpecta, quemadmodum collegium, & concilium prouinciale, quando caput, ſiue principaliores forent ſuſpecti.

FVERAT commiſſa ex vrbe per breue S.D.N. quadam cauſa Reuerendiſſimo Domino Buonſignoro Finetto huius prouinciæ gubernatore, in qua cauſa per alteram ex partibus dictus Reuerendiſſimus Dominus Gubernator allegabatur ſuſpectus licèt iniuſtè cùm præfatus Reuerendiſſimus Gubernator eſſet iuſtiſſimus & literatiſſimus, nihilominus idem Reuerendiſſimus Dominus Gubernator non curans de prædictis offerebat committere cauſam prædictam alteri ex auditoribus, de quo eademmet pars conquerebatur, præſupponens quòd ſtante ſuſpicione Reuerendiſſimi Gubernatoris redderentur ſuſpecti etiam eius auditores, & officiales tanquam ab eo dependentes, cúmque idem Reuerendiſſimus D. Gubernator hæc mecum contuliſſet, ego erã opinionis, quòd quatenus iuſtè & legitimis cauſis ſuſpicionis ſubſiſtentibus contra perſonam Reuerendiſſimi
1 Gubernatoris, quas cauſas † ſuſpicionum congerit poſt Spec. & alios Marant. in tract. iudic. part. 6. verſicul. recuſatio. numero vigeſimo ſeptimo, & ſequent. ipſe Reuerendiſſimus Gubernator po
2 tuiſſet allegari ſuſpectus, quòd † omnes eius audi tores & miniſtri poterant allegari ſuſpecti. moue bar per l. primam C. ſi qua præd. poteſt. quam ad hoc propoſitum allegat Roland. à Valle conſilio decimo nono, numero decimo tertio, lib. tertio.
3 vbi legitur, quòd † ſi poteſtas eſt ſuſpectus, tota eius familia eſt ſuſpecta, quæ ratio viget etiam in
4 auditoribus ratione ſubiectionis, ſiue † ſuppoſitionis, etiam quòd auditores dependeant ab vrbe, & non à Reuerendiſſimo Gubernatore, cùm ſemper ſint ſuppoſiti ipſi Reuerendiſſimo Gubernatori.

Comprobatur iſthęc opinio authoritate Bal. in l. 2. col. 2. verſi. nota quòd ſi caput C. ſi rect. prouinc. quem ſequuti fuere Fely. in c. cauſam quæ. in princ. ff. de offic. delegat. & in c. inſinuãte eod. tit. Rolan. à Valle d. conſ. 19. nu. 12. lib. 3. vbi dicũt,
5 quòd totum collegium † poteſt allegari ſuſpectũ, quando caput, ſiue principaliores dicti collegij forent ſuſpecti, dicens Rolan. poſt alios, idem
6 † eſſe in concilio, ſiue ſynodo prouinciali non generali, poſt Alber. de Roſat. Dec. & alios quos allegat ſubdens Rolan. nu. 15. & ſeq. poſt Bal. in l. obſeruandorum. ff. de iudic. maximam cauſam
7 † ſuſpicionis eſſe, ſi iudex fuerit datus ad petitio-
8 nem alterius partis, quia etſi † iudicis teneat, debet tamen remoueri inſtante parte, & iſtis principalioribus fundamentis, & aliis ego retuli præfato Reuerendiſſimo Domino Gubernatori me eſſe in opinione, quòd ſtantibus pro veris cauſis ſuſpicionum, † quæ obiiciebantur contra ſuam dominationẽ Reuerẽdiſſimam, omnes eius auditores & miniſtros poſſe allegari ſuſpectos. quã opinionẽ tanquã iuri conſonã approbabat etiam præfatus Reuerendiſſ. Gubernator ſed vt in principio dicebam, nullam pœnitus propoſuerunt cauſam ſuſpicionis contra ſuam Dominationem Reuerendiſſimam, meritò quemadmodum non erat ſuſpectus ipſe Reuerendiſſimus Gubernator, ita non poterant eſſe ſuſpecti eius Auditores. fuit tandem dicta cauſa compromiſſa, & ſic ceſſauerunt omnes iſtæ controuerſiæ. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

DECI-



## DECISIO CIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri ſiue vxori competit retentio bonorum viri donec ei reſtituatur dos, quod ius tranſmittitur ad filium, & ad ſingularem ſucceſſorem etiam non facta liquidatione, & nu. 2.*
3 *Retentio iſta competit quando poſſeſſio eſt vacans, & dũmodo vxor verbis, vel facto declaret velle mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis, & nu. 4.*
5 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
6 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
7 *Animus talis præſumitur in futurum, qualis fuit de præterito, de quo animo poteſt conſtare & re, & uerbis & nu. 8.*
9 *Animus re quomodo oſtendatur.*
10 *Poſſeſſio domus includit poſſeſſionem rerum mobilium in domo exiſtentium. fallit quando mulier limitate petiiſſet poſſeſſionem domus tantũ, & nu. 2.*
12 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
13 *Animus verbis quomodo demonſtretur.*
14 *Hæres ſola deſtinatione animi efficitur hæres, & in caſu propoſito æquiparatur declaratio animi hæredis, & vxoris, & nu. 15.*
16 *Vxoris animus dignoſcitur ſi præcipi feciſſet laboratoribus, vt eam de fructibus recognoſcerent.*
17 *Vxor continuando poſſeſſionem bonorum mariti, præſumitur quòd poſſederit ex titulo præcedenti.*
18 *Vxori eiectæ de domo ante factam decalrationem non competit remedium recuperandæ poſſeſſionis, ſed debet agere remedio l. dotis actione. C. ſol. matr. & nu. 19.*
20 *Rota Romana quid ſeruet in hoc caſu, & quomodo eius obſeruantia intelligatur.*
21 *Mulieres habent conſulere peritos.*
22 *Mulieres ſicut vadunt ad eccleſias pro indulgentiis, ita ad aduocatos pro conſiliis accedere debent.*

### Argumentum.

Determinatur in hac deciſione poſt multos Doctores adinuicem altercantes, qui vel conciliantur ab auctore, vel validiſſimis rationibus reprobantur, vxorem debere ſiue re, ſiue verbis, ſaltem tẽpore turbationis declarare ſe velle mutare cauſam poſſeſſionis in retinendo bona mariti ſui pro recuperatione ſuarum dotium, aliàs niſi declarauerit, & fuerit eiecta ab hæredibus viri, non competet vxori remedium recuperandæ poſſeſſionis, ſed experietur aduerſus hæredes remedio l. dotis actione. C. ſolut. matrim.

CLARA eſt apud Doct. concluſio,
1 quòd † mulieri ſiue vxori competit retentio bonorum viri, donec ei reſtituatur dos. Bart. in l. filio. la prima. ff. ſol. matri. Bal. in l. pen. C. de pignor. act. in l. cùm tibi. C. qui pot. in pig. habe. Saly. in l. pen. C. de non nume. pec. Iaſ. in l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum, col. fi. ff. de condi. indeb. Dec. conſ. 232. col. 1. cõſ. 400. col. 2. conſ. 671. col. fi. Soc. Sen. conſil. 131. col. 2. lib. 1. Bal. Nouell. in tract. de dot. priuile. 6. in 13. limit. ver. limita ſecundò. Rolan. à Vall. conſil. 77. nu. 27. lib. 1. Gramm. deciſ. 58. nu. 3. & deciſ. 92. nu. 19. dicens. nu. 20. hoc non ſo-
2 lùm licere vxori, † verùm etiam filio ipſius vxoris, ex quo ius iſtud retentionis tranſit in ſingularẽ ſucceſſorẽ. l. cùm prætor. ff. de diſtrac. pig. Frãc. Marc. deciſ. 181. part. 1. Caualc. in tract. de vſufr. n. 201. quod procedit etiam non facta liquidatione debiti. Grãm. d. deciſ. 58. nu. 12. idem in caſu principali, quòd mulier poſſit retinere bona viri, voluit Capit. deciſ. 19. nu. 3 Franc. Burſ. conſ. 9. nu. 4. & hæc eſt communis, & recepta omnium Doctorum concluſio nemine pœnitus diſcrepante, quæ tamen opinio limitatur duobus modis, pri-
3 mò, † hoc debere intelligi, quando poſſeſſio fuiſſet vacans, & à nemine occupata, quia ſi fuiſſent bona occupata, non poteſt vxor propria authoritate bona inuadere ſed debet experiri contra hæredes viri actione l. dotis actione. C. ſol. matr. ita voluerunt communiter Doct. Soc. Sen. cõſ. 131. n. ver. prętérea cũ nõ in plus. lib. 1 Bal. in l. pen. C. de non nu. pec. Dec. conſ. 232. nu. 2. Rol. à Vall. d. conſ. 77. nu. 35. Bar. & alij in d. l. filio. Iaſ. in dicto §. ſi cen
4 tum. Franc. Burſ. d. conſ. 9. nu. 4. † Secundò limitatur iſta opinio, vt procedat, dummodo vxor verbis, vel facto declaret eius animũ, videlicet quòd intendit ratione ſuæ hypothecę inſiſtere in bonis mariti, in quibus viuente eius marito inſiſtebat iure familiaritatis l. qui iure familiaritatis. vbi Bar. & alij. ff. de acqu. poſ. Menoch. in tractat. de arb. iud. caſ. 160. nu. 14. lib. 2. cent. 2. vbi multa congerit ad materiam circa ea quæ fiũt iure familiaritatis, & ita dixit Soc. d. conſ. 131. nu. 7. per tex. in l. qua ratione. §. interdũ. & l. 3. §. ſi rem. in fin. ff. de acquir. poſſ. Dec. conſ. 232. nu. 2. & conſ. 400. nu. 5. verſ. nec obſtat in l. dotis. C. de collat. Alci. præſump. 32. reg. 2. Curt. Iun. conſ. 168. nu. 36. & conſ. 110. num. 22. ver. nec obſtat Rol. à Valle d. conſ. 77. nu. 28. vſque ad nu. 34. Burſ. d. conſ. 9. n. 7. mutatio
5 † enim volũtatis non præſumitur, niſi probetur. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poſſ. Pariſ. conſ. 67. nu. 25. lib. 3. latiſſimè Rol. d. conſ. 77. nu. 32. Neuiz. conſ. 2. num. 9. Cæph. conſ. 277. numer. 99. lib. 2. & conſ. 288. nu. 3. eo lib. Grat. reſp. 128. nu. 5. lib. 1. Be-
6 ro. conſ. 55. numer. 8. lib. 3. & † propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de
7 cond. ob cau. † & animus talis præſumitur in futurum, qualis fuit de præterito. Bertran. conſ. 39.
8 num. 2, lib. 1. de † quo tamen animo & re, & verbis conſtare potuiſſet. Pariſ. conſil. 131. nu. 20. lib. 1. cum congeſtis doctiſſimè à Rol. à Valle d. conſil. 77. n. 31. re & facto poteſt oſtẽdi animus iuxta ma-
9 teriã l. Paulus. ff. rem rat. hab. † quando vxor non permiſiſſet hæredes in domum ingredi, & claudendo domum ipſius claues penes ſe retinuiſſet. l. clauibus. ff. de contr. emp. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iu. do. Soc. Sen. d. cõſ 131. nu. 2. verſ. ſecũdò quia fru-
10 ctus. ex † qua poſſeſſione domus, & clauiũ retẽtione includitur etiã poſſeſſio rerũ mobiliũ exiſtentiũ in domo, vt notatur in ſupradictis iuribus. & ponit Soc. Sen. d. cõſ. 131. n. 6. vbi n. 9. declarãs hoc
11 pcedere, † niſi mulier vel alius limitatè petiiſſet ſe

V 3

tantummodo immitti in poſſeſſionem domus,
12 quia limitata illa petitio includit ſolùm domum
non autem exiſtentia in domo, arg.l.in agris.ff.de
acq.rer.do. l. cancellauerat ff. de his quæ in teſta.
del.poſſent poni alia exempla de poſſeſſione quę
facto & re dicetur acquiri per vxorẽ,quæ conſul-
to omitto, cũ diligẽs legũ indagator per ſeipſum
alia exempla eius ſtudio congerere poſſit,exem-
13 plũ de declaratione verbali eſſet,quãdo † vxor vel
apud acta, vel corã teſtibus profeſſa fuiſſet velle
mutare cauſam poſſeſſionis,quã per prius detine-
bat iure familiaritatis, & modò velle iure pro-
prio detinere,quemadmodum de hæreditate di-
14 cimus, † qui licèt ſola deſtinatione animi hæres
efficiatur l. ſi auia. C. de iur. deliberand. de tali
tamen animo conſtare debet.Bartol.& Docto. in
l.gerit.& in l.pro hęrede.ff.de acquirend. hæred.
15 quam † ſimilitudinem declarationis animi hære-
dis ad caſum noſtrum in terminis ponit Rol. d.
conſ.77.nu. 29. & 30. cognoſceretur etiã animus
16 † vxoris,ſi percipi feciſſet laboratorib. vt retine-
rent fructus fundi ad eius inſtantiam, vel eam de
fructib.recognoſcerent, quia quoquomodo cõ-
ſtet de eius voluntate ꝙ voluerit mutare cauſam
ſuę poſſeſſionis, & nõ poſſidere amplius iure fa-
miliaritatis,ſufficit ipſi mulieri,ad uo.in d.l. geri.
& d.l.pro hærede. vt ponunt omnes ſuprà relati
Do.maximè Dec.d.cõſ.400.n.5. & propterea nõ
video quomodo poſ.ſaluari.Bero. conſ.60.nu.5.
17 & 6.lib.2.vbi dixit ꝙ mulier † continuando poſ-
ſeſſionem bonorum mariti,qui viuente ipſo ma-
rito poſſidebat iure familiaritatis,ne delictum ex
parte vxoris præſumatur, iuxta l. meritò. ff. pro
ſoc. præſumendum eſt quòd mulier poſſederit ex
titulo præcedenti, quod etiam voluit nouiſſimè
Burſat.conſil.8.nu.15.ver.inſuper.lib.1.& videtur
18 voluiſſe Dec.d.conſ.400.† quia dictũ Bero. Bur-
ſat.& ſequacium eſt falſum, & contra communẽ
opinionem, quia non negatur dictam mulierem
continuando poſſeſſionem non committere deli
ctum, ſed ni declarauerit ſe velle mutare cauſam
poſſeſſionis re vel facto, iuxta ea,quæ ſupra dixi-
mus, ſaltem tempore moleſtationis, vt per Caual
can.in tract.de vſufr.mul.nu.201.dicetur poſſide-
re, & continuare poſſeſſionem iure familiaritatis
19 prout faciebat viuente eius viro, adeo † quòd ſi
ante factam per ipſam qualem qualem declara-
tionem mutationis eius voluntatis fuerit eiecta
ab hæredibus viri,non competit ipſi remedium
recuperandæ poſſeſſionis, prout dicunt Roland.
& cæteri præcitati Doct. ſed ipſi vxori opus erit
agere remedio d.l.dotis actione.C.ſolut.matri.&
20 licèt contrarium ſeruetur † in Rota Romana, vt
dicit Burſat. d. conſ.8.nu. 15. allegando Achil.de-
ciſ.4.de cauſ.poſſ.& propr.Paleot.deciſ.422.putò
tamen dictas deciſiones Rotæ debere intelligi,vt
ſaltem tẽpore turbationis requiratur qualis qua-
lis declaratio animi ipſius mulieris. Caualcan. d.
tract.de vſufr.mulier.num.101.quod nec nos ne-
gamus.

In caſu autem noſtro iſta Magnifica D. Lucre-
tia & re, & verbis declarauit ſe velle inſiſtere in
bonis viri, donec ei reſtituatur dos. Propterea ad
fauorem ipſius iudicaui:fuit enim mulier iſta pru
dentiſſima in conſulendo peritos, quemadmodũ
21 facere deberent omnes aliæ † mulieres. Bald. &
Doct.in l.bonorũ & in l.iuris.C.qui admit. Grat.
reſpon.26.n.24.lib.1.vbi dicunt,quòd ſicut vadũt
22 † mulieres ad eccleſias pro indulgẽtiis,ita ad ad-
uocatos pro conſiliis accedere debent.Laus Deo.

*Ioſ.Lud.Aud.*

## DECISIO CX.

SVMMARIVM.

1 *Procurator præſumetur habere mandatum, ſi vltra
productionem ſcripturarum ad cauſam facien-
tium probabit conſignationem dictarum ſcriptu-
rarum fuiſſe factam à domino principali.*
2 *Ruyn.conſ.*107.*nu.*6.*lib.* 4. *& Loffred.conſ.*27. *in
princ.declarantur.*
3 *Scripturarum conſignatio poteſt probari per teſtes.*
4 *Mandatum priuati poteſt probari per duos teſtes.*
5 *Mandatum principis debet probari per ſcripturã.*
6 *Procurator quando producit ſcripturas facientias
ad cauſam admittitur cum cautione de rato, etſi
non docuerit de conſignatione ſcripturarum.*
7 *Procurator etiam illo caſu admittitur ſine manda-
to,quando vltra productionem ſcripturarum ad
cauſam facientium docuerit ſe extrahi feciſſe
dictas ſcripturas de ſuo.*
8 *Procuratorem de ſuo ſoluere non eſt veriſimile.*
9 *Procurator præſumetur habere mandatũ,ſi in præ-
ſentia ſui principalis faceret actus iudiciales:
Nam tunc dominus mandare creditur, ex quo
patitur fieri actus iudiciales in eius præſentia
per aliquem, & nu.*10. *&* 17.
21 *Innoc.in c.ex parte decani.extra de re iud.decla-
ratur, & defenditur.*
12 *Coniunctus admittitur pro coniuncto cum cautio-
ne de rato,ſimiliter admittitur ſocius,nu.*13.*item
amicus, & nu.*14.
15 *Innoc.dictum de quo ſuprà procedit tã in iudicia-
libus,quàm in extraiudicialib.*
16 *Veriſimilia quæ non ſunt,dici non debent.*

### Argumentum.

Quòd diu fuit ambiguum, hic hodie
luce meridiana clarius dilucidatur, an &
quomodo ex productione ſcripturarũ ad
cauſam facientium procurator præſuma-
tur habere mandatum, nec ne.

DOMINVS Petrus Iacobus Ame-
rigus, cauſidicus Peruſinus in qua-
dam cauſa Tudertina, produxerat
quaſdam ſcripturas,& inſtrumenta
facientia ad cauſam,inſtabátque au
diri in dicta cauſa,etſi non haberet aliquod man-
datum,ex aduerſo replicabatur non eſſe audien-
dum, niſi produxit mandatum, dubitatum fuit
quid iuris hanc quæſtionem poſuit originaliter
gloſſa in l.final.in princip.C.de pac. conuen. vbi
Bald.& Doc.& idem Bald.in l.ſi quis per calum-
niam in fin.C.de epiſcop.& cleric. Doc.in l.Mæ-
uia in princ.ff.ſol.matr.Iaſ.in l.1.in fin.C. de pro-
cur.Fely.in c.corã.col.4.verſ. limita primò.extra
de off.deleg.Rom.ſing.643.& conſ.446.Boer.de-
ciſ.



ciſ.454.Alciat.in tract.præſumpt.reg.1. præſump.
33. Vant.in tractat.de nullit.in tit.qualiter ſent.&
proceſſ.qui dicun.nul.defen. ſeu reper.poſſin.nu.
96. Cagn.in l. velle.nu.9.ff.de reg.iur.Ant. Gabr.
lib.comm.concl. 2. tit. de procur.concl.1. nu. 27.
1 vbi dicunt communiter, † quod ſi vltra produ-
ctionem ſcripturarum faciẽtium ad cauſam pro-
betur per procuratorem conſignatio dictarũ ſcri-
pturarum facta per eius principalẽ, iſto caſu ple-
nè probabitur mandatum, & hæc eſt communis
opinio, vt dicit Marſ. in l. ſi quis. verſ. & ad hoc
dicendum.nu.171. ff.de quæſt.& ita intelligendus
2 eſt Ruyn. † qui nimis generaliter locutus fuit in
conſ.207.nu.6.lib.4. & Loffred.conſ.27.in princ.
& alij doct. qui abſque diſtinctione nimis gene-
3 raliter pertranſeunt, & † conſignatio poteſt pro-
4 bari per teſtes, quemadmodũ poteſt probari † mã-
datum priuati per duos teſtes, Cęph.conſil.65.nu.
5 1. licèt ſecus ſit in † mandato Principis.Nat.conſ.
420. num.2.& num.4. quod quidem probari de-
bet per ſcripturam,ſi verò non probaretur conſi-
gnatio ſcripturarum per dominum principalem
ipſi procuratori facta, tunc procurator non ad-
6 mitteretur ſimpliciter, ſed cum cautione de rato.
Bart.in l. vulgo. in fin.ff.de admin.tut. Vant. vbi
ſupra.num.97. Rom.& ibi apoſtil. ad eum d.ſing.
643.quæ tamen cautio nõ requireretur,etiã quòd
per procuratorem non probaretur conſignatio
7 ſcripturarum, quando videlicet † probaretur di-
ctum procuratorem extrahi feciſſe ſcripturas, &
inſtrumenta facientia ad cauſam, & de ſuo expen
diſſe pecunias pro extractione dictarum ſcriptu-
rarum,ad not.per gl.in cle.fi. dę reſcri.& per Ant.
de Butr.in c.fi.extra eod.tit.& hanc limitationem
poſuit Loffred.d. conſ.37.num.2.& licèt Loffred.
non dicat, viua ratio huius concluſionis eſt ea,
8 quia non eſt veriſimile quemquam iactare † ſuum
& procuratorem ſoluere de ſuo. Rot. deciſ. 23. in
antiq.Soc.Sen.conſ.46. col.2. lib.3.Dec. conſ. 36.
col.5.& conſ.42.col.pen.& in l.1. col.4.C.qui ad-
mitt.Gozad.conſ.2.col.4. Soc.Iun.conſ.139.num.
10. & ſeq.lib.3. cùm aliis doctè congeſtis a Viu.in
lib. comm.opin.in verſ.mandatum. num. 6.quæ
limitatio Loffred. ita à nobis confirmata licèt ſit
noua,& à doct.præſertim à Vant.non cognita,pu
to tamen eſſe veram,& iuri conſonam rationibus
de quibus ſupra.præſumeretur etiam mandatum
9 in † procuratore,ſi procurator in præſentia prin-
cipalis faceret actus iudiciales. Nam ex quo cau-
10 ſam ſuam per procuratorem tractari † videt,& nõ
contradicit, mandare creditur. l. qui patitur. ff.
11 mand.c. fin. de iur.iuran. in 6. † Innocen. in c. ex
parte decani, extra de re iud.Felyn.in c.cùm olim.
col.2. extra de reſcript.latè Vant.in tract.nullit.in
tit. quib.mod. ſentent.nul. repar.poſ. num. 94. &
ponit Crauett.in tract. de antiquit. temp.1. parte
in 4. limit.num.57. Guid.Pap. q.40.& licèt Alex.
in l. ſæpe. col. 1. cum ſeq.ff.de re iud. & in multis
conſiliis congeſtis per Van. vbi ſupra dicat dictũ
Innoc. eſſe communiter reprobatum, nihilomi-
nus idem Alex. conſ.80. viſo proceſſu.col.pen. &
fi.lib.4. reprobat tantummodo dictum Innocen.
in extraiudicialibus, & Crauet.vbi ſupra,numer.
58. dicit dictum Innocen. habere locum, quando
ſocius ageret pro alio ſocio,coniunctus pro con-
iuncto,amicus pro amico,quæ declarationes non
ſunt admodum notatu dignæ, cùm ſimiles perſo-
næ etiam ſi faciant actum abſque præſentia prin-
12 cipalium, admittantur ſaltem † cum cautione de
rato.in coniuncto eſt tex.in l. exigendi.C.de pro-
13 cur. de † amico not. doct. & in l. ſed & hæ.ff. de
14 procur.Ruy.conſ.100.nu.1.lib.4.de ſocio † ponit
Bart.in l.& hæc diſtinctio.§. ſi fundum.ff.loc.de-
clarando tamen vt per Ruyn.conſ.65.num.6.& 7.
lib.5. Propterea quicquid dixerit Alex. ego puto
15 generaliter dictum † Inno. procedere, ſiue ſimus
in iudicialib. ſiue in extra iudicialib. quis enim
eſſet tam demens ac fatuus, quod faceret actus in
præſentia principalis niſi ipſo principali mandã-
te? profectò nullus: ideo quid non eſt veriſimile,
non eſt dicendum, arg.l. non eſt veriſimile, non
eſt dicendum, argu. l. non eſt veriſimile.ff.quod
16 met.cau.& quæ † non ſunt veriſimilia, habent i-
maginem falſitatis, dicamus igitur actus cenſeri
factos per procuratores de mandato principaliũ,
17 † quando fiunt in præſentia ipſorum principaliũ.
d.l.qui patitur. hæc autem poſui ad exornandam
deciſionem,cum caſus iſte non eſſet in controuer
ſia, ſed tantum diſputaretur,an dictus procurator
deberet admitti non docto de mandato, ex quo
producebat ſcripturas, & inſtrumenta facientia
ad cauſam,ſed quia non docuit de conſignatione
ei facta per dominum, neque ipſum feciſſe extra-
here dictas ſcripturas ſuis ſumptibus, ideo decla-
raui,eum fore admittendum cum cautione de ra-
to. Laus Deo.

*Iôſ.Ludouicus Aud.*

## DECISIO CXI.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, ſiue procuratores gratuiti non poſſunt
petere ſalarium.*
2 *Procurator, etſi nihil petat ab eo, pro quo patroci-
natus fuit, habet tamen illum obligatum ad an-
tidora,prædicta an habeant locum,quando pro-
curator dixiſſet nil conſequi velle, & nu.* 5. *&* 6.
3 *Antidoralis obligatio eſt ius naturæ,vt benefaciẽ-
ti benefaciamus, & num.*15.
4 *Dominus tenetur fideiuſſori non ſolùm de eo quod
ſoluit, ſed etiam de eo quod donatum fuit.*
7 *Procurator adiuuans filium amici, cenſetur adiu-
uare ob amicitiam quam cum eius patre habe-
bat, & ideo nil conſequi velle.*
8 *Obligatio iſta antidoralis ceſſat, quando iſti pro
quibus patrocinantur, eſſent pauperes, & nu.*9.
10 *Aduocati, & procuratores pauperum habentes ſa
larium de publico noſtris temporibus extorquẽt
à miſellis perſonis & pecunias, & munera.*
11 *Aduocatus, vel procurator, quando patrocinantur
tacitè,vel expreßè non repetuntur expenſæ, ſed
contra,num.*12. *& nu.*14.
13 *Procurator qui patrocinatur in cauſa ſua, non re-
petit expenſas.*

### Argumentum.

Aduocati,ſiue procuratores,qui patro-
cinantur in eorum cauſis, non repetunt

expenſas: quando autem habent aduoca-
tum, *ſiue* procuratorem gratuitum, repe-
tunt expenſas taxandas per iudicem per
medietatem, vel alio modo arbitrio iudi-
cis ea ratione, quia etſi nihil perſoluerit
litigans, remanet tamen obligatus ad an-
tidora aduocato, ſiue procuratori qui pro
eo patrocinati fuere.

IDEMMET procurator de quo fuit
facta mentio in alia deciſione, cum pa-
trocinatus fuiſſet in quadam cauſa pro-
pria, & obtinuiſſet tam pro ſorte prin-
cipali quam pro expenſis, petebat in taxatione
expenſarum haberi etiam rationem eius patroci-
nij, & licèt iſta quæſtio parui momenti, & vulga-
ris videtur, eſt tamen adeo difficilis ob contrarie-
tates Doctorum, vt vix dignoſci poſſit, quænam
opinio in praxi ſit tenenda, ego tamen recitabo
ſuccinctè Doctorum opiniones, deinde concluſi-
uè & quibuſdam nouis diſtinctionibus adhibi-
tis, quid in praxi fuerit tenendum proponam. Pri
ma opinio fuit Bart. & Bald. in l. fin. in fin. C. de
fruct. & lit. expen. vbi dicunt, quod petere non
1 poſſit ſalarium† aduocati, ſiue procuratoris gra-
tuiti, Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra,
nu. 14. C. de iud. Marſ. in l. patre, vel marito. num.
68. ff. de quæſt. refert Tiraq. in tractat. de vtroque
retract. §. 29. gl. 4. num. 5. & ſeq. quæ dicta Tiraq.
ad verbum recenſet nouiſſimè Io. Baptiſta Aſin.
in tract. ſtat. Florent. §. 32. in 66. ampl. nu. 3. 4. 5. &
ſeq. Secunda fuit opinio Bart. ſibimet contrarij in
l. quod ſi domus. ff. loc. Iac. de Are. in tract. de ex-
penſ. col. pen. verſ. ſed quid ſi habent. Alber. in d.
l. properandum, §. ſin autem alterutra. verſi. quæ-
rit etiam. Tiraq. vbi ſupra, num. 6. Grat. reſponſ.
108. num. 7. lib. 1. & in hanc partem videtur incli-
naſſe Io. Baptiſta Aſin. in d. tract. ſtat. Florent. d. §.
32. ampl. 66. in fin. qui Doctores tenent ſalarium
in iſto caſu peti poſſe. mouentur duplici funda-
mento, primò quia, etſi dictus aduocatus, vel
procurator nihil petant ab eo, pro quo gratis pa-
trocinati fuere, negari tamen non poteſt quin
2 † iſte talis remaneat eis obligatus ad antidora,
3 quod eſt ius † naturæ vt benefacienti beneficia-
mus. l. veluti. ff. de iuſt. & iur. not. in l. ex hoc iu-
re. ff. eod. tit. de iuſtit. & iur. l. ſed ſi lege. §. conſu
luit. ff. de petit. hæred. de qua obligatione multa
ponit Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. donatione lar
gitus. num. 2. C. de reuoc. donat. Io. Baptiſta A-
ſin. vbi ſupra. numero 5. Iaſ. & recent. in d. l. ex
hoc iure.

Secundò per text. in l. iidem. §. fina. cum l. ſeq.
4 ff. manda. vbi † dominus tenetur fideiuſſori, non
ſolùm de eo quod ſoluit, ſed etiam de eo, quod do
natum fuit, & licèt aliqui dicant prædicta non
5 procedere † quando aduocatus, vel procurator
profeſſus fuiſſet nolle conſequi patrocinium, vel
etiam quando ex coniecturis appareret eos nolle
conſequi patrocinium, puta quando adiuuaſſent
6 filium † amici eorum, iuxta doctrinam Bartoli in
l. 2. numer. 4. C. de neg. geſt. Menoch. in tract. de
arb. iudi. lib. 2. cent. 1. caſu 88. num. 60. vbi dicunt
7 † procuratorem adiuuantem filium amici in iu-
dicio præſumi ob amicitiam, qua m cum eius pa-
tre habebat adiuuaſſe, & ob id impenſam. vel ſa-
larium conſequi nolle, quia licèt prædicta fuerint
vera, negari tamen non poteſt, quin remaneat o-
bligatio illa naturalis, quæ inſtinctu quodam na-
turæ nos obligat, ac deuincit, vt benefacienti be
nefaciamus. d. l. veluti. & d. l. ex hoc iure. quam
obligationem naturalem, obligationem ad anti-
dora vocant Doctores, in quo potiſſimum fun-
damento obligationis naturalis, & ad antidora
ſe fundant, ideo iudicio meo, fundamentum iſto-
rum corruit, ſi tamen iſti pro quibus patrocinan-
8 tur, † eſſent pauperes, tunc ex quo ceſſat ratio i-
9 ſtius obligationis naturalis, & ad antidora, † ex
quo amore Dei tenentur patrocinari, neque eis
debetur ſalarium. Rol. à Valle. conſil. 87. num. 25.
lib. 2. iſto caſu ex quo non intuitu ſui principalis
& amicitiæ, ſed amore Dei patrocinatur, ſiue pa-
trocinari debent, propterea in taxatione expen-
ſarum non eſſet habenda ratio iſtius ſalarij, ad tra
dita per Rolan. vbi ſupra, ſed vtinam prædicta ſer
uarentur in practica noſtris temporibus, quia e-
10 tiam aduocati, & procuratores † pauperum ha-
bentes ſalarium de publico, non erubeſcunt ex-
torquere à miſellis perſonis, & pecunias, & mu-
nera, aliquando ſatis parua, & continuò iſtæ mi-
ſerabiles perſonæ vexantur ab iſtis non aduoca-
tis, & procuratoribus pauperum, ſed immo ex-
coriatoribus, & dilaniatoribus, quæ non ſunt ad-
ſcribenda vitio tam ipſis, quàm magiſtratibus,
communitatibus, & prouinciis, qui non procu-
rant huiuſmodi officia cadere in perſonas timen-
tes Deum, & magnifacientes honorem mundi
huius. Tertia fuit opinio Speculatoris diſtinguen
tis in tit. de expenſ. §. poſtremò. verſi. quid ſi vi-
11 ctor. vbi dicit, quòd ſi conſtat, † quòd aduocatus
patrocinatus fuerit animo donandi, dicas tu vel
expreſsè, vel præſumptiuè, iuxta ea quæ ſupra di-
ximus, & ponit Bal. in l. 2. nu. 2. C. de iur. dot. &
tunc non repetit. quam diſtinctionẽ probat Abb.
in c. finem litibus. num. 29. extra de dolo & con-
tu. & Iaſ. in d. §. ſin autem alterutra. num. 14. ver.
limita tamen prædicta. quam quidem diſtinctio-
nem ego falſiſſimam puto, vt ſupra dixi, ſiue ad-
uocatus expreſsè profeſſus fuerit nolle conſequi
ſalarium, ſiue ex coniecturis hoc dignoſcatur,
quia vtroque caſu remanet obligatio illa natura-
lis, vt benefacienti benefaciamus, quæ quidem
12 † obligatio cùm non cadat in procuratore, ſiue
aduocatomet, qui patrocinatur in cauſa propria,
qui parum ab aliis negociis diſtrahitur, ideo fui
13 in opinione quòd iſte procurator † qui patroci-
natus fuerat in cauſa ſua, non poſſit in taxatione
expenſarum conſequi aliquod ſalarium, & cùm
multoties caſus iſte mihi euenerit, nunquam vidi
aduocatos, & procuratores iſtos patrocinãtes in
cauſis propriis poſſe conſequi aliquod ſalarium:
14 quando verò non ipſemet † patrocinantur, ſed a-
lij aduocati ſiue procuratores, etiam quòd ſit ali-
qua coniectura donationis, immo expreſſa dona-
tio, ex quo remanet obligatio ad antidora, poſ-
ſunt petere in taxatione haberi rationem ſalarij
aduocati, ſiue procuratoris, etiam quòd aliquid
eis non perſoluerint. & iſta opinio, quæ eſt ſecun
da in ordine, prout dignoſcere potui, eſt com-
muniter



muniter à Doctoribus recepta & in fundamento
illo ineuitabili fundata obligationis remanentis
15 ad antidora, quæ obligatio † etiam militat in ex-
preſſa donatione, vt benefacienti benefaciamus.
d. l. veluti. & d. l. ex hoc iure. bene verũ eſt, quòd
nunquam huiuſmodi ſalaria gratis præſtita & ab
amicis taxantur ad rigorem, ſed more ruſticorum
16 † taxantur per iudices vel in dimidio ſalarij, vel
in tertia parte plus vel minus, ſecundum quod i-
pſi iudici videbitur, & ita vidi ſeruari in hac pro-
uincia, & in prouincia Marchię Anco. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus à teſtatore vt vendat fundũ duobus, & vnus ex illis nolit emere, tenetur hæres alteri ſuam partem vendere.*

2 *Stante ſtatuto quòd locator non poſſit vendere rem locatam, niſi prius denunciauerit conductori an emere velit, ſi ſint duo conductores, & vnus velit emere, alter verò non, poterit vnus pro ſua portione emere.*

3 *Promittens duobus, cẽſetur promittere ſeparatim, & cuilibet pro virili.*

4 *Emptor emens rem cum pacto redimendi, ſi dictus emptor moriatur relictis pluribus filiis, non tenetur retrouendere, niſi omnibus hæredibus, & num. 5.*

6 *Emptor qui integrum fundum emit, non eſt veriſimile quòd velit habere partem fundi, & reuendendo partem incideret in communionem, & num. 7.*

8 *Communio ſolet parere diſcordias.*

9 *Promiſſio rem tradi, continet factum, & dicitur indiuidua.*

10 *Hæres poteſt cogere cohæredem ad reuendendum eius partem, vel ad cedendum ſibi ius redimẽdi.*

11 *Hæres cogere poteſt cohæredem ad luendum partẽ ſuam pignoris, vel ad cedendum ſibi ius.*

12 *Emptor tenetur totam rem vni ex hæredibus retrouendere, qui integrum precium perſoluere offert, ſiue alter cohæres repudiet, ſiue non, quia ſi repudiat, manet ius apud alterum iure accreſcendi, & num. 13.*

14 *Hæres poſtea tenetur, recepto precio, retrouendere cohæredi eius partem.*

15 *Opinio vltimo loco relata, cenſetur approbata.*

16 *§. agri plagam. l. vxorem. ff. de leg. 3. declaratio.*

17 *Cautela pro vendente fundum cum pacto retrouẽdẽdi, ad hoc vt emptor poſt venditionem teneatur retrouendere cuilibet ex hæredibus, durante tamen tempore redimendi.*

### Argumentum.

Ex communi opinione Doctorum cõ-
cluditur, emptorem cum pacto redimen-
di, etiam durante termino ad redimendũ
poſt mortem venditoris non teneri, niſi
omnibus hæredibus inſimul totum fun-
dum retrouendere, niſi tamẽ vnus ex hæ-
redibus velit integrum fundum redime-
re, & partem precij ad cohæredem tan-
gentem perſoluere, adhibetúrque in fine
deciſionis per Authorem noua & plana
cautela, quam qui in poſterum in inſtru-
mentis ſimilibus adhiberi curabit, cogere
poterit iure medio emptorẽ durante ter-
mino ad reuendendum vni ex hæredibus
etiam partem fundi.

GENTILES de Peruſia emit fundũ
à magiſtro Ioanne de eodem loco,
pro precio ſcutorum trecentorum,
cum pacto quod ipſi magiſtro Ioan-
ni liceret redimere pro eodem pre-
cio dictum fundum intra biennium currens, du-
rante biennio moritur magiſter Ioannes relictis
tribus filiis maſculis, quorum duo volebant re-
dimere eorum partẽ dicti fundi, alter verò filius
non curabat eam redimere, extitit dubitatum, an
iſte Gentiles teneretur, & cogi poſſet ad retrouen
dendum iſtas duas partes dicti fundi, prout iſti
duo filij inſtabant, & profectò prima facie vide-
batur dicendum dictum Gentilem cogi poſſe ad
retrouendendum iſtas duas partes dicti fundi, per
tex. in l. vxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. vbi ſi
1 hæres † eſt grauatus à teſtatore, vt vendat fundũ
duobus, & vnus ex illis nolit emere, tenetur hæ-
2 res alteri ſuam partem vendere, & † ſtante ſtatu-
to quòd locator non poſſit vendere rem locatam,
niſi prius denunciauerit conductori, an emere ve
lit, ſi ſint duo conductores & alter nolit emere,
poterit tamen alter pro ſua portione emere. Alex.
conſ. 126. viſis his de quibus col. 1. lib. 5. facit text.
in l. ſi quis legata. §. duobus. & in l. cui fundus. ff.
3 de condi. & demonſt. Qui enim promittit † duo-
bus vel pluribus, videtur promiſiſſe ſeparatim, &
cuilibet pro virili. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de
duob. reis. & hanc opinionem tenuerunt Obert.
& Cremenſ. Doct. antiqui in l. ſi legato. §. ſi Sti-
chus. ff. de manumiſ. teſta. per illum text. & in l.
legatarius. in prin. ff. de legat. 1. & in l. cui fundus.
ff. de condi. & demonſtra. Bertach. in ſuo reperto-
rio, in ver. emptor retrouendens. verſ. tertiò. vbi
dicit ſe ita conſuluiſſe Senis, & in ver. obligatus.
ver. 125. Contraria tamen opinio eſt verior, & cõ
4 munis, quòd immo iſte emptor non teneatur † i-
ſtas duas partes retrouendere, niſi inſimul dicti
hæredes ſint parati totum fundum redimere. &
hanc opin. tenuit Bart. in l. ſi quis aliam. ff. de ſol.
& in l. cui vſusfructus. ff. de vſufr. leg. vbi conclu-
5 dit quod ille qui præmittit † rem retrouendere
duobus, à quibus eam emerat, non cogitur vni
vendere partem, hanc quoque opinionem tenuit
Iaſ. ac cæteri in l. ſtipulationes non diuiduntur ff.
de verb. obligat. Bal. in l. 2. in fin. C. de pact. int.
empt. & vendi. vbi etiam Cagnol. in 15. quæſt. &
ibi Gozad. Ruyn. conſ. 82. num. 4. lib. 1. Rub. Alex.
conſ. 90. num. 3. Soc. Sen. conſ. 16. num. 1. & 2. lib.
4. Dec. in l. eius qui in prouincia. §. quas verò. n.
8. ff. ſi cert. petat. Boer. deciſ. 251. Alciat. in l. 4. §.
Cato. num. 57. cum ſeq. ff. de verb. oblig. & cumu
latiſſimè more ſuo Tiraq. in tracta. de vtroque re-
tract. §. 23. gl. 1. num. 1. vſque ad num. 16. & melius

in eodem libro, in tit. de retract. conuent. glo. 6.
§.1. num.30. & ſeq. mouentur ex pluribus, ea quæ
ſtringunt, ſuccinctè referam, primò quia non eſt
6 veriſimile quod † emptor qui integrum fundum
emit, velit habere tantùm partem dicti fundi Bar.
in d.l. ſi quis aliam. præſertim ſi emptio, & vendi-
tio ſit facta vno precio. l. quod ſi vno. ff. de in diē
7 addict. ſecundò † quia retrouendendo partem in-
cideret inuitus in communionem, contra l. ſi nō
ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indeb. commu-
8 nio † enim diſcordias parere ſolet. l. cùm pater. §.
dulciſſimis. ff. de leg. 2. Coraſ. in l. filium quem ha-
bentem. nu. 139. C. famil. erciſc. Menoch. in tract.
de arbitr. iud. caſ.164. nu.4. lib.2. cent.2.
9 Tertiò quia promiſſio iſta † rem tradi, conti-
net factum, ergo eſt obligatio indiuidua. l. obli-
gationes non diuiduntur. in princ. ff. de ver. obli.
& hæc eſt communis ſententia, vt dicit Tiraq. in
d. tract. de retract. conuention. §.1. gl.6. nu.31. verſ.
verum quęſtionis eſt. à qua non eſt vllo pacto re-
10 cedendum. bene verum ęſt, quòd hæres † poteſt
cogere cohæredem ad redimendum eius partem,
vel ad cedendum ſibi ius redimendi. l. his conſe-
quenter. §. Celſus. ff. famil. erciſc. l. hæredes mei.
11 §. idem iuris. ff. eo. vbi vnus hæredum † poteſt aliū
eadem ratione cogere ad luendū pignus pro par-
te ſua, niſi tamen is qui non vult luere, ius ſuum
cohæredi cedat. l. cùm fructuarius. ff. de vſufr. l. is
cum quo. in fin. ff. de aqua plu. arc. Cagnol. in d.
l.2. in 15. quæſt. Tiraquel. in d. tract. de retract. cō-
uent. d. ver. verùm quæſtionis eſt. ſin autem vnus
hæredum vellet totam rem redimere, & integrū
precium perſoluere, hoc eſt controuerſi iuris a-
pud Doctores, & ne ſim aliorum laborum occul-
tator Tiraquel. in ſupra proximè citato loco, verſ.
at maius dubium eſt. refert quatuor Doctorum
opiniones, ego omiſſis illarum tribus magis com
muniter reiectis à Doctoribus, eam tantùm adii-
ciam, quæ maiori calculo ſcribentium eſt appro-
bata, quam vltimo loco refert Tiraquel. vbi ſu-
pra in verſ. poſtremò. vbi tenet quod emptor te-
12 neatur totam rem vni ex hęredibus retrouendere,
qui integrum precium perſoluere offert, ſiue al-
ter cohæres repudiet, ſiue minus: nam ſi repudiat,
13 integrum † manet ius apud alterum iure accreſcē-
di. l. ſi quis legata. §. duobus ff. de condit. & de-
monſtr. ſi non repudiat, ei ſeruatur ius illæſum,
14 quia poteſt cogere † ſocium, vel cohæredem, qui
totum redemit, vt ei partem ſuam reuendat, reſti-
tuto pro portione precio. Caſtr. conſil.221. in hoc
paſſu. ante fin. lib. 1. & conſ. 74. in cauſa mota. in
fin. lib.2. Iaſ. in d.l. ſtipulationes non diuiduntur.
col.14. verſi. ſed pulchrum, & vtile dubium. Soc.
in l.1. §. ſed quoties. ff. ad trebell. & conſ.16. lib. 4.
Boer. d. deciſ.251. & Rub. Alexand. d. conſil.90. &
15 Tiraquell. vbi ſupra, quæ † opinio tanquam ab
eo vltimo loco relata, cenſetur approbata. Rimi.
poſt alios conſil.213. num.76. lib.2. ſicut in rei ve-
ritate iſta opinio eſt vera, & communis, ſecun-
dùm quam opinionem pluries iudicaui & hic, &
alibi. Contraria ſupra adducta in caſu principali
non obſtant, & dictis fundamentis reſpondet ex
intentione Doctorum. Tiraquell. in ſupra citatis
16 locis, & magis punctualiter. Ruy. in d. conſil. 82.
nu.4. dicens, quòd d.l. vxorem. §. agri plagam. lo-
quitur in hærede qui fuerat grauatus vēdere duo-
bus, nos autem in eo qui promiſerat vni retrouen
dere pro eodem precio, aliæ leges loquuntur in
vltimis voluntatibus, nos in contractibus in qui-
bus ſtricta fit interpretatio. l. quicquid aſtringen
dæ. ff. de verb. oblig. remitto te ad alias reſpon-
ſiones. Ruyn. in d. conſil.82. in fi. nu. 4. & ad Ti-
raquell. vbi ſupra, & ad Boer. d. deciſ. 251. Nec de
authoritate Obert. & Cremenſ. Doct. anti. & Ber-
tach. eſt curandum, quia contra eos eſt commu-
nis opinio. Iſti duo filij dicti magiſtri Ioannis fue
runt profectò malè conſulti, quia nō tentauerūt,
vt cohæres ipſis cederet ius ſuum, neque obtule-
runt integrum precium. Ideo contra eos iudica-
ui, & ad euitanda iſta dubia poſſet apponi in in-
17 ſtrumento, quòd emptor † promittit retrouen-
dere intra tantum temporis ſpacium pro eodem-
met precio rem emptam, vel ipſi venditori, vel
ipſius filiis, ſiue hæredibus, ſiue alteri ipſorum fi-
liorum vel hæredum, quia ob adiectionem iſtorū
verborum, emptor teneretur retrouendere etiam
alteri ex cohæredibus tantùm, ex conuentione
inter eos inita, quæ eſſet omnino ſeruanda. l. 1. ff.
de pact. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum debet intelligi cum effectu.*
2 *Gabella debet ſolui, etſi inſtrumentum poſtea diſſol uatur.*
3 *Gabellam de iure communi tenetur ſoluere emptor, & non venditor.*

### Argumentum.

Quamuis verba inſtrumenti debeant intelligi cum effectu, nihilominus ex quo per perfectionem inſtrumenti fuit quæſitum ius gabellariis, dicta gabella debet perſolui, etſi poſtea inſtrumentum diſſoluatur.

QVIDAM qui vendiderat domum
recuſabat ſoluere gabellā, quæ ſolui
debet de quolibet contractu perfe-
cto, & de ſimilibus vēditionibus, &
ex eo gabellam ſoluere recuſabat,
quia per aliquot dies poſtea cōtrahentes receſſe-
rant de cōmuni conſenſu à dicta emptione, & vē-
ditione, ex qua reſolutione contractus videbatur
dicendum gabellam non eſſe ſoluendam, cùm in-
1 ſtrumentum † nō habuerit effectū, verba enim de-
bent intelligi cum effectu. l. ſi quando. ff. de leg.1.
Rol. à Val. conſ.53. n.8. lib.1. Contrariū tamen ego
determinaui in contradictorio iudicio, quòd im-
2 mo ex inſtrumento prædicto, licèt † poſtea diſſo-
luto, debeat ſolui gabella, quia cùm ex contractu
iſto ius fuerit quæſitum gabellariis, non poſſunt
partes recedere à contractu in præiudicium ga-
bellariorum, quibus ius quæſitum fuerat. ita in
indiuiduo voluit Bald. in l. ſi conſtante. C. de do-
nation. ante nupt. Vaſq. de ſucceſ. creat. par. 1. lib.
3 3. §. vigeſimo quinto. num.5. quam † gabellam, ni-
ſi aliter diſponatur per ſtatutum, tenetur ſoluere
emptor, & non venditor. Bal. in l. ſi precium. co-
lumna ſecunda. C. de ædilitio. actio. Gozad. conſ.
ſexageſimo quinto. numero ſecundo, & eſt com-
munis opinio, vt poſt Alber. Iaſ. Soc. & deciſ. Ca-
pel. Tholoſa voluit nouiſſimè Franciſ. Burſat.
conſ.56. num.16. lib.1. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*



## DECISIO CXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Gabella ſemel ſoluta gabellariis, iterum ſolui non debet.*
2 *Conditionis tempore videtur ius quæri emptori.*

### Argumentum.

Si fiat inſtrumentum conditionale, de quo ſoluatur gabella, gabellariis exiſtentibus tempore inſtrumenti, nō debet denuo ſolui gabella aliis gabellariis exiſtentibus in conductione gabellarū tempore euenientis conditionis.

EVENIT alia contentio occaſio-
ne gabellarum in contradictorio iu
dicio, fuit enim confectum inſtru-
mentum venditionis ea conditione
adiecta, quòd non transferatur do-
minium in emptorem, niſi mortuo venditore,
contractus iſte fuit celebratus tempore quorun-
dam gabellariorum, quibus fuit ſoluta gabella,
conditio autem mortis teſtatoris euenit tempo-
re aliorum gabellariorum & cùm iſti gabellarij
adinuicem altercarentur, ego determinaui in cō-
1 tradictorio † emptorem non teneri iterum ad
2 ſoluendum gabellam, licet quando † euenit condi
tio, ius ſit quæſitū emptori. Bart. & Ioan. de Plat.
in l. ſancimus. C. de conſul. lib.12. Loffre. conſ. 15.
num.16. Tiraquel. in tract. de vtroque lignagier. §.
primò. glo.10. num.115. ponit remiſſiuè Boer. de-
ciſ.5. num.25. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CXV.

SVMMARIVM.

1 *Notarius quis non præſumitur, niſi probetur, præſertim quando opponitur, & num.2.*
3 *Inſtrumentum producenti incumbit onus probandi, quòd ille qui confecit inſtrumentum erat notarius.*
4 *Notarius quando eſt mortuus debet probari per comparationem literarū, quòd ſcriptura ex qua ſumptum eſt inſtrumentum, erat manu talis notarij.*
5 *Notarium quem eſſe non ſat eſt probare, niſi probetur fuiſſe notarium tempore confecti inſtrumenti.*
6 *Fundans ſe in tempore debet illud probare.*
7 *Notarius aliquis eſt hodie, non ſequitur quòd fuerit heri.*
8 *Notariatus probatur, ſi capituletur, quòd tempore confecti inſtrumenti ille talis fungebatur officio tabellionatus, & eſt communis opinio.*
9 *Notarius præſumitur, quotieſcūque cùm antiquitate temporis concurrit publica vox, & fama, illum eſſe notarium, quódque exerceat cum ſciētia ſuperioris, & num.13.*
10 *Notarius quis præſumitur ex productionibus inſtrumentorum, fama, & antiquitate temporis, & num.11.*
12 *Scriptura recens vix poteſt fieri, vt videatur facta de antiquo.*
14 *Tempus antiquum dicitur ſpacium centum annorum.*
15 *Notariatus qualitas adminiculatur, ſi producantur inſtrumenta antiqua confecta à dicto notario, ſiue ante, ſiue poſt inſtrumentum, de quo diſputatur.*
16 *Notarium quem nō eſſe debet opponi in proceſſu, non autem in allegationibus iuris, & nu.18.*
17 *Scientia ciuili pro habenda eſt neceſſe habere omnes libros, illíſque continuò incumbere, & ſtudere.*
19 *Scripturæ repertæ in archiuio probant tribus concurrentibus. Primò, quòd archiuio præſit officialis publicus. Secundò, quòd ſcriptura ſit poſita inter ſcripturas authenticas. Tertiò, quòd eis detur fides ex conſuetudine, & num.20.*
21 *Scriptura reperta in archiuio Senenſi, non probat in ditione Peruſina, & ſic non probat extra iuriſdictionem archiuij, & num.22.*
23 *Notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra iuriſdictionem illius, qui eum creauit. Fallit niſi creatus eſſet à Papa vel Imperatore, & nu. 24. Fallit etiam quando conficeret inſtrumenta intra territorium contrahentium. & num.25.*
26 *Inſtrumentis tabellionum ad hoc vt ſine diſputatione credatur, ſolent adhiberi fides, quas vulgo legalitates communitatum appellant, cum ſigillo communitatum, per quas fides teſtificatur, quem eſſe notarium, eiúſque ſcripturis fidem adhiberi*

### Argumentum.

Multa & quidem perutilia, & quotidie in praxi contingentia hic explicantur ſeriosè, notarij qualitatem non præſumi, niſi probetur, & quomodo argumentis, & præſumptionibus qualitas iſthæc demonſtretur, refertúrque communis practica, quòd in calce inſtrumentorum fiant fides à communitatibus quem eſſe notarium cum ſigillo cōmunitatum, & aliqua pertinentia ad archiuium recenſentur, quomodo, & quibus requiſitis probent ſcripturæ archiuij.

ANTEQVAM aperirem ſententiā in cauſa Pacianenſi, fuit dubitatum, & oppoſitum in allegationibus iuris, non conſtare in proceſſu, iſtum qui rogatus fuit de dicta donatione

fuiſſe notarium, & licèt ad hoc per Dominum
Aduocatum nihil fuerit allegatum, nihilominus
in ſe iſta concluſio eſt vera quòd quis non præſu-
1 mitur † notarius, niſi probetur, cum hæc qualitas
ſiue officium notariatus non conferatur nobis à
natura. Crauett. poſt alios in terminis conſ. 72.
col. 2. & quod probari debeat quãdo opponitur,
2 quem † non eſſe notarium, voluit Spec. in tit. de
inſtrum. edit. §. reſtat. doct. in c. 1. extra de fid. in-
ſtrum. Crauett. d. conſ. 72. & conſ. 122. num. 16. &
conſ. 150. in princ. & in tract. de antiquit. temp. in
3. part. in ver. videmus. num. 3. & ſeq. ornatiſſimus
Rol. à Valle conſ. 32. num. 3. & ſeq. lib. 2. vbi num.
3 6. dicit, onus huius probationis incumbere † pro-
ducenti inſtrumentum, & num. 13. dicit, debere
probari illum notarium eſſe, de quo habetur mẽ-
tio in inſtrumento confecto, & numer. 14. quòd
4 † quando notarius eſt mortuus debet probari per
comparationem literarũ, quòd ſcriptura ex qua
erat ſumptum dictum inſtrumentum, erat manu
talis notarij. l. ſi quis decurio. C. de falſ. gl. in auth.
etſi contractus. C. de fid. inſtrum. Alexan. conſ. 97.
5 num. 3. lib. 7. nec † ſufficit probare quem eſſe no-
tarium, niſi probetur fuiſſe notarium tempore
confecti inſtrumenti. Alex. conſ. 166. col. 2. lib. 2. &
conſ. 97. num. 4. Roland. à Valle. d. conſ. 32. num.
6 9. quia qui ſe fundat † in tempore, oportet quòd
articulatè & limitatè probet de tempore. l. eum
7 actum. ff. de neg. geſt. nec ſequitur, † hodie aliquis
eſt tabellio, ergo fuit heri, vel pridie. Bald. in l. ex
perſona col. 2. C. de probat. & in l. qui adulterij.
C. de adulter. Alex. conſ. 198. col. 2. lib. 2. Rolan. d.
conſ. 32. num. 11. vbi num. 12. poſt Io. Andr. Butr. &
alios dicit eſſe capitulandum, & probandũ, quòd
tempore, quò fuit confectum tale inſtrumentum
8 de quo eſt quæſtio, talis † qui illud confecit fun-
gebatur publico officio tabellionatus, arg. l. 3. ff.
ad Maced. & ponit Port. Imolen. vbi teſtatur de
communi. lib. 2. comm. opin. concl. 11. in 3. limit.
in fin. quæ obiecta maximè videntur procedere
in caſu noſtro, cùm nõ ſimus in antiquis Iaſ. poſt
alios in l. Barbarius. col. 2. ver. tertiò notabiliter
limita. ff. de off. præt. & cumulatè Crauett. in trac.
de antiquit. temp. in 3. part. num. 2. & 3. & 6. dicũt
9 tunc probari, quem † notarium, quotieſcunque
cum antiquitate temporis concurrit communis
opinio, & fama, quem eſſe notarium. Innocent. in
c. veniens. de verb. ſigni. Bal. in d. l. Barbarius. col.
9. verſ. qualiter autem probetur. Dec. conſ. 36. col.
2. poſt medium & conſ. 47. col. 2 ſubdit Crauett.
vbi ſupra numer. 9. poſt. Iaſ. in d. l. Barbarius. in 3.
limit. quòd ſupradicta procedunt quando produ-
10 cuntur † alia inſtrumenta notarij. Nam ex pro-
11 ductionibus inſtrumentorum † fama, & antiqui-
tate temporis præſumetur inſtrumentũ fuiſſe con
fectum à notario, vel quando nulla ſuſpicio con-
ſiderari poſſet contra producẽtem, inſpecta qua-
litate, & legalitate eius perſonæ, & attenta qua-
12 litate ſcripturæ; vix † enim fieri poterit ſcriptura
recens, vt videatur multum de antiquo, quin ſi-
gna aliqua ſuſpicionis appareant, & illa fama me-
lius diceretur probata, quando probaretur, nota-
rium exercuiſſe eius officium cum ſcientia ſupe-
rioris: dicitur enim notarius acquirere poſſeſſio-
13 nem tabelionatus, quando exercet † cum ſciẽtia
ſuperioris. Iaſ. in d. l. Barbarius. num. 52. in fin. Me-
noch. in tract. de arbit. iud. caſu 161. num. 2. lib. 2.
cent. 2. & ad præſumendam iſtam qualitatem no-
14 tariatus † requiritur tempus antiquum, ad minus
centum annorum, Afflict. deciſ. 245. & 261. Guid.
Pap. deciſ. 257. Crauett. vbi ſupra numer. 10. & ad
15 adminiculandum probationem † qualitatis nota-
riatus, ſufficit producere plura inſtrumenta anti-
qua confecta à dicto notario, vt dixi, ſiue ante, ſi-
ue poſt inſtrumentum de quo diſputatur. Boer.
deciſ. 36. col. pen. & licèt ſupradicta omnia in ſe
ſint vera in iure, nihilominus tunc oppoſitio iſta
obfuiſſet fundantibus ſe in dicto inſtrumento do
nationis, quando in proceſſu hoc fuiſſet oppoſi-
tum: ſed cum fuerit oppoſitum in allegationibus
16 iuris, ego dico quòd oppoſitio † iſta nihil releuat,
quia debebat opponi in proceſſu, non autem in
allegationibus iuris, iſta eſt deciſio aurea, & re-
condita. Guid. Pap. 404. licèt, quæ mihi maxi-
mopere inſeruiuit in prẹſenti cauſa, nec dominus
aduocatus ſciuit quid reſponderet, Propterea in-
17 ficiari non poteſt, quin pro habenda † plena ſciẽ-
tia legali ſit neceſſe habere omnes libros, illiſq;
continuò ſtudere, & incumbere, & ſic redeundo
ad propoſitum, cùm de qualitate iſtius notarij, nõ
fuerit oppoſitum in proceſſu ſed in allegationi-
18 bus iuris, eſt præſumendum † quòd ille qui con-
fecit inſtrumentum donationis fuerit verè nota-
rius ex alio probatur pro inſtrumento donatio-
19 nis, quia illa ſcriptura fuit reperta in † archiuio.
l. cenſus. ff. de probat. auth. ad hæc. C. de fid. in-
ſtrum. c. ad audientiam extra de præſcript. vbi Fe-
lyn. dicit hoc procedere tribus concurrentibus,
20 † primò quòd archiuio præſit officialis publicus,
ſecundò quòd ſcriptura ſit poſita inter ſcripturas
authenticas, tertiò quòd eis detur fides ex conſue
tudine. & veritatẽ iſtius dicti latè ponit Crauett.
in tract. de antiquit. temp. part. 1. verſ. quartò li-
mitatur. Ant. Gabriel. lib. 1. comm. concl. in tit. de
probat. concl. 5. quæ omnia concurrebant in caſu
noſtro, ſed quia dicta ſcriptura fuit reperta in ar-
21 chiuio Senenſi, † non videbatur probare in ditio-
ne Peruſina. Bal. in l. exemplo. col. 1. in fin. verſ.
tertius caſus. C. de probat. & in rub. C. de fid. in-
ſtrum. col. fi. verſ. & reſtat dubium. Alex. Iaſ. Dec.
& alij de quibus per Soc. Iun. conſ. 2. col. 2. verſ. ſe-
cundò principaliter. lib. 2. & fuſiſſimè Ant. Gabr.
in præcitato loco limit. 2. quia hoc non negatur,
quando eſſemus in ſimplici, & pura ſcriptura re-
perta in archiuio, cui non daretur fides, niſi calo-
re archiuij, & tunc non probaret extra iuriſdi-
ctionem, vbi poſitum eſt archiuium, ſed illa non
22 eſt ſimplex ſcriptura, ſed publicum † inſtrumentũ
quod probat, etſi non fuiſſet repertum in archi-
uio tot. tit. de fid. inſtrum. & licèt iſte notarius ſit
23 Senenſis, † & non videatur poſſe conficere inſtru
menta extra iuriſdictionem illius, qui eum crea-
uit. Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat. verſ. quid
de his. Bart. in l. cunctos populos. col. 13. verſ. ſe-
ptimò quæro. C. de ſum. trinit. & fid. cathol. Ruy.
24 conſ. 69. num. 8. libr. 3. niſi tamen † eſſet creatus à
Papa vel Imperatore, vt dicit Spec. vbi ſupra, &
latiſſimè Port. Imolen. concl. 30. lib. 5. in 1. fallent
iſthęc tamen regula habet plurimas limitationes,
quas congerit Port. vbi ſupra & inter alias po-
tiſſima



25 tiſſima eſt ea quando † notarius etiam creatus ab
inferiore conficit inſtrumenta intra territorium
contrahentium, prout fuit in caſu noſtro, quia
poteſt conficere inſtrumenta etiam inter nõ ſub-
ditos. Abb. in c. cum P. tabellio. col. fin. verſ. ſi ve
rò tabellio. & ibi Fely. col. fin. verſ. in 14. quæſtio-
ne. extra de fid inſtrum. Port. vbi ſupra, in 3. fallẽt.
ita punctualiter euenit in caſu noſtro, meritò di-
ctum inſtrumentum probat. ex quibus apparet
ſententiam per me latam fuiſſe iuſtam, non præ-
termittendo quòd hodie ex communi obſeruan-
26 tià in inſtrumentis tabellionum ſolent † in calce
adhiberi fides communitatum, quas legalitates
vulgo appellant, in quibus ſub nomine commu-
nitatum & cum ſigillo dictarum communitatum
fit fides Titium eſſe publicum notarium, ſcriptu-
riſque ipſius eſſe ſolitum adhiberi plenam & in-
dubitatam fidem, & iſto caſu ceſſant omnes diffi-
cultates. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſcribens inſtrumentum nocturno tempore ſi apponit diem, non autem noctem in inſtrumento non incidit in pœnam falſi, tutius tamen eſt, vt notarius ſcribat horam noctis, vt appareat, & nu. 2. & 3.*

4 *Teſtamenta poſſunt condi nocturno tempore, luminaribus tamen accenſis, & num. 5.*

6 *Collatio beneficiorum ſpectat ad Summum Pontificem, & quibuſdam menſibus ad ordinarios.*

7 *In collatione beneficiorum attenditur ad diſtinguendum diem de nocte. l. more Romano. ff. de fer.*

8 *Buonſignori Finetti Peruſiæ, & Vmbriæ Gubernatoris, & Romanæ Rotæ Auditoris mors.*

### Argumentum.

Valet inſtrumentum notarij factum nocturno tempore, etſi factum fuerit de nocte, & fuerit ſcriptum de die, nihilominus inſtrumentum valet, & tenet, & notarius non incidit in pœnam falſi.

Collatio beneficiorum ſpectat quibuſdam menſibus ad Summum Pontificem, quibuſdam verò ad Epiſcopos.

NOTARIVS iſte non obſtãtibus
obiectis contra eum, non ſolum
non poteſt puniri de falſo, ſed in-
ſtrumentum ab ipſo confectum, &
in iudicio productum valet, & te-
net: quia etſi inſtrumentum prædictum fuerit cõ-
fectum de nocte, & dictus notarius ſcripſerit in-
ſtrumentum fuiſſe confectum tali die, valet, & te-
1 net, licèt non fuerit facta mentio noctis, & † no-
tarius ita ſcribens non incidit in pœnam falſi. In-
noc. & alij in c. conſuluit, de offi. deleg. Bal. Imol.
& Aret. in l. qua ætate. ff. de teſtam. doc. commu-
niter in l. more Romano. ff. de fer. Alex. conſ. 190.
plura narrata ſunt. verſ. præterea lib. 6. Tiraquel.
copioſè in tractat. de vtroque retract. lignagier.
§. 1. gloſſ. 11. in ver. de anno. quædam ſub verſ. &
huc pertinet. num. 8. char. mihi 262. vbi poſt Bal.
2 in d. c. conſuluit. col. 2. verſ. quæro quando † cõ-
tractus, dicit tutius eſſe, vt notarius ſcribat ho-
ram noctis, vt ex eo appareat vtrum diei præce-
denti, vel ſubſequenti actus attribuatur, ſed de
conſuetudine ego ſemper vidi apponi diem, licèt
3 fuerit factum inſtrumentum de nocte, † & ſem-
per dicta inſtrumenta fuerunt pro validis repu-
tata, abſque eo quod notarij vnquam fuerint in
aliqua ſuſpicione falſi, & ita ego etiam ſecutus
opinionem communem, & communem practi-
cam iudicaui & pro inſtrumento, & pro notario.
4 Verum ſi fieret teſtamentum † nocturno tempo-
re, prout de iure condi. poteſt. l. ad teſtium. §.
poſſe. ff. de teſta. dictum teſtamentum nocturno
tempore conditum non valet, niſi adſint lumina-
ria accenſa, cùm teſtes non potuerint teſtatorem
videre. Bart. in l. non minorem. C. de tranſact.
5 Dec. conſ. 354. & ideo opus eſt, † quòd fiat men-
tio, fuiſſe factum nocturno tempore luminaribus
accenſis, vt ſupra. In multis etiam caſibus eſt bo
num, quòd fiat mentio, an actus fiat de nocte, vel
de die, immo etiam aliquando eſt neceſſaria ex-
6 preſſio horæ noctis, exemplum † poteſt poni in
collatione beneficiorum, nam ſunt quidam men-
ſes, in quibus collatio beneficiorum ſpectat ad
ſummum Pontificem, quidam alij menſes ſunt,
in quibus ſpectat collatio ad ordinarios locorũ
euenit aliquando, quòd vacant beneficia in vlti-
ma nocte menſis, adeo quod ſi accidit quòd ali-
quis beneficiatus moriatur ante mediam noctem
menſis ordinarij, collatio beneficij ſpectabit ad
ordinariũ: in conferendis enim beneficiis quoad
7 diſtinguendum diem à nocte, † attenditur diſpo-
ſitio l. more Romano. ff. de fer. & quòd dies inci-
piat à media nocte in conferendis beneficiis, vo-
luit Rota deciſ. 110. diuerſorum. in dec. manuſcri-
ptis. ſi verò beneficium fuerit vacatum intra me-
diam noctem, collatio beneficij ſpectabit ad ſum
mum Pontificem, & cum iſte caſus occurrerit in
Auditorio Rotæ Romanæ de beneficio vacato in
quodam oppido, vel villa, in quo loco non ade-
rat orologium, & eſſet vltima nox menſis, iuxta
illud, quod ſupra propoſui, & fuiſſet probatũ per
teſtes, quòd tempore, quo deceſſit beneficiatus
ille, galli cantabant, qui veriſimiliter ſolent can-
tare verſus diem, fuit per Dominos de Rota ſen-
tentiatum dictam vacationem poſt mediam no-
ctem eueniſſe & collationem ſpectare ad ordina-
rium, & ita fuit reſolutum coram Reuerendo pa-
tre domino Oradino in vna auerſana parrochiali
decimaſecunda Martij. 1562. vt per Caputaquen.
in eius deciſ. quæ præmanibus in curia Romana
habentur manuſcriptis deciſ. 71. lib. 2. & annis
proximè elapſis iſtemet caſus euenit in ciuitate
Aſiſij patria mea: Reuerẽdiſſimus enim Philippus
Gerius Epiſcopus dictæ ciuitatis vltimo ſero v-
nius menſis, in quo ſpectabat ad eũ collatio, mul-
tò ante mediam noctem contulerat vnum Cano-
nicatum, & quia, vt tunc audiui, fuit probatum
quota hora noctis mortuus fuerat alius Cano-

nicus, & annotatũ in collatione dicti Canonica-
tus, vt tunc audiui, collatio dicti Canonicatus
fuit reputata valida, & ſubſiſtens cùm fuerit fa-
cta ante mediam noctem, & ſic de menſe, in quo
tangebat collatio beneficiorum ad præfatum Re-
uerendiſſimum Epiſcopum virum integerrimum
iuſtum, exemplaris vitæ, & in rebus ac negociis
Principum pertractandis multum accuratus, &
Dominum meum obſeruandiſſimum, quę omnia
ſunt notanda ad cautelam notariorum, vt curent
pro eorum poſſe ſemper apponere horam in ſimi
libus negociis arduis, & an actus fuerit confectus
de die vel de nocte, & dictam deciſionem Rotæ
8 Romanæ didici à Reuerendiſſimo Domino † meo
obſeruandiſſimo Domino Buonſignoro Finetto
dictæ Rotæ Romanæ Auditore, & huius prouin-
cię Gubernatore digniſſimo, cuius anima requieſ
cat in pace, obiit enim Romæ ſtatim peracto gu-
bernio maximo cum honore de menſe Iulij 1572.
cuius morte non ſolùm Romana Rota, & Vrbs
fuit priuata tanto viro, ſed orbs totus, cum re ve-
ra in ſciẽtia ciuili & canonica nemini foret poſt-
puniendus, & vtinam imprimerentur eius ſcripta
quæ habebat, & quę mihi oſtendit, profecto ex le
ctura ſuorum laborum legum profeſſores mirifi-
cè ſubleuarentur. Laus Deo.

*Ioſ. Lud. Aud.*

## DECISIO CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

2 *Clauſula omni meliori modo, multum operatur.*

3 *Clauſula prædicta facit ceſſare pœnam petẽtis plus debito, vt melior via cenſeatur electa, & nu. 4. facit valere actum ex omni capite, nu. 5. donatio facta de bonis præſentibus & futuris, facit eam valere de bonis præſentibus, nu. 6. habet clauſulam derogatoriam ad alia teſtamenta, nu. 7. etſi non valet aliquid ſecundùm verba expreſſa, valet ſecundùm id, quod exprimi debebat, numero 8. relictum filio cenſetur relictum iure inſtitutionis, licèt non fuerit dictum, nu. 9. ordinarius putans ſe delegatum ſi proceſſerit tãquam delegatus ſuſtinetur proceſſus, nu. 10. prælegatum ſi non valet, ſuſtinetur tãquam donatio cauſa mortis, nu. 11. & nu. 28.*

12 *Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi, & numer. 13.*

14 *Mandatum excluditur ex ſerie & qualitate verborum.*

15 *Mandati probatio debet eſſe clara, lucida, & neceſſario concludens.*

16 *Mandatum dicitur extendibile, & ad expreſſa reſtringitur.*

17 *Mandatũ ad id, quod agitur non ſe extendens, nõ dicitur mandatum.*

18 *Mandatum non extenditur ad perſonas in eo nõ comprehenſas, licèt ſit generale, & in eo ſit appoſitum iuramentum, & nu. 19. & 21.*

20 *Mandatum non habere, & illud inualidum idem eſt.*

22 *Clauſula, omni meliori modo, non facit extendi actum ad caſus non expreſſos, & nõ ſpecificatos, ſed ad expreſſos, & ſpecificatos, & eos eo meliori modo, quo poteſt, validat, non autem quod miſſum eſt ampliat, & numero 29.*

23 *Clauſula prædicta non tollit vitium contrarietatis, ſi petitio ſit difformis, & probata petitioni non conueniant, nec etiam quando exprimitur modus acceptus, & numer. 24. neque tribuit ius actui verè nullo, nec pariter operatur, quãdo adeſt vitium poteſtatis, & nu. 26. etiam quòd in mandato fuiſſent appoſita verba, facias, prout tibi videbitur, & nu. 27.*

30 *Crauettæ, & Thobiæ Nonnij conſilia declarantur.*

31 *Scholaris tenetur defendere opinionem ſui præceptoris.*

32 *Melioramenta ſunt reſarcienda, & nu. 36.*

33 *Melioramenta debent reſici, quando linea eſt finita, ſecus ſi per cenſum nõ ſolutum, quod habet locũ etiã in emphyteuta priuati, & n. 34. vbi dicitur hãc eſſe communem opinionem, prædicta nõ habent locum, quando aliter inter partes eſſet conuentum.*

### Argumentum.

Clauſulæ, omni meliori modo, virtus ita ordinatè declaratur, vt nõ fuerit relictus additio ei locus.

Mandati materia exornatè, licèt ſuccinctè ponitur.

Melioramenta regulariter ſunt reſarcienda conductoribus, quãdo linea eſt finita, ſecus ſi cõductores ceciderint ab eorum iuribus per canonem non ſolutum, vel alienationem irrequiſito domino factam, quando autem aliter inter partes eſſet conuentum, melioramenta non ſunt reſarcienda.

PROCVRATOR Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Petri Donati, Cardinalis de Cæſis, & abbatiæ Vallis Pontis commendatarij, egit contra Thomam Fanciſci, & litis cõſortes de Villa Pontis Felcini, comitatus Peruſiæ pro recuperatione vnius petiæ terræ cum domo in ea exiſtente, præſupponens perperam fuiſſe eis ſupradicta bona locata, & non ſeruatis ſeruãdis, ac non habente authoritatem. Pro parte aduerſa replicabatur dicta bona fuiſſe eis conceſſa in emphyteuſim ſeruatis ſeruandis ab habente authoritatem nempe à quodam Seraphino Ferlichio de Barbara, tunc tempore Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Federici de Cæſis bonæ memoriæ, & dictæ abbatiæ Vallis Pontis commendatarij perpetui, in qua procura leguntur infraſcripta verba, videlicet (*gli concediamo piena, & omnimoda faculta di potere fare la rinoue di qualũque bene di detta abbatia, recaduti per linea finita, & cenſi nõ pagati, in ogni melior modo, che di ragione può, & deue, et che noi medeſimi fare potiamo.*)

Fuit



fuit dubitatum an prædicta conceſſio ſubſiſteret,
quandoquĩdem dicta bona erant deuoluta ad ec-
cleſiam per lineam finitam, ſed non fuit facta re-
nouatio comprehenſis in prima inueſtitura, &
conceſſione, ſed aliis nouiter inueſtitis. Secundò,
an quatenus dicta locatio nõ ſubſiſteret, iſtis cõ-
ductoribus veniant reficienda melioramẽta. Cir-
ca primùm, facultas conceſſa iſti procuratori ab
Illuſtriſſimo Cardinale de Cæſis videbatur limi-
tata, cùm tãtummodo ei data eſſet authoritas re-
nouandi bona reuerſa ad eccleſiam per cenſum
non ſolutum, vel per lineam finitam, non autem
locandi de nouo aliis non comprehenſis in pri-
mis conductionibus, & inueſtituris, & ſic cùm i-
ſta authoritas eſſet limitata, non videbatur poſſe
1 niſi limitatum † producere effectum. l. in agris.
ff. de acquir. rer. domi. l. cancellauerat. ff. de his,
quæ in teſtamen. delen. cum vulgar. & in terminis
mandati limitat. Pariſ. conſ. 93. nu. 51. lib. 1. Nihilo-
minus quia in mandato erant inſerta illa verba
(*in ogni melior modo e virtute*) dictæ clauſulæ man-
datum prædictum videbatur extendi, vt D. pro-
curator poſſet denuò etiam locare non compre-
henſis in primis inueſtituris, iuxta ea, quæ ſupra
2 latè retulimus: virtus enim dictæ clauſulæ † mul-
tum operatur. Alex. conſ. 7. col. 3. verſi. hoc etiam
lib. 3. Felyn. in c. cùm ſuper. col. pen. extra de offic.
deleg. Pariſ. conſ. 33. num. 28. lib. 3. & conſil. 76. nu.
9. lib. 1. conſil. 50. numero 9. lib. 2. conſil. 3. numero
8. & conſil. 21. numero 53. & conſil. 62. num. 9. cum
ſequent. lib. 3. conſil. 126. num. 15. lib. 4. conſil. 54.
num. 9. lib. 2. conſil. 79. numer. 31. lib. 2. conſil. 62.
num. 16. lib. 2. Alciat. reſpon. 114. num. 9. conſil. 73.
num. 4. conſil. 479. num. 9. Nat. conſi. 120. nu. 27. &
conſil. 453. num. 13. cum ſequent. Dec. conſi. 77. nu.
4. Alexan. conſi. 80. num. 7. lib. 5. Petr. Io. Anchar.
quęſtio famil. 57. num. 8. & 9. par. 2. Loffred. conſ.
29. num. 1. Grat. reſpon. 7. num. 25. & reſpon. 117.
num. 31. lib. 2. & reſponſ. 79. num. 18. eodem lib. 2.
3 dicta † enim clauſula facit ceſſare pœnam peten-
tis plus debito. Grat. reſpon. 63. num. 6. lib. 2. o-
4 peratur etiã † vt melior via cenſeatur electa. Grat.
reſponſ. 23. numero 11. & reſponſ. 48. numero 20.
5 lib. 1. & facit valere † actum ex omni capite, quo
fieri potuit Grat. reſponſ. 34. num. 6. & reſponſ.
58. num. 9. lib. 1. nouiſſimè præceptor meus Tho-
bias Nonnius bonæ memoriæ. conſi. 22. numero
6 10. & conſil. 59. numero 10. & † donatio facta de
bonis præſentibus, & futuris, virtute dictæ clau-
ſulæ ſuſtinetur quoad præſentia. Grat. reſpon. 70.
num. 21. lib. 1. & facit valere teſtamentum in ſcri-
ptis, vt nuncupatiuum. Afflict. deciſ. 164. num. 2.
7 habétque dicta clauſula vim † derogatoriam ad
alia teſtamenta. idem Thobias Nonnius præce-
8 ptor meus d. conſil. 22. num. 12. etſi non † valet a-
liquid ſecundum verba expreſſa, valet ſecundum
id, quod exprimi debebat, idem Thobias Non-
9 nius præceptor meus conſi. 19. num. 11. virtus † e-
tiam dictæ clauſulæ operatur, vt relictum aliquid
filio, cenſeatur relictum iure inſtitutionis, licèt
hoc non fuerit dictum, ad hoc, vt teſtamentum
valeat. Bal. in l. quoties. col. fi. C. de hæred. inſtit.
Fulg. conſ. 90. col. 2. Pariſ. conſ. 3. nu. 9. lib. 3. idem
præceptor meus conſ. 43. num. 8. vbi etiam dicit
10 poſt alios, quòd ſi ordinarius putans † ſe delega-
tum proceſſerit vt ordinarius, virtute dictæ clau
ſulæ ſuſtinebitur proceſſus poſt Dec. conſ. 14. n. 4.
11 dicit etiã præceptor meus vbi ſupra, quòd ſi † fue-
rit factum prælegatum, quod virtute pręlegati va
lere non poteſt, valebit tanquam donatio cauſa
mortis. allegat Signor. conſ. 30. quidam Oroldus
Pariſ. conſ. 79. num. 32. lib. 2. immo operatur dicta
clauſula, vt non fiat reſtrictio ad ſpecificata tan-
tùm. Bal. in l. vinum. col. 7. ff. ſi cert. pet. Crauett.
conſ. vltimo. num. 15. nouiſſimè idem præceptor
meus conſ. 5. num. 6. & conſ. 19. nu. 12. quæ quidẽ
opinio Bal. Crauet. & præceptoris mei, videtur
decidere caſum noſtrum, quòd licèt in mandato
autoritas dicto procuratori non videretur attri-
buta faciendi ſimiles locationes, virtute tamen
dictæ ſalutiferæ clauſulæ, videtur dictum manda-
tum extendendum ad caſum iſtum, licèt non ſpe-
cificatum. Cæterum non obſtante clauſula illa, o-
mni meliori modo, dicto procuratori non fuit
conceſſa, niſi autoritas renouandi bona deuoluta
ad eccleſiam per cenſum non ſolutum, & per li-
neam finitam, non autem ei fuit conceſſa autho-
ritas de nouo reinueſtiendi extraneas perſonas
non comprehẽſas in primis conductionibus, vel
ab eis deſcendentes, vt cantant verba mandati,
conſequenter ex defectu mandati conceſſio hu-
12 iuſmodi ſubſiſtere † non videtur, arg. l. diligenter.
ff. man. l. qualem. ff. de arbitr. &c. nouit. extra de
appellat. Afflict. deciſ. 91. iterum. col. 2. Alex. cõſ.
6. num. 3. lib. 4. Dec. conſ. 493. nu. 8. Vant. in tract.
nullit. in tit. ex defe. mand. n. 75. Rimin. conſ. 275.
nu. 25. & nu. 28. lib. 2. Cęph. conſ. 219. nu. 1. & conſ.
220. nu. 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 96. nu. 36. lib. 3. & conſ.
136. nu. 6. lib. 4. Grat. reſpon. 25. n. 12. reſponſ. 127. n.
10. lib. 1. reſponſ. 10. nu. 49. & reſponſ. 159. nu. 1. lib.
1. Vaſq. in tract. de ſucceſ. creat. §. 4. nu. 52. Benint.
13 deciſ. 21. num. 7. & Neuiz. conſ. 70. nu. 7. † in qui-
bus omnibus locis diſponitur diligenter eſſe cu-
ſtodiendos fines mandati, quod quidem procedit
etiam circa qualitates dicti mandati. Benin. d. de-
ciſ. 21. numero 8. Cęph. d. conſ. 219. num. 2. & conſ.
14 220. num. 15. lib. 2. & Neuiz. vbi ſupra, & † manda-
tum excluditur ex ſerie, & qualitate verborum.
Riminal. conſ. 55. num. 9. lib. 1. quæ quidem pro-
15 batio † mandati debet eſſe clara, lucida, & neceſ-
ſariò concludens. Crauett. conſ. 265. num. 5. in eó-
que attenditur mens ipſius mandatis. idem Cra-
uet. conſ. 247. num. 5. & conſ. 274. num. 9. dicitúr-
que mandatum inextendibile, & ad expreſſa re-
16 ſtringitur. Alciat. reſponſ. 371. n. 1. & 2. & mandatũ
17 † ad id de quo agitur non ſe extendens, non dici-
tur mandatum, ex quo circa illud nihil extitit mã
datum, Vant. in tractat. de nullit. in tit. de inhabil.
18 ex defect. mand. num. 74. & non † extenditur ad
cauſas ſiue perſonas in eo non cõprehenſas, Vãt.
19 vbi ſupra, num. 85. & licèt ſit generale, ac † etiam
fuerit interpoſitum iuramẽtũ, intelligitur quoad
comprehenſa in mandato, Vant. vbi ſupra. n. 114.
20 & idem eſt, nõ habere mandatum, † vel illud habe
re inualidum, idem Vant. in præcitato loco nu.
121. cùm ergo iſte procurator haberet mãdatũ tã-
tùm in ſupradictis duobus caſibus, nõ potuit ex-
cedere fines mandati, & denuo bona ad eccleſiam

reuerſa locare extraneis perſonis nunquam com-
prehenſis, neque deſcendentibus à primis condu-
ctoribus, iuxta ſeriem dicti mandati: Si enim Il-
luſtriſſimus Cardinalis Cæſius bonæ memoriæ,
21 ei hoc concedere voluiſſet, vtique † expreſsè in
dicto mandato dixiſſet, argumen. l. vnicæ. §. ſin au-
tem ad deficientis. C. de caduc. tollen. nec clauſu-
la illa, (*in ogni meglior modo*) cum verbis prægnan-
tibus ibi appoſitis, operatur, vt non expreſſa in
mandato, intelligantur expreſſa, quia licèt dictæ
clauſulæ, omni meliori modo, virtus ſit maxima,
vt ſuprà ſatis abundè fuit oſtenſum, nihilominus
vera & communis opinio Doctorum eſt, quod
22 virtus † dictæ clauſulæ non faciat extendi actum
ad caſus non expreſſos, nec ſpecificatos, ſed tan-
tummodo extendatur ad caſus expreſſos & ſpeci-
ficatos, & eos meliori modo quo poteſt, validat,
non autem quod omiſſum eſt, ampliat. Bald. in l.
quoties. C. de hæred. inſtitu. Dec. in l. precibus.
numer. 16. C. de impube. & aliis ſubſti. Alexand.
conſil. 113. lib. 3. Gozad. conſil. 78. num. 12. Cæphal.
conſil. 43. num. 120. lib. 1. Riminal. conſil. 438. nu.
24. lib. 3. Pariſ. conſ. 12. num. 68. & 69. lib. 2. Natt.
conſil. 402. num. 36. & 37. Grat. reſpon. 70. num.
23 19. lib. 1. hinc videmus quòd dicta clauſula † non
tollit vitium cõtrarietatis, ſi petitio ſit difformis,
& probata petitioni non cõueniant. Capit. deciſ.
96. numer. 8. non enim dicta clauſula porrigitur
ad non expreſſa in libello. Grammat. deciſ. 103. nu-
24 mer. 51. clauſula etiam † prædicta nihil operatur,
quando exprimitur modus ineptus Caſſad. deciſ.
7. in tit. de appellatio. Felyn. in c. cùm ſuper. num.
2. verſi. tertius inſtitutus. extra de offic. deleg. ne-
25 que † tribuit affectũ actui verè nullo. Anch. conſ.
358. quia præſupponitur. col. 2. Dec. conſ. 14. col.
1. verſ. quartò conſiderandum. & magis in termi
nis, quòd clauſula illa, omni meliori modo, nil
26 operetur quando † adeſt defectus poteſtatis, vo-
luit eleganter Menoc. in tract. de arbit. iud. quæſt.
47. numero 5. lib. 1. immo ſecundum Menoch. v-
bi ſuprà, licèt in mandato vltra dictam clauſulam
fuiſſent adiecta alia verba prægnantia, vt puta, fa-
27 cias † prout tibi videbitur, vel ſecundum men-
tem tuam. Nihilominus intelligitur facta com-
miſſio non liberè, ſed arbitrio boni viri: nec ob-
ſtant multæ, & infinitæ propemodum auctori-
tates ſupra allegatæ de importantia, & virtute di-
ctæ clauſulæ, omni meliori modo, quia non ne-
gatur virtutem dictæ clauſulæ eſſe multam, ni-
28 hilominus dicta clauſula non operatur † aliud, ni-
ſi quòd facit valere actum minus ſolenniter ge-
ſtum, & virtute dictæ clauſulæ ſaluatur petens
plus debito, prælegatum valet in vim donationis
cauſa mortis, & donatio omnium bonorum vali-
datur quoad præſentia, & hoc ex eo eſt, quia iam
in omnibus ſupradictis exemplis erat explicatus
actus, licèt inualidus, qui quidem actus poſtea
29 validatur virtute dictæ clauſulæ, ſed † nõ extendi-
tur ad non expreſſa. Pariſ. d. conſil. 12. num. 68. &
69. lib. 1. Natt. conſil. 402. num. 36. & 37. etſi hæc
procedunt de facili in omnibus, in mandato non
eſt dubitandum, vt voluit Menoch. in d. tract. de
arbi. iud. quæſt. 47. num. 5. lib. 1. & licèt Bald. in
d. l. vinum. col. 7. ff. ſi cert. petat. Crauet. poſt quoſ-
dam alios d. conſil. vltimo. num. 15. & nouiſſimè
præceptor meus Thobias Nonnius in d. conſ. 5.
num. 6. & conſil. 19. num. 12. voluerint virtutem
dictæ clauſulæ operari, vt non fiat reſtrictio ad
30 ſpecificata, † dictum eorum vel eſt intelligendum
quando conſtare poſſet ex expreſſis virtualiter a-
liquod tacitum, vel ex verbis diſpoſitionis, vel ex
mente, iuxta exempla ſupra tradita, vel dictum
eorum non eſt verum, & Bal. fuit ſibi contrarius
in l. quoties. C. de hæred. inſti. nec eſt curandum
de auctoritate Crauett. & aliorũ, cùm opinio cõ-
traria ſit melioribus rationibus fulcita, & com-
munis, vt eſt videre ex numero Doctorum alle-
gatorum per Burſat. d. conſ. 34. nu. 51. lib. 1. & vl-
tra eum allegaui Riminal. conſ. 438. num. 24. lib.
3. & Pariſ. d. conſi. 12. num. 68. & 69. Natt. d. conſ.
402. num. 36. & 37. Grat. reſpon. 70. num. 19. lib. 1.
& profectò pro comperto habeo, præceptorem
meum non ſenſiſſe ſimpliciter, quòd virtus dictæ
clauſulæ faciat extendi actum ad non ſpecificata,
niſi quatenus ex verbis, vel ex mente virtualiter
aliquid, licèt perperam intelligeretur ſpecifica-
tum: nam tunc virtute dictæ clauſulæ validatur
31 actus: ſcholaris † enim tenetur defendere opinio-
nem ſui præceptoris, in caſu noſtro ceſſat omnis
difficultas, cùm ſimus in mandato, in quo non fit
extenſio, vt ſupra dictum fuit. Quo verò ad me-
lioramenta nulli dubium eſt, dicta melioramenta
32 † eſſe reſarcienda prædictis conductoribus per Il-
luſtriſſimum & Reuerendiſſimum Dominum
Commendatarium, cùm dicti conductores ea i-
nibi bona fide fecerint. l. qua ratione. ff. de acqu.
rer. domin. §. certi Inſtit. de rer. diuiſ. Menoch. in
tractat. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. numero
501. quæ quidem melioramenta debentur eis,
qui ſucceſſerunt in locum illorum qui fecerunt
melioramenta. Nam vno ore fatentur doct. à ſuc
ceſſoribus emphyteutæ eſſe deducenda meliora-
menta facta in fundo emphyteutico, quando per
33 lineam † finitam res emphyteutica reuertitur ad
dominum, ſecus quando per cenſum non ſolutũ.
l. colonus in princ. ff. locat. l. ſenatus. §. Marcellus,
ff. de leg. 1. Iaſ. in l. 2. num. 27. C. de iur. emphit. &
in auth. qui rem. C. de ſacr. ſanct. eccl. Dec. conſ.
439. & 518. Menoc. vbi ſupra num. 502. & ſeq. Pet.
Duen. reg 337. incip. emphyteuta, vbi innumeros
doctores hanc opinionem communem ſectantes
recenſent, & hæc eſt communis opinio, quæ e-
34 tiam † ſeruatur de conſuetudine tam in emphy-
teuta eccleſiæ, quàm priuati, vt voluit Clar. lib.
recept. ſentent. §. emphyteuſis. quæſt. 45. quam e-
tiam opinionem tanquam veram, & communem
nouiſſimè ſecutus fuit. Franc. Burſ. conſ. 80. num.
35. lib. 1. poſt Brun. conſ. 116. in fin. & conſ. 107. Pa-
riſ. conſ. 28. lib. 3. Rol. conſ. 28. num. 2. in fin. lib. 1.
prædicta tamen non haberent locum, quando pa
35 cto eſſet conuentum, quòd etiam finita † emphy-
teuſi, melioramenta reuertantur ad eccleſiam,
prout quotidie fieri aſſolet. Bal. in l. iubemus. §. ſa-
nè. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Iaſ. in d. l. 2. nu. 28. C. de
iur. emphy. Roland. d. conſ. 28. nu. 15. & 16. quod
tamen pactum non apparebat in caſu noſtro ap-
poſitum. cúmque igitur ex prædictis appareat di-
ctam conceſſionẽ fuiſſe factã à non habẽte auto-
ritatem,



ritatem, condemnaui dictos emphiteutas ad re-
laxandum Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Do-
mino Cardinali de Cæſis, Commendatario dictæ
Abbatiæ Vallis Pontis, poſſeſſionem prædictam
refectis ipſis emphiteutis melioramentis in pri-
36 mis melioramentorum † enim ratio in reſtitu-
tione, & æſtimatione rei ſemper eſt habenda,
Burſat. nouiſſimè poſt alios conſil. 23. numer. 30.
lib. 1. ambáſque partes ab expenſis abſolui manu
Ser Ludouici Alexij Peruſini Notarij Curialis.
Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

## DECISIO CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Animal venditum, quando moritur intra triduum, præſumitur mori ex morbo præcedenti, & ægritudine generata apud venditorem.*

### Argumentum.

**De animali vendito, & mortuo intra triduum poſt perfectam venditionem cuius periculo intelligatur mortuum, hic declaratur.**

MOLENDINARIVS quidam
emit equum, qui quidem equus
mortuus fuit per diem poſt factam
emptionem, & conſignationem, di-
ctus emptor egit contra vendito-
rem pro recuperatione pretij, replicabatur ex ad-
uerſo dictum equum obiiſſe ex magnitudine ſal-
mæ ei impoſitæ, ſed quia non concludenter pro-
bauit, ego ſententiaui dictum venditorem teneri
1 ad reſtitutionẽ pretij, quia quando † animal ven-
ditum moritur intra triduum poſt factam vendi-
tionem, & conſignationem, præſumitur mori ex
morbo præcedenti, & ex ægritudine generata a-
pud venditorem. l. cum ſex. cum l. ſeq. & l. ſcien-
dum. §. fin. & l. redhiberi. in princ. ff. de ædil. edict.
Iacob. Nouel. reg. 226. vbi ponit fallentias. Boer.
deciſ. 323. numer. 22. manu Ser Simonetti Euſebij
Notarij Curialis. Laus Deo.

*Ioſ. Ludouicus Aud.*

F I N I S.

# INDEX IN AVREAS ET PRACTICATAS DECISIONES

## CLARISS. D. IOSEPHI LVDOVICI Aſiſienſis, Peruſiæ, Vmbriæq; Auditoris generalis.

IN QVO MATERIÆ OMNES NOTABILES ALPHAbetica ſerie ita ordinatæ ſunt, vt reperire volenti nulla ſuperſit difficultas. Et ſi quid deprauatum in ipſo opere foret, in hoc reſtitutum eſt.

*AVTHORE BRVNORO SOLE IVR. Conſ. Veneto.*

## *A*


*ABbas tenetur ſubminiſtrare expenſas monacho ſecum litiganti. idem in ſorore petente legitimam à fratre, à quo pendente lite debet alimentari. deciſ.* 46. *numero* 3.

*abraſio arborum à fundo, quo caſu ſit permiſſa conductori. deciſ.*58.*num.*6.

*abſens quando inſtituitur, licet maior, ceſſat timor ſubornationis. deciſ.*2.*num.*37.

*abſens dicitur notoriè non ſoluendo, quæ notorietas poteſt probari per famam. Deciſ.*45.*nu.*16.

*abſenti donatio facta non valet ante ratificationem. deciſ.* 29.*nu.*3.

*abſenti facta donatio quandoque valet, vt minus reuocari poſſit. in ea. deciſ. nu.*16.

*abſenti etiam quæruntur omnia, ſaltem reuocabiliter. in ea. num.*17.

*abſolutio à iuramento eſt omnino neceſſaria ad hoc vt quis poſſit agere. dec.*18.*num.*10.

*abſolutio à iuramento præſtito niſi petatur, contraueniens eſſet periurus. deciſ.*64.*num.*22.

*abſurdum eſt, vt quis metu pœnæ perterritus ſuum indefenſum relinquat. deciſ.*52.*num.*3.

*Acceptatio donationis præſumitur ex ſola ſcientia donatarij. deciſ.*29.*num.*19.

*acceſſus ad concubinas iure Ciuili inſpecto non eſt punibilis. dec.*18.*num.*31.

*acquirendi modus eſt de iure ciuili dominium poſtea acquiſitum eſt de iure gentium, cui princeps ſine cauſa derogare non poteſt. deciſ.*72.*num.*26.

*acta inducunt notorium. dec.*20.*num.*24.

*actio in factum naſcitur ex interdicto quorum bonorum. deciſ.*47.*nu.*3.

*actio funeraria non competit ad repetendum expenſas factas in funere, niſi fiat proteſtatio. deciſ.*78.*nu.*1.

*actio perſonalis competit colono partiario aduerſus dominum fundi venditorem. deciſ.*83.*num.*4.

*actio perſonalis non tranſit ad emptorem, & ſic ad ſingularem ſucceſſorem. in ea. num.*8.

*actiones plures habere noſtra intereſt. deciſ.*23.*nu.*18.

*actor in dubio cenſetur intentaſſe remedium quod magis expedit. in ea. num.*28.

*actui licet præiudiciali, acquieſcens conqueri non poteſt. deciſ.*50.*num.*9.

*actus quod valeat, in dubio debet interpretari. deciſ.*1.*numero* 9.

*actus factus quando conuenit homini ſanæ mentis, quis debet præſumi ſanæ mentis. in ea. num.*11.

*actus geſtus à demente, ſi conueniat homini ſanæ mentis, licèt non probetur tempore celebrati actus fuiſſe ſanæ mentis, actus valet, & eſt verior, & communis opinio. in ea. nu.*13.

*actus ex neceſſitate geſtus non comprehenditur ſub lege. deciſ.*2.*num.*5.

*actus exigendi collectas eſt actus voluntarius tam ex parte imponentis, quàm ex parte eius cui imponuntur. dec.* 3.*num.*1.

*actuum multiplicatio magis eſt præſumenda, quàm contrarietas. dec.*9.*num.*13.

*actus omnes qui fiunt ante ſententiam diffinitiuam dicuntur concernere modum procedendi. deciſ.*96.*nu.*33.

*Adminiſtrationis ratio non poteſt per vnum ſocium ab altero peti, quando ambo adminiſtrauerunt. deciſ.*28.*numero* 20. *& ibi declaratur locus Caſtrenſ. conſilio* 126. *lib.*2.

*adminiſtratores quando plures fuerunt, ante omnia ſunt conueniendi qui adminiſtrauerunt. dec.*4.*num.*5.

*adminiſtratores pupillorum tenentur inuentarium conficere, & quando eis eſſet remiſſa confectio inuentarij, nihilominus tenentur conficere librum. in ea. deciſ. numero* 6.

*aduocatus non dicitur habere mandatum ad præiudicandum domino. deciſ.*82.*nu.*8.

*aduocatus non eſt idoneus teſtis. in ea. nu.*6.

*aduocatus, vel procurator, quando patrocinantur tacitè, vel expreſſè non repetuntur expenſæ. dec.*111.*num.*11.*ſed contra nu* 12.*&* 14.

*aduocati, ſiue procuratoris confeſſio ideo non nocet domino, quia ſe habet ad inſtar donationis. dec.*82.*nu.*9.

*aduocati, & procuratores pauperum habentes ſalarium de publico noſtris temporibus extorquent à miſellis perſonis & pecunias & munera. deciſ.*111.*num.*10.

*aduocati, ſiue procuratores gratuiti non poſſunt petere ſalarium. deciſ.*111.*nu.*1.

*AEneas de Vbaldis, Conſtantius Florens, & Marcus Antonius Oradinus, Doctores excellentiſſimi Peruſini. deciſ.*18 *num.*1.

*æqualitas eſt ſeruanda inter filios. deciſ.*23.*nu.*41.

æquitas eſt ſpectanda.deciſ.65.nu.9.

æſtimatio aliquando fit ad declarationem meliorationis & deteriorationis,& partes nõ poſſunt diſcedere à priori æſtimatione.deciſ.89.nu.4.5.& 6.

æſtimatio attenditur ſecundùm tempus collati arbitrij.deciſ.89.num.3.

æſtimatio facit emptionem. deciſ.89.numero 1.& numero 8.

æſtimatio quæ currit tempore conſignationis, non autem ea quæ currit tempore reſtitutionis, eſt attendenda, ſecundum magis communem opinionem.deciſ.63.num.25.

æſtimatio tunc attenditur, quando non fit ex longo interuallo.deciſ.89.num.10.

æſtimationis tempus attenditur, non tempus reſtitutionis. deciſ.89.num.2.

ætas probari poteſt per obſtetrices.deciſ.55.num.3.

ætas probatur per aſpectum, quæ probatio ætatis per aſpectum mirificè exponitur.in ea.deciſ.nu.4.

ætas probatur per inſtrumentum tutelæ. in ea. deciſio. numero 5.

ætas probatur per librum ſacri baptiſmatis.in ead. deciſ. num.7.

ætas probatur per deſignationem alicuius temporis notabilis,puta,tempore belli Florentiæ, vel Senarum, in ea. num.8.

ætas probatur, præſertim in ſtatu Eccleſiaſtico dum deducitur quem eſſe natum tempore Ducis Valentini, & in patria Aſſiſij probatur per deſignatione temporis mortis Euerardi de Nepis,nobilis illius ciuitatis.in ea. num.13.

ætas in futurum probabitur per deſignationem temporis quo inuictiſſimus Don Ioannes de Auſtria, & alij principes. colligati die 7.Octob.1571.prope Lepantum obtinuerunt victoriam contra Turcas.in ea.deciſ. numero 14.

ætas poteſt probari per librum patris, quod non habet locum inter ruſticos, & viles perſonas, qui memorialia non tenent,nec ſcribunt annos,& milleſima,ideò admittitur probatio per coniecturas.in ea nu.16.

ætatem minorem allegare non ſufficit, quando minor ætas eſt fundamentum intentionis allegantis. deciſ. 56. numero 2.

ætatis probatio per deſignationem temporis nõ dicitur concludens,ſed præſumptiua, niſi deponatur de certo tempore.deciſ.55.num.15.

Affectus non punitur in leuioribus, niſi ſequatur effectus, ſecus in grauioribus de iure communi, ex conſuetudine tamen etiam in grauioribus non punitur affectus,niſi ſequatur effectus.deciſ.80.num.2.& 3.& 9.

afflictio non debet dari afflicto.deciſ.77.nu.2.

affines vigore ſtatuti non poſſunt arctari ad compromittendum, quando affinitas eſt diſſoluta, quæ tamen reſpectu impedimenti matrimonij adhuc perdurat. deciſ. 2.num.17.

Agens ante aduentum diei non eſt audiendus. deciſ.13. num.16.

agens hypothecaria non poteſt obtinere, niſi priùs egerit contra bona Principalis ſibi obligata. deciſio.45. numero 1.

agens ſine actione excluditur.deciſ.81.nu.18.

agenti obſtat exceptio non implementi.deciſ.50.num.1.

agi non poteſt executiuè pro legato conſequendo. deciſ.23. num.1.Declara,vt num.9.& ſeq.

agi non poteſt executiuè ex teſtamento regulariter, quemadmodum nec ex alijs inſtrumentis.in ea. deciſ.num.2. Declara vt infrà.

agi poteſt executiuè pro conſequendo legato. in ead. numero 9.

agi poteſt pro conſequendo legato coram quocunque iudice,etiam eccleſiaſtico.in ea. num.12.

agi quando poſſit executiuè pro legato conſequendo. deciſ. ea.num.23.

Alba conſilio.59 in fine reprobatur. deciſ.19.num.27.

Alciati locus in conſil.182.perpenditur,& declaratur circa ſolennitates teſtamentorum, in quibus inſtituuntur hoſpitalia.deciſ.30.num.11.

Alex.Bal.& Beroi opiniones reiectæ.dec.79.num.15.

Alexander ſibi contrarius oſtenditur in articulo, an pro conſequendo legato poſſit agi executiuè. deciſio.23.numero 10.

alienare qui non poteſt, non poteſt compromittere, quia ex compromiſſo poſſet ſequi alienatio. deciſio.47. numero 13.

alienare qui non poteſt, non poteſt in ſolutum dare. deciſ. 60.num 5.

alienatio furioſi non tenet, licèt contrahens eum putet ſanæ mentis.deciſio.1.num.7.

alienatio fundi emphyteutici facta irrequiſito domino & ceſſatio per biennium à ſolutione cenſus faciunt emphyteutam cadere in commiſſum.deciſ.35.num.1.

alienatio quando fit per prohibitum ignorantem bona illa eſſe prohibita alienari,& fit perſonæ ignoranti, valet, quomodocunque loquantur verba teſtamenti.deciſio.29. num.30.

alienatio quatuor modis in iure capitur propriiſſimè, propriè,impropriè,& impropriiſſimè. deciſ.93.numero 13. & 14.

alienatio rei eccleſiæ debet afferre vtilitatem eccleſiæ,puta quòd res alienanda afferret incommoditatem eccleſiæ, vel quòd eſſet damnoſa eccleſiæ magis quàm vtilis, vel pro redemptione captiuorum, & de his cauſis conſtare debet per publicum inſtrumentum.deciſ.93. num.16.17. 18.19.& 20.

alienatio rei eccleſiæ requirit cauſam neceſſitatis. deciſ. 93.num.15.

alienatio rei eccleſiæ vt valeat,requiritur conſenſus Capituli, ſiue confraternitatis, qui quidem conſenſus debet præſtari incontinenti, non ex interuallo requiritur etiam expreſſio nominum ſingulorum, ſubſcriptio, & auctoritas epiſcopi cum cauſæ cognitione, nec valeret conſuetudo,quod huiuſmodi auctoritas nõ præſtaretur, nec contra hoc poteſt præſcribi,& niſi ſeruentur ſupradictæ ſolennitates alienatio non tenet, etiam quòd fuiſſet facta ab omnibus hominibus eccleſiæ, ſiue confraternitatis. deciſ.93.num.26.27.& 28.29.30 31.& 32.

alenatio rei eccleſiæ vt valeat,requiritur tractatus, & congregatio ad ſonum campanæ.in ea.nu.21.

alienatio rerum confraternitatis non requirit tot ſolennitates, quando ſunt confraternitates laicorum, ſecus quando ſunt loca pia.in ea.nu.35.& 36.

alienatio rerum prophanarum vniuerſitatis, vt ſubſiſtat, debet fieri hominibus congregatis in loco ſolito,& ad ſonum campanæ.in ea.num.37.& 39.

alienationis rei eccleſiæ forma.in ea.nu.25.

alienationes à ſtatuto in forenſes prohibitæ non prohibentur,ſi auctores eorum quibus fiunt alienationes ſubierint munera.deciſ.85.nu.6.

alimenta tantùm debentur vxori relictæ dominæ, & vſufructuariæ,quando extant filij.deciſ.46.nu.1.

alimenta vt præſtentur mulieri relictæ dominæ, & vſufructuariæ,quot & quæ requirantur.Deciſio.ead.numero 2.

alimenta poſſunt per teſtatorem relinqui etiam diuiti. Deciſio.ea.nu.8.

alimenta quando dicantur parua vel magna, attẽditur qualitas perſonarũ,& remittitur arbitrio iudicis.Deciſ.78.nu.14.

alimenta quod præſtentur in domo, intelligitur, id eſt in habitatione.deciſ 92.nu.20.&21.

alimenta ſi fuerint relicta viduæ intra annum luctus,& illa aliunde habuerit alimenta,nihilominus poteſt petere alimenta,& hoc maximè procedit,quãdo alimenta debentur ex vltima voluntate.dec.92.num.7.8.9. 10.& 11.

alimenta regulariter debent præſtari in domo hæredis grauati.dec.46.nu.9.

alimenta ſunt præſtanda extra domum grauati,quando inter hæredem & alimentarium eſt lis.in eadem numer.10.

alimenta vxori relicta debentur detractis prius expenſis pro filio.ibid.nu.11.

alimentorũ fauore poſſunt hæredes in ſolidum conueniri,quod quomodo procedat,declara vt infra.deciſ.92. nu.1.& nu.14.& 15.

alimentorũ præſtatio dicitur minus grauis hæredi,quando ille cui alimenta ſunt præſtanda,habitat cum hærede.deciſ.92.nu.3.

alimentarius debet operari ad cõmodum hæredis,quando alimenta debentur iure actionis, ſecus quando debentur officio iudicis,vt in vxore quæ tenetur operari viro,& non poteſt petere alimenta præterita,quando alium defuerit alimentata.deciſ.92.nu.13.

alimentarius non tenetur moram trahere cum hæredibus, quando dicti hæredes diuiſerunt. deciſ.92.numer.22.

allegare minorẽ ætatem non ſufficit,quando minor ætas eſt fundamentum intentionis allegantis.deciſ.56. numer.2.

Amor idem non cadit in tranſuerſalibus, ſicut in filiis. deciſ.102.nu.3.

Animal irrationale habens acceſſum ad mulierem debet comburi vnà cum muliere.deciſ.77. nu.9.

animalia empta de bonis Eccleſiæ ad ipſam ſpectãt.deciſ.33.num.14.

animal venditum,quando moritur intra triduum, præſumitur mori ex morbo præcedenti, & ægritudine generata apud venditorem.deciſ.118.nu.1.

animalia conſtituunt tertiam ſpeciem inter ſe mobilia & ſe mouentia.Fallit quando ſecus conſtaret de mente teſtatoris.dec.61.nu.21..& nu.47.

animus re quomodo oſtendatur.deciſ.109 nu.9.

animus talis præſumitur in futurum,qualis fuit de præterito,de quo animo poteſt conſtare & re, & verbis. dec.109.nu.7.& 8.

animus verbis quomodo demonſtretur. deciſ.109. numero 13.

animus vxoris dignoſcitur ſi præcipi feciſſet laboratoribus, vt eam de fructibus recognoſcerent. deciſ.109. nu.16.

Annibalis egregium factũ circa ſepulturam Pauli Aemilij.deciſ.78.nu.26.

antidoralis obligatio ceſſat,quando iſti pro quibus patrocinantur,eſſent pauperes.deciſ. 111.numer. 8.& 9.

antidoralis obligatio eſt ius naturæ,vt benefacienti benefaciamus.deciſ.111.nu.3.& 15.

antiquior debet proponere,& petere ſuffragium ab omnibus ſuper re,alienanda,& debet confici publicum inſtrumentum ad hoc particulariter tẽdens, quod inſtrumentum debet procedere ſegregatim.deciſ.93. nu. 22.23.&.24.

Antonius Maria Saluiatus Epiſcopus Cameræ Apoſtolicæ clericus, & totius ſtatus Eccleſiaſtici annonæ præfectus.deciſ.80.nu.1.

Antonij Gabrielis concluſionum liber,Calepinus doctorum nuncupari poteſt.deciſ.66.nu. 7.

Antonij Gabrielis locus aliter ſentientis reprehenditur, & eſt magis communis opinio contra eum. deciſ. 43. & 44.

Appellari debet intra decem dies,non ſolùm quãdo appellatur à diffinitiua,ſed etiam quando appellatur ab interlocutoria.deciſ.96.nu.26.& 27.

appellanti datur annus, & ex cauſa bienniũ.deciſ.96. nu.25.

appellare licèt etiam in poſſeſſorio quando conſtat de iniquitate ſententiæ. dec.20.n.25.

appellari poteſt in plenario iudicio quò ad effectum deuolutiuum,non quò ad ſuſpenſiuum.deciſio.20.numero 14.

appellatio non admittitur ſummario iudicio poſſeſſorio neque quo ad effectum ſuſpenſiuũ,ſiue deuolutiuum, quia de modico præiudicio tractatur. Deciſio.20.numero 9.

appellatio cur non detur in ſummario iudicio quò ad effectum ſuſpenſiuum,in ea. deciſ.nu.15.

appellatio non retardata executione valet,& eſt communis opinio.ibi. nu.16.Ante Bart.erat cõmunis opinio in contrarium.nu.17.

appellatio datur à poſſeſſorio,de iure Canonico quò ad vtrunque effectum deuolutiuum & ſuſpenſiuum, nec adeſt qui contradicat,niſi Menochius. Deciſio ea.numer.19.

appellatio non deuoluit de iure ciuili. ibidem. numero 22.

appellatio regulariter non datur ab interlocutoria.dec. 38.num.1.

appellatio datur à pronuncia iudicis ſuper admiſſione, vel reiectione teſtium.in ea.deciſ.n.4. & de ratione, & exemplificatione.num.5.& 7.

appellatio in cauſa poſſeſſoria prohibetur per conſtitutionem Egidianam,quæ ſeruatur in terris Eccleſiæ,quicquid diſponat ius Canonicum.Deciſ.39.numer.1.

appellatio ſtãte inordinato proceſſu datur etiam in poſſeſſorio.deciſ.ea.nu.8.& 10.

appellatio datur in poſſeſſorio à ſententia lata ſine cauſæ cognitione in ead.nu.9.

appellatio regulariter in dubio eſt admittenda.ibidem. nu 11.

appellationem non eſſe deſertam in dubio eſt pronũciandum.deciſ.96.nu.20.& 23.

appellatur etiam ab interlocutoria,de iure canonico.deciſ.20.nu.11.

appellatus regulariter tenetur tradere copiam ſentẽtiæ, fallit ſi appellans poſſet copiam habere. deciſ.8.numer.23.

apprehenſi perſonaliter magis videntur puniendi præſertim quando ſunt conuicti teſtibus. deciſio.80.numero 14.

Arbitratores licèt poſſit procedere de facto, non tamen ſequitur,quòd poſſint exercere iuriſdictionem,quæ eſt

*mixti imperij, ſed quòd poſſint procedere de facto non ſeruata forma iuris, & aſſignando maiorem partem vni, quàm alteri. deciſ.47.num.14.*

*arbitrio iudicis eſt relinquendum, quæ dicatur maxima vel modica deterioratio. deciſ.22.num.17.*

*arbitrio iudicis relinquitur pro quibus quantitatibus velit concedere mandatum executiuum contra aliquem. dec.41.num.9.*

*arbitrium iudicis verſatur in puniendo incendiarium conſiderata qualitate perſonæ ipſius. deciſ.25.nu.6.*

*arbores fructiferæ quòd poſſint incidi ab emphyteuta, non valet conuentio. deciſ.94.num.8.*

*arborum abraſio à fundo, quo caſu ſit permiſſa conductori. deciſ.58.num.6.*

*ardor liciti amoris paterni erga filium operatur, quod in ſecundo teſtamento cenſeatur appoſita clauſula derogatoria. deciſ.2.num.29.*

*argumentum de pacto ad ſtatutum procedit affirmatiuè, non negatiuè, non enim ſequitur, legitima tolli non poteſt per ſtatutum, ergo nec per pactum, ſed econtra. deciſ.21.num.49.*

*argumentum, à natura contractus emphyteutici ad expreſſam promiſſionem valet & tenet. deciſio.22. numero 9.*

*arma vnuſquiſque poteſt de iure communi deferre gratia defenſionis. deciſ.31.num.3.*

*arma accommodans alicui præſumitur accommodare ad actum licitum. in ea.num.8.*

*arma accommodans alicui, qui cum ipſis captus fuit à biruarijs, non poteſt illa ab ipſis repetere, ſi commodatarius ea in locis prohibitis detulit ipſo ſciente, ſed tantùm pretium à commodatario. deciſ. ea.num.9.*

*arma accommodans alicui dicenti ſe iturum rus, licet is interficiat hominẽ dictis armis, non propterea obligatur. in ea.num.10.*

*armorum delatio quo iure ſit prohibita tam in ciuitatibus, quàm extrà. in ea.num.1.*

*armorum delatio quomodo & quando ſit prohibita nobilibus. in ea.num.2.*

*armorum vſus communiter vigore ſtatutorum non eſt prohibitus quò ad eundum ſiue euntes, & redeuntes, extra ciuitatem. deciſ.ea.num.5.*

*articulandi modus pro actore contra reum in poſſeſſorio reintegrandæ. deciſ.59.num.8.*

*articulos non eſſe admittendos generales parte opponente, nec iſto caſu declarari poſſe. deciſ.62.nu.34.*

*Aſſertioni decurionum eſt ſtandum de meritis alicuius in conceſſione immunitatis, etiam non probatis meritis. deciſ.3.num.9.*

*Attenditur id quod principaliter agitur. deciſ.101.numero 20.*

*attentata non cadunt in remedio retinendæ poſſeſſionis, quia qui ius ſuum proſequitur, nihil attentare dicitur: victoria enim ſuper iſtis attentatis dependet à cauſa principali, & fieret præiudicium negotio principali. deciſ.69.nu.7.8.& 9.& nu.21.*

*Auctoris mala fides nocet ſucceſſori vniuerſali. deciſ.33. num.17.*

*auctoris noua opinio contra communem, quòd ſi furioſus parum ante delictum fuiſſet confeſſus eius peccata, poſſit vltimo ſupplicio affici. deciſ.77.num.12.*

*auctoris nouæ opiniones & declarationes, quando bona minorum illata in domum conductam intelligantur, obligata hactenus non animaduerſæ à docto. deciſ.75. num. 14.15.16.17.& 18.*

*auditores ducentes equites, birruarios, & caualcatas, ac notarios, viceſiſcales, & alios officiales in commiſſionibus, præſumuntur eos ducere de commiſſione Illuſtriſſ. Legatorum, ſiue Reuerendiſſimorum Gubernatorum, quod procedit quando Illuſtriſſimi Legati, aut Reuerendiſſimi D. Gubernatores ſunt in prouincia. deciſ. 104.num.11.& 12.*

*auditores non habent auctoritatem confirmandi ſtylum. deciſ.96.num.9.*

*auri libram hodie conſtituunt centum & ſeptem aurei. deciſ.7.num.3.*

*auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut. quomodo procedat, & cum quibus requiſitis. deciſ.64.num.1.*

*auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. licet loquatur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, extenditur tamen ad emphyteuſim priuatorum, & ad vſumfructuariam. deciſ.94. numero 3.& 6.*

*authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. habet locum etiam in contractu inualido. deciſio.18. numero 50.*

*authent. ſacramenta puberum. ex communi opinione non habet locum, ſtante enormiſſima læſione. in ead. deciſ. num.70.*

*authen. qui rem. C. de ſacroſan. Eccl. ad verbum recitatur & explanatur. deciſ.22.num.1.*

*authen. qui rem. C. de ſacroſan. Eccleſ. licet loquatur in re Eccleſiaſtica, extenditur tamen communiter per doctores, etiam ad emphyteutas priuatorum, ex identitate rationis. deciſ.ead.num.4. Extenditur etiam habere locum in quolibet colono.num.5.*

*auus poteſt inſtituere nepotem legitimum, & naturalem natum ex filio ſpurio deficiente legitima prole ipſius aui, & ceſſante timore, ne pater ſpurius aliquid commodi ex dicta inſtitutione conſequatur. deciſ.18.num.33.*


*B*


B*Al. Alex. & Beroi opiniones reiectæ. deciſ.79. numero 15.*

*banniti de iure communi ſuccedere non prohibentur, imò ad ſucceſſionem admittuntur. deciſ.11.num.6.*

*bannimenta & proclamata ſunt modi probãdi prædia fuiſſe venalia. deciſ.67.nu.6.*

*bannimentis Reuerendiſſimi Domini Bonſignori Finetti Peruſiæ, & Vmbriæ gubernatoris, cauetur ne quis propria auctoritate poſſeſſionem accipiat. deciſ.69.numero 12.*

*banniti noſtri temporis æquiparantur deportato. deciſ.ead. num.7.*

*Banniti bona non licet occupare & damnificare, ſed ſi in eis damnum fuerit datum, non debet audiri, nec ſibi ius reddi. deciſ.ea.num.20.*

*bannito non competit remedium poſſeſſorium, cùm bona illius poſſint commodè occupari. deciſ.11.num.18.*

*bannitus non poteſt ſuccedere in bonis exiſtentibus in illo territorio, à quo eſt bannitus. in ea.num.8.*

*bannitus priuatur ſucceſſionibus ſibi prouenientibus in territorio, etiam de iure communi, ſtante ſtatuto, de quo in ea. deciſ.num.9.*

*bannitus ſuccedit in bonis exiſtentibus extra territorium, à quo fuit bannitus. in ea.num.10.*

*bannitus quod non ſuccedat patri, poteſt tolli per ſtatutum, quia filius ſuccedit patri de iure poſitiuo, non de iure diuino, vel naturæ. in ea.num.11.& 12.*

*bannitus & deportatus non poſſunt præſcribere. deciſ.ea. num.13.*

*bannitus nec etiam naturaliter poſſidet. ibid.nu.14.*

*bannitus quemadmodum poteſt occidi, ita pariter poteſt in bonis condemnari, & moleſtari. in ea.num.17. Declara, vt num.10.*

*bannum publicatum præſumitur deueniſſe ad notitiam omnium qui ſunt de loco, & ibi commorantur. deciſ.67. num.7.*

*baptiſmum dicitur ianua ad alia ſacramenta. deciſ.22. num.4.*

*baptiſmi pro datione nil ſolui debet. deciſ.72.nu.2.*

*Bartoli dictum & aliorum in §. ſi quis ſimpliciter. l.1. De verb. oblig procedit, quando quis interrogantur de facto proprio, non de facto alieno. deciſ.8.num.18,*

*Bartholomæus Corſettus procurator Peruſinus. deciſ. 61. num.22.*

*Barto. doctri. in l.2.§. fin.num.4.ff. de custo. reo. quomodo intelligatur. deciſ.70.nu.8.*

*Beneficij poſſeſſor, an, & quo caſu teneatur producere & oſtendere bullas. deciſ.33.num.8.*

*beneficij rector non poteſt, etiam cum expreſſo conſenſu, abſque diſpenſatione, locationem ſuo nomine vltra triennium factam approbare. deciſ.34.nu.4.*

*beneficio iuris incarcerandi quis renunciare non poteſt. deciſ.94.nu.18.*

*beneficiorum in collatione attenditur ad diſtinguendum diem de nocte. l. moræ Romano. ff. de fer. deciſ.116. numero 7.*

*Beroi, Bald. & Alexand. opiniones reiectæ. deciſ.79. numero 15.*

*Beroi dictum in conſ.60.num.51.lib.2. reprehenditur. deciſ.63.num.21.*

*beſtiæ emptæ ex fructibus Abbatiæ, ſpectant ad nouum commendatarium. deciſio.33.num.4.*

*beſtiæ emptæ ab adminiſtratore Eccleſiæ, ſi non apparet de quibus pecunijs, præſumuntur, in dubio, emptæ de bonis Eccleſiæ. dec.ea.nu.6.*

*Blaſius Angelicus aduocatus Peruſinus. deciſio.61. numero 22.*

*Blaſius Angelicus, Horatius Maurus, & Petrus Paulus Serius aduocati Peruſini. deciſ.71.num.1.*

*Blaſius Boſſetus almæ vrbis ſenator in rebus criminalibus expertus. dec.77.nu.15.*

*Bonum eſt eligendum, & malum prohibendum. deciſio 80. numero 5.*

*bona empta per vxorem, licèt præſumantur empta de bonis mariti, tamen nec ipſe, nec eius hæredes poterunt bona empta per vxorem vendicare, ſed ſolùm poſſunt agere ad pretium dictorum bonorum. deciſio.28. num.9.*

*bona eius donare, & ſemetipſum dicare vnuſquiſque poteſt pio loco. dec.93.num.3.*

*bona emphyteutica poſſunt alienari, reſeruato conſenſu domini directi. dec.101.num.14.*

*bona illata & inuecta in domum conductam cenſentur tacitè obligata pro penſione domus. dec.84.num.1.*

*bona illata in domum, quod cenſeantur obligata pro penſione domus, quomodo habuerit originem. in ea. deciſio. num.2.*

*bona licèt ſint ſubiecta fideicommiſſo, fideicommiſſarius durante eius vita, de illis diſponere poteſt. deciſio.29. numero 29.*

*bona communis an priùs, requirentibus ciuibus, ſint exponenda, quàm fiat indictio muneris. deciſio. 43. numero 11.*





*bona litigioſa tunc poſſunt donari ſuper poſſeſſorio, quando lis erat ſuper petitorio. deciſ.68.nu.9.*

*bona minoris recipientis dotem non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione dotis. deciſ.75.nu.3.*

*bona minorum illata in domum conductam an intelligantur obligata, nouæ auctoris opiniones, & declarationes, hactenus non animaduerſæ à docto. deciſ.75. nu.14.15. 16.17.& 18.*

*bona minorum illata in domum conductam, ſecundùm vnam opinionem non ſunt obligata pro penſione domus. in ea.num.1.*

*bona minorum inuecta in domum, intelliguntur tacite obligata pro penſione domus, quando conduxit domum condecentem ſecundùm aliam opin. deciſ.75.nu.13.*

*bona minorum non poſſunt alienari ſine auctoritate curatoris. in ead.num.8.*

*bona minorum ob cauſam ſupradictam non obligantur. in ea.num.5.*

*bona minorum ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus ſecundùm aliam opinionem, & communem, quam tamen nouiter declarat auctor in fine deciſionis. in ead. num.7.*

*bona mobilia, & pecuniæ videntur æquiparari. deciſio.63. numero 24.*

*bona omnia tutoris cenſentur obligata pro adminiſtratione tutelæ. deciſ.75.nu.4.*

*bona quæ teſtator reliquerit tempore mortis, debet probari per inſtitutos & legatarios. dec.61.nu.19.*

*bona ſtabilia venalia quotidie Peruſiæ reperiuntur, & homines perquirentes pecunias ad vſus, & ad mercaturas. deciſio.67.num.32.*

*bonorum mobilium appellatione comprehenduntur dolia. deciſio.61.num.34.*

*bonorum ſtabilium vẽditiones banniri ſolent. dec.67.n.9.*

*Bonſignorus Finettus Romanæ Rotæ auditor, fuit creatus gubernator Peruſiæ, & Vmbriæ à S.D.N. Pio V. & gubernium ipſius laudatur. deciſ.96.num.41.*

*Bonſignorus Finettus Romanæ Rotæ auditor, Peruſiæ & Vmbriæ gubernator, inclinauit in opinionem auctoris. deciſ.96.num.40.*

*Bõſignori Finetti, Peruſiæ, & Vmbriæ gubernatoris, & Romanæ Rotæ auditoris mors. deciſ.116.nu.8.*

*Bonſignori Finetti Romanæ Rotæ auditoris, Peruſiæ, & prouinciæ Vmbria gubernatoris virtutes. deciſio. 80. num.24.*


*C*


C*Adauer quod ſit alicuius, probatur per ſigna Bart. in l. ſtigmata. C. de Fabricen. lib.11. vbi Bart. docet practicam recognoſcendi homines, tam viuos, quàm mortuos. deciſ.12.num.15.*

*cadauera aliquando ſuſpenduntur, & dilaniantur in atrociſſimis delictis, arbitrio tamen iudicis. deciſ.77. numero 7.*

*caducitatis in materia hæc tria æquiparãtur, ſcilicet, quòd emphyteuſis deterioretur, quòd alienetur irrequiſito domino, & quòd per triennium, ſiue biennium reſpectiuè, debitus canon non ſoluatur. deciſ.22.nu.15.*

*campſores & mercatores non admittuntur regulariter ad oblationem bonorum. deciſ.64.nu.24.& 26.*

*campſores & mercatores non habent beneficium excuſſionis. Fallit quando paterentur aliquod infortunium. dec. 64.num.25.& 27.*

*capi vt quis poſſit tanquam ſuſpectus de fuga, ante omnia*

debet conſtare de credito, & de deterioratione poſt contractum debitum.deciſ.41.num.1.

capitale eſt domini in ſocietatibus beſtiarũ, fœtus autẽ & melioramenta beſtiarum ſunt communia inter dominum & ſocium.deciſ.10.num.10.

captura etiam nulla debet confirmari, & quomodo id fiat.deciſ.40.nu.2.

captus ab hoſtibus dicitur non ſoluendo, item & carceratus, & quando principalis eſt abſens.deciſio.45. numero 17.

carceratus, licèt iniuſtè, ſi captura de nouo erat committenda, non eſt relaxandus.dec.40.nu.3.

carceratus pro cauſa criminali non poteſt recommendari pro cauſa, & debito ciuili, & ita ſeruatur in ſtatu eccleſiaſtico.dec.70.nu.2.& 9.

carcerati remiſsio eſt fienda ſumptibus remiſsionem petentis, ſecus ſi ipſemet carceratus peteret ſe remitti, quia ſumptibus ipſius carcerati eſſet fienda remiſsio. dec.74.nu.4.& 5.

caro humana non debet marceſcere in carceribus. deciſ. 64.nu.9.

Carolus V.Rom.Imp.coronatus Bononiæ ſub Clemente VII.dec.55.nu.10.

caſus omiſſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.dec.9.nu.31.

Caſtrenſis opinio reprobatur.dec.88.nu.14.

cauſa inteſtati ſublata etiam legitima ſubmouetur. dec. 21.nu.42.

cauſa filiorum quo caſu ſit fauorabilior pia cauſa.deciſ. 29.nu.33.

cauſæ mixti Imperij poſſunt compromitti, quando fieret compromiſſum in homines tanquã arbitratores. dec. 47.nu.4.

cauſam non eſſe deſertam regulariter in dubio pronunciandum eſt.deciſ.36.nu.5. & in antec. dec. 35. numero 10.

Cautela ad irritandũ proceſſum factum cũ filiofamilias deciſ.13.num.3.

cautela ad obligandum fideiuſſorem, vt non liberetur ex contrauentione ſui principalis, licèt fecerit ſuum poſſe, & omnem adhibuerit conatum. deciſio.27. num.8.

cautela pro emente res furtiuas.dec.42.nu.1.

cautela pro reo reſpondens poſitionibus non dicatur ſimpliciter negare, vel affirmare. deciſione 51. numero 7.

Cæphalus conſ.270.nu.9.lib.2.nouiter enucleatur, atque declaratur.dec.7.nu 20.

cautela pro vendente fundum cum pacto retrouendendi ad hoc vt emptor poſt venditionem teneatur retro uendere cuilibet ex hæredibus, durante tamen tẽpore redimendi.dec.112.nu.17.

cautio ab hærede fideicõmiſsis grauato non præſtatur de ſoluendis bonis, quando frater teneretur reſtituere alteri fratri, vel mater filiis.dec.63.nu.5.

cautio ab hærede fideicommiſsis grauato non requiritur, quando eſset remiſſa per teſtatorem, quod fieri poteſt. dec.63.nu.4.

cautio iuratoria habet locum non ſolùm in actionibus bonæ fidei, verùm etiam in actionibus ſtricti iuris.deciſ. 63.nu.13.

cautio iuratoria non ſufficit in ſupra dicto caſu vſusfructus.dec.63.nu.17.

cautio iuratoria nunquam admittitur, quando non poteſt eſſe conſultum vtrique parti.dec.63.nu.10.

cautio iuratoria nunquam admittitur, vbi alio remedio poteſt eſſe conſultum vtrique parti.deciſion. 63. nu.23.

cautio iuratoriæ ſufficit in eo qui bonis cedere vult.dec. 63.nu.20.

cautio non præſtatur tanta impoſsibilitate, quia impoſſibilium nulla obligatio.dec.63.nu.7.

cautio quando eſt præſtanda de neceſsitate, vel ex natura actus, tunc non ſuffiicit iuratoria cautio. deciſ.63. nu.18.

cautionem hæres fideicommiſſo grauatus tenetur præſtare de ſoluendis bonis, fideicommiſſo ſubiectis, licèt eſſet perſona ditiſsima, & valde digna. deciſione 63. nu.22.

cautionum genera ſunt duo.dec.63. nu.14.

cauere tenetur vſufructuarius de vtendo & fruendo arbitrio boni viri.dec.63.nu.16.

cautum idoneè tunc dicitur, quando & pignoribus, & fideiuſſoribus cauetur.deciſ.63.nu.15.

Cedere nolens bonis, obtinet prius abſolutionem à iuramento, quando debitũ eſt iuratum. deciſio.64. numero 21.

cedens bonis licet bonis teneatur de concordando, ſuperueniat ad pinguiorem fortunam, ſi tamen fideiuſſorẽ non reperiẽt, admittetur cum cautione iuratoria. dec. 63.nu.8.

Cæph. conſ.129. num. 8.libr.1. reprehenditur. deciſ. 62.nu.23.

Chriſtophorus Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus Cardinalis Tridentinus, Marchiæ Anconitanæ legatus de latere.deciſ.104.nu.8.

citatio debet fieri, ſi tua putaueris intereſſe, quando non vis approbare perſonam citati.deciſ.91.nu.5.

citatio in huiuſmodi caſu non requiritur dicti ſtatuti, & ex ſtylo curiæ Peruſinæ.deciſ.96.nu.3.

citatio non requiritur quando per partem nihil opponĩ poteſt, & tũc ſicut prorogatio poteſt fieri inuito aduerſario, multo magis ipſo ignorante dec.96.nu.15.16.& 17.& nu.36

citatio non requiritur, quando executio fieri debet ſuper eadem re, ſuper qua fuit ſententiatum.deciſ.6.num.1. Declara tamen, vt nu.3.& quòd non requiratur, eſt communis opinio.nu.2.quæ fallit quando executio eſt fienda per ſucceſſorem in officio, & ſic per aliũ iudicem, quàm per eum qui ſententiam tulerat. numero 3.

citatio procuratoris, an ſufficiat in executione ſententiæ fienda, vel requiratur citatio ipſiuſmet principalis. deciſion.ead.nu.5.& quòd tutius ſit citare etiam Dominum, & Procuratorem, ſi hoc commodè fieri poſsit, ex opinione authoris. nu. 6. Limitatur tribus modis, nec Procuratotem poſſe citari, etiã abſente principali nu.7.

citatio partis non requiritur, quando ſi comparuiſſet, nihil allegare poſſet.dec.17.num.11.

citatio partis non requiritur, quando quis abſoluitur à iuramento ad effectum agendi.deciſ.18.num.3.

citatio partis in relaxatione à iuramento non requiritur, quia pars quò ad eius iura non læditur.deciſ.ea. numer.5. & quòd in tali caſu non requiratur citatio partis latiſsimè demonſtratur, & eſt magis communis opinio.nu.8.

citatio partis quòd non requiratur ab abſolutione à iuramento, de ſtylo ſeruatur.deciſ.ea.num.9.

citatio quando fit de aliqua perſona videtur dicta perſona





ſona approbari, hoc tamen procedit, quando quis ſimpliciter citat, non autem quando quis citatur, quatenus ſua putauerit intereſſe quia per dictam citationem citati non releuantur ab onere probandi. deciſ. 91.nu.1.3.& 4.

citatio quòd requiratur de ſtylo in prorogatione, aliqui atteſtati fuere, alij verò ſecus dicebant.dec.96.nu.10.

citationis formula, qua licet quis citatus fuerit, non tamen per eam releuatur ab onere probandi.deciſ. 91. num 2.

ciues dicuntur illi qui naſcuntur in ciuitate, & in ea inhabitant.dec.3.nu.17.

ciues, qui non habitant in ciuitate, non gaudent priuilegiis.in ea.nu.18.

ciuitas Spoletana recognoſcit in ſuperiorem ſummũ Põtificem.in ea.nu.5.

ciuitas Peruſina obediens Sedi Apoſtolicæ, pollens armis, literis, ædificiis, & exercitiis.deciſ.55.nu.12.

Clauſula conſtituti, ad hoc vt operetur, eſt neceſse quòd conſtituens probet quod tempore facti conſtituti poſsidebat.fallit quando eſſemus in antiquis, quod declara procedere, quo ad ſemiplenam probationem, quæ ſuppleatur ex aliis iudiciis, aut adminiculis.deciſio.68. nu.1.& 2.

clauſula derogatoria cenſetur appoſita in ſecundo teſtamento inter liberos condito, fauore filiorum.Deciſ.2. nu.26.

clauſula derogatoria intelligitur adiecta in ſecundo teſtamento, etiam ſi in primo teſtamento fuiſſent inſtituti veniẽtes ab inteſtato exceptis liberis.in ea.n.27.

clauſula codicillaris cenſetur appoſita in teſtamento inter liberos ad hoc, vt ſubſiſtat.in ea.nu.32.

clauſula derogatoria ideò requiritur in ſecundo teſtamento, vt appareat de voluntate teſtatoris, ne dici poſſit ſubornatus, quæ ratio ceſſat in teſtamento inter liberos.in ea.num. 35.

clauſula conſtituti ad hoc, vt operetur, requiritur principaliter, quòd conſtituens poſsideat cum titulo valido, & efficaci.dec.29.nu.2.

clauſula illa, ceſsit atque conceſsit omne ius, omnémque actionem, & petitionem, iuncta alia clauſula, ponens ex nunc in locum ſuum proprium, tanquam procuratores & dominos in rem ſuam operatur, vt licet donatarius non habeat dominum, poſsit agere rei vendic. dec.68.nu.6.

clauſula in fine poſita, refertur ad omnia præcedentia. dec.45.nu.6.

clauſula conſtituti operatur tranſlationẽ poſſeſsionis.dec. 50.nu.6.

clauſulæ generales apponuntur ex ſtylo notariorũ, & nõ habent locum vbi interuenit dolus re ipſa. deciſio.18. nu.68.

clauſula omni meliori modo, facit ceſſare pœnam petentis plus debito, vt melior via cenſeatur electa, & facit valere actum ex omni capite. deciſ.117. nu.3.& 4.

clauſula, omni meliori modo, non facit extendi actũ ad caſus nõ expreſſos, & nõ ſpecificatos, ſed ad expreſſos, & ſpecificatos, & eos ex meliori modo, quo poteſt validat, non autem quod omiſſum eſt ampliat.dec. 117. nu.22.& nu.29.

clauſula omni meliori modo, non tollit vitium contrarietatis, ſi petitio ſit deformis & probata petitioni non conueniant, nec etiam quando exprimitur modus acceptus, neque tribuit ius actui vere nullo, nec pariter operatur, quando adeſt vitium poteſtatis, etiam quod in mandato fuiſsent appoſita verba, faciat prout tibi videbitur.dec.117.nu.24.& 25.& nu.26.& 27.

clauſula omni meliori modo, multum operatur.in ea.n.2.

clauſula renuncians omni legum auxilio, impedit moræ purgationem, ſecundùm communem opinionem. dec. 90.nu.15.

clauſula reſolutiua contractus impedit moræ purgationem.in ea.nu.27.

clericum carceratum ſi epiſcopus ſibi remitti petat remiſſio ſumptibus petentis eſt fienda.dec.74.nu.6.

Cogi quando quis poteſt cenſetur facere actũ non voluntariè.deciſ.2.nu.7.

cœnaculum eſt pars ſuperior domus, cœnacularum pro locatore & conductore accipimus.dec. 84. nu.3.

collatio beneficiorum ſpectat ad ſummum Pontificem, & quibuſdam menſibus ad ordinarios.dec.116. nu.6.

collecta debet eſſe æqualis.dec.43.nu.8.

collectæ quæ imponuntur per collegia, & vniuerſitates ex cauſa neceſsitatis poſſunt imponi inconſulto principe, licèt aliàs requiratur conſenſus principis. in ea. num.3.

collectæ imponi debent citatis citandis.in ea.nu.7.

collectæ non debent ſolui vniformiter quolibet anno, ſed ſolutio debet variari ſecundùm neceſsitates occurrentes, & occurrentium caſuum.in ea.nu.9.

collectarum à ſolutione, vt quis præſcriptione ſe tueri poſſit, non requiritur, quòd fuerit requiſitus, dummodo collectas non ſoluerit per triginta annos, dec.3.num.2.quod tamen declaratur, num.3.

collectarum in materia ad hoc, vt quis poſſit ſe tueri præſcriptione, eſt neceſſe quòd fuerit requiſitus, & contradixerit, deinde per 30.annos non ſoluerit. dec.ea. nu.3.

collectas exigendi actus eſt voluntarius tam ex parte imponentis, quàm ex parte eius cui imponuntur. deciſio.3. num.1.

collectas indicendi ius ſpectat ad ſupremos principes, & eſt de regalibus ipſius principis.dec.43.num.4.

collegio cuicunque licito competit facultas imponendi collectas pro ſuis neceſsitatibus dec.3.num.2.

collegium totum poteſt allegari ſuſpectum, quando capit, ſiue principaliores dicti collegij forent ſuſpecti. deciſio. 108.nu.5.

coloni poſſunt repetere melioramenta, licet ceciderint à re conducta propter cenſum non ſolutum, ſecus in emphyteuta.dec.34.nu.8.

colonus & dominus dicuntur contraxiſſe inſimul ſocietatem.dec.14.nu.6.

colonus non dicitur reſtituere terras in eo ſtatu in quo ſuſcepit, quando eas deteriores reddit.dec.62.nu.6.

colonus, & dominus non ſunt propriè, ſed impropriè ſocij. deciſ.14.nu.8.

colonus non poteſt præſcribere contra annuã præſtationem in futurum, niſi interpellatus recuſet ſoluere, & interuertat poſſeſſionem.dec.106.nu.4.

colonus tenetur de ſuo proprio parare victum bobus. deciſ. 14.num.7.

colonus & ſimiles tenentur probare vineas, & agros eſſe bene cultos, non autem dominus.dec.22.nu.25.

colonus quando deducat impenſas in foſſatis factas. deciſ. 24.num.9.

colonus non repetit modicam impenſam factam in fundo. dec.58.num.2.

colonus, qui percepit fructus indebitè, poteſt conueniri actione furtiua, & certi condictione generali. deciſion.62. num.4.

*colonus qui per viginti annos ſtetit in colonia, inde recedere non poteſt, & dominus poſſeßionis non poteſt ei moleſtiam inferre, aut veterem conſuetudinem immutare aliàs tenetur ad intereſſe, exiguntur tamẽ requiſita in d. §. cum igitur. Dec. 106. nu. 22.*

*colono partiario cõpetit actio perſonalis aduerſus dominum fundi venditorem. dec. 83. nu. 4.*

*colonus ſi non ligonizat vineam per vnam vicẽ, vel foſſata non emundat, adeò quòd fundus nõ reddatur infructuoſus per multos annos non poteſt expelli à re cõducta. deciſ. 22. nu. 20.*

*colonus ſi ſteterit per centum annos, quin reſponderit de fructibus, nunquam tamen præſcribit ius coloniæ. dec. 106. nu 12.*

*colonus ſi totum fundum ſeminauit, nõ poterit dominus ſeminare. deciſ. 62. nu. 2.*

*colonus tenetur mundare foſſata non pecunia, ſecus perennia. in ea. nu. 8.*

*commodum qui ſentit, debet etiam ſentire incommodũ, etiã in materia collectarum. dec. 3. nu. 19.*

*commodũ declaratur ex qualitate, & quãtitate oneris iniuncti. in ea. nu. 20.*

*commodum ad eum ſpectat ad quem ſpectat incommodum. dec. 5. num. 1.*

*commune votum parentum eſt parare diuitias filÿs. dec. 2. num. 30.*

*communio ſolet parere diſcordias. dec. 112. nu. 8.*

*communitas quando poßit concedere immunitatẽ. dec. 3. nu. 8.*

*compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur, neque etiam vbi adeſt iuramentum. dec. 88. nu. 17.*

*comparatio literarum ad hoc, vt fiat, requiritur quòd alia probatio haberi non poßit. dec. 7. nu. 5.*

*comparatio ſcripturarum quando eſt fienda requiritur quòd ſaltem duo periti adhibeantur. in ea. nu. 7.*

*comparatio, quæ fit de ſcriptura ad quam, & ſciptura ex qua, requirit literas & caracteres ſimiles, arbitrio tamen iudicis. in ea. nu. 10.*

*compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur inuita parte. deciſ. 15. nu. 5. fallit quando dicta compenſatio fieret ex voluntate expreſſa, ſiue præſumpta diſponentium, ſiue contrahentium. nu. 6.*

*compenſatio non admittitur ex credito non iurato ad aliud creditum iuratum. in ea. nu. 7.*

*compenſatio non admittitur, vbi adeſt iuramentum debitoris. in ea. nu. 8.*

*compenſatio habet vim ſolutionis, ibid. nu. 9.*

*compenſatio non admittitur in debito iurato, & eſt magis cõm. opin. in ea. nu. 10.*

*compenſatio vbi adeſt iuramentum non poteſt opponi, nec etiam ab hærede illius qui iurauit. ibid. nu. 11.*

*compenſatio non admittitur de liquidis ad non liquida. ibid. nu. 15.*

*cõpenſatio quando non admittitur vigore iuramenti, minus dari debet terminus ad liquidandũ. ibid. nu. 16.*

*compenſationem obÿcere non poteſt, retinens iniuſtè poſſeßionem alienius. deciſ. 15. nu. 17.*

*compromißi ad validitatẽ neceſſarium eſt inſpicere verba. deciſ. 2. nu. 21.*

*compromiſſo non poſſunt per tutorem apponi illa verba, procedendi de iure, & de facto. ibid. nu. 12.*

*compromiſſo non eſt locus in articulo iuris certo & claro. dec. 47. nu. 11.*

*compromiſſo vt ſit locus, opus eſt peti ante litẽ conteſtatam, & intra quintum diem. in ea. nu. 12.*

*compromiſſum eſt quædam tranſactio. dec. 2. nu. 2. & 11.*

*compromiſſum non poteſt fieri ſuper articulo iuris claro. ibid. nu. 15.*

*compromiſſum factum in tertium, ſi aliud non apparet, præſumitur factum tanquam in arbitratorem. deciſ. 47. nu. 5.*

*compromiſſum non poteſt fieri ſuper inſtrumento donationis iuratæ. in ea. nu. 10.*

*compromitti debere cauſam in dubio eſt iudicandũ. deciſ. 2. nu. 10.*

*concilium prouinciale, non autem generale poteſt allegari ſuſpectum. deciſ. 108. nu. 6.*

*concubinæ quando tolerari poßint, remißiuè. deciſ. 18. numero 30.*

*condemnatio ſi eſt facta in vna re, & executio in alia, tertius executionem impedit. dec. 26. nu. 16.*

*conditionis tempore videtur ius quæri emptori. dec. 114. nu. 2.*

*conductio ſi fiat tempore belli vel peſtis, conductor non poteſt petere remißionem mercedis. dec. 106. nu. 29.*

*conductor, ad hoc, vt poſſit expelli à re conducta, tria requiruntur, ſcilicet, quod ſit deterioratio notabilis quantitatis, quæ iudicis arbitrio relinquitur, ſecundò quòd ſit deterioratio ad perpetuam deteriorationem fundi, quodq́ deterioratio non reſpiciat culturam fructuum: tertiò, quòd dolo malo, lata, vel leui culpa ipſius conductoris huiuſmodi deterioratio fiat, non autem ſufficit leuiſſima culpa. deciſ. 22. num. 21.*

*conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuare in præiudicium noui conductoris. dec. 62. nu. 1.*

*conductor præcedẽs datÿ non poteſt aliquid facere, vel ſtatuere poſt eius conductam finitam in præiudicium futuri datiarÿ. in ea. nu. 3.*

*conductor ſi non colit ſolicitè agrum, adeò, quòd deterior, efficiatur quò ad fructus, non poteſt expelli, quia ipſe eſt dominus fructuum. in ea. nu. 22. fallit hoc in vineis. num. 23.*

*conductor tenetur ad vendendum melioramenta domino directo potius, quàm alteri. idem in colono circa fructus. cum declaratione, vt deciſ. 24. num. 27.*

*conductor tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo illa reperÿt tempore conductionis. deciſio. 62. nu. 5.*

*conductor an, & quando teneatur propter incendium in re conducta cauſatum. dec. 25. num. 1.*

*conductor non tenetur de caſibus fortuitis. dec. ea. num. 3.*

*conductor cuius dolo, vel data opera res conducta combuſta eſt, quo caſu teneatur ad damni emendationem. in ea. num. 4.*

*conductor ex incendio eius culpa lata, vel leui commiſſo tenetur ad damni emendationem. in ea. nu. 10.*

*conductor, an ex incendio eius lata culpa commiſſo, teneatur criminaliter, & pœna corporali, ibid. num. 11.*

*conductor ex incendio ob leuiſſimam culpam commiſſo, non tenetur ad damni emendationem, & minus ad aliquam pœnam criminalem. ibid. num. 13. & 19.*

*conductor vt in omnem euentum liberetur à præſumptione contra ipſum, quod incendium ſua culpa euenerit, quid facere poßit. in ea. num. 21.*

*conductor ob leuißimam culpam non tenetur, nec ad damni emendationem, nec actione legis Aquiliæ. in ea. num 23.*

*conductor qui teneatur facere in fundo. dec. 58. nu. 4.*

*conductoribus lucrum, & damnum cedit commodo, & incommodo. dec. 50. num. 7.*

*confeſſio aduocati, ſiue procuratoris ideo nõ nocet domino quia ſi habet ad inſtar donationis. Deciſ. 82. nu. 9.*

*confeßio à ſocero facta de dote recepta poteſt reuocari etiam quòd fuerit iurata. dec. 66. nu. 31.*

*confeßio de dote recepta confirmatur morte mariti, quẽadmodum confirmantur aliæ donationes inter virum & vxorem. in ea. nu. 3.*

*confeßio de dote recepta etiam in caſu valida non ſubſiſteret ſine in æſtimatione, quando excederet ſummã quingentorum aureorum antiquorum. in ea. nu. 5.*

*confeßio de dote recepta nocet & marito & eius hæredibus ſtatim, non expectato biennio. in ea. nu. 29.*

*confeßio de dote recepta nõ præiudicat anterioribus creditoribus. in ea. nu. 32.*

*confeßio de dote recepta præiudicat & marito, & eius hæredibus, & eſt comm. opin. in ea. nu. 27.*

*confeßio dotis à marito facta ante lapſum biennÿ non operatur quia poſteriores creditores non poßint opponere defectus dictæ confeßionis. in ea. nu. 38.*

*confeßio dotis à marito facta nocet etiam poſterioribus creditoribus poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & æquipollet reali ſolutioni ſecundùm communem opinionẽ. in ea. nu. 37.*

*confeßio dotis à marito facta nõ nocet poſterioribus creditoribus habentibus cauſam oneroſam. in ead. nu. 34.*

*confeßio dotis à marito facta non nocet, quando poſſet conſtare de fraude aliqua. in ea. nu. 36.*

*confeßio dotis à marito facta non nocet, quãdo tantummodo eſſet præſtita alimenta niſi concurrerent alia cõiecturæ. in ea. nu. 35.*

*confeßio dotis licèt retrotrahatur ad tempus mortis, hoc tamen intelligitur reſpectu fructuum, non autem reſpectu proprietatis. in ea. nu. 33.*

*confeßio dotis receptæ à patre, ſiue à cognato valet, & tenet ſecundùm multos, licèt per auctorem reuocetur in dubium. in ea. nu. 21.*

*confeßio extraiudicialis probatur per duos teſtes, etſi fuerit facta parte præſente inducit ſemiplenam probationem & eſt com. opin. dec. 9. nu. 1.*

*confeßio extraiudicialis non ſolùm ſemiplenè probat, ſed etiã facit indicium veritatis, in ea. nu. 2. quod maximè procedit, quando dicta confeßio eſſet geminata. num. 3.*

*confeßio extraiudicialis geminata, æquiparatur iudiciali confeßioni. in ea. nu. 4.*

*confeßio geminata plenè præiudicat ſicut confeßio iudicialis. in ea. nu. 5.*

*confeßio ſimplex etiam non geminata de æquitate Canonica in terris Eccleſiæ plenè probat, quando per duos teſtes fuerit probata, & eſt magis com. opi. in ea. n. 6.*

*confeßio extraiudicialis facta præſente parte, & probata per duos teſtes, plenè probat. in ea. nu. 16.*

*confeßio extraiudicialis etiam abſente parte, habet vim ſemiplenæ probationis. dec. 82. nu. 1.*

*cõfeßio extraiudicialis (licèt facta abſente parte) ſi probetur per vnum teſtẽ, inducit ſemiplenam probationem, in ea. num. 17.*

*confeßio extraiudicialis in terris eccleſiæ de æquitate canonica plenè probat debet tamẽ probari per teſtes. dec. 82. nu. 2. & 7.*

*confeßio facta à marito ob ſeruitia recepta ab vxore valet à principio tanquam remuneratoria, quæ tamen merita & ſeruitia probari debent, cùm ſimus inter perſonas prohibitas. Dec. 66. nu. 19.*

*confeßio facta poſitionibus probat contra confitentem, nec poteſt reuocari, niſi docto de errore. dec. 68. nu. 8.*

*confeßio facta præſente parte & tacente, quando eſt fauorabilis, cenſetur acceptata, & eſt magis com. opin. vt nouißimè deducitur vbi ſuprà. num. 22.*

*confeßio extraiudicialis in ciuilibus probat, & teſtis deponens de peritia artis, etiam deponens credulitate, plenè probat. Dec. 28. nu. 18.*

*confeßio geminata magis operatur. vbi ſup. nu. 18.*

*cõfeßio geminata operatur, licèt fuerit facta abſente parte, & eſt communis opinio contra Ruynum. qui aliter ſenſit in conſ. 72. lib. 4. in ea. num. 20.*

*confeßio & oblatio niſi fuerit acceptata à parte, ſecundum communem nihil operatur. ibid. num. 21. declara vt infrà.*

*confeßio quæ tendit ad fauorem præſentis & tacentis cenſetur acceptata. ibi. nu. 23.*

*confeßio licèt non probet fauore abſentis, probat tamen fauore dotis. Dec. 95. nu. 6. & 7.*

*confeßio mariti de dote recepta non confirmatur iuramento aſſertorio, ſed iuramento promiſſorio, & obligatorio, & eſt magis comm. opin. Dec. 66. nu. 11.*

*confeßio mariti de dote recepta valet, & tenet, & præiudicat creditoribus, quãdo præcedit promißio dotis. dec. 71. nu. 5.*

*confeßio mariti de dote recepta valet, quãdo eſt modicæ ſummæ. dec 66. nu. 23.*

*confeßio mariti de dote recepta valet, quando pro parte probatur vera, quia in totum præſumetur vera. in ea. nu. 24.*

*confeßio mariti de dote recepta valet, quando vltra confeßionem concurrunt aliæ cõiecturæ, puta quòd vxor fuiſſet alimentata per decennium, quod declara procedere quando vltra alimenta concurriſſent aliæ coniecturæ. in ea. nu. 21. 22.*

*confeßio mariti diſparis ætatis, ſiue conditionis, quia dicitur fieri in recõpenſationem, valet à principio etiã abſque iuramento. in ea. nu. 12.*

*confeßio mariti valet quando ante confeßionem præcedebat promißio dotis. in ea. nu. 25.*

*confeßio mariti valet, quando conſtat de vera numeratione. in ea. nu. 26.*

*confeßio ſimpliciter facta à marito de dote recepta abſque iuramento ex quo eſt facta inter perſonas prohibitas, non valet. in ea. nu. 1.*

*confeßio ſoceri, abſente parte probat in terris Eccleſiæ de æquitate canonic. in ea. nu 30.*

*confeſſio licèt enunciatiuè, & incidenter facta probat contra confitentem. dec. 33. num. 10.*

*confeſſione partis nulla maior probatio. dec. 17. nu. 17.*

*confraternitas an dicatur locus pius. deciſ. 5. numero 9. & numero 41.*

*confraternitas tunc dicitur pius locus, quando habet requiſita à Felyn. in C. de quarta. extra de preſcrip. deciſ. 93. num. 45.*

*coniectura eſt, quòd fideicommiſſum tranſmittitur ad deſcendentes, quando filÿ ſunt ad inuicem ſubſtituti. deciſ. 102. nu. 2.*

*coniecturæ quibus probatur ſcientia, debent eſſe probabiles, perſpicuæ, & concludentes. dec. 19. num. 18.*

*coniecturis non eſt opus in claris. deciſ. 21. nu. 29.*

*coniuncti admittuntur ad probandum ætatem aliorum coniunctorum, tanquam magis informati. deciſion. 55. numero 1.*

*coniunctus admittitur pro coniuncto cum cautione de rato, ſimiliter admittitur ſocius, item amicus. deciſio. 110. num. 12. 13. & 14.*

coniunctus regulariter cum cautione de rato admittitur pro alio coniuncto. deciſion. 49.num. 1. fallit nu.2.
coniunctus quo caſu non admittatur pro coniuncto, etiã cum cautione de rato.dec.ea.num.5.
conſenſus patris ad hoc, vt filius poßit ſtare in iudicio, debet interuenire tempore litis conteſtatæ.Deciſio.13. num.2.
conſenſus filiæ in promißione dotis facta à patre de bonis etiam filiæ operatur, quòd filia intelligatur dotata, etiam de bonis filiæ.Dec.21.nu.33.
conſignatio ſcripturarum poteſt probari per teſtes. Dec. 110.nu.3.
conſilium Neapolitanum in materia attentatorum conſuluit auditores Rotæ Romanæ.Dec.86.nu.2.
conſtitutio Marchiæ Anchonitanæ arctat communitates, & vniuerſitates ad creandum ſyndicos, qui habeant deferre maleficia.Dec.33.nu.22.
conſtitutio Marchiæ Anchonitanæ in materia poſſeſſoria reducit nos ad ius commune.Dec.20.nu.23.
conſtitutio ſemper loquitur tanquam lex.Dec.97.nu.5.
conſtitutio ſiue ſtatum tunc ligat quando eſt in vſu, & onus probandi fuiſſe in obſeruantia, incumbit fundamenti ſe in ſtatuto, ſiue conſtitutione.Deciſio.97.nu. 1.& 2.
conſtitutiones Ieſuitarum, & Teatinorum fuerunt confirmatæ in ſacroſancto conſilio Tridentino. Deciſ. 71. nu.8.
conſtitutus quis præſumitur in periculo mortis, quando fuiſſet viſus ingredi ciuitatem, in qua erat peſtis.dec. 30.nu.5.
conſtituti clauſula ad hoc vt operetur eſt neceſſe quòd conſtituens probet, quòd tempore facti conſtituti poſſidebat.fallit quando eſſemus in antiquis, quod declara procedere quoad ſemiplenam probationem, quæ ſuppleatur ex aliis indiciis, aut adminiculis. Deciſ. 68.nu.1.& 2.
conſuetudo æquiparatur pacto, Dec.62.nu.12.
conſuetudo æquipollet veritati. Dec.62.nu.13.
conſuetudo debet eſſe rationabilis.Dec.62.nu.30.
conſuetudo debet induci à tacito cõſenſu vniuerſitatis, vel maioris partis ipſius.Dec.6.nu.44.
conſuetudo debet formiter probari.Dec.3.nu.13.
conſuetudo pro lege eſt obſeruanda.Dec.14.nu.3.
conſuetudo eſt attendenda in locationibus.Dec.62. numer.7.
conſuetudo eſt attendenda, quicquid diſponat ius cõmune.Dec.62.nu.8.
conſuetudo eſt domina omnium rerum.Dec.62.nu.10.
conſuetudo eſt facti, ideo probari debet.Dec.62.nu.25.
conſuetudo facit de non licito licitum. Dec.62.nu.14.
conſuetudo immemorabilis habet vim cõceßionis.Dec. 106.nu.37.
conſuetudo inducitur abſque actu iudiciario quemadmodum lex.Dec.62.nu.21.
conſuetudo inducitur etiã in actibus iudicialibus, licèt contra legem.Dec.62.nu.22.
conſuetudo inducitur, etſi non deuenerit ad notitiam populi congregati, & eſt comm.opin.Dec.62.nu.17.
conſuetudo inducitur, etſi non fuerit obligata in contradictorio iudicio, & eſt comm opin.Dec.62.nu.18.
cõſuetudo inducitur ex pluralitate actuũ. dec.62.n.48.
conſuetudo inducitur ex vſu populi, frequentia actuum & diuturnitate temporis.dec.62.nu.29.
conſuetudo inducitur ſine ſcientia principis, quando ſumus in rebus cõcernẽtibus intereſſe particulariũ perſonarum.dec.62.nu.43.
conſuetudo in terris Imper. inducitur ſpatio decem annorum, in terris verò Eccleſiæ ſpatio quadraginta annorum, & eſt communis opinio.in ea.nu.41.
conſuetudo in loco dicitur habere tacitum conſenſum hominum illius loci.dec.14.nu.4.
conſuetudo eſt ſeruanda inter dominum & colonum.in ea. num.5.
conſuetudo fori eſt ſeruanda.dec.45.nu.22.
conſuetudo irrationabilis non attendenda. deciſio. 62.numero 38.
conſuetudo ligat minores, pupillos, furioſos, ac mentecaptos.in ea.nu.15.
conſuetudo nõ differt à lege, niſi vt tacitum & expreſſum. in ea.nu.20.
conſuetudo non probatur ex teſtibus ſingularibus. in ead. num.35.
conſuetudo nutritiua peccati non valet.in ea.nu.39.
conſuetudo optima legum interpres.in ea.nu.9.
conſuetudo patriæ tanquam altera lex eſt ſequenda.in ea. num.11.
conſuetudo percipiendi decimas in aliena parrochia eſt contra ius commune.dec.72.nu.21.
conſuetudo quomodo probetur per teſtes, & quomodo debeant probare teſtes examinati ſuper conſuetudine. deciſ.62.nu.33.
conſuetudo quando probetur remißiuè.in ea.nu.32.
conſuetudo triplicis generis.in ea.nu.47.
conſuetudo tunc inducitur ex frequentia actuum, quando illa multitudo actuum eſt facta ad finem inducendi conſuetudinem in ea.nu.31.
conſuetudo vnius hominis dicitur aſſuefactio. in ead. numero 46.
conſuetudo vnius hominis non dicitur conſuetudo, & ei non conuenit diffinitio conſuetudinis.in eadem deciſion. num.43.
conſuetudinis probandæ forma.dec.106.nu.38.
conſuetudinis probatio eſt valde difficilis.dec.62. num.27.
conſuetudini detrahenti iura alicuius eccleſiæ de iure canonico non præſcribitur minori ſpacio quadraginta annorum, de iure autem ciuili ſpacio decem annorum.deciſ.72.nu.20.22.& 23.
conſuetudinem ad probandam multa requiruntur.dec.62. num.28.
conſuetudinem ad probandam tria requiruntur, diuturnitas temporis, actuum frequentia, illóſque actus fuiſſe factos publicè.dec.72.num.19.
conſuetudine poteſt præſcribi ius percipiendi decimas in alia parrochia.dec.72.nu.5.
conſuetudine, ſiue ſtatuto induci poteſt, vt vir lucretur certam partem dotis etiam nulla facta conſtitutione dotis. deciſ.99.nu.23.
contractus etiam iuratus ratione enormiſſimæ læſionis reſcinditur.dec.18.num.63.
contradictor legitimus ad impediendam miſſionem in poſſeßionem, quando quis dici poſſit.dec.47.nu.19.
contrahẽs cum aliquo prius debet de eius authoritate inueſtigare.dec.33.nu 19.
contrahens mala fide admittit melioramenta. deciſio. 34. num.3.
contrahentes præſumuntur legitimæ ætatis. deciſio 56 .numero 3.
contrahentes quicquid ad inuicem contraxerint, eſt ſpectandum.deciſ.65.nu.8.
contrarius non debet audiri.deciſ.61.nu.11.

contro-

Index.

controuerſiæ cõgruentius expediuntur intra domum, inter amicos & domeſticos, quàm in palatiis.dec.2. numero 6.
conuentus eſt abſoluendus non probato fundamẽto partis aduerſæ.dec.28.nu.4.
conuerſans cum bannito publicè conuerſante per ciuitatem, & tolerato non punitur.dec.31. nu.11.
copula quando cadit circa ea, in quibus cadit charitas, & affectio, tunc dicta copula deſignat ordinem charitatis, non autem ſeparationem. dec.21.nu.17.
copula ſolet vnicuique rei actum verbi attribuere. dec. ea.nu.18.
copula quo caſu ordinem tantùm deſignet, non autem vllam diuiſionem inducat.in ea.nu.20.
copula, & maternis.l.ſi.C.de dot.promiſ.intelligitur, id eſt, ſi bona patris non ſufficiunt.& eſt cõmunis intellectus.in ea.nu.24.
Cornei conſ.147.lib.2.declaratur.dec.34.nu.2.
corpora defunctorum non remanere inſepulta intereſt reipublicæ.dec.78.nu.27.
Creditor anterior eſt præferendus poſterioribus.dec. 45. num.7.
creditor & debitor non debẽt ad imparia iudicari. dec. 65.nu.10.
creditor in præſenti themate non poteſt eligere, quam rẽ velit, nec debitor poteſt offerri quam rem malit, ſed debet creditor mediocrem rem eligere arbitrio boni viri.dec.65.nu.6.
creditores poſteriores diligentes in habendo apocham, & exigendo pecunias non ſunt moleſtandi hypothecaria.dec.45.nu.4.
creditori debet aßignari res quæ vinci non poßit. deciſ. 101.nu.8.
credtiori nõ poſſe ſolui aliud pro alio eo inuito, habet locum etiam in creditore pecuniæ.dec.64.nu.5.
creditori non poteſt ſolui aliud pro alio eo inuito.deciſ. 64.num.4.
creditore inuito, ſecus eo conſentiente res vna pro alia ſolui non poteſt, & ſi ſoluat alteri de commißione creditoris, debitor liberatur ope exceptionis.dec.101.nu. 17.18.& 19.
creditores non poſſunt impedire excarcerationem detenti pro cauſis criminalibus.dec.70.nu.5.
creditores non poſſunt impedire ſepeliri cadauer mortui debitoris, & eſt com.opin. contra Ang.& Segur. dec. 78.nu.24.
creditores ob impenſam funerariam præferuntur anterioribus creditoribus etiam priuilegiatis.deciſion. 78. nu.22.
creditores poſſunt obtinere, vt executio carcerati pro cauſa criminali ſuperſedeatur, donec reddatur ratio adminiſtrationis.dec.70.nu.1.
creditores qui habuerunt cauſam à marito intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & ignoraſſent dictam confeßionem, reſtituerentur in integrũ dicti creditores ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.dec.66.nu.40.
creditori petenti plus debito ne cadat à iure ſuo, neque in expenſis condemnetur, quomodo conſulatur, & de clauſula ſaluo iure ſuperflui.dec.51.nu.31.
creditum ante omnia conſtare debet, vt quis poßit tanquã ſuſpectus de fuga capi, & de deterioratione poſt contractum.dec.41.num.1.
creditum quomodo ſufficiat docere ex ſtylo Curiæ Peruſinæ ad effectum obtinendi capturam contra ſuſpectũ de fuga.deciſ.ea.num.6.
cridæ ſeu proclamata excludunt quemcunque habentẽ ius in re, vel ad rem. Dec.42.nu. 4.
Culpa ex qua inhabitatores tenentur ob incendium, an ſit lata, vel leuis, vel leuißima.Dec.25.nu.15.
culpa lata, & leuis in materia incendij quæ dicatur poſito exemplo de patre, vel domino, qui in ſtabulo dimiſit lumen accenſum in manibus puelli.Deciſio.ea.numero 12.
culpa leuißima in omittendo non continetur actione legis Aquiliæ.in ea.nu.24.
culpa vbi non eſt, ibi pœna eſſe non debet.dec.80.nu.7.
Cumani opin. humana, æqua, & quæ ſeruatur in practica tanquam communis.dec.79.nu.16.
curator, & tutor tenentur dare pecunias pupillares ad honeſtum lucrum, & ad cambium, aliàs tenentur ad intereſſe.Dec.67.nu.1.
curator ſicut poteſt tranſigere, ita poteſt compromittere. Dec.2.nu.3.
curator non poteſt grauatis remittere iura minoris, etiam quod habuiſſet licentiam à iudice.Deciſion.ea.numero 14.
curator quando dicatur compromittere ſponte, ex deciſ. Benint.declaratur.in ea.nu.16.
curator debet dari minori in criminalibus, de rigore iuris, ad hoc vt poßit ſtare in iudicio, de conſuetudine tamen non ſeruatur.dec.13.nu.10.
curiæ Peruſinæ ſtylus circa venditionem bonorum debitoris ad inſtantiam creditoris non valentis conſequi ſuum creditum.Dec.39.nu.3.
curiæ Peruſinæ ſtylus circa licentias, & mandata executiua.dec.40.nu.1.
cuſtos carcerum equiparatur depoſitarios. Deciſion. 70 nu.6.
cuſtos qui cuſtodit, gratis, non tenetur de culpa leui, vel leuißima.dec.10.nu.12.
Cyn.& Guilielmi de Cuneo.opin.reiecta.dec.75.numero 12.

D

DAMNVM contingens inter ſocium & dominũ commune eſſe debet, quemadmodum vtilitas eſſe debet, & eſt communis. dec.10.nu.3.
damnum quod ſit commune, procedit quando ſocius, vel paſtor non eſt in culpa, ſi verò reperiatur in culpa, dãnum in totum ſpectat ad paſtorem, ſiue ſocium. in ea. num.11.
damnum vel lucrum ceſſans alleganti quid incumbat. dec 43 num.12.
damnum leuis momenti non eſt in conſideratione vt cõductoribus fiat remißio mercedis.Dec.50.nu.8.
datio in ſolutum eſt ſpecies alienationis impropriè, & largo modo.Dec.60.nu.1.
datio in ſolutum etiam in ſtatutis comprehenditur ſub verbo alienationis.Dec.ea.num.9.
datio in ſolutum, quando dicatur contractus emptionis, & venditionis, & quando venditionis tantùm.in ea. num.10.
datio in ſolutum poteſt fieri volũtariè, & coactè, & quomodo.in ea.num.11.
debitor & creditor non debent ad imparia iudicari.deciſ.65.num.10.
debitor habens electionẽ, ſi ſemel elegit rem, & litẽ fuerit cõteſtatus, nõ poterit amplius variare, & aliã rem

eligere.dec.64.num.20.
debitor liberatur per ſolutionem ab alio factam creditori. dec.92. num.2.& declara vt infra. num.16. 17.& 18.
debitor offerens liſtam bonorum debet tradere inſtrumenta titulorum, & debet probare non reperiiſſe emptores propter diffamationem creditorum. dec.64.num.30.
debitor poteſt viliorem rem diſtrahere, & pretium creditori conſignare. dec.65. num.1.
debitor qui non habet pecunias, poteſt offerre liſtam ſuorum bonorum, & creditor poteſt eligere quænam velit ex dictis bonis.in ea.num.2.
debitor ratione redditum regalium in carcerem mittendus eſt, donec ſoluat, nec admittitur ad ceſſionem bonorum.deciſ.32. num.1.
debitor fiſci ex delicto non debet admitti ab ceſſionem bonorum, ne delicta remaneant impunita. deciſio. ead. num.3.
debitor fiſci ex contractu admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum.in ea.num.4.
debitor ignorans an ſit debitor, & in qua ſumma, licitè poterit totum negare, non obſtante quòd eſſet debitor in aliqua ſumma, & aſſignatur ratio.dec.51.num.8.
debitor ſemper videtur voluntariè dare in ſolutum.deciſ. 65.num.5.
debitor ſi patitur litem cõteſtari, tenetur ſoluere pecunias, vel offerre omnia bona.dec.64.num.19.
debitor ſoluens partem debiti in alia re, quàm eſſet obligatus, ſibi præiudicat, & creditor poterit petere reliquum partim in vna re, partim in alia. deciſ. 64.numero 21.
debitoribus non debet dari materia fraudandi. deciſ. 65. num.4.
decimæ baptiſmales debent ſolui adminiſtranti ſacrum baptiſma, & eccleſiæ parrochiali baptiſmali. deciſ.72. num.2.& 3.
decimæ debentur capellis quibus ſit aſſignata certa parrochia.deciſ.72.num.11.
decimæ dicuntur fauorabiles, & debentur iure diuino.dec. 106.nu.31.
decimæ, eſt controuerſi iuris, an poſſint præſcribi.dec.106. num.35.
decimæ neque prædiales, neque perſonales, aut aliæ non ſunt ſoluẽdæ eccleſiæ baptiſmali, niſi eccleſia baptiſmalis ſit etiam parrochialis.dec.72.num.9.& 13.
decimæ prædiales non poſſunt præſcribi, & eſt communis opinio.dec.10.num.36.
Decius ſibi contrarius demonſtratur in articulo de quo. deciſ.23.num.11.
declaratio iudicis licèt requiratur excuſsionem eſſe legitimè factam, non tamen eſt neceſſe quòd talis declaratio feratur in ſcriptis.dec.45.num.11.
declaratio precij vigore reſeruationis in contractu venditionis retrotrahitur ad tempus factæ venditionis, quod idem eſt acſi à principio fuiſſet declaratum.dec.53.n.6.
decretum ſemper habet præſumptionem pro ſe. Dec.1.numero 18.
decurionum aſſertioni eſt ſtandum circa merita alicuius, etiam non probatis meritis. dec.3. num.9.
deſſunctorum corpora non remanere inſepulta intereſt Reipublicæ.dec.78.num.27.
delegatus ad examinandum teſtes, non poteſt proceſſum publicare, ſed ad delegantem literas obſignatas remittere debet, ad quem delegantem ſpectat publicatio proceſſus.dec.73.num.2.& 3.
delicti iuxta qualitatem quis debitas luit pœnas. Deciſ. 77.numero 10.
delictum commiſſum furoris tempore eſt impunibile, & perinde habetur, acſi caſu aliquo ſine facto perſonæ accidiſſet.dec.77.nu.3.
delinquens forenſis debet puniri, ſecundùm bannimenta loci commiſsi delicti.dec.80.nu.15.
demens quis non præſumitur ex denominatione facta à patre in teſtamento, etiã dato curatore, niſi poſt mortem teſtatoris dictus curator confirmetur.dec.1.nu.17.
denunciatio facta tertio domi de ſententia non impedit quin poſsit appellare.dec.26.nu.21.
depoſitum debet fieri congruo tempore, & loco parte citata, purè & liberè ſine aliqua conditione, & inuolutione reſeruationum, & debent deponi pecuniæ numeratæ in integra ſumma, & pecuniæ currentes.dec.105. num.3.
deterioratio tunc fieri dicitur, quando ab eo ſtatu, in quo prius res erat diminuitur.dec.22.nu.3.
determinatio authoris in cauſa arborum vi ventorũ eiectarum in teritorio Peruſino, anno 1569.menſe Octob. dec.5.nu.5.
Dictio, quæcunque, cum verbis hic adnotatis operatur acſi de bonis expreſsa mentio facta fuiſſet.deciſio.68. nu.7.
dictio quomodocunque eſt apta comprehendere propter ſui vniuerſalitatem, omnem modũ, & omnem formã. dec.21.nu.8.
dictum Innoc.in C.ex parte decani extra de re iudic. procedit tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus.dec.110.nu.25.
dies pauci quot ſint, relinquitur arbitrio iudicis. deciſ. 89 nu.11.
differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem.dec. 3.num.15.
dilatio ad repulſandum teſtes in materia attentatorum aſsignatur, niſi iudici notoriè conſtet de calumnia, & tũc datur quando petitur ante publicationem proceſſus, vel pars reſeruauerit ſibi ius opponẽdi contra teſtes ante publicationem proceſſus. deciſion. 86. numer.3.& 4.
dilatio non debet peti calumnioſè animo differenti iudicium.dec.86.nu.1.
dilationem ſi faciat alicui princeps ad ſoluendum ob paupertatem, ſufficit iuratoria cautio.dec.63.nu.9.
diſpoſitio hominis debet adaptari ad intellectum. deciſ. 65.nu.3.
diſpoſitio.l.fin.C. de dot.promiſ.quod promiſsio facta à patre de bonis paternis, & maternis, intelligatur facta de bonis paternis tantùm, habet locum quando bona aliquo modo ad filiam ſpectant.deciſ.21.nu.34.
diſpoſitio.l.ſi quis maior.C.de tranſact.habet locum etiam in contractu emphyteutico.deciſ.22.num.13.
diſpoſitio.§.de inoſſicioſo.l.ſi inſtituta.ff. de inoffic. teſtam.extenditur ad omnes & ſingulas perſonas cuiuſcunque generis de alimentis diſceptantes.dec.46. num.5.
diſpoſitio.§.illud.l.Græcè.ff.de fideiuſ.non habet locum quando conſtat de expreſſo conſenſu adhibito cum iuramento, & ſubiicitur ratio.deciſ.57.num.6.
diſpoſitio vna quæque intelligitur rebus ſic ſtãtibus.dec. 105.num.16.
ditari cum aliena iactura quis non debet. deciſio.62.numer.40.
diuiſionem petendi iuri non præſcribitur.dec.106.n.227.
diuitiæ quando ſunt fundamentum intentionis alicuius debent perdeducentem probari.dec.33.n.20.
dixiſſe nemo præſumitur quod quis non mente cogitauerit. dec.9.num.19.
Doctor eſt intelligendus ſecundum leges, quas allegat.deciſ.8.num.21.
doctor referens plures opiniones vltimam approbare videtur.dec.29.num.28.
doctor iuris minor non reſtituitur.dec.55.num.26.
doctrina Decij in auth.qui rem.nu.13. C.de ſacroſan. Eccle.dictans, quod emphyteuta qui cecidit à iure ſuo ob non ſolutum canonem, oſtenditur habere locum etiam contra minores.dec.54.num.10.
dolia comprehenduntur appellatione mobilium.dec.61.numero 34.
dolus in dubio non præſumitur.dec.18.num.52.
dolus in dubio non præſumitur in materia tranſactionis. dec.101.num.15.
dolus non præſumitur niſi probetur.dec.51.nu.4.
dolus non poteſt cadere in ijs, qui ſuccedunt in ius alterius. in ea.num.12.
dolus poteſt probari coniecturis & præſumptionibus. in ea.num.53.
dolus præſumitur in enormiſſima læſione non ſolùm re ipſa, ſed ex propoſito. in ea.num.55.
dolus quando dat cauſam contractui contractus debet omnino reſcindi.dec 18.num.51.
dolus re ipſa, & dolus ex propoſito æquiparantur in tranſactione, quando quis in ea enormiſſimè læſus.dec.52.numero 56.
dolus re ipſa ſiue ex propoſito præſumitur quando quis læditur vltra dimidiam.in ea.num.57.
domeſtici domeſticorum non repelluntur à teſtificando. dec.55.num.2.
domicilia duo habere non eſt inconueniens. dec.85. nu.5.
domicilium & incolatus tribus modis principaliter conſtituitur.dec.76.nu.11.12.13.& 14.
domicilij locus minus attenditur, quàm locus originis. dec. 85.num.4.
dominij exceptio non debet admitti in iudicio poſſeſſorio. dec.17. nu.21. Limitatur quando proceditur ſola facti veritate inſpecta.num.22.
domino vero non debet auferri vendicatio rei ſuæ.dec.42. num.2.
dominus an poſſit opponere de iure tertij, & an liceat domino directo vendicare rem emphyteuticam alienatam ab emphyteuta, eo inſcio.dec.35.num.6.
dominus fundi nõ ſolum tenetur ad ſolutionem arborum, & vitium à ſuo conductore plantatarum exiſtentium, ſed etiam aliarum plantatarum, & deſiccatarum ſine culpa coloni, ſeu conductoris.dec.58.num.11.
dominium directum acquiritur præſcriptione immemorabili.dec.106.num.6.
dominus directus finita emphyteuſi poteſt emphyteutam expellere propria authoritate.dec.17.num.8.& 9. declara, vt num.13.
dominus directus tunc poteſt emphyteutam propria authoritate expellere, quando non adeſt timor rixæ, ſiue ſcandali.dec.ead.num.13.
dominus directus tenetur confirmari rem emphyteuticam primis conductoribus.fallit quando Eccleſia, vel dominus directus vellet rem emphyteuticam pro ſe retinere, & eſt magis comm.opin.dec.ead.nu.23.& 24.
dominus non cogitur permanere in conductione. dec.106. num.26.
dominus, ſi haberet res voluptariè melioratas venales, & emptor vellet etiam emere dicta voluptaria melioramẽta vnà cum re principali, an teneatur ſoluere conductori æſtimationem eorum.dec.24.nu.22.
dominus tenetur fideiuſſori non ſolum de eo quòd ſoluit, ſed etiam de eo quod donatum fuit.dec.111 nu.4.
domus magnæ pro cultu vrbium potius quàm occaſione fructus ædificantur.dec.65.num.12.
domi ſuæ quis dicitur ſecurus.dec.70.num.3.
domus magni valoris, & parui fructus dicitur, & non debet æſtimari ex valore ædificij, ſed ex creditu. deciſ. 65. numer.11.
donans Eccleſiæ poteſt agere contra ipſam, non ad reuocationem donationis, ſed quod ei ſeruentur promiſſa. dec.29.num.22.
donantis principalis intentio eſt attendenda in donatione. dec.29.num.21.
donatarius poſſidens vigore conſtituti præfertur alteri donatario, cui fuit facta actualis traditio poſſeſſionis.dec. 29 num.13.& 18.
donatio ex ſola ſcientia donatarij fit ſtatim valida, & irreuocabilis. in ea.num.8.
donatio facta abſenti non valet ante ratificationem. deci. 29. num.3.
donatio de hæreditate viuentis non valet fallit quando interuenit conſenſus illius de cuius hæreditate agitur, qui quidem conſenſus ſat eſt, quòd ſuperueniat.dec.71.nu. 6.& num.23.& 24.
donatio Eccleſiæ fauore etiam aliquo non acceptante eſt irreuocabilis, nec donantem poteſt pœnitere etiam ante ratihabitionem.in ea.num.12.
donatio facta Eccleſiæ abſenti irreuocabiliter ei acquiritur.dec.ea.num.10.
donatio facta monaſterio, vel in piam cauſam non valet in bonis alienari prohibitis, & quod Trebellianica non poſsit deduci niſi de fideicommiſſo vniuerſali.deciſ. ea. num.5.
donatio facta de bonis præſentibus, & futuris, facit eam valere de bonis præſentibus, & habet clauſulam derogatoriam ad alia teſtamenta, & ſi non valet aliquid ſecundum verba expreſſa, valet ſecundum id quod exprimi debebat.dec.117.nu.5.6.& 7.
donatio facta Eccleſiæ valet, etſi fuerit facta calore iracundiæ, dummodo tamen donans non fuiſſet à mente alienatus.deci.93.num.9.& 10.
donatio facta abſenti quandoque valet vt minus reuocari poſſit. ibidem, num 16.
donatio facta Eccleſiæ poteſt reuocari non adimpleta conditione ex mente Beroi, cuius error oſtẽditur vbi ſupra, num.23.
donatio in dubio nõ præſumitur etiam fauore eccleſiæ.dec. 93.num.1.
donatio inter parentes & filios, & è contra validatur iuramento, & eſt magis communis opinio.deciſ. 71.n.19.
donatio licet retrotrahatur ad tempus mortis, hoc tamen intelligitur reſpectu fructuum, non autem reſpectu proprietatis. dec.66. num.33.
donatio mariti per confeſsionem dotis mulieri facta licèt retrotrahatur ad tempus factæ donationis, hoc tamen intelligitur reſpectu fructuum, non autem reſpectu proprietatis.in ea.
donatio modalis quæ fit particularibus perſonis, poteſt reuocari ſtatim, quòd non ſeruatur modus. Fallit quando donatur loco pio, quia niſi expreſſè fuerit conuẽtum, donatio non reuocatur, poteſt tamen agi ad intereſſe cõtra eccleſiam.dec.93.nu.49.50.& 53.

Index.

donatio morte confirmata quando retrotrahatur ad tēpus factæ donationis.dec.66.nu.4.& declara, vt infra nu.33.ead. dec.

donatio nomine Eccleſiæ abſentis ſtipulata, licèt non formiter, valet fauore eccleſiæ.in ead.num.26.

donatio non reuocatur ob iactationes, niſi fuerint propoſitæ iudicialiter ante mortem donantis, & probatæ. dec. 93.num.40.

donatio omnium bonorum an ſubſiſtat fauore eccleſiæ. in ead.num.8.

donatio perfecta, & acceptata reuocari non poteſt neque expreſsè neque tacitè, in ead.num.25.

donatio præſumitur quotieſcunque confeſſio appareat facta conſtante matrimonio.deciſ.66.num.2.

donatio quæ fit eccleſiæ, dicitur Deo conſecrari. deciſ.93. num.6.

donatio quæ ſit eccleſiæ non debet improbari, cum omnia Dei ſint.in ead.num.7.

donatio quædam dicitur ſub conditione, quædam ſub modo.in ea.nu.46.

donatio rei litigioſæ non ſubſiſtit.deciſion.68. numero 3.& num.9.

donatio ſicut valet ſi ſiat particularibus perſonis, & multo magis ſi fiat eccleſiæ.dec.93.nu.1.& 2.

donatio ſub conditione non tenet, niſi conditione impleta. in ea.num.47.

donatio ſub modo valet à principio, & non reuocatur, donec modus ille ſeruetur.in ea.nu.48.

donatio valet etiam quòd donans non efficiatur monachus. in ea.nu.4.& 5.

donationis titulus eſt validus & permiſſus. deciſio.68. numero 5.

donationi merita debent eſſe correſpondentia arbitrio tamen iudicis.dec.66.num.20.

donationē ius reuocādi non cōpetit hæredibus, niſi donans in vita iudicialiter porrexerit querelas, & probauerit. dec.93.nu.41.& 42.

donator poſt perfectam donationem non poteſt teſtari, nec aliquem contractum facere.dec.47.nu.9.

donare eius bona, & ſemetipſum dicare vnuſquiſque poteſt pio loco.dec.93.n.3.

dos dicitur variabilis, & quando maiores, & quando minores dotes conſtituuntur.dec.99.nu.11.

dos non eſt priuilegiata in materia probationum. dec.95. num.16.

dos eſt titulus qui non præſumitur.dec.99.num.12.

dos incerta debet declarari pro modo facultatum, & dignitate perſonarum.in ea.nu.6.

dos per virum prælegata eſt debita vxori ſoluto matrimonio.dec.21.num.3.

dos promiſſa dicitur propriè dos quando eſt ſequutum matrimonium, & eſt magis communis opinio. deciſ.ea.numero 9.

dos congrua dicitur vſque ad legitimam.in ead.nu.38.

dos quod commenſuretur ad quantitatem legitimæ, intelligitur, non quod verè commenſuretur ad legitimam, ſed quòd ex boni viri arbitrio dicta dos commenſuretur vſque ad quantitatem legitimæ.in ead.num.58.

dos promiſſa dicitur propriè dos ex communi vſu loquendi, qui communis vſus loquendi eſt Peruſiæ, Senis, & in alijs locis enumeratis, vbi ſuprà.num 12.

dos promiſſa dicitur propriè dos etiam in materia ſtatutaria.in ea.num.11.

dos ſecundùm Bal.debet conſtitui arbitrio boni viri interueniente maxime patientia, & eſt commun. opin. deciſ. 99.nu.4.& 8.& nu.26.

dos ſiue magna, ſiue parua ſit, dicitur res maximi momenti attenta qualitate perſonarum, quum ſit patrimonium mulieris.dec.95.num.21.& 22.

dotalis res æſtimata tunc eſt reſtituenda, quando maritus eſt inops.dec.89.nu.7.

dotalis rei dominium poſt mortem viri ipſo iure reuertitur ad vxorem, ſecus tamen poſſeſſio.dec.61.nu.9.& 10.

dotalis inſtrumenta, vel ſcriputras non conſici, non eſt veriſimile.dec.95.nu.20.

dotare filias eſt paternum officium, non maternum, niſi in ſubſidium.dec.21.num.19.

dotata filia excluſa à ſtatuto propter agnatos maſculos nō poteſt dicere nullum teſtamentum patris, in quo ipſa fuiſſet prætærita, neque petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas.dec.ead.num.5.

dotata filia ad hoc, vt excludatur, ita dictante ſtatuto, non eſt differentia facienda an ſit dotata in teſtamento, vel extra teſtamentum, etiam quod inutilis ſit inſtitutio. in ead.num.6.

dotata filia in minori parte quam ſit legitima non poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, ſecùs ſi ab extraneo, erunt tamen rectè perpendenda verba ſtatuti. Deciſio.ead.num.52. cum duabus limitationibus. num.53. & num.54.

dotata mulier in teſtamēto, vel inter viuos excluditur propter maſculos, ſtante ſtatuto Tudertino excludente mulieres dotatas.in ea.num.1.

dotata mulier in minore parte quam ſit legitima, ſtante prædicto ſtatuto non poteſt petere ſupplementum legitimæ, & eſt magis communis opinio. in eadem. numero 4.

dotata verbum exponi debet pro promiſſa, & ita verificatur ſtatutum dictās excludi mulierem dotatam, quod habeat locum, etiam quod dos per patrem fuerit deſignata filiæ impuberi, & ab hac opinione in.deciſiuis non eſt recedendam.deciſ.ea.num.14.

dotem promittendo pater exercet actum donationis, & dotem ipſam deſtinat. in ea. num.10. alia vide infrà in verbo Pater promittens dotem.

dotis cauſa poſſunt alienari bona ſubiecta fideicommiſſo, & ſpectat ad mulierem probare non ſubeſſe alia bona. dec.71.num.3.& 4.

dotis confeſſio à marito facta ante lapſum biennij non operatur quin poſteriores creditores non poſſint opponere defectus dictæ confeſſionis.dec.66.num.38.

dotis confeſſio à marito facta licèt retrotrahatur ad tempus mortis, hoc tamen intelligitur reſpectu fructuum, nō autem reſpectu proprietatis.in ea.num.33.

dotis confeſſio à marito facta nocet etiam poſterioribus creditoribus poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & æquipollet reali ſolutioni ſecundùm comm.opin.in ea.num.37.

dotis confeſſio à marito facta non nocet poſterioribus creditoribus habentibus cauſam oneroſam.in ea.num.34.

dotis confeſſio à marito facta non nocet, quando poſſet conſtare de fraude aliqua.in ea. num.36.

dotis confeſſio non nocet, quando tantummodo eſſent præſtita alimenta, niſi concurrerent aliæ coniecturæ..in ea. num.35.

dotis conſtitutio præſumi non debet, cùm ſit quid facti.deciſ.99.num.10.

dotis fauore verba enunciatiua probant. deciſ. 95. numero 8.& 13.

dotis promiſſio eſt actus licitus ideo debent adhiberi teſtes habiles, ſiue inſtrumenta conſici, & eſt noua ratio auctoris. Deciſ.95.num.30. & 31.

Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. Dec. 80. num.6.




E


ECCLESIA non debet quid iniuſtum facere. Dec. 34.num.11.

eccleſia parrochialis tenetur ſoluere quarteſtium, id eſt quartam partem Epiſcopo.Deciſ. 72.num 14.

eccleſiæ fauore quilibet priuatus poteſt acceptare donationem factam ipſi Eccleſiæ.Dec.29.num.9.

eccleſiæ prælatus non poteſt in compromiſſo adiicere verba, procedendi de iure, & de facto, quia arbiter poſſet lædere Eccleſiam non admittendo probationes. Deciſ. 2. num.13.

eccleſiæ redditus debentur illi Eccleſiæ, intra cuius confinia ſunt ſita prædia. Dec.72.num.12.

Edificantes bona fide, vel melioramenta facientes in re aliena poſſunt repetere dec.34. num.9.

Egidiana conſtitutio comprehendit quæcunque poſſeſſoria. Deciſ.20.num.21.

Emphyteuta ad hoc vt poſſit priuari, tria requiruntur, primum deteriorationem eſſe in ipſa proprietate. Secundū, quòd deterioratio fuerit facta per dolum malum, latam, vel leuem culpam non autem leuiſsimam. Tertium, deteriorationem eſſe notabilem.dec.91.num.9.& num.10. 11.& 12.

emphyteuta ad hoc vt poſſit expelli, requiritur quod ſit deterioratio notabilis quantitatis quæ iudicis arbitrio relinquitur. Quod ſit deterioratio ad perpetuam deteriorationem fundi, non reſpiciens culturam fructuum. Et quod dolo malo, lata, vel leui culpa ipſius emphyteutæ huiuſmodi deterioratio fiat, non autem ſufficit leuiſsima culpa.dec.21.num.21.

emphyteuta alienans res emphyteuticas inſcio domino, regulariter cadit à iure ſuo, fallit tamen.dec.35.num.7.

emphyteuta ad hoc vt priuetur iure ſuo, requiritur vera, & effectualis traditio. dec.35.num.9.

emphyteuta contrauenieus, & non adimplens pacta poteſt expelli, & cadit à iure emphyteutico.deciſio.22.numero 10.

emphyteuta, & ſimiles perſonæ poſſunt expelli, licèt malè verſentur in vna tantum re, quia vna tantum eſt emphyteuſis, comprehendens plures res. in ead. nu. 6.quæ maximè procedunt, quando promiſſiones ſunt iuramento vallatæ. num.7.

emphyteuta Eccleſiæ poteſt purgare moram, cum Eccleſia non ſit prona ad pœnas, hoc tamen declara, quando non adeſſet iuramentum clauſulæ reſolutiuæ contractus, & ſimiles clauſulæ.dec.90.nu.3.& 6.& nu. 34. vſque ad num.36.

emphyteuta Eccleſiaſticus non ſoluens canonem per biennium, cadit à iure ſuo.deciſ 54.num. 1. item tenetur ad ſolutionem canonis præteriti temporis nu 2.

emphyteuta non cadit à iure ſuo, quando per bienniū non ſoluit cenſum de rebus boſcatis, de quibus ſingulo quinquennio ſolent fructus colligi, ſed requiritur ceſſatio per quinquennium dec 79.num 20.

emphyteuta non obſeruans quod promiſit poteſt omni ſuo iure priuari. in ead num 12.

emphyteuta non poteſt expelli à re emphyteutica ob inciſionem arborum, quando loco inciſarum aliæ ſurrogantur, exemplum ponitur ſub num.14.15 16.& 17.& hæc omnia habent locum etiam in fundis priuatorum.deciſ. 94.num.13.& 19.

emphyteuta poteſt expelli de re emphyteutica, ſi in ea male verſatur.dec.94.num.1.

emphyteuta poteſt, purgare moram intra modicum tempus, quod modicum tempus ex communi opinione remittitur arbitrio iudicis.dec.90.num.1.& 2.

emphyteuta, qui cum iuramento promiſit canonem ſoluere, ſi non ſoluit, cadit ſtatim à iure ſuo, non expectato biennio in rebus Eccleſiaſticis, & triēnio in rebus profanis. ibid.num.14.

emphyteuta qui modicè malè verſatur in re conducta non poteſt expelli à re emphyteutica. in ead.num.16.

emphyteuta qui non poſſidet non tenetur ſoluere canonem, & aſsignatur ratio.dec.35.num.4.

emphyteuta recipiens rem caſibus fortuitis ſuppoſitam, & aquis, non petit remiſsionem.dec.106. num.30.

emphyteuta tunc dicitur male verſari in re emphyteutica quando incidit arbores fructiferas: Ex inciſione enim arborum res locata ſit deterior, & res deteriorata non dicitur reddita.deciſ.94. num.2.3.4.& 5.

emphyteuta, vel quilibet alius conductor ſi non colit ſolicitè agrum adeo quod deterior efficiatur quò ad fructus, non poteſt expelli, quia ipſe eſt dominus fructuum, fallit hoc in vineis, quia ſi vineæ non putarentur, vel per longum tempus non cultiuarentur, deſiccarentur, & in perpetuum deteriorarentur.dec.22.nu.22.& 23.

emphyteuta vel ſimiles perſonæ licèt ob modicam deteriorationem, & inculturam, ſemotis vineis, expelli non poſſint, tenentur tamen dominis ad intereſſe, & contra eos poteſt in litem iurari.dec.ead.num. 24.

emphyteutica bona poſſunt alienari reſeruato cōſenſu domini directi.dec.101.nu.14.

emptio ſi fiat per virum de pecunijs viri nomine tamen vxoris, vir non habet actionem ad conſequendā rem emptam, ſed tantummodo ad pretium rei emptæ. deciſ.12. num.23.

emptor cum pacto de retrouendendo non poteſt rem illam ante tranſactum tempus perpetuo vendere. dec.79.numero 12.

emptor de iure communi tenetur ſoluere gabellam, & non venditor.deciſ.112.num.3.

emptor emens rem cum pacto redimendi, ſi dictus emptor moriatur relictis pluribus filijs, non tenetur retrouendere niſi omnibus hæredibus.dec.112.nu.4 & 5.

emptor qui integrum fundum emit, nō eſt veriſimile quod velit habere partem fundi, & reuendendo partem incideret in communionem.in ea.nu.6.& 7.

emptori tempore conditionis ius quæri videtur.deciſio.114. num.2.

emptor ſuperlucratur fructus pro rata tantummodo pretij ſoluti, & affertur ratio.dec.53.nu.2.

emptor tenetur totam rem vni ex hæredibus retrouendere qui integram pecuniam perſoluere offert, ſiue aliter cohæres repudiet, ſiue non, quia ſi repudiat, manet ius apud alterum iure accreſcendi.dec.112.nu.12.& 13.

Epiſcopi dicuntur in dignitate conſtituti, ac ſummi ſacerdotes, & reſpectu ordinis dicuntur maiores preſbiteri Cardinalibus.dec.74.nu.12.

Equa ſi dimittatur in paſcuis, ſi illud dimittere cadat in culpam, quòd diligens paterfamilias hoc non feciſſet, tunc dimittens tenetur.dec.10.nu.14.

Eſtimatio facit quod dominium transferatur in eum cui res traditur eſtimata deciſ.10.num.1.

eſtimatio facit emptionem in ijs contractibus, de quorum

natura eſt, vt dominium tranſeat.dec.10.num.9.
eſtimatio ſit aliquando ad finem non vt conſtituat emptionem, aut venditionem, ſed vt ſciatur quanti ea res erat quando tradita fuit, ita vt ſi fiat deterior ſciatur quid agendum.dec.ead.num.4.
eſtimatio non omnis transfert dominium, ita vt cenſeatur venditio.ibidem, num.5.
eſtimatio quæ fit de rebus quæ traduntur in ſocitam non transfert dominium, neque conſtituit emptionem, ſed fit vt ſciatur quanti ea res erat, & valeret tempore initæ ſocietatis.in ead.num.7.
eſtimatio tunc facit emptionem quando omne commodum, & incommodum rei eſtimatæ tranſit in cuſtodem, ſiue ſocium, ſecùs ſi non tranſiret. in ead.num.8.
Euentus qui nihil operari poteſt fruſtra expectatur. deciſ. 18.num.7.
Exceptio excuſsionis, cùm nitatur æquitate, non videtur reiicienda. dec.45. num.3.
exceptio excuſsionis etiam non legitimè factæ non eſt neceſſaria inter mercatores inter quos proceditur de bono & æquo.dec.ead.num.12.
exceptio non implementi obſtat agenti.dec.50.num.1.
exceptio ſpolij eſt litis finitæ, & impedit litis ingreſſum.d.c. 17.num.3.
exceptio, tu non impleuiſti, eſt adeo efficax, vt ſi ex forma ſtatuti eſſet ſublata omnis exceptio, iſta tamen ſemper poteſt obiici.dec.ead.num.3.
excuſsio non eſt neceſſaria cum agitur vtili hypothecaria pro conſequendo nomen debitoris, & ſic non requiritur in ſaluiano interdicto.in ead.num.13.
excuſſio non eſt neceſſaria quando debitor obligauit, & hypothecauit omnia eius bona mobilia & ſtabilia, quæ conſtituit nomine creditoris poſsidere. dec. ea.nu.14.
excuſsio non eſt neceſſaria quando debitor eſt notoriè non ſoluendo. ibidem, num.15.
excuſſio principalis non requiritur quando cauſa eſt commiſſa ſola facti veritate inſpecta, & ſucceſsiuè id quomodo intelligatur.dec.45.num.8.
excuſsio ſimplex bonorum principalis nõ ſufficit niſi ſubſequatur ſententia iudicis declaratoria, excuſsionem eſſe legitimè factam.in ead.num.2.
executio non eſt fienda contra tertium qui contendens impediri executionem aſſerit rem petitam eſſe penes ipſum & ſubnectitur ratio. dec. 26.num.15.
executio quando fieri debet ſuper eadem re ſuper qua fuit ſententiatum, partis citatio non requiritur.dec.6. nu.1. Declara tamen vt nu.3. Et quod non requiratur eſt magis comm.opin.n.2.quæ fallit quando executio eſt fienda per ſucceſſorem in officio, & ſic per alium Iudicem, quam per eum qui ſententiam tulerat, num 3.
executio ſententiæ, an & quando poſsit impediri à tertio comparente pro ſuo intereſſe. deciſ.26.num.8.
executio ſententiæ non retardatur comparente tertio, quãdo appareret ipſum emiſſe rem litigioſam. deciſ.eadem num.9.
exequiæ pompaticæ plus ſunt ſolatia viuorum, quàm ſuffragia mortuorum.dec.78.nu.19.
expenſas funerales facere nõ tenetur maritus niſi ſuperlucretur dotem.in ead.num.3. & declara vt ibi, nu.4.
expenſas funerales omnes tenetur facere maritus, quando nullam habuit dotem.in ea.num.4.
expenſæ, aliquæ neceſſariæ, aliquæ voluptariæ, aliquæ vtiles.dec.58.num.3.
exprimere aliquid expreſsè, vel per relationem ad aliud idem eſt.dec.8. num.13.

F

FACTA inter maritum, & vxorem à communiter accidentibus probantur præſumptionibus, & indicijs Deciſ.28.num.19.
facta non præſumuntur.deciſ.62.num.26.
factum egregium Annibalis circa ſepulturam Pauli Aemilij.dec.78.nu.26.
factorum diuerſæ ſpecies efficiunt vt Iudex non præcisè, ſed cum diſtinctione reſpondere debeat. deciſio 24. numero 1.
facto vbi eſt opus, verba non ſufficiunt.deciſ.105.num.4.
factum vbi eſt diuerſum ibi diuerſum ius ſtatui debet. deciſ.50.num.4.
fatuitas præſumitur ex donatione.deciſ.1.num.8.declara, vt num.15.
Feriato tempore debemus abſtinere ab omni negotio, tam de iure communi, tum etiã ex Bulla Pij V. Pont. Max. deciſ.105.num.5.
Fernan.Vaſq.reprehenditur.dec.62.nu.42.
Fideicommiſſarij non ſunt legitimi contradictores ad detractionem legitimæ.deciſ.47.num.18.
fideicommiſſarius qui poſſidet, & eſt paratus in continenti docere de iuribus ſuis dicitur legitimus contradictor ad impediendum immiſſionem in poſſeſſionem. dec. 47. num.6.
fideicommiſſarius vt dicatur legitimus cõtradictor, requiritur quod poſſeſſionem apprehenderit, facta ſibi reſtitutione reali, ſiue verbali.deciſ.ead.num.15.
fideicommiſsi bona eſſe ſubiecta aſſerens tenetur probare illa bona fuiſſe tempore mortis in hereditate fideicommittentis.dec.71.nu.10.
fideicommiſſi bona ſubiecta poſſunt apprehendi per vocatos, quando poſſeſſio eſt vacans, quo caſu dicuntur legitimi contradictores ad impediendam immiſsionem in poſſeſsionem, quando incontinenti volunt docere de eorum iuribus.dec.71.nu.11.
fideicommiſſi bona ſubiecta ſi alienentur, intelligitur data licentia vocatis apprehendendi bona ſubiecta fideicommiſſo propria auctoritate.in ea.nu.9.
fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad deſcendentes exiſtentibus coniecturis.dec.102.nu.1.& nu.6.
fideicommiſſo expreſsè poteſt renunciari per partes. deciſ. 19. num.6. Ampliatur hoc procedere etiam quod fiat contra voluntatem teſtatoris, num.7.
fideicommiſſo ita demum cenſebitur renunciatum per diuiſionem, ſi probabitur ſcientia teſtamenti, ſi fideicommiſſum erit reciprocum, & ſi in diuiſione erit renunciatum iuri de futuro.in ea.num.16.
fideicommiſſo non intelligitur renunciatum per ſimplicem diuiſionem, etiam per verba quãtumcunque generalia, & eſt magis comm.opin.in ead.num.11. Ampliatur hoc procedere, licet in diuiſione fuerint appoſita verba prægnantia, & iuramentum, num.12.
fideicommiſſo quod non intelligatur renunciatum per verba quamtuncunque generalia oſtenditur. deciſ.ead.numero 8.
fideicommiſſo per partes cenſebitur renunciatum quando habuerunt ſcientiam teſtamenti, & eſt magis communis opin.in ead.num.13.
fideicommiſſo ſubiecta bona tunc poſſunt alienari, quando alia bona non ſubiecta non ſufficiunt, & non concurrat duplex prohibitio legis, & teſtatoris. deciſio.71. numero 21.& 22.
fideiuſſio deficit omnino ſi fiat in plus, quam principalis obligatus



bligatus eſt.deciſ.57.num.1.
fideiuſsionem non ſubſiſtere non ſecuta conſeruatione indemnitatis.dec.57.num.2.
fideiuſſor an ex confeſsione creditoris habeat actionem cõtra debitorem ad repetendum debitum, & quam. ibid. num.8.
fideiuſſori non ſubuenitur quando ſciebat difficultatem tempore fideiuſſionis. dec.27.num.3.
fideiuſſor non dicitur liberatus quin teneatur, licèt obligatio principalis non ſubſiſtat ex quacunque legitima cauſa, quando de eius enixa & clara voluntate conſtat, velle obligari & teneri licèt principalis obligatio non ſubſiſteret.dec.27.num.1.
fideiuſſor non poteſt moleſtari antequam fiat diſcuſsio contra principalem.dec.57.num.3.
fideiuſſor ſcienter cum eius expreſſo conſenſu promittens aliquid etiam in duriorem cauſam obligatur, ſi iuramentum interueniat. in ead.num.4.
fides de debito liquido, & claro fieri debet ad obtinendam capturam contra aliquem pro ſuſpitione fugæ, & pro parua quantitate quis non debet iurari ſuſpectus.deciſ. 41.num. 3.
fides eſt frangenda frangenti in contractibus nominatis, & correſpectiuis, hoc tamen procedit, quando non ſeruatur ſubſtantiale pactum, & debet implere debito loco, tempore, & modo, & hoc per viam actionis, & per viã exceptionis.dec. 28.29.30.& 31.
fiendum de proximo, habetur pro facto.dec.80.num.13.
fieri illud ſimpliciter dicitur quod ex verbis nullam habet modificationem.dec.8.num.5.
filia dotata excluſa à ſtatuto propter agnatos maſculos nõ poteſt dicere nullum teſtamentum patris, in quo fuerit ipſa præterita, nec petere bonorum poſſeſsionem contra tabulas.dec.21.num.5.
filia dotata ad hoc vt excludatur, ita dictante ſtatuto, non eſt differentia facienda an ſit dotata in teſtamento, vel extra teſtamentum, etiam quod inutilis ſit inſtitutio.dec. ead.num.6.
filia dotata à patre in minori parte quam ſit legitima non poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, ſecùs ſi ab extraneo, erunt tamen rectè perpendenda verba ſtatuti.in ea.num.52. Limitatur hoc non habere locum etiam quod fuerit dotata à patre, quando dos non ſufficeret ad alimenta, numero 53. Limitatur etiam non habere locum quando eſſet exceſſus maximus in legitima, quia tunc filia enormiſsimè læſa petit ſupplementum legitimæ. num.54.
filia quæ renunciauit paternis bonis, & maternis propter enormiſsimam læſionem poterit contrauenire.deciſ. 18. num.64.
filiæ conſenſus in promiſſione dotis facta à patre de bonis etiam filiæ, operatur quod filia intelligatur dotata de ſuiſmet bonis.dec.21.num.33.
filias dotare eſt paternum officium, non maternum, niſi in ſubſidium. in ead.num.19.
filij etiam ſui poſt immixtionem præſumuntur habere ignorantiam teſtamenti eſt magis comm.opin.dec.19.nu.20. Quod ampliatur procedere etiam in teſtamento nuncupatiuo.& eſt communis opinio, niſi aliis adminiculis probetur habuiſſe ſcientiam teſtamenti.num.21.
filij nati ex damnato coitu non poſſunt ſuccedere, nec eis poteſt aliquid relinqui.dec.18.num.13.
filij poſiti in conditione an cenſeantur vocati. deciſio.102. num.10.
filij quando ſunt ſub patria poteſtate non poſſunt alios habere ſub eorum poteſtate.dec.13.num.14.
filio an ſit danda actio pro bonis alienatis per patrem, in quibus bonis pater habet vſumfructum. dec.13.nu. 15.
filius admittitur ad recuperationem bonorum alienatorum per patrem, etiam ipſo patre viuente. in ea.num.18.
filius agens ad hæreditatem patris debet probare non ſolum ſe eſſe filium, ſed etiam legitimum. deciſio. 21. numer.60.
filius bannitus quod non ſuccedat patri poteſt tolli per ſtatutum.dec.11.num.12.
filius & pater cenſentur vna & eadem perſona. deciſ. 11. num.3.
filius ſuccedit patri de iure poſitiuo, non de iure diuino, nec naturæ.in ead.num.11.
filiusfamilias non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, quando patri quæritur vſusfructus. dec.13.num.1.
filiusfamilias notoriè dicitur non ſoluendo, quia regulariter nihil in bonis habet viuente patre, ſaltem reſpectu vſusfructus. dec.45.num.18.
filiusfamilias officio iudicis implorato poteſt cogi facere patrem ad ſibi agere volenti conſentiendum, quando ſponte conſentire recuſaret.dec.13..num.20.
filiusfamilias quemadmodum non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ita nepos non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu aui.deciſio.ea. num.13.
filiusfamiliàs quemadmodum non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, ita nec depoſitum facere.in ead.numero 6.
filius non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, etiã in ſummariis iudicijs, & pater tenetur illi volenti agere conſentire, aliàs iudex ſupplet.dec.16.nu.1.2.& 3.
filius qui vult admitti ad hæreditatem patris, vt filius, nõ debet audiri, niſi ſe eſſe filium illius probauerit.deciſ.15. num.3.
filius ſuus ad hoc vt probetur habuiſſe notitiam teſtamenti paterni, requiritur quod fuerit præſens teſtamento, & eſt comm.opin.dec.19.nu.15.
filius ſi negociatur cum pecunia patris, lucrum diuidi debet inter patrem & filium, & idem in vxore negociante cum pecuniis mariti.dec.28.nu.15.
fiſcum contra ſemper eſt pronunciandum. deciſ. 85. numero 12.
fiſcus ſi vult obtinere, debet articulare, & probare rem venditam perueniſſe ad manus forenſium. in ead. numero.8.
Fœminæ nõ poſſunt interuenire in iudiciis, etiã pro coniũctis cum ratione.dec.49.nu.3.
fœnum dicitur eſſe in fructu.dec.106.nu.11.
fori conſuetudo eſt ſeruanda.dec.45.nu.22.
Franciſcus Bæta Tridentinus Marchiæ Anchonitanæ locumtenens.dec.104 nu.9.
Franciſcus Burſatus Iuriſconſ. Mantuanus excellens ordinatus, & exuberans, dec.62.nu.19.
Franciſci Burſati conſ.82.nu.31.& 32.lib.1. perpenditur, & declaratur.dec.65.nu.7.
Franciſcus Cantuccius Doctor Peruſinus, & iuuenis maximè expectationis laudatur.dec.8.num.10.
fraudantes quærunt ſe tueri ſub prætextu, quod deferant granum ad molendinum, dicunt etiam illud deferre ad eorum domos de foras.dec.80.nu.18, & 19.
fraudibus eſt obuiandum.dec.101.nu.12.
fructus dotis debent deſeruire pro oneribus matrimonij. dec.79.nu.6.
fructus, & penſio dicuntur iuſti, quando reddunt quinque

pro quolibet centenario.dec.65.num.15.
fructus etiam percepti reperti tempore mortis prælati ad quem ſpectent. dec.33.num.15.
fructus nondum collecti ſpectant in totum ad emptorem, ac etiam pars coloni, & eſt communis opinio.dec.83.nu.6.
fructus omnes debent diuidi inter dominum & colonum. dec.106.num.10.
fructus omnes pendentes ſpectant ad eum qui redemit nõ habita ratione ad rationem temporis, ſecundùm opinio. Bald. Alex. & Bero. quæ tamen reprobatur.dec.79. nu.1.
fructus omnes reperti tempore mortis prælati, ex forma extrauagantium, & de conſuetudine pertinent ad Cameram Apoſtolicam.dec.33.num.2.& 5.
fructus pendentes debent diuidi pro rata temporis. deciſ. 79 num.7.
fructus pendentes dicuntur pars fundi.dec.79.nu.3.
fructus pendentes ſequuntur illius fundi alienationẽ.dec. 83.num.5.
fructus percepti ante retrouenditionem, niſi data mora ſpectant ad venditorem.dec.79.num.5.
fructus percepti an, & quando compenſentur cum melioramentis. dec.34.num.20.& 21.
fugæ ſuſpitio non poteſt probari per iuramentum, ſed per duos teſtes, vel per inſtrumentum.dec.41.nu 2.
fructus recollecti ante obitum prælati ad hæredes eius pertinent, pendentes verò ad ſucceſſorem.dec.33.nu.1.
fructus ſeparati à ſolo non cenſentur venditi.deciſ.83.numero 9.
fructuum liquidatio vt dicatur legitimè facta, eſt neceſſe articulari, & probare quòd in locis circunſtantibus & conuicinis tot fructus percepti fuerunt. deciſio. 87. numero vnico.
fructuum rata quomodo debeat diuidi, hic exactiſsimè declaratur.dec.79.num.19.
frumentum extrahentes pro eorum vſu ſine licentia non puniuntur de iure communi, ſecus tamen diſponitur in ſtatu eccleſiaſtico per bannimenta.dec.80. numero 20. & 22.
Fundamento partis aduerſæ non probato, conuentus eſt abſoluendus. dec.28.num.4.
fundamentum ſuæ intentionis vnuſquiſque probare tenetur.dec.69.num.19. & dec.85.num.9.
fundans ſe in paupertate debet eam deducere & probare. dec.89.num.13.
fundans ſe in paupertate, vel diuitiis debet hoc probare, cùm ſit fundamentum intentionis ipſius.deciſio. 56. numero 4.
fundans ſe in tempore debet illud probare.deciſio.115. numero 6.
fundi & alterius rei melioratæ retentio pro melioramentis quando detur. dec.24.num.24.
fundi dominus non ſolum tenetur ad ſolutionem arborum, & vitium à ſuo conductore plantatarum exiſtentium, ſed etiam aliarum plantatarum, & deſiccatarum, ſine culpa coloni, ſeu conductoris. deciſ.58.num.11.
funerales expenſas facere non tenetur maritus, niſi ſuperlucretur dotem.deciſio.78.nu.3.& declara.vt infra. num.4.
funerales expenſas omnes tenetur facere maritus, quando nullam habuit dotem. dec.78.num.4.
funerales impenſas tenetur facere hæres, non autem vſufructuarius.dec.78.num.20.
funerales impenſas tenentur facere hæredes clerici, dummodo tamen ſuccedãt in bonis clerici ex diſpoſitione ſua, ſiue ab inteſtato, ſecus ex fideicommiſſo. deciſio.78.numero 21.
funeraria actio non competit ad repetendum expenſas factas in funere, niſi fiat proteſtatio.in ea.num.1. declara vt infrà.
funeris impenſa debet eſſe condecens, & debet fieri ſecundum qualitatem, & diuitias defuncti. deciſion.78.numero 15.
funeris impenſa eſt maior in hyeme, quàm in æſtate. in ea. num.18.
funeris impẽſa, & pompa maior debet eſſe in nobili, quàm in ignobili.in ea.nu.16.
funeris impenſa ſi fuerit tam modica, quæ potius cedat in contumeliam mortui, quàm in honorem, non poteſt repeti.in ea.nu.17.
funeris ſumptus faciens non animo donandi poteſt eos repetere.in ea.nu.2.
furioſi contractus non valet, ſicut nec teſtamentum. dec.1. num.5.
furioſi damnum æquiparatur damno à quadrupede facto. dec.77.nu.4.
furioſi delinquentes non peccant, nec etiam quoad Deum. in ea.nu.5.
furioſi licet non poſſint niti proprio cenſu, nituntur tamen alieno.dec.62.nu.16.
furioſus æquiparatur mortuo, & ſicut mortuus non poteſt puniri, ita nec furioſus.deciſ.97.nu.6.
furioſus non habens dilucida interualla, etiam quod ritè teſtatus fuerit, niſi probetur quòd tempore actus geſti erat ſanæ mentis, eius teſtamentum non valet.dec.1.nu.1. ſed contra.num.13.
furioſus quicquid agit ignorat. deciſ.ea.nu.2. Ampliatur procedere licèt diſponat ad pias cauſas.num.3.
furioſus ſi parum ante delictum fuiſſet confeſſus, eius peccata, an poſſit vltimo ſupplicio affici, noua opinio auctoris contra communem.dec.77.nu.12.
furioſus ſi quis fuerit effectus in carceribus poſt commiſſum delictum, non poteſt puniri in perſonam, ſed in bonis, & eſt communis opinio, quæ tamẽ ita ſimpliciter intellecta damnatur ab auctore, & effertur noua declaratio.in ea.num.1.& 12.
furnum ad ſiue molendinum ſiquis longiſſimo tempore accedit, non propterea dominus acquirit ius, niſi poſt prohibitionem prohibitus longiſſimo tempore acceſſerit ad furnum, ſiue molendinum, ſic in caſu de quo loquimur, id eſt in materia herbarum.dec.66.nu.16.
furor adeſt vbi intellectus abeſt.deciſ.1.num.6.
furoris tempore cõmiſſum delictum eſt impunibile, & perinde habetur, acſi caſu aliquo ſine facto perſonæ accidiſſet.dec.77.nu.3.


*G*


GABELLA debet ſolui, etſi inſtrumentum poſtea diſſoluatur.deciſ.113.num.2.
gabellam de iure communi tenetur ſoluere emptor, & non venditor.in ea.nu.3.
gabella ſemel ſoluta gabellariјs, iterum ſolui non debet.deciſ.114.num.1.
Generari quid boni non poteſt ex infecta radice. deciſ.18. num 34.
geſtor negotiorum defuncti impendens, ſumptibus defuncti impendiſſe dicetur, quod tu extende etiam ad coniunctũ, quando impenſæ ſunt modicæ.deciſ.78.nu.7.& 8.
Gratus reſpon.100.num.29.lib.1.& reſpon.50.num.31.eodem libro 1.reprehenditur.dec.62.nu.24.





grauatus in vno, in alio debet releuari.deciſio.106.numero 3.
Gubernator quando allegatur ſuſpectus, omnes eius auditores poſſunt allegari ſuſpecti ab ipſo Gubernatore. dec.108.nu.2.4.& 9.
Guilielmi de Cuneo, & Cyn.opin. reiecta. deciſion. 75. nu.12.


*H*


HAbitantes quando ſunt plures non tenentur ex incendio etiam quò ad dãni emendationẽ.idem etſi eſſet vnus ſolus.dec.25.nu.18.ratione, vt nu.19.
hæredem alicuius qui ſe facit, & tanquam hæres audiri deſiderat, ante omnia debet docere ſe eſſe hæredem. dec.15.nu.2.
hæredes eius qui fecit ſuum poſſe in eo, ad quod tenebatur, excuſantur.dec.27.nu 7.
hæredibus acquiritur ius per ſtipulationem factam à teſtatore.dec.23 nu.39.
hæredibus tranſmittitur ius redimendi cõpetens teſtatori.ibi.nu.38.
hæres etiam ſuus non præſumatur habere ſcientiam teſtamenti niſi probetur.deciſ.19.nu.19.
hæres & legatariј tenentur probare quæ bona mortis tẽpore reliquerit teſtator.deciſione 61. numero 19.
hæres grauatus à teſtatore vt vendat fundum duobus, et vnus ex illis nolit emere, tenetur hæres alteri ſuam partem vendere.dec.112.nu.1.
hæres grauatus fideicommiſſo, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis, ſiue in diem, ſiue ſub conditione, tenetur conficere inuentarium.dec.93.nu.1.
hæres grauatus fideicommiſſo vel legatis tenetur etiam ſatiſdare fideicommiſſariis ſubſtitutis, aut legatariis de ſoluendis bonis fideicommiſſo ſubiectis, à qua cautione non excuſatur, etiam quod grauatus eſſet ditiſſimus, & perſona valde digna. deciſione 63. numero 2.
hæres non poteſt aliquem in mora conſtituere, niſi prius doceat ſe eſſe hæredem.dec.15.nu.4.
hæres plures habet actiones pro hæreditate conſequenda & quam voluerit poterit intentare. deciſion. 23. numero 17.
hæres poteſt cogere cohæredem ad luendũ partem ſuam pignoris, vel ad cedendum ſibi ius.dec.112.nu.11.
hæres poteſt cogere cohæredem ad reuendendum eius partem, vel ad cedendum ſibi ius redimendum.deciſ. 102.nu.10.
hæres poſtea tenetur recepto pretio, retrouendere cohæredi eius partem.dec.112 nu.14.
hæres quilibet etiam ſuus poſt immixtionem præſumitur habere ſcientiam teſtamenti præcipuè in teſtamento nuncupatiuo.dec.19.nu.1.
hæres ſola deſtinatione animi efficitur hæres, & in caſu propoſito perſequitur declàratio animi hæredis, & vxoris.dec.109.nu.14.& 15.
hæres ecnetur facere impenſas funerales, non autem vſufructuarius.dec.78.nu.20.
hæredes clerici tenentur facere impenſas funerales, dũmodo tamen ſuccedant in bonis clerici ex diſpoſitione ſua, ſiue ab inteſtato, ſecus ex fideicommiſſo. deciſ. 68.nu.21.
hæredes fideicommiſſo grauati niſi ſatiſdederint de ſoluendis bonis fideicommiſſo ſubiectis, contra eos iurabitur in litem, & vocati mittentur in poſſeſsionem bonorum.dec.63.nu.3.
hæretici & Iudæi non ſunt idonei teſtes, etiam parte conſentiente.dec.86.nu.8.& nu.10.& 11.
Hieronymus Gigas Foroſempronienſis authoris affinis. dec.3.nu.12.
homicida doloſus quis duobus caſibus punitur, vt debitas luat pœnas, & vt pœna illius ſit exemplum aliorum.dec.77.nu.11.
Horatius Maurus, Petrus Paulus Serius, & Blaſius Angelicus aduocati Peruſini.dec.71.nu.1.
hoſpitale ad hoc vt nominetur locus pius quæ requiſita habere debeat.dec.30.nu.7.
Hypotheca an competat primo creditori pro pecunia ſoluta ſecundo creditori in pecunia bona fide conſumpta & declaratur doctrina afflicti, & aliorum. deciſ. 45.nu.20.


*I*


IAſonis limitatio in l. filiusfamilias, in fin.de leg. 1. reprobata per auctorem.deciſ.83.num.10.
Idiotæ perſonæ, & ruſtici poſſunt reſpondere poſitionibus præſente eorum aduocato, ſiue procuratore, qui poſſunt eos inſtruere.dec.81.nu.1.
Ignorantia facti alieni ſemper præſumitur, niſi probetur ſcientia, ſecus in facto proprio, & eſt communis opinio. deciſ.83.num.11.& 12.
ignorantia notariorum partibus obeſſe non debet. deciſ.19. num.10.
ignorantia non præſumitur in facto proprio. deciſion.23. num.33.
ignorantia præſumitur in dubio.in ea.nu.22.
Illatio non ſit ex diuerſis.deciſ.106.nu.32.
Immunitas conceſſa per viam contractus extenditur ad onera bellica, præterquam belli diuini.dec.3.nu.10.
immunitas conceſſa contra mentem Principis etiam ex curſu longi temporis non præiudicat aliјs. deciſ.eadem. num.12.
immunitates concedere ſpectat ad ſupremum Principem. deciſ.3.num.4.
imolæ dictum in c.debitores.de iureiur. enucleatur. deciſ. 18.nu.6.
impedimenta ex quibus quis prætendit reſtitui aduerſus curſum inſtantiæ regulariter ſunt probanda. deciſ.36. nu.2.
impedimenta plura vbi ſunt, ibi plures ammotiones impedimentorum requiruntur.dec.105.nu.15.
impedimentũ abſentiæ, vel infirmitatis Aduocati, vel Procuratoris non excuſat in loco, vbi eſt multitudo talium Aduocatorum, & Procuratorum.in ead nu.7.
impedimentum belli poteſt probari per iuramentum, & ſucceſſiuè impedimentum quibus concurrentibus iuramento probetur.deciſ.36.nu.4.
impedimentum excuſat à pœna & mora.dec.105.num.9.
impedimentum excuſat licèt cauſetur iniuſtè, & aſcribitur caſui fortuito.dec.ea.nu.12.
impedimentum iuris etſi dicatur impedimentum notorium, nihilominus requiritur proteſtatio.dec.ea.nu.13.
impedimentum non iuuat in cauſa, quæ poteſt expediri per Procuratorem.deciſ.36.nu.6.
impedimentum non excuſat quando tolli poteſt.in eadem. num.8.
impedimentum proueniens ex facto principis excuſat, & dicitur iuſtum, & legitimum impedimẽtum, & ponitur

exemplum de impedimento ſummi Pontificis. deciſ. 105.nu.10.& 11.
impeditus tenetur docere, quòd ſi non fuiſſet impeditus obſeruaſſet.dec.105 nu.14.
impenſa funeris debet eſſe condecens, & debet fieri ſecundùm qualitatẽ,& diuitias defuncti.dec.78.nu.15.
impenſa funeris eſt maior in hyeme quàm in æſtate.dec. 78.nu.18.
impenſa funeris ſi fuerit tam modica, quæ potius cedat in contumeliam mortui,quàm in honorem non poteſt repeti.dec.78.nu.13.
impenſas funerales tenetur facere hæres, non autem vſu fructuarius.dec.78.nu.20.
impenſas funerales tenentur facere hæredes clerici, dum modo tamẽ ſuccedant in bonis clerici ex diſpoſitione ſua,ſiue ab inteſtato,ſecus ex fideicommiſſo. deciſion. 78. numero 21.
impenſa & Pompa funeris maior debet in nobili, quàm in ignobili.dec.78.nu.16.
impenſa modica & magna quæ dicatur. dec.58. num.7.
impenſæ an ſint computandæ cum fructibus.deciſ.58. numero 12.
impenſæ in fundo non veniunt reſtituendæ attenta melioratione,ſed prout verè expreſſum eſt,etiã ſi melioratio excederet impenſam.ibi.nu.15.
imperator nec etiam poſſet mittere in poſſeßionem. & præiudicium patria afferre niſi parte citata.deciſ.47. nu.23.
incendiarius doloſus qua pœna ſit puniendus. deciſ. 25. nu.5.
incendiarius punitur iudicis arbitrio,conſiderata qualitate ipſius.ibi.nu.6.
incendiarius cõmittens incendiũ extra mœnia ciuitatis, vel oppidi,qualiter puniatur.in ead.nu.7.
incendium quando dicatur caſu fortuito cauſatum, & an de tali incendio,ſic fortuito cauſato conductor teneatur. dec.25. nu.2.
incendium factũ in ciuitate vel oppido magis punitur, quàm factũ in villa, & affertur ratio.ibi.nu.8.
incendium paſſus debet ſua damna conſequi ex eodem proceſſu criminali quo incendiarius punitus eſt,abſque alia formatione proceſſus, quod damnum ſi aliter non apparebit probabitur iuramento paßi illud. ibi.nu.9.
incendium culpa inhabitantium cauſatum præſumitur in dubio,quando non conſtat de auctore ipſius. ibi.nu. 14.declara,vt nu.17.
in claris non eſt opus coniecturis.dec.93.nu.12.
incluſio vnius eſt excluſio alterius.dec.23.nu.27.
incolatus & domicilium tribus modis principaliter conſtituitur.dec.78.nu.11.12. 13.& 14.
indicium abſolutorium debet eſſe in re dubia,in qua re dubia,non decet certam facere ſentẽtiam, & ſatis eſt reo,quòd actoris intentionem reddat dubiam.dec.72. nu.16.17.& 18.
informare quando quis poteſt ſe de veritate abſque ſumptu tenetur reſpondere poſitionibus præcisè,ſecus ſi cũ ſumptu.dec.8.nu.22.
inhabilitas teſtium quando conſtat iudici iudex, poteſt ex officio reiicere etiam parte non opponente. deciſ. 86.nu.7.
Innoc.dictum in c.ex parte decani.extra de re iud. procedit tam in iudicialibus,quàm in extraiudicialibus. dec.110.nu.15.
nquilinus ſi diu abſuerit, domino conceditur licentia rẽ locatam ingrediendi, & alteri locare.dec.17.nu. 14.
inſinuationis defectus ſecundùm magis communem opinionem ſuppletur iuramento.dec.66.nu.6.
inſtantia licèt currat non obſtantibus impedimentis & firmitatis & abſentiæ conceditur tamen reſtitutio in integrum. Dec.36.nu.1.
inſtrumenta dotalia,vel ſcripturas non confici nõ eſt veſimile.Dec.95.nu.20.
inſtrumentum debet intelligi cum effectu. Deciſion. 113. num.1.
inſtrumentum dicitur probatio euidens & probata diſceptatione fori non indigens.Dec.26.num.13.
inſtrumentum habens dicitur habere probationem probatam.dec.50.nu.5.
inſtrumentum iuratum habens, dicitur habere probationem probatam,& veritatem apparentem. Fallit quando verba inſtrumẽti ſunt enunciatiua,& pro inſtrumento præſumitur.dec.82.nu.3.4.& 5.
inſtrumentum iuratum ſemper dicitur habere clauſulam derogatoriam.dec.82.nu.12.
inſtrumenti expreſſa, & indiuidua mentio fieri debe deciſ.82.num.13.
inſtrumentis tabellionum ad hoc vt ſine diſputatione credatur, ſolent adhiberi fides, quas vulgò legalitates communitatum appellant, cum ſigillo communitatum, per quas fides teſtificatur,quem eſſe notarium, eiuſque ſcripturis fidem adhiberi.deciſ.115.nu.26.
inſtrumentum probat contra producentem etiam in verbis enunciatiuis.dec.33.nu.9.
inſtrumentum producenti incumbit onus probandi, quòd ille qui confecit inſtrumentum erat notarius. deciſ.115. num.32.
inſtrumentum ſiue ſententia ſi eſt apud acta, admittitur reſponſio poſitionibus, credo prout in inſtrumento, vel ſententia continetur.deciſ.ead.num.33.
inſtrumentum ſiue ſententia ſi non ſunt apud acta, & factum non ſit inuolutum,quis præcisè tenetur reſpondere poſitionibus.dec.8.nu.32.
inſtrumentũ teſtamenti tunc habet executionem paratam, quando nullus adeſt contradictor.dec.23.nu.6.
inſtrumentum tutelæ probat non ſolùm inter contrahentes, nominatos in inſtrumento eſſe minores, ſed etiam quò ad alios, niſi probetur contrarium. deciſ. 55. num.6.
intellectus ad c.1.de teſtib.in 6 deciſ.95.nu.27.
intellectus ad cap.verum.extrà de condi.appoſi. deciſi.93. num.52.
intellectus ad conſ.Ruyn.107.num.6.lib.4.& conſ.Loffr. 27.in principio.deciſ.110.nu.2.
intellectus ad conſilia Crauettæ,& Thobiæ Nonnij.deciſ. 117.num.30.
intellectus ad doctr.Bal.in l.male agitur. C.de præſcr. triginta,vel quadraginta annorum.deciſ.106.nu.7.
intellectus ad innoc.in c.ex parte decani extra de re iudic. deciſ.110.nu.11.
intellectus ad l.cum ſatis.§.cum autem.C.de agric. & cenſi.lib.11.ex intentione Ruy.conſ.151.viſo:ſub nu.18.ver. non obſt.lib.4.dec.106.nu.19.& 21.
intellectus ad l.non quicquid.ff.de iudi.dec.96.nu.18.
intellectus ad l.2.C.de pact.inter emp.& vend.dec.79.nu. 4.& nu.14.
intellectus ad §.agri plagam. l.vxorem. ff. de leg.3. deciſ. 112.num.16.
intellectus ad §.ſed interdũ.l.at ſi quis.ff.de relig.& ſump. fune.dec.78.nu.6.

intel-



intellectus ad §.ſi fructus.l.Iulianus.ff.de act.emp.deciſ. 79.nu.2.
intellectus ad doctr.Bart.in l.meminerint.nu.4.& 5. C. vnde vi dec.6.nu.8.
intellectus.l.ſi quando.§.generaliter.C. de inoffic. teſta. dec.21.nu.48.
intentans remedium.l.fin.C.de edic.d.Adr. toll.executiuè agere poteſt.dec.23.nu.4.
intentionis ſuæ fundamentum tenetur vnuſquiſque probare.dec.15.nu.1.
intereſſe poteſt probari per iuramentum, aut vnicum teſtem,aut per aliquam aliam ſemiplenam probationẽ. dec. 26.nu.2.
intereſt Reipublicæ, & Principis ne delicta remaneant impunita.dec.3.nu.6.
interpretatio eſt facienda in benigniorem partem. deciſ. 18.nu.32.
interpretatio ſtricta fit in legatis fauore hæredis. dec.23. nu.7.
interpretatio ſtricta quòd fiat cõtra legatariũ nõ ſemper eſt abſolutè intelligendum.ibi.nu.22.
intellectus nouus authoris quòd filius admittatur ad recuperationem bonorum alienatorum per patrem,etiã viuente ipſo patre.dec.13 nu.19.
intellectus vbi abeſt ibi furor adeſt.dec.1.nu.6.
interrogator tranſmittitur ſumptibus communibus. dec. 74.nu.9.
interrogationes olim fiebant ad liberandum actorem ab onere probandi.dec.8.nu.27.
inuentarij confectio remitti non poteſt per teſtatorem. Quod ampliatur procedere etiam ſi teſtator huiuſmodi licentiam dediſſet ex licentia ſibi conceſſa à principi.dec.61.nu.16.& 17.
inuentarij confectio totaliter per teſtatorem remitti non poteſt,remißio tamen ita operatur vt ſufficiat aliqualis deſcriptio.dec.61.nu.37.
inuentus in loco proximo,niſi oſtendat ſe ad locum permiſſum punitur. dec.80.nu.10.
Ioannes Paulus Lancillotus aduocatus Peruſinus. dec. 61.nu.22.
Ioannes Baptiſta Orſinus Patritius Fulginatẽſis,& Referendarius Apoſtolicus.dec.20.nu.26.
Ioannis Pauli Balioni mors.dec.55.nu 11.
Ioãnis Pauli Lancelloti Iuriſconſulti Peruſini laudes. dec.43.nu.6.
Iudæi,& hæretici non ſont idonæi teſtes,etiam parte cõſentiente.dec.86.nu.8. 01. & 11.
iudex debet potius peccare in tempore, quàm in re. dec. 96.nu.21.
iudex debet ſequi voluntatem patris.dec.1.nu.4.
iudex ex cauſa poteſt induci ad plenè credendum teſtibus.dec.7.nu.16.
iudex debet eſſe protector pauperum.dec.16.nu.8.
iudex ex æquitate poteſt admittere reſponſionem etiã qualificatam ad euitandum calumniã ponentis. dec. 8.nu.41.
iudex ne partes deueniant ad arma poteſt ad ſe aduocare poſſeßionem, quod tamen non debet facere ex abrupto.dec.20.nu.6.
iudex poteſt adhibere fidem ſcripturæ per partem impugnatæ.dec.19.nu.5.
iudex poteſt ſibi reſeruare locum tertij caſu quo partes diſcordent in electione ipſius tertij.dec.28.n. 21.
iudex poteſt præiudicare vt Deus.dec.45. nu.10.
iudex quomodo interloquatur in ſummario iudicio poſſeſſorio.dec.20.nu.4.
iudex taxat quantitatem.dec.100. n.3.
iudicandũ eſt aliorum ſtylorũ exẽplo in dubio.dec. 90. nu.8.& declara vt infra.nu.39.& 40.
iudicandum eſt pro regula in dubio.dec.89.nu. 9.
iudicandum eſt in dubio eſt pro eccleſia.dec.90.nu. 18.
iudices debent habere æquitatem ante oculos. deciſ. 34. nu.16.
iudices debent eſſe cauti ne deludantur à carceratis qui aliquando ſe fingunt furioſos, ad protelandam executionem iuſtitiæ,& recenſetur id eueniſſe authoris in arce Spoletana,dum eßet commiſſarius ſummi Pontifici Pij Quinti.dec.77.nu.14.
iudicis arbitrio eſt relinquendum quæ dicatur maxima, vel modica deterioratio..dec.22.nu.17.
iudicis arbitrium verſatur in puniendo incendiarium conſiderata qualitate perſonæ ipſius. deciſio.25. numero 6.
iudicis arbitrio relinquitur pro quibus quantitatibus velit concedere mandatum executiuum contra aliquem dec.41.nu.9.
iudicis declaratio licèt requiratur, excuſſionem eſſe legitimè factam,non tamen eſt neceſſe quod talis declaratio feratur in ſcriptis.deciſ.45.nu.11.
iudicium poſſeſſorium dicitur etiam extraordinarium. deciſ.20.num.7.
iudicum poteſtas eſt maxima in cauſis breuibus. dec. 100. num.5.
iuramenti vinculum ſpirituale non tranſit ad hæredes, ſecus,quo ad obligationem temporalem.dec.15.nu.14.
iuramento poteſt doceri de impedimento, dummodo nõ fuerit affectatum, & dummodo de tali impedimento quis fuerit proteſtatus.deciſ.36.nu.3.
iuramentum abſenti afferri petentis ſumptibus eſt fienda remiſſio,ſecus quando actor,& reus communiter inſtant quod alteri eorum cui de iure, iuramentum tranſmittatur, quia ſumptibus communibus impenſa fieri debet. dec.74.nu.7.& 8.
iuramentum aſſumit naturam illius actus,ſuper quo interponitur.deciſ.64.nu.15.
iuramentum confirmatorium, confirmat etiam actum inualidum.deciſ.90.num.23.
iuramentum creditoris ex communi obſeruãtia ſufficit pro ſuſpitione fugæ, & facilius admittitur quando eſt periculum in mora.deciſ.41.num.4.
iuramentum contra ſuſpectum de fuga ſufficit deferri à notario,cùm non ſimus in ijs,quæ expediri ſolent iudice ſedente pro tribunali.in ea.nu 5.
iuramentum habet eandem vim quam habet clauſula,rato manente pacto, habet etiam vim expreſſæ renuntiationis.deciſ.90.nu.19.& 20.
iuramentum intelligitur interpoſitus rebus ſic ſtantibus. deciſ.64.nu.17.
iuramentum non alterat naturam actus ſuper quo interponitur.deciſ.64 nu.16.
iuramentum non operatur, quin aliquis non poſſit offerre de bonis quibuſdam circunſtantijs concurrentibus hic adnotatis.dec.64.nu.10.
iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis ſecũdum vnam communem opinionem ex Fernand.V aſq ſed cõtraria opinio eſt magis communis, vt in num.6. dictum fuit.dec.66.num.10.
iuramentum & clauſulæ generales nihil operantur, ſtante enormiſſima læſione iuxta diſtinctionem relatam. deciſ.18.num.66.

iuramentum ex conſenſu præſtitum validat etiam fideiuſsiones præſtitas pro reſtitutione dotis.dec.57.nu.5.
iuramentum ligat hæredes quò ad obſeruantiam promiſſorum per defunctum, ſecùs autem quò ad incurſum periurij.dec.15.nu.12.
iuramentum operatur, vt virtualiter videatur renunciatum diſpoſitioni Auth. Præſente. C. de fideiuſ.deciſ.57.nu.7.
iuramentum peritorum non debet eſſe veritatis, ſed credulitatis.dec.7.nu.8.hoc tamẽ eſt intelligendum ſi dicti periti commodè haberi poſſunt quemadmodũ in inſigni ciuitate Peruſiæ, & aliis ſimilibus locis, aliàs ſecùs.nu.9.
iuramentum ſimplex adhibitum non debet operari, vt quis marceſcat in carceribus, & quòd expreſſe renunciaſſet ceſsioni bonorum.dec.64.nu.6.
iuramentum ſuppletoriũ defertur in cauſis paruis.dec.100.nu.6.
iuramentum ſuppletorium defertur etiam in cauſis regius quando eſſet plus quàm ſemiplenè probatum.dec.100.nu.7.
iuramentum ſuppletorium in materia pacti de retrouendendo, ſecundùm com.opin.eſt deferendũ.dec.9.n.25.
iuramentum tres comites habere debet, iuſtitiam, veritatem & honeſtatem.dec.64 nu.14.
iuramentum vnicum ſupplet plures defectus.deciſ.66.nu.8.
iuramenti abſolutio petitur in terris eccleſiæ, & concurrentibus aliis requiſitis hic adnotatis, offertur liſta bonorum creditori iuxta diſpoſitionem auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut. non obſtante iuramento. deciſ. 64. nu.19.
iuramenti abſolutio niſi petatur, contraueniẽs eſſet periurus.dec.64.nu.22.
iuramenti operatur, vt quis teneatur ſoluere in pecunia numerata, & quando procedat, declaratur. in ead. nu.3.
iuramenti virtus operatur, vt quis præciſè teneatur adimplere promiſſa.ibi.nu. 8.
iuramenti virtute quis tenetur ſeruare præciſè promiſſa. ibi.nu.11.
iuramento medio quis non poteſt promittere tacitè ea quæ non poſſet expreſsè.ibi.nu.12.
iuramentum pactum quod quis renunciet ceſsioni bonorum non valet, ne caro humana marceſcat in carceribus.ibi.nu.13.
iura tranſgredi aliquando licet ob delictorum atrocitatem.dec.77.nu.8.
iuri quæſito alicui non poteſt per aliquem ſuperiorẽ præiudicari.dec.45. nu.5.
ius commune minus debet lædi, quàm ſit poſsibile.deciſ.96.nu.24.
ius Canonicum omnia grauamina repellit.dec.20.n.20.
ius hæredibus acquiritur per ſtipulationem factã à teſtatore.dec.23.nu.39.
ius iurandum tranſmittendum eſt ſumptibus explicari petentis.dec.74 nu.3.
ius oritur ex facto.dec.97.nu.4.
ius redimendi competens teſtatori tranſmittitur hæredibus.dec.23.nu.38.
ius poſsidet, qui authoritate iudicis poſsidet.dec.69.n.15.
ius tertij allegari nõ poteſt ad impediendã reſtitutionem etiam quod opponeretur de domino ipſius. deciſ. 39. nu.4.
iuuare ſe quis non poteſt ex poſitione, quã negauit. dec. 19.numero 29.

L

Læſio ex parte minoris eſt probanda.deciſ.18.numero.59.
læſio enormiſſima nunquã intelligitur in clauſula in quacunque cautela adhibita in promiſsione.deciſion.27. nu.11.
læſus vltra dimidiam in modico non reſtituitur, ſecus ſi in magna quantitate. ex cõmuni diſtinctione Cornei, quæ approbatur.dec.18.nu.62.
laici non poſſunt præſcribere decimas in totum, ſed bene in partem.dec.106.nu.8.& 9.
laudina quando ſunt ſoluenda de alienatione, ſunt etiã ſoluenda de datione in ſolutum, quæ eſt propriè alienatio.dec.70.nu.7.
laudum continens expreſſam læſionem eſt nullũ, nec firmatur iuramento.dec.2.nu.19.
laudum continens expreſſum errorem iuris eſt nullum. ibi.nu.20.
laudum latum contra voluntatem teſtatoris, eſt nullum. ibi. nu.25.
laudum latum contra voluntatem teſtatoris, venit reuocãdum.dec.2.num.41.
laudum pendet à validitate compromiſſ. in ead. deciſion. num.18.
Lauretus Brancaleo Iur.Conſ.Spoletanum, & alij aduocati Spoletani laudantur.deciſ.3.num.14.
legari poteſt non ſolùm res propria, ſed etiam aliena. deciſio 23.num.32.
legata conſequi poſſunt per interlocutoriam iudicis. in ea. num.13.
legatarijs non cõpetit remedium.l.fin. C.de edict. diui Adrian.toll. ſed hæredibus ſcriptis tantum in toto, ſiue in parte.in ea.num. 4.& 29.
legatarijs multum tribuit imperator ad hoc, vt quam celerrimè ſuum legatum conſequi poſſint. deciſio.ead.numero 14.
legatario ex eo non competit remedium. l.fin.C.de edicto diui Adriani toll.quia ſemper adeſt certus contradictor, ſcilicet hæres.deciſ.23.num.19.
legatarius executiuè agere poteſt intentando aliud remedium, quàm l.fin.C.de edict.diui.Adri.toll.& nouiſſimè concordantur opiniones.in ead.nu.30.
legatarius non dicitur propriè hæres.in ea.nu.5.
legatarius pro conſequendo legato tribus actionibus experiri poteſt.in ead.num.3.
legatarius probare debet teſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe, quam legauit, hoc tamen quomodo procedat explicatur latiſſimè.vbi ſuprà, nu.36.
legatis fit ſtricta interpretatio fauore hæredis. deciſion.23. num.7.
legato fundo Corneliano, cùm duo eſſent fundi illius nominis, de minori, & exiguiori intelligitur. in ead. numero 21.
legato pro conſequendo executiuè agi non poteſt.in ea. nu. 1.declara, vt nu.9.& 10.
legato pro conſequendo poteſt agi coram quocunque iudice etiam Eccleſiaſtico.in ea.nu.12.
legatum rei alienæ non præiudicat vero domino, niſi dominus conſentiat.in ea.nu.34.
legatum rei propriæ valet.in ea.num.37.
legatum ſi fieret in recompenſationem, non teſtamenti tempus, ſed mortis teſtatoris attenditur. deciſion. 61. nu.



nu.38.
legatum ſi ſit armentum animalium, vel ſimilium rerũ quæ patiuntur augmentum & diminutionem non teſtamenti tempus, ſed mortis teſtatoris attẽditur. dec. 61.nu.48.
legatum valet in præiudicium hæredis. deciſion.23. numero 35.
legatus de latere non poteſt reſcribere aduerſus rem iudicatam, imò eſt dubiũ de ſupremo principe.dec.72. nu.25.& nu.28.
legitima aſsignanda filio non poteſt aſsignari in vna re ſumptuoſa, & abſque fructu. deciſion. 64. nu. 16.
legitima debetur iure naturæ, declara vt deciſione 21. nu.37.
legitima in vita patris filiis nõ debetur, ne ei auferri poteſt.dec.11.nu.24.
legitima filiorum auferri & confiſcari poteſt ita dictante ſtatuto, ſeu conſtitutione, prout eſt Peruſiæ. deciſ.11. nu.25.
legitima non debetur iure naturæ, ſed naturali quadam ratione, & æquitate, de iure tamen ciuili. deciſ.21. nu.50.
legitima quanta ſit cognoſcitur ex numero filiorũ. deciſ. 29.nu.35.
legitima non eſt locus, ſeu legitima ſubmouetur ſublata cauſa inteſtati.dec.21 nu.42.
legitimæ non poteſt fieri præiudicium per pactũ.dec.21. nu.40.
legitimæ quod requiratur expreſſa mentio ad hoc vt ea comprehendatur, habet locum in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis & ſtatuti. in eadem numer.47.
legitima licèt poſsit aſsignari per patrem filio in vna re non tamen poterit aſsignari in re deteriori.deciſ. 64. nu.18.
legitimam pater non tenetur ſoluere etiam ſtante ſtatuto, quod pater teneatur ad ſolutionẽ legitimæ, quando pater vltra filium, ex dicto filio haberet etiam nepotes quia ſecundũ Doctores legitima reſeruatur nepotibus ſuperſtitibus.dec.11.nu.27.
legitimam pater non tenetur ſoluere ſtante prædicto ſtatuto, non ſolùm quando ex filio bannito adſunt nepotes, ſed etiam quando ille filius bannitus haberet vxorem prægnantem, tunc enim eſt expectandum tempus partus, & interim bona non ſunt confiſcanda, quia ſi conciperet abortum, nulla poſſet conſiderari legitima, & ſic in iſto caſu pater teneretur, ſi verò ederet partum, tunc legitima debetur poſthumo illi nato poſt bannum, & pater non venit moleſtandus, caſus notabilis, & à doctoribus non conſideratus. deciſion.ead. nu.30.
legitimam quod pater non teneatur ſoluere pro filio bannito, quando ille filius bannitus habet filios, & ſic nepotes patris, procedit duabus nouiſsimis rationibus conſideratis per authorem, quia pater bis teneretur ad ſolutionem legitimæ, nempe, & filio & nepoti. vel quia nepos abſque facto ſuo, & ſua culpa priuaretur legitima.dec.11.nu.28.
lex ſi furioſo.C.de curat.furioſi quomodo procedat enarratur.dec.1.nu.16.
L.de vno quoque.ff.de re iudi.ampliatur, & limitatur remiſsiuè.dec.96.nu.5.
L.finalis.C.de edicto Diui Adriani tollend. emanauit ad bene eſſe, ſecundùm Caſtrenſem, & Decium quorũ intellectus reprobatur per auctorem. dec.69.nu.5. & nu.16.& 17.
lex fina.C.de vend.rerum ciuit.lib. 11.licèt loquatur in venditione, habet tamen locum in qualibet alia alienatione.dec 63.nu.38.
l.fina.C de per.& commod.rei uend.explanatio, & inductio.dec.67.nu.29.
lex finalis, C. de dot. promiſſ. habet plures intellectus. dec.21.nu.22.
lex generaliter, & indiſtinctè loquens comprehendit etiam perſonas priuilegiatas.dec.75.nu.11.
lex Iulia de fundo dotali fuit introducta fauore mulierum.dec.89.nu.16.
lex Lucius.§.fi.ff.ad Treb.inducitur.dec.18. nu. 46.
lex prima.§.ex officioſo.ff.de rat.& tut. l.diſtrahen.habet locum in quocunque adminiſtratore.dec.4.num.3. Ampliatur etiam habere locum in ſummo Pontifice. vt per Beroum allegatum ibi.nu.4.
lex Proculus.§.fi.ff.de vſufru.enucleatur.dec.5.nu.3.
lex præſumit teſtatorem minus voluiſſe grauare hæredẽ quàm ſit poſsibile.dec.23.nu.8.
lex vnica, C.ſi de momẽt.poſſ.fuer.appell.procedit in ſummario poſſeſſorio.deciſ.20.num.10.
Liber priuati ad hoc vt probet, attenditur qualitas, & quantitas rei, ac difficultas probationis, & defunctum qui ſcripſit fuiſſe bonæ famæ, ac etiam facultates ſcribẽtis, quodque aliquæ partitæ verificantur, & quod habet locum in partitis connexis, ſecus in ſeparatis. deciſ.88. nu.6.7.8.9.& 10.
liberatio facta ad fauorem abſentis, non prodeſt abſenti, niſi aliquis nomine abſentis acceptet, & eſt magis communis opinio.deciſ.82.nu.10.
libertus volens vocare in ius dominum tenetur impetrare veniam.deciſ.18.num.4.
libram auri hodie conſtituunt centum & ſeptem aurei. deciſ.7.num.3.
licentiæ de ingrediendo poſſeſſionem dantur à iudicibus conditionaliter, quatenus poſſeſſio ſit vacãs, & ſine præiudicio habentium potiora iura, & ad quem effectum impetrentur.deciſ.47.nu.21.
limitatio Iaſonis in l.filiusfamilias.in fin. de leg. 1.reprobata per auctorem.deciſ.83.nu.10.
limitata cauſa limitatum producit effectum.deciſ.109.nu. 12.& deciſ.117.nu.1.
lis an poſſit inter duos litigantes expediri antequam diſcutiantur iura tertij comparentis pro ſuo intereſſe, & dicentis rem controuerſam ad ſe pertinere. deciſion.26. num.26.
lites finitæ non debent inſtaurari. deciſion.101. numero 11. & num.21.
literæ remiſſoriæ decernuntur ſumptibus abſentis pro reſponſione fienda teſtibus, quod procedit in epiſcopis, & perſonis nobilibus, ſiue in dignitate conſtitutis, reprobata opin.Specul.deciſ.74.nu.10.& 11.
litigandi iuſtam cauſam habens ab expenſis abſolui debet.deciſ.51.nu.10.
litigans ſi fuerit inops non ſolum poteſt petere alimenta, ſed etiam impenſas litis, & quid in hoc ſeruetur in ſtatu Eccleſiaſtico.dec.46.num.6.
litigatori principali via præcluſa, cenſetur etiam præcluſa tertio venienti pro ſuo intereſſe. deciſion. 26. numero 4.
litigioſa bona tunc poſſunt donari ſuper poſſeſſorio, quando lis erat ſuper petitorio.deciſ.68.nu.9.
litigioſa res quando dicatur remiſſiuè.deciſ.68.nu.4.
Locatio non dicitur contracta quando ſoluitur pecunia

numerata.dec.106.nu.23.
locatio non dicitur inducta inter partiarios,ſed ſocietas. dec.106.nu. 24.
locatio ſimplex ad actum iuratum non extenditur. dec. 90.nu.14.
locator ad viginti nouẽ annos finita locatione poteſt repetere melioramenta.dec.34.nu.5.
locator in rebus inuectis,& illatis non præfertur aliis anterioribus,diſtinctione tamen hic adhibita. deciſ.84. nu.4.
locator quas expenſas arborũ non teneatur reſarcire conductori.dec.58.nu.5.
locatori volenti agere cõtra conductorẽ ex incendio pro damni emendatione quid incumbat facere.dec.25.nu. 16.& 20.
locator ſi haberet res voluptariè melioratas venales, & emptor vellet etiam emere dicta voluptaria melioramenta vna cum re principali,dominus an teneatur ſoluere conductori æſtimationem eorum. deciſion.24. nu.22.
locupletari nemo debet cum aliena iactura.deciſion. 34. nu.10.
Loffred.dictũ in conſ.41.nu.8.quomodo procedat. declaratur.deciſ.90.nu.16.
Lucra facta à muliere conſtante matrimonio ex licita negociatione ex eius opera,& induſtria, ad eius hæredes,non autem ad maritũ pertinere dicuntur.dec. 28. nu.8.
lucrum quod facit mulier ex ſorte viri cum qua negociatur,dicitur eſſe viri.dec.28.nu.13.& 14.
lucrum debet eſſe commune ſociis,quãdo vnus ponit pecuniam & alter induſtriam.ibi.nu.16.
Ludouicus Zunt.modernus laudatur.dec.2.nu.28.
Lugduni,Romæ,Venetiis, & in aliis ciuitatibus inſignibus ſolent dari pecuniæ ad cambia, & recambia, & in mulis locis adſunt montes non vocabiles.deciſ. 67.nu.15.
lupus dicitur qui exiuerit ſyluam,id eſt in actu exeũdi fuerit.dec.80.nu.11.

M

MAlum eſt prohibendum,& bonum eligendum.dec. 80.nu.5.
mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi, & ab eius forma non licet recedere,ſiue reſpiciat res, ſiue perſonas.dec.37.nu.5.
mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi.dec.117.nu.12. & 13.
mandati probatio debet eſſe clara, lucida, & neceſſariò concludens.ibi.nu. 15.
mandatorum copia non datur ex ſtylo prouinciæ Vmbriæ,& prouinciæ Marchiæ Anconitanæ.Fallit quando procurator ageret tanquàm ſubſtitutus alterius. fallit etiam quãdo quis eſſe procurator collegij,vniuerſitatis,monaſterij,minoris,mulieris, & ſimilium perſonarum.dec.107.nu.1.2.3.& 4.
mandatum,ad id,quod agitur,non ſe extendens,non dicitur mandatum.deciſ.117.nu.17.
mandatum ad lites factum tempore, quo dominus nullas habebat lites,ne reddatur eluſorium, comprehendit lites futuras.dec.ea.nu.3.
mandatum de capiendo in Curia Peruſina conceditur aliquando etiam non docto de credito,& quãdo.dec. 41.num.7.
mandatum executiuum contra aliquem,pro quibus quãtitatibus veniat concedendum, relinquitur arbitrio iudic.ibi. nu.9.
mandatum executiuum conceditur contra laniones,etiã quòd creditores à principio habuerint ſcientiam eos non eſſe ſoluendo.in ea.nu.10.
mandatũ dicitur inextendibile, & ad expreſſa reſtringitur.dec.117.nu.16.
mandatũ excluditur ex ſerie, & qualitate verborũ. ibi. nu.14.
mãdatum non extenditur ad perſonas in eo non comprehenſas,licèt ſit generale, & in eo ſit appoſitũ iuramentum.ibi.n.18.19.& 21.
mandatum non habere,& illud inualidũ,idem eſt,ibid. nu.20.
mandatum principis debet probari per ſcripturam.dec. 110.nu.5.
mandatum priuati poteſt probari per duos teſtes. ibid. nu.4.
mandatum ad ſoluendum vnuſquiſque regulariter habere cenſetur.dec.35.nu.5.fallit tamen vt ibi, cum declaratione.
mandatum habens ad acceptandum donationem non ob id cẽſetur habere ad acceptandam poſſeſſionem.dec.29. num.24.
mandatum procuratorium ex quibus verbis cognoſcatur inſeruire etiam ad cauſas,& lites futuras. deciſion. 37. num.2.
mandatum ſpeciale requiritur ad acceptandam poſſeſsionem.deciſ.29.nu.4.
mandatum ſufficiens ad faciendum principalem cadere in pœnam quando dicatur.deciſ.35.nu.3.
Marci Antonij Eugenij Iur.Conſ.Peruſini laudes. deciſ. 47.nu.16.
Marianus Socinus ſenior in c.tuæ. extrà, de ſponſ. reprobatur.deciſ.21.nu.21.
maritus non efficitur dominus rei dotalis, ſed vſufructuarius pro oneribus matrimonij ſuſtinendis. deciſ.89. numero 17.& 18.
maritus ſi non poteſt ſatiſdare in termino legali de dote reſtituenda,condemnabitur ſtatim ad reſtitutionem, deducto interuſurio medij temporis.deciſ.63.nu.11.
maritus ſuperlucratur dotem,etiam nulla facta conſtitutione dotis,quando vir eſſet dignus tanta dote, & vxor tali viro indiguiſſet, pro recuperatione ſuorum bonorum. deciſ.99.nu.25.
mariti renuntiatio non debet obeſſe creditoribus, licet dicta renuntiatio præiudicet marito, & eius hæredibus. deciſ.66.nu.39.
Marſilij locus deprehenditur.deciſ.70.nu.10.
mater impẽdens pro filio alimentando, an cenſeatur id feciſſe animo donandi, recurritur ad coniecturas, an mater ſit diues vel pauper, & an impenſæ ſint magnæ vel paruæ,eodem ratio militat in fratre & patruo. deciſ.78. nu.11.12.& 13.
materiæ,ſepulturæ vbi tractetur remiſſiuè. de.78.num.25.
matrimonium poteſt ſtare ſine dote. deciſ.95. num.26. & deciſ.99.nu.9.
matrimonia ex generali conſuetudine non contrahuntur ſine dote.in ea.nu.5.
Medicus diuerſis vicibus ab aliqua communitate conductus ſi denuo conducatur ab eadem communitate, cenſetur conductus cum ſalario quod vltima vice habuit à dicta communitate.in ea.nu.18.
melioramenta aut ſunt naturalia,aut induſtrialia,aut ciuilia. ſic & fructus.dec.24.num.2.
melioramenta ciuilia quæ ſint,& an ſolui debeant, & facienti competat retentio, donec ſibi de illis ſatisfiat. in ead.nu.23.
melioramenta debent refici,quando linea eſt finita, ſecus ſi per cenſum non ſolutum,quod habet locum in emphyteuta priuati, vbi dicitur hanc eſſe communem opinionẽ,prædicta non habent locum,quando aliter inter partes eſſet conuentum.dec.117.nu.33.& 34.
melioramenta facta bona fide etiam in fundo alieno repeti poſſunt.dec.34.nu.6.
melioramenta induſtrialia quæ ſint.ibid.nu 5.
melioramenta induſtrialia quotuplicia ſint.in ea.nu.6.
melioramenta naturalia quæ ſint.dec.ead.nu.3.
melioramenta naturalia cui acquirantur.in ea.nu.4.
melioramenta per ferruminationem quæ dicantur, & an illa faciens deducere poſsit.dec.24.nu.18.& 19.
melioramenta reſpicientia tantum commodum impendentis non deducuntur,ſed cum fructibus compenſantur. in ead.num.12.
melioramenta ſunt reſarcienda.dec.117.nu.32.& 36.
melioramenta vtilia abſque vlla neceſſitate præcedente facta quando deducantur, & in hoc diſtinguitur,vbi ſuprà,nu.14.& 15.
melioramentorum æſtimatio debetur quando probantur. dec.23.num.42.& num.43.
melioramentorum æſtimatio ſolui debet habito reſpectu ad tempus quo res reſtituitur,nõ quo res meliorata fuit, & eſt communis opin.dec.24.nu.25.
melioramentorum refectionis materia remittitur arbitrio iudicis.dec.58.nu.9.
melioramentorum probatio difficilis eſt, & eorum æſtimatio ſoluitur facta liquidatione.dec.ead.num.26.
meliorans & impendens quando poſsit auferre melioramẽta vtilia per ſe facta.dec.24.num.17.
melioranti quando detur retentio donec ſibi ſatisfiat de melioramentis.dec.24.nu.7.
meliorationes, & expenſæ pro plantandis vineis factæ poſſunt repeti. dec.34.nu.19.
meliorationes voluntariæ, ſiue voluptariæ quæ ſint,& quo caſu deduci poſsint.dec.24.nu.21.
melioratio quo caſu dicatur facta ad perpetuam vtilitatẽ. dec.24.num.8.10.& 11.
membrorum ſuorum nemo eſt dominus.dec.64.nu.7.
Mennochij dictum in tract. de arbitr. iud. caſu.140. & 142.lib.2.cent.2.quando procedat, & quomodo ſit intelligendum,nouiſſimè veris rationibus declaratur. deciſ. 63.nu.19.
Mennochij locus in tract. de recup. poſſeſſ. examinatur & reijcitur.dec.26.nu.24.
Mennochij locus in tract.de adipiſcen.poſſeſsio.reprehenditur.dec.47.nu.21.
Mennochij locus reprehenditur.dec.86.nu.9
mens ſana omnino non requiritur in homine diſponente de rebus ſuis.deciſ.1.nu.14.
mens,& verba teſtatoris ne reddatur fruſtratoria, & facienda interpretatio.deciſ.61 nu.45.
mens teſtatores dominatur in teſtamentis, & omnia regit. deciſ.92.num.6.
mens teſtatoris eſt ſeruanda.in ea.num.5.
mentio inſtrumenti expreſſa,& indiuidua fieri debet. dec. 82.nu.13.
mentis ſanæ quis in dubio præſumitur.deciſ.1.nu.10.
mentis ſanæ quis debet præſumi quando actus factus conuenit homini ſanæ mentis.in ea.num.11.
mercatores,& campſores non admittuntur regulariter ad oblationem bonorum.deciſ.64.nu.24.& 26.
mercatores,& campſores non habent beneficium excuſſionis.Fallit quando paterẽtur aliquod infortunium. ibid. nu.25.& 27.
mercatores non liberantur, etiam quòd omnia bona caperent creditores.in ea.nu.28.
merces prohibitæ ſi deferantur in nauim inſcio domino nauis,non confiſcatur nauis.deciſ.31.nu.7.
metu laudabili ſi quid fiat non debet reſcindi. deciſio.2. num.9.
metus non poteſt dici quando ordinatur ad executionem iuſtitiæ.deciſ.2.nu.8.
meum quod eſt,meum ampliùs eſſe non poteſt. deciſion.21. num.2.
Minor Doctor iuris non reſtituitur.deciſ.55.num.26.
minor domum cõducens facit id quod faceret quilibet paterfamiliàs.deciſ.75.nu.9.
minor non poteſt alienare eius bona non adhibito decreto, & alijs ſolennitatibus. deciſ.35.nu.8.& hoc regulariter. Fallit tamen vt ibi.
minor non poteſt conſtituere donationem ante nuptias ſine decreto iudicis, etiam quòd receperit dotem. deciſio. 75. nu.2.
minor non reſtituitur aduerſus alium minorem, ſiue aliã perſonam priuilegiatam. deciſ.ead.num.8.
minor non reſtituitur ad lucrum, quando lucrum eſt cum præiudicio tertij.in ead.num.9.
minor pars non poteſt præiudicare maiori parti. deciſ.97. numero 3.& 6.
minor quilibet præſumitur.dec.56. num.1.
minorem ætatem allegare non ſufficit quando minor ætas eſt fundamentum intentionis allegantis.deciſio.56. numero 2.
minores non poſſident,nec dicuntur ſpoliati, & non poſſunt agere ſpolio.dec.39.nu.6.
minores qua facilitate inducuntur ad contrahendum, eadem facilitate inducuntur ad renunciandum.deciſ. 18. num.69.
minores poſſunt euitare caducitatem in materia emphyteuſis,ſi hoc petant.dec.54.nu.6.
minores regulariter ligantur quacunque diſpoſitione. in ea.nu.4.
minores ligantur ſtylo, & conſuetudine. in ea.nu.5.
minori debet dari curator in criminalibus,de rigore iuris, ad hoc vt poſsit ſtare in iudicio. De conſuetudine tamen non ſeruatur.dec.13. nu.10.
minoris bona recipientis dotem non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione dotis. dec.75. nu.3.
minori datur reſtitutio aduerſus non confectum inuentarium, etiam quòd habeat tutorem,vel curatorem,quando peteret reſtitutionem ratione tantum minoris ætatis, ſed quando peteret reſtitutionem non tanquam minor, ſed ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, vel coniunctim, tunc non datur reſtitutio, ſed habet actionem contra tutorem, vel Curatorem.dec.55. nu. 21. 22. & 23. Limitantur prædicta non habere locum, quando tutor vel curator non eſſet ſoluendo. Secundò quando eſſet illegitimè conſtitutus.nu.24.& 25.
minoribus datur reſtitutio aduerſus non confectum inuentarium.dec.ea.nu.18.
minoribus,& ruſticis currit tempus etiam in materia non confecti inuentarij.in ea.nu.17.
minoribus non currit tempus quando tractant de damno vitando.in ea.nu.19.

Index.

minori quod detur reſtitutio aduerſus non confectum inuentarium, non ſimpliciter admittititur, ſed cum diſtinctionibus.vt dec.55.nu.20.
minor repræſentatur maior virtute iuramenti. deciſio.54. num.3.
minorum bona illata in domum conductam an intelligantur obligata, nouæ auctoris opiniones hactenus non animaduerſæ à docto.dec.75.nu.14.15.16.17.& 18.
minorum bona illata in domum conductam, ſecundùm vnã opinionem non ſunt obligata pro penſione domus. deciſ. 74.num.1.
minorum bona inuecta in domum intelliguntur tacita obligata pro penſione domus, quando conducit domum condecentem ſecundum aliam opinionem. deciſion. 75. numero 13.
minorum bona non poſſunt alienari ſine auctoritate curatoris.in ea.num.8.
minorum bona ob cauſam ſupradictam non obligantur. in ea.nu.5.
minorum bona ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus, ſecundum aliam opinionem & communem, quam tamen nouiter declarat author in ſine deciſionis.in ead. num.7.
minorum fauore multa fuere introducta. dec. 67.num.13.
miſsio in poſſeſſionem, cum ſit mixti imperij, licet nõ poſsit fieri per arbitros, poteſt tamen per ipſos pronunciari de mittendo.dec.47.num.2.
miſsio in poſſeſsionem, cùm ſit mixti Imperij, nedum non poteſt fieri per arbitros, ſed nec etiam per magiſtratus municipales.in ea.nu.8.
miſsio in poſſeſsionem non poteſt exerceri per magiſtratus municipales quomodocunque petatur, ſiue per officium iudicis, ſiue per actionem.in ea. num.24.
miſſus in poſſeſsionem ſiue per conſtitutum dicitur verè miſſus, & talis poſſeſsio cùm ſit quid facti, non infringitur ex cauſa dominij.dec.29.nu.27.
mobilia debent æſtimari, & habetur ratio ad tempus conſignationis traditionis, non autem reſtitutionis. deciſ.61. nu.13.& 15.
modernos expedit allegare, & ex lectura ipſorum maximum commodum paratur.dec.75.nu.15.
molendinum ad ſiue furnum ſi quis longiſsimo tempore accedit, non propterea dominus acquirit ius, niſi poſt prohibitionem prohibitus longiſsimo tempore acceſſerit ad furnum, ſiue molendinum, ſic in caſu de quo loquimur, id eſt in materia herbarum.dec.106. num.16.
mora committitur ſine interpellatione virtute iuramenti. deciſ.90.num.13.
moram emphyteuta eccleſiæ poteſt purgare, cùm eccleſia non ſit prona ad pœnas, hoc tamen declara quando non adeſſet iuramentum clauſulæ reſolutiuæ contractus, & ſimiles clauſulæ.deciſio.90.num.3.& num.34.vſque ad num.36.
moram emphyteuta poteſt purgare intra modicum tempus, quod modicum tempus ex communi opinione remittitur arbitrio iudicis.in ea.nu.1.& 2.
mora non poteſt purgari quando pars fuit paſſa damnum, & intereſſe.in ea.n.26.
mora poteſt purgari etiam quod interueniat iuramentum, dummodo ſoluatur id quod intereſt.in ea.nu.4. ſed contra nu.11.& 12.
mora purgari non poteſt, quando adeſt clauſula, rato manente pacto.in ea.num.21.
mora purgare non poteſt, quando purgationi moræ fuit expreſſè renunciatum.in ea.nu.22.
mora quando poteſt purgari circa tempus ex communi opinione, remittitur arbitrio iudicis, quod tempus non debet aſcendere ad annum.in ea.nu.32.& 33.
mora quod poſſit purgari, eſt benignior interpretatio. in ea. num.7.
moræ purgatio non admittitur in emphyteuſi priuatorum. in ea.nu.10.& nu.17.
mors aliquando eſt probanda per teſtes, aliquando per famam, deciſ.12.nu.5.
mors alicuius dicitur eſſe probata, ex eo quod iuuenis bellicoſus per mundum vagari cœpit, & ab eo tempore quo de eius vita dubitari cœpit lapſum ſit quinquennium, nec de eius ſoſpitate aliquid ſit notum. & ibi quid in probanda morte mariti ad hoc vt vxor alium accipere poſſit.dec.30.num.2.
mors alicuius debet plenè, & non per præſumptiones probari quando quis de homicidio imputatur. in eadem, num.4.
mors connumeratur inter caſus fortuitos.dec.67.num.28.
mors dicitur ſufficienter probata, quando quis viſus fuit ingredi bellum, & non exire.dec.30.nu.1.
mors eſt probanda per certum nuncium quando agitur de re maximi præiudicij. dec.12.nu.6.
mors eſt probanda per eum qui ſe fundat in ea. deciſio. 12. num.1.
mors in magnatibus quomodo probetur.dec.30.nu.6.
mors probatur per famam, quando tractatur de commodo pecuniario leuis momenti, quod quando ſit, relinquitur arbitrio iudicis.dec.12.nu.13.
mors probatur per famam, quando tractatur de apertura tabularum, & eſt communis opinio.in ead.nu.14.
mors probatur per libros rectorum alicuius Eccleſiæ, in quibus deſcribitur mors ſepultorum in eorũ Eccleſiis, quando agitur de modico præiudicio, ſecus ſi agatur de magno præiudicio.in ea.num.17.
mors quando probatur per vnum teſtem, licèt non plenè dicatur probata, facit tamen ceſſare præſumptionem, quod dicatur viuere vſque ad centum annos, & ſic transfert onus probandi in aduerſarium. in eadem, num.16.
mors vagantis per orbem, quomodo probetur. in eadem. num.3.
mortem ſeu vitam quando quis ſe fundat in eis tenetur probare. dec.12. num.3.
mortis probatio per famam non ſufficit quando tractatur de opulenta hæreditate, & ſucceſsione alicuius. dec.12. num.8.
mortis probatio per famam non ſufficit quando tractatur de irreparabili præiudicio, puta quod dicatur hominem ab aliquo veneno occiſum, exactiſsima enim tunc requiritur probatio, ſaltem per relationem officialium ex conſuetudine totius Italiæ. deciſio. eadem, num.9.
mortuos ſepeliri non minus expedit Reipublicæ, quàm viuentes conſeruari.dec.78.num.23.
mortuum aliquem eſſe cum liberis ſi allegetur, debet per allegantem probari. dec.12.num.4.
mortuus præſumitur miles qui ingreſſus eſt bellum, & non reperitur, & ideò iſto caſu mors probatur per famam. deciſ.12.num.12.
Mulier an & quando præſumatur acquiſiuiſſe de bonis ſuis, vel mariti.deciſ.28.nu.2.
mulier de iure Canonico non poteſt ſecundum virum accipere, niſi certum nuncium habuerit de morte viri, quod ius Canonicum correxit lege vxore. & Authen.

bodie



hodie. C. de repud. vbi diſponebatur quod ſi vxor per quinquennium nouam de marito non habuerit, impunè alteri nubere poterat.dec.12.num.7.
mulier dotata in teſtamento, vel inter viuos excluditur propter maſculos, ſtante ſtatuto Tudertino excludente mulieres dotatas.dec.21.num.1.
mulier dotata in minori parte quam ſit legitima, ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas, non poteſt petere ſupplementum legitimæ, & eſt magis communis opinio. dec.ea.num.41.
mulier, & ruſticus æquiparantur quo ad reſponſionem fiẽdam poſitionibus.dec.81.nu.3.
mulier, & ruſticus non æquiparantur, niſi in caſibus à iure expreſsis.dec.81.num.2.
mulier, & ruſticus reſpondet poſitionibus cum præſentia aduocati, ſiue procuratoris, quando poſitiones concernunt factum antiquum, vel ſunt admixtæ poſitiones iuris.dec.81.num.8.
mulier excluſa à ſtatuto, non intelligitur excluſa à petitione bonorum exiſtentium extra territorium, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, ſiue reſpectu quarundam perſonarum dicatur fauorabile, ſiue odioſum, & eſt comm.opin.contra Cur.Iun.& Cæph. deciſ. 76.num.8.& 9.& nu.10.
mulieres habent conſulere peritos.dec.109.num.21.
mulieres ſicut vadunt ad eccleſias pro indulgentiis, ita ad aduocatos pro conſiliis accedere debent.deciſio.109.numero 22.
mulieres ſunt fragiles, & idiotæ perſonæ. dec. 81.num.4.
mulieres ſtante ſtatuto excludente fœminas dotatas, excluduntur etiam ab hæreditate non dotantium. contra dec. Conſ.346.dec.21.num.26.
mulier licet poſt mortem viri dicatur poſsidere iure familiaritatis, hoc procedit in dubio, ſecus quando apparet de mutatione voluntatis. dec.61. numero 33.
mulier, neque alius non poteſt habitare cum diuerſis hæredibus ſeorſum habitantibus.dec.92.num.19.
mulier nubendo cenſetur omnia ſua bona tradidiſſe in dotem, præſertim quando vir eſſet dignus tanta dote. dec. 99.num.1.& num.2.& 3.
mulier præfertur non ſolùm hæredibus ipſius mariti, ſed etiam anterioribus creditoribus, & confeſſio retrotrahitur ad tempus promiſsionis, & eſt communis opinio.dec. 66.nu.28.
mulier quæ vult recuperare bona ſibi hypothecata pro dote, non poteſt eligere vbi voluerit, ſed arbitrio iudicis. dec.64.nu.17.
mulier reſpondet poſitionibus abſque interuentu aduocati, ſiue procuratoris, quando mulier debet reſpondere poſitionibus concernentibus factum proprium ipſius mulieris, & mulier eſt ſagax.dec.81.nu.6.
mulier ſimpliciter nubendo cenſetur conſtituere marito dotem ſibi relictam in teſtamento.dec.99.num.14.
mulier ſimpliciter ſecunda vice nubens, cenſetur conſtituere eandem dotem quam conſtituerat primo viro, ſi tamen plures habuiſſet viros, quoad iſtud lucrum attenderetur vltima dos.dec.99.num 15.16 & 17.
mulieri ſiue vxori competit retentio bonorum viri, donec ei reſtituatur dos, & ratio iſta competit quando poſſeſsio eſt vacans, & dummodo vxor verbis, vel facto declaret velle mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis. dec. 109.num. 3.& 4.
mulieri ſiue vxori competit retentio bonorum viri, donec ei reſtituatur dos, quod ius tranſmittitur ad filium, & ad ſingularem ſucceſſorem etiam non facta liquidatione.deciſio.109.num.1.& 2.
mulier qui eius culpa ſacculum in quo erat aurum, & argentum amiſit, tenebitur.dec.10.nu.16.
multiplicatio actuum magis eſt præſumenda, quàm cõtrarietas.dec.9.nu.13.
mutatio voluntatis non præſumitur. dec.109.num.5.
Mutiana cautio cõſiſtit in non faciendo, vel non petendo. dec.61.nu.20.
Mutiana cautio non habet locum, quando conditio negatiua eſt adiecta cum affirmatiua, ſimiliter quando per teſtatorem opponitur aliquid loco dictæ Mutianæ cautionis, puta priuatio legati.dec.61.num.42.& 43.
mutuans pecuniam in emptionem alicuius rei præfertur, in re empta, etiam anterioribus creditoribus, & mulieri agenti pro conſequenda dote, dummodo res ſpecialiter obligetur pro ſoluendo pretio venditori. deciſio. 45. num.19.
mutuum probabitur per teſtes qui viderint mutuare pecuniam, licèt quantitatem ignorent, & poterit deferri iuramentum ſuppletorium, ſi tamen ſumma ſit modica. dec.100.num.1.2.& 4.

N

NATTA conſ.481.num.10.reprehenditur. dec.22. num.19.
natus reputari debet qui in vtero eſt, quò ad ea, quæ ſibi commodo ſunt.deciſ.11.nu.29.
Neceſſitatis cauſa ceſſante ceſſat id, quod ob neceſſitatem eſt conceſſum.deciſ.43.num.10.
negato quod eſt plus, cenſetur negatum quod eſt minus. deciſ.16.nu.7.
negligens quis eſſe poteſt in rebus proprijs, ſecus in alienis. dec.10.nu.13.
negligentia tutoris probatur, quando fuiſſet citatus à volente ei vendere prædium, & dictus tutor recuſaſſet. deciſ. 67.nu.24.
negotiorum geſtores poſſunt deducere meliorationes. deciſ. 58.num.10.
nemo de ſua vxore poteſt ſibi tantum polliceri, quod poſſit aſſeuerare nullos alios viros illam expertam fuiſſe. dec. 18.nu.22.
nepos natus ex legitimo matrimonio, licet ex filio ſpurio, quòd poſſit inſtitui, latiſſime demonſtratur eſſe magis cõmunem & veram opinionem.dec.18.nu.36.
nepos ſpurius natus ex legitimo matrimonio, licet poſſit inſtitui hæres ab auo, ab inteſtato, tamen nihil de bonis dicti aui conſequi poteſt.in ea.nu.37.
nepotes ſuccedunt in locum patris, quando tractant de ſucceſsione patrui carnalis. tunc enim filius ſubintrat locum patris.deciſ.11.nu.1. Quod maxime procedit quando ſumus in ſucceſsione legis, nec venit conſideranda mens teſtatoris, & eſt communis opinio.nu.2.
nepotes legitimi, & naturales nati ex filio, ſpurio ex eo poſſunt ab auo hæredes inſtitui, quia leges paternum vitium ſolummodo cohibere voluerunt non auitum.deciſ. 18.nu.35.
Nobilibus quomodo, & quando ſit licita, vel prohibita armorum delatio.dec.31.num.2.
notariatus qualitas adminiculatur, ſi producantur inſtrumenta antiqua confecta à dicto notario, ſiue ante, ſiue poſt inſtrumentum, de quo diſputatur.dec.115.nu.15.
notarium quem eſſe non ſat eſt probare, niſi probetur fuiſſe notarium tempore confecti inſtrumenti.in ead.nu.5.
notarium quem non eſſe debet opponi in proceſſu, non an-

tem in allegationibus iuris.deciſ.115.nu.16.& 18.

nobilibus quomodo,& quando ſit licita, vel prohibita armorum delatio.dec.31.num.2.

notarius aliquis eſt hodie, non ſequitur quòd fuerit heri. dec.115. numero 7.

notariorum ignorantia partibus obeſſe non debet. deciſ.19. num 10.

notarius niſi fuerit rogatus non poteſt in ſecundo teſtamento apponere clauſulam derogatoriam primi. dec.2. num.36.

notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra iuriſdictionem illius, qui eum creauit. Fallit niſi eſſet creatus à Papa, vel Imperatore, fallit etiam quando conficeret inſtrumenta intra territorium contrahentium. deciſ.115. nu.23.24.& 25.

notarius poteſt acceptare donationem nomine capellæ, ſiue eccleſiæ, ad hoc ſaltem vt reuocabiliter dicatur tranſlata poſſeſſio, & dominium in ipſam capellam. dec.29. num.7.

notarius præſumitur, quotieſcunque cum antiquitate temporis concurrit publica vox,& fama, illum eſſe notariũ, quodque exerceat cum ſcientia ſuperioris.dec.115.num. 9.& 13.

notarius probatur ſi capituletur, quòd tempore confecti inſtrumenti ille talis fungebatur officio tabellionatus,& eſt communis opinio.dec.115.num.8.

notarius quando eſt mortuus, debet probari per comparationem literarum, quod ſcriptura ex qua ſumptum eſt Inſtrumentum, erat manus talis notarij.deciſio.115.numero 4.

notarius quis nõ præſumitur, niſi probetur, præſertim quãdo opponitur. dec.119.num.1.& 2.

notarius quis præſumitur ex productionibus inſtrumentorum, fama,& antiquitate temporis.dec.115. num.1.& 2.

notarius ſcribens inſtrumentum nocturno tempore ſi apponit diem, non autem noctem in inſtrumento, non incidit in pœnam falſi, tutius tamen eſt vt notarius ſcribat horam noctis, vt appareat.dec.116.nu.1.2.& 3.

notitia inducitur per actus iudiciales, & notificatio ſtatim cenſetur perfecta, quando relatio fit à nuntio.deciſ.67. num.25.

notorium dicitur probari, quando factum ſui natura tale eſt, vt omnes ſciant, vel veriſimiliter ſcire poßint. in ea. num.27.

notorium facti permanentis non opus eſt allegare, quando conſtat ex actis de dicto notorio.in ea.n.17.

notorium facti permanentis ſufficit allegare.in eadem. numero 16.

notorium facti permanentis ſufficit allegare in allegationibus iuris, & poſt concluſum in cauſa,& iudex poteſt ex officio ſe informare.in ea.num.19.

notorium inducitur per confeſsionem partis.deciſio.17.numero 20.

notorium non facti permanentis requirit ſententiam declaratoriam.dec.67.num.22.

notorium non facti permanentis requirit probationem .in ea.nu.21.

notorium non requirit cauſæ cognitionem, quia in eo ordo iuris eſt ordinem non ſeruare. deciſio. eadem. numero 20.

notorium quid ſit, & quomodo probetur hic remißiuè ponitur.in ea.nu.18.

nullæ ſunt qualitates non entis.dec.17.nu.12.

nullitas proueniens ex defectu poteſtatis arbitrariæ nõ cenſetur in dubio reiecta à ſtatuto. dec.2.num.23.

nummis legatis exiguiores debentur. deciſio. 23. numero 20.


O


OBLATIO bonorum iuxta auth.hoc niſi debitor. C.de ſolut.non competit equitibus Sancti Petri, Sancti Pauli, Lauretanis,& Piis.dec.64.nu.29.

oblatio bonorum non admittitur, vbi adeſſet contraria conſuetudo.in ea.num.31.

oblatio fideiuſſoris requiritur tempore oblationis bonorum in ſolutum, & non poſtea.in ea.nu.2.

oblatio minus realis ſufficit, niſi afferens extrahat pecunias oblatas de marſupio in præſentia teſtium.deciſ.105. num.2.

oblatio non nocet non citatis.in ea.num.8.

oblatio verbalis poteſt recuſari, quando creditor habet iuſtam cauſam recuſandi.in ea.num.7.

oblatio verbalis regulariter non ſufficit, ſed requiritur realis.in ea.nu.1.

oblatio verbalis ſufficit, quando creditor recuſat recipere pecunias,& eſt magis communis opinio.deciſio.105. numero 6.

obligans ſe tanquam principalem & medio iuramento, tenetur etſi obligatio principalis non ſubſiſtat.deciſio.27. nu.2.

obligatio antidoralis ceſſat, quando iſti pro quibus patrocinantur, eſſent pauperes, deciſ.111.nu.8.& 9.

obligatio antidotalis eſt ius naturæ, vt benefacienti benefaciamus.in ea.nu.3.& 15.

obligatus ad aliquid faciendum medio iuramento, liberatur ob impoßibilitatem.dec.64.nu.20.

obligatus ad dandam cautionem ſi fideiuſſorem non reperiat, liberatur dando iuratoriam cautionem. deciſion.63. num 6.

obligatus ad factum, ſi nõ adimplet, remanet obligatus ad intereſſe.deciſ.64.nu.32.

obligatio defuncti eo modo quo erat, ad hæredes tranſmittitur, cum omnibus ſuis qualitatibus. deciſion. 15. num.13.

obligatio principalis licèt non ſubſiſtat ex quacunque legitima cauſa, ex hoc fideiuſſor nõ dicitur liberatus quin teneatur, quando de eius enixa,& clara voluntate conſtat velle obligari, & teneri licet principalis obligatio non ſubſiſteret.deciſ.27.num.1.

Offenſio quando eſt permiſſa, multò magis eſt permiſſa damnificatio.deciſ.11.nu.19.declara vt nu.20.

officialunculi quidam per fas & nephas quærunt ſuperlucrari.deciſ.80.nu.23.

Onus eſſe debet vbi eſt emolumentum.deciſ.43.num.5.

onus probandi non conſideratur circa expenſas quæ in probando fieri contingunt, vt in extrahendis inſtrumentis, ſed ſolùm circa difficultates probandi. deciſion.8. num.25.

Operarij excuſantur, quando aliquid faciunt de mandato conducentis. Fallit quando operarentur nocturno tempore. Fallit quando eis fuiſſet proteſtatum. Fallit quando dicti operarij eſſent vicini fundo, vbi operabantur, vel aliàs ſciuiſſent fundum non eſſe conducentis dictos operarios. Fallit quando fundus eſſet litigioſus & operarij hoc ſcirent, arbitrio tamen iudicis.deciſ.103. num.1. 2.3.& 4.& nu.13.& 14.

operæ fabriles non debentur niſi à libertis ſuis patronis, cum fuerint impoſitæ, & promiſſæ. deciſion. 28. numero 13.


opinio




opinio authoris quod in executione fienda tutius ſit citare etiam dominum, & procuratorem ſi hoc commodè fieri poßit.dec.6.num.6.

opinio Caſtren.reprobatur.dec.88.nu.14.

opinio Cumani humana, æqua,& quæ ſeruatur in practica tanquam communis. dec.79.nu.16.

opinio noua auctoris contra communem, quòd ſi furioſus parum ante delictum fuiſſet confeſſus eius peccata poſſit vltimo ſupplicio affici.dec.77.nu.12.

opinio Petri Duen.dicentis requiri ſemper proteſtationẽ reijcitur.dec.78.nu.5.

opinio quæ concordat,& diſtinguit tanquam media eſt tenenda.dec.72. nu.10.

opiniones Bal. Alex.& Beroi. reiectæ.dec.79.num. 15.

opiniones nouæ, & declarationes auctoris, quando bona minorum illata in domum conductam intelligantur obligata, hactenus non animaduerſæ à docto.dec.75. num. 14.15.16.17.& 18.

opinio vltima cenſetur approbata, quando plures opiniones recenſentur.dec.89. nu.12.

opinioni vniuerſitatis,& collegij magis adhærere debemus, quàm opinioni particularis Doctoris. deciſio.7.numero 19.

Oportebit, verbum hic exponitur pro operturam erit.dec. 78.nu.9.

oppreſſis eſt ſuccurrendum.dec.39.num.10.

Ordinarius putans ſe delegatum ſi proceſſerit tanquam delegatus ſuſtinetur proceſſus.dec.117.num.9.

originis locus magis attenditur, quàm locus domicilij.dec. 85.num.4.


P


PACTA plurimum operantur in contractibus emphyteuticis.dec.22.num.11.

pactum de non alienando abſque hypotheca non impedit dominij tranſlationem.dec.68.num.10.

pactum eſt duorum, vel plurium conſenſus, pollicitatio eſt ipſius offerentis promißio.dec.9.num.27.

pactum factum inter dominum & colonum, quod finito tempore locationis melioramenta perderentur & ipſi domino directo quærerentur, valet & meliorans non poteſt conſequi melioramenta, nec illorum æſtimationem. dec. 24.num.16.

pactum inter dominum, & paſtorem eſt omnino ſeruandum.dec.10.num.6.

pactum nudum de iure Canonico parit actionem ſecundũ communem opinionem, quod procedit etiam in foro ſeculari in terris Eccleſiæ.dec.9.num 26.& 29.

pactum quod fundus ſit inemptus, ſi emptor ſuo tempore non ſoluat pretium, cùm cenſeatur appoſitum fauore venditoris, ita demum procedit, ſi venditor velit. deciſ. 33.num.5.

paleæ appellatione fructuum continentur. deciſio. 14. numero 9.

paleæ inter dominum,& colonum ſunt diuidendæ, quemadmodum alij fructus, ſemota conſuetudine.deciſio.ea. num.10.

parentum commune votum eſt parare diuitias filijs. deciſ. 2.num.30.

partis citatio non requiritur quando quis abſoluitur à iuramento ad effectum agendi.dec.18.num.3. & hoc ideo eſt, quia pars quò ad eius iura non læditur.n. 5.& quòd in tali caſu non requiratur, latiſſimè demonſtratur,& eſt magis communis opinio.num.8.& quod non requiratur, de ſtylo ſeruatur.num.9.

Pater, an & quando teneatur ſoluere legitimam pro filio. deciſio.11.num.26.27.28.& 30. vide ſupra in verbo legitimam.

Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona.deciſ. 11. num.3.

Pater in caſu enormißimæ læſionis circa legitimam filiæ tenetur ſatisfacere multa indicta, pignoribus captis, vel detruſo eo in carceribus.deciſione vigeſima prima. num.55.

Pater non dicitur legitimus adminiſtrator in ijs, in quibus ipſi non quæritur vſusfructus. deciſione decima tertia. numero 6.

Pater non ſimpliciter poteſt alienare bona filij in quibus habet vſumfructum, ſed vrgente neceſſitate, qua neceßitate vrgente poteſt alienare ſine iudicis decreto: & eſt communis opinio.dec.12.num.11.

Pater promittens dotem de bonis paternis,& maternis cenſetur promiſiſſe de paternis bonis tantum, & eſt magis communis opinio.dec.21.num.16.

Pater promittens dotem, puta tot de bonis maternis, & tot de bonis paternis, tunc cenſetur feciſſe promißionem tam de bonis paternis, quàm maternis, cùm non effuſo ſermone, ſed diſtinctè locutus fuerit: & eſt communis opinio.dec.21.num.28.

Pater promittens dotem pro filia, ſi apparet quod de bonis filiæ promittere voluit, promißio exequetur in bonis filiæ, in ead.num.31. prædicta facilius procedunt, quando adeſt conſenſus filiæ, num.32.

Pater præſumitur bonum conſilium pro filio capere. deciſ. ead.nu.56.

Pater ſi dixit ſe dotare filiam de bonis paternis, & maternis, nihilominus filia poterit conſequi bona materna, ne effuſo ſermone videatur cum rebus alienis liberalitate vti.dec.21.nu.23.

Pater ſi male vtitur dote, puta quod dotalẽ fundum vxoris filij alienauerit, filius aliquid dicere non poteſt viuente patre, ſed poſt mortem patris.deciſ.13.num.17.declara vt infrà, nu.18.& ſeq.

Pater tenetur conſentire filio volenti agere, aliàs Iudex ſupplet.deciſ.16.num.3.

Pater vrgente neceſſitate debet alienare bona filij in quibus habet vſumfructum aliàs teneretur filio ad intereſſe, & in primis debet alienare mobilia, deinde immobilia, ſi mobilia non ſufficerent, in deciſion.13. numero 12.

Patres aliquando reperiuntur odio proſequi proprios filios. deciſ.21.nu.57.

patria poteſtas non attenditur in ijs, quæ publicis iuris ſunt.dec.13.nu.9.

patriæ ſuæ nomen afferre iucundiſſimum eſt. deciſ. 21. numero 13.

partitæ dicuntur connexæ, quando reperitur ſcriptum in libro,& de piu.deciſ.88.nu.12.

partitæ non dicuntur diuerſæ, quando ſunt factæ eodẽ tempore.deciſ.81.nu.11.

partitarum aliquarum verificatio non ſufficit, niſi alia concurrant, remittitur tamen arbitrio iudicis.deciſ.88.num. 13.& 15.

partitis libri alicuius mortui magis creditur, & ſemiplena inducitur probatio,& mors illius qui ſcripſit, æquipollet, ac ſi viuus iuraſſet.deciſ.88.nu.4.& 5.

patientia quando præiudicet.dec.99.nu.13.

Paulus Epiſcopus Odeſchalcus Marchiæ Anchonitanæ gubernator, & auctoris dominus. deciſion.104.nu-

mero 7.

pauperrimus non tenetur ad refectionem melioramẽtorum. deciſ.58.nu.1.declara vt num.13.

paupertas, vel diuitiæ quando ſunt fundamentum intentionis alicuius, debent per deducentem probari. deciſ.33.num.20.

Peccatum mortale committens in ſana mente, ſi efficiatur furioſus, & moriatur in illo peccato mortali, damnatur apud Deum.dec.77.num.13.

pecuniæ, & res mobiles videntur æquiparari. deciſio. 63. num.24.

pecuniæ ſolent dari ad cambia,& recambia Romæ, Venetijs,& Lugduni, & in alijs ciuitatibus inſignibus,& in multis locis adſunt montes non vacabiles. deciſio. 67. num.15.

pecuniam ſoluere quis non poteſt ne grauetur muneribus publicis, & ſi eam ſoluit, amittit.dec.3.nu.7.

pecuniam mutuans in emptionem alicuius rei præfertur in re empta etiam anterioribus creditoribus, & mulieri agenti pro conſequenda dote, dummodo res ſpecialiter obligetur pro ſoluendo pretio venditori. deciſio. 45. numero 19.

penſio,& fructus dicuntur iuſti, quando reddunt quinque pro quolibet centenario.dec,65.nu.15.

periculum ſpectare dicitur ad eum, cui res traditur æſtimata.deciſ.10.num.2.

periculum eſſe in mora, & quem eſſe ſuſpectum de fuga quando dicatur. deciſ.41. num.8.

periculum rei emptæ poſt perfectam venditionem pertinet ad emptorem,idem & in eo cui res fuit tradita in ſolutũ. deciſ.60.num.6.

peritorum iuramentum non debet eſſe veritatis,ſed credulitatis.deciſ.7.num. 8.Hoc tamen eſt intelligendum, ſi dicti periti commodè haberi poſſunt, quemadmodum in inſigni ciuitate Peruſiæ, & alijs ſimilibus locis, aliàs ſecùs,num.9.

periurus efficitur tranſactioni contraueniens. deciſio. 97. num.1.

periurium incurritur, etſi viciſſim creditor aliquid daturus ſit debitori.dec.64.nu.23.

periuro commiſſo pars ab eo abſolui non poteſt.deciſio.90. num.24.

perueniſſe in metallum reputatur etiam eum qui non eſt ad locum perductus.deciſ.80.nu.12.

perſonarum qualitas in conſiderando paupertatem, & diuitias attendenda eſt.deciſ.58.num.14.

peruſiæ reperiuntur quotidie bona ſtabilia venalia, & homines perquirentes pecunias ad cenſus, & ad mercaturas.deciſ.67.num.32.

peruſina ciuitas obediens Sedi Apoſtolicæ, pollens armis, literis, exercitiis,atque ædificiis.dec.55.num.12.

petens plus debito perdit iura ſua, & condemnatur in expenſis.deciſ.51.num.1.

petens plus debito vt cadat à iure ſuo quæ requirantur. dec.ead.num.11.

petitio generalis ſe referens ad ſcripturas in quibus verum debitum continetur, operatur vt creditor non dicatur petere plus debito.dec.51.num.3.

Petri Duen.opinio dicentis requiri ſemper proteſtationem reijcitur.dec.78.num.5.

Petrus Iacobus Amerigus procurator Peruſinus.deci.61. num.22.

Petrus Paulus Serius, Horatius Maurus,& Blaſius Angelicus aduocati Peruſini. dec.71.num.1.

Petrus Philippus Mattiolus Iuriſconſultus Peruſinus diſertiſſimus, qui olim legit Paduæ,& Peruſiæ,dec 70.

pœna ibi eſſe non debet, vbi non eſt culpa.deciſio. 80. numero 7.

pompa & impẽſa funeris maior debet eſſe in nobili, quàm in ignobili. dec.78.num.16.

poëtarum dictum, ſemiuirùmque bouem, ſemibouémque virum, non dicitur nec ſimpliciter vir, nec ſimpliciter bos.Deciſ.8.num.7.

pollicitatio ſi fieret præſenti reſoluitur in vim pacti. deciſ. 9.num.28.

poſitiones adinuentæ ſunt vt pars releuetur ab onere probandi.dec.8.num 1.& num.24.

poſitiones hodie loco interrogationum quæ olim fiebant, ſucceſſerunt.in ead.num 26.

poſitio quando facit mentionem de aliquo inſtrumento, & reſpondens dicat,prout in inſtrumento continetur, reſponſio dicitur conformis poſitioni, & partem releuat ab onere probandi,dec.8.num.14.

poſitio quando eſt inuoluta, vel inſtrumentum eſſet inuolutum, vel plura capita contineret, tunc quis non tenetur præcisè reſpondere, ſed ſufficit quod ſe remittat ad inſtrumentum.deciſ.8.nu.31.

poſitio quando eſt partim vera,& partim falſa,an poſſit in totum negari.deciſ.51.nu.6.

poſitionum impertinentia tribus modis hic enarratis conſiderari poteſt.deciſ.81.nu.5.

poſitionibus reſpondet mulier abſque interuentu aduocati, ſiue procuratoris, quando mulier debet reſpondere poſitionibus concernentibus factum proprium ſi ipſius mulieris,& mulier eſt ſagax.dec.81.nu.61.

poſitionibus reſpondent mulier,& ruſticus cum præſentia aduocati ſiue procuratoris, quãdo poſitiones concernunt factum antiquum,vel ſunt mixtæ poſitiones iuris. deciſ. ead.num.8.

poſitionibus reſpondet ruſticus cum præſentia aduocati, ſiue procuratoris,quando eſt rerum ignarus,ne facilè falli poſſit.in ea.nu.7.

poſitioni certitudinariè reſpondere debens non tenetur reſpondere quando reſponſio cõcernit factum alienum.deciſ.8.num.15.

poſitioni facienti mentionem de aliquo inſtrumento, reſpondens (credo prout in inſtrumento continetur) perinde eſt, ac ſi expreſſiſſet ea,quæ in inſtrumento continentur. in ea.num.12.

poſitioni ſi quis reſpondeat, credo prout ponitur ſi in inſtrumentum, vel ſcriptura appareat, talis reſponſio in Curia Romana non admittitur.in ea.nu.3.

poſitioni reſpondens (non credo niſi inſtrumentum appareat) non dicitur rectè reſpondere, quia ex tali reſponſione pars non releuatur ab onere probãdi. deciſ.ea. num.4.

poſitioni reſpondens de qua fit mentio in aliquo inſtrumento, ſi dicit credo prout in inſtrumento apparet, valida eſt iſta reſponſio ex communi Doctorum opinione. deciſ.ea. num.11.

poſitioni reſpondere debens habere debet terminum ad deliberatè reſpondendum, quando reus dubitat ſuper reſponſione fienda. in eadem, num.22. Ampliatur eſſe dandam talem dilationem etiam quando quis interrogaretur ſuper facto alieno, hoc tamen ſemper intelligitur, ſi talis informatio poteſt haberi abſque ſumptu. num.30.

poſitionum cauſa finalis fuit litium expeditio. deciſio.ead. num.28.

poſitionibus qui tenetur reſpondere,& dubitat de reſponſione per eum fienda, danda eſt ſibi dilatio ad deliberandum.dec.8.nu.9.



poſſeſſio apprehendenda de licentia iudicis ſiue citatione partis nihil operatur, quod tu declara procedere, quoad plenarium præiudicium.dec.69.nu. 6.

poſſeſſio domus includit poſſeſſionem rerum mobiliũ in domo exiſtentium.fallit quãdo mulier limitate petiiſſet poſſeſſionem domus tantùm.dec.109.nu. 10.

poſſeſſio eſt quid facti, & non transfertur in aliquem, niſi apprehendatur & eſt communis opinio, & non continuatur etiam in filiis.dec.69.nu.1.

poſſeſſio ciuilis & naturalis licèt transferatur ex clauſula conſtituti, apud donantem tamen remanet detẽtatio quædam.dec.29.num.37.

poſſeſſio in contractu euidenter inutili ſuſtinetur. ibid. num.32.

poſſeſſio in genere ſumpta eſt de iure gentium, diſtinctio tamen poſſeſſionum eſt de iure Ciuili.ibid.nu.15.

poſſeſſio familiaris nullius eſt momenti. dec.69.nu.20.

poſſeſſio longæua habet vim conſtituti, pacti, ac priuilegij,& eo maximè quando opponitur per viam exceptionis.dec.106.nu.1.

poſſeſſio longiſſimi temporis, cuius initij memoria non exiſtit in contrarium, habet præſumptionem iuris & de iure pro ſe adeo quòd non admittitur probatio in contrarium.dec.106.nu.5.

poſſeſſio magis probatur per vicinos, quã per alios. dec. 103.nu. 8.

poſſeſſio non acquiritur niſi animo de corpore, & defuncti animus ad hæredem non tranſmittitur.dec.69.nu. 10.& 11.

poſſeſſio non intelligitur facta per Ieſuitas,& Teatinos, niſi fuerint in quarta claſſe,& tunc dicuntur eſſe in quarta claſſe quando erudiunt pueros.deciſ.71..num. 7.& 17.

poſſeſſio non probatur ex perceptione fructuũ iure familiaritatis.dec.29.nu.15.

poſſeſſio probatur ex perceptione fructuũ ſiue penſionis. ibi.nu.14.

poſſeſſio quando eſt iunior non admittit ex aduerſo dominij exceptionem, & eſt communis opinio. deciſ.17. nu.5.

poſſeſſio vacans poteſt ab hæredibus,& filiis propria authoritate occupari.dec.69.nu.4.& 13.

poſſeſſionem rerum vacantium accipiens non incurrrit pœnam, poteſt tamẽ ab hæredibus aduocari poſſeſſio. dec.47.nu.20.

poſſeſſionis immiſſio non eſt retardanda, bona enim debent vendicari ab hæredibus.dec.71.nu. 1.

poſſeſſionis recuperandæ remedium non competit ei, qui culpa ſua cadit à poſſeſſione.dec.11.nu.16.

poſſeſſor etiam malæ fidei deducit melioramẽta.dec. 34. num.18.

poſſeſſor tertius in materia excuſſionis, qua exceptione poſſit ſe tueri.dec.45.nu.9.

poſſeſſorij ſpecies duplex, ſummarium & plenariũ. dec. 20.nu.1.

poſſeſſor nedum bonæ fidei, ſed etiam malæ fidei melioramenta, ſiue impenſas neceſſarias deducit. deciſ.24. num.13.

poſſeſſor triennalis bonæ fidei facit fructus ſuos.dec. 33. nu3.declara,vt nu.18.

poſſeſſorium ſummarium quid ſit.dec.20.nu.2.

poſſeſſoriũ ſummariũ ideo dicitur quia ſummariè proceditur.ibi.nu.3.

poſſeſſorium iudicium dicitur etiam momentaneum, qui paruum affert præiudicium.in ea.nu.5.

poſſeſſorium iudicium dicitur etiam extraordinarium. ibi.num.7.

poſſidens mobilia non præſumitur poſſidere tempore ſpoliationis.dec.59.nu.5.

poſſeſſorium plenarium quod dicatur.dec.59.nu.13.

poſſidere qui non poteſt legitimè, dicitur iure familiaritatis poſſidere ſi poſſidet.dec.11.nu.22.

poſſidere de præſenti præſumitur qui olim poſſidebat in immobilibus.dec.59.nu.4.

poſſidere ſine vitio ille dicitur, qui occupat poſſeſſionem vacantem, quando eſt vocatus in fideicommiſſo. dec. 71.nu.12.

poſſidens ſemel præſumitur in futurum poſſidere. deciſ. 69.nu.3.

poſſidentes tempore litis conteſtatæ ſunt manumittendi in poſſeſſione.dec.69.nu.18

poteſtas quando allegatur ſuſpectus, toto eius familia allegatur ſuſpecta.dec.108.nu.3.

Practicus Papienſis reprehenditur in loco annotato.deciſ.8.nu.19.

præcepta præſumuntur ſubſcripta ab auditoribus de mandato reuerendiſſimi gubernatoris, quando gubernator eſt præſens, ratione quia de facili poteſt adiri. dec.104.numero 1.& 2.

prædium non æſtimatur ex magnitudine, ſed ex bonitate, & redditu.dec.65.num.13.

prædia venalia quæ emi potuiſſent, opus eſt probare ad hoc vt teneatur tutor.dec.67.nu.2.3.& 4.

Prædo etiam eſt tuendus in poſſeſſione ſua, & ad eam amiſſam eſt reſtituendus.dec.11.nu.21.

Prælatus Eccleſiæ non poteſt in compromiſſo adijcere verba, procedendi de iure,& de facto, quia arbiter poſſet lædere Eccleſiam non admittendo probationes. dec.2.nunumero 13.

prælegatum ſi non valet, ſuſtinetur tanquam donatio cauſa mortis.dec.117.nu.10.11.& 28.

præſcriptio tunc curriſſet, quando fuiſſent requiſiti, deinde cucurriſſet tempus triginta annorum. deciſion. 106. num.15.

præſcriptione immemorabili acquiritur etiam directum dominium.dec.ea.nu.6.

præces ſignatæ à locum tenente, ſiue ab auditoribus, præſumuntur ſignatæ de mandato, & commiſſione illuſtriſſimi & reuerendiſſimi Legati, quando legatus eſt præſens in prouincia.dec.104.nu.10.

præſcriptione adhoc vt quis poſſit ſe tueri in materia collectarum, & ſimilium impoſitionum, eſt neceſſe quod fuerit requiſitus, & contradixerit, deinde per triginta annos non ſoluerit.deciſ.3.nu.3.

præſides prouinciarum de iure non poſſunt concedere delationem armorum. Quid autem ſit de conſuetudine. dec.31.num.6.

præſcriptio triginta annorum non obſtat remedio reintegrandæ, ſecundum ſtylum Rotæ Romanæ. deciſion.59. num.10.

præſcriptione vt quis ſe tueri poſſit à ſolutione collectarum, non requiritur quod fuerit requiſitus, dummodo collectas non ſoluerit per triginta annos. deciſion.3. numero 2.

præſumitur pro decreto.dec.1.num.18.

pretij declaratio vigore reſeruationis in contractu venditionis retrotrahitur ad tempus factæ venditionis, quod idem eſt ac ſi à principio fuiſſet declaratum. De-

ciſ.53.nu.6.
pretium iuſtum dicitur illud quod percipitur ex penſionibus, & redditibus, per ſpacium viginti annorum. dec.65.nu.14.
pretium rei traditæ in dotem lex non poteſt fingere, quod habeat maritus inops ex Soc.Iun.quæ tamen opinio reprobatur per Didac.Couar.vbi dicitur poſſe habere pecunias in abſcondito.deciſ. 89. numer.14.& 15. & 19.
pretium eſt de eſſentia emptionis, & venditionis.deciſ. 60.nu.12
prætor non curat de minimis. deciſione 22. numero 18.
Priami Pectinarij patritij Alexandrini doctoris celeberrimi, Firmi gubernatoris, & auctoris cōpatris laudes. dec.79.nu.8.
principalis poterit opponere cōtra teſtes, etſi eius procurator fuerit citatus dummodo tamen nō fuerit citatus ipſe principalis. Item quando non petitur malitioſè, & pars iuret defectus teſtium nouiter ad eius notitiā, perueniſſe.dec.86.nu.5.& 6.
principis factum ſemper cenſetur excluſum.deciſion.50. num.11.
principis intereſt ne delicta remaneant impunita.deciſ. 3.num.6.
priuilegiatus nō vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.dec.3.nu.21.
probandi onus non conſideratur circa impenſas, quæ in probando fieri contingunt, vt in extrahendis inſtrumentis, ſed ſolùm circa difficultates probandi. deciſ. 8.nu.25.
probatio ætatis per deſignationem temporis non dicitur concludens, ſed præſumptiua, niſi deponatur de certo tempore.dec.55.nu.15.
probatio antiquioris poſſeßionis in materiæ reintegrandæ non ſufficit, niſi etiam deduceretur poſſeßionē conuenti eſſe clandeſtinam.deciſ.59.nu.6.
probatio mortis per famam non ſufficit, quādo tractatur de opulēta hæreditate, & ſucceßione alicuius.dec.12. num.8.
probatio mortis per famam non ſufficit, quando tractatur de irreparabili præiudicio, puta quod dicatur hominem ab aliquo veneno occiſum. exactißima enim tunc requiritur probatio, ſaltem per relationē officialium, ex conſuetudine totius Italiæ.ibi.nu.9.
probatio nulla maior confeßione partis.dec.17.nu.17.
probatione non indigent ea quæ fiunt in conſpectu principis.dec.45.nu.21.
probatio obſcura, & non concludens nō releuat.dec. 82. num.15.
probationes plenè requiruntur vbi agitur de maximo præiudicio.dec.12. nu. 10. Ampliatur hoc protendere in cauſis pecuniariis maximi momenti, niſi eſſemus in antiquis, nu.11.
probatio quæ fit contra inſtrumentum iuratum, debet fieri per quinque teſtes rogatos.dec.82.nu.11.
probatio per teſtes graue onus dicitur.dec.8. nu.2.
probatum dicitur pluſquàm ſemiplenè, quādo ſunt duo teſtes, vnus integer alter non, vel ſunt alia cum vno teſte indicia.dec.100.nu.8.
proceſſus factus cum filiofamilias irritabitur, etiā quod poſt litis conteſtationem pater ratificauerit acta facta per filiumfamilias.dec.13.nu.4.
proclama & bannimenta ſunt modi probandi prædia fuiſſe venalia.dec.67.nu.6.
Procurator adiuuans filium amici, cenſetur adiuuare ob amicitiam quam cum eius patre habebat, & ideo nil conſequi velle.dec.111.nu.7.
procurator etiam illo caſu admittitur ſine mandato, quādo vltra productionem ſcripturarum ad cauſam faciētiū docuerit ſe extrahi feciſſe dictas ſcripturas de ſuo. dec.110.nu.7.
procurator etſi nihil petat ab eo, pro quo patrocinatus fuit, habet tamen illum obligatum ad antidora prædicta an habeat locum, quando procurator dixiſſet nil conſequi velle.dec.111.nu.2.5.& 6.
procurator generalis ad vendendum an, & quo caſu poſſit, vel non poßit habere fidem de pretio.ponitur regula cum fallentiis.dec.33.nu.7.
procurator generalis conſtitutus ad lites & cauſas, regulariter intelligitur conſtitutus ad lites præſentes tantū, non autem ad futuras.dec.37.nu.1.
procurator præſumetur habere mandatum, ſi in præſentia ſui principalis faceret actus iudiciales, nā tūc domi nus mandare creditur, ex quo patitur fieri actus iudiciales in eius præſentia per aliquem. deciſ. 110. numero 9.10.& 17.
procurator non dicitur habere mandatum ad faciendum cadere dominum in pœnam.dec.51.num.5.
procurator præſumetur habere mandatum, ſi vltra productionem ſcripturarum ad cauſam facientium probabit conſignationem dictarum ſcripturarum fuiſſe factam à domino principali.deciſ.110.nu.1.
procuratorem de ſuo ſoluere non eſt veriſimile. deciſ. 110. num.8.
procuratores, & aduocati pauperum habentes ſalarium de publico noſtris temporibus extorquent à miſellis perſonis, & pecunias, & munera.dec.111.nu.10.
procurator quando producit ſcripturas facientias ad cauſam admittitur cum cautione de rato, etſi non docuerit de conſignatione ſcripturarum.dec.110.nu.6.
procurator qui patrocinatur in cauſa ſua, non repetit expenſas.deciſ.111.num.13.
procuratoris ſiue aduocati confeſſio ideo non nocet domino, quia ſe habet ad inſtar donationis. deciſ.82. num.9.
procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum, & alienandum bona, intelligitur ad bona, quæ conſtituens tunc habebat, non autem ad futura. deciſ. ead. num.4.
procuratores, ſiue aduocati gratuiti non poſſunt petere ſalarium.deciſ.111.num.1.
procurator, vel aduocatus, quando patrocinantur tacitè, vel expreßè, non repetuntur expenſæ.deciſ.111.nu.11.ſed contra.nu.12.& 14.
producens ſcripturam cenſetur confiteri contenta in ea.deciſ.19.num.3.
profeſſio in religione dicitur fieri per annum, & tres dies. deciſ.71.num.13.
profeſſus non habet neque velle, neque nolle, quando fuerit receptus in religione ab habente auctoritatem, & dicta profeſſio non fuerit facta calore iracundiæ. deciſ.71. nu.14.15.& 16.
prohibitam rem quis non cenſetur facere. deciſion.80.numero 4.
promiſſa ſunt ſeruanda.dec.9.num.33.
promiſſio quælibet habet tacitam conditionem (ſi ſibi obſeruetur fides.) deciſ.50.nu.2.





promißio rem tradi continet factum, & dicitur indiuidua.dec.112.nu.9.
promßio vnaquæque intelligitur de minori ſumma. Fallit quando fieret fauore dotis alternatiue, quia intelligitur de minori ſumma.dec 95.nu.39.40.& 41.
promiſſor facti alieni (etiam cum iuramento) excuſatur quando omnem adhibuit diligentiam. deciſ. 27. numero 6.
promiſſor minoris poteſt vti eadem defenſione qua minor.ibi.nu.10.
promittēs duobus cenſetur promittere ſeparatim, & cuilibet pro virili.dec.112.nu.3.
promittens tenetur ad conſignandam rem promiſſam, quando habet facultatem rei tradendæ.dec.88. nu.1.
propoſitum in mente retentum nihil operatur. dec. 109. num.6.
proteſtatio eſt bene quòd fiat ab eo qui expendit pro funere ad tollendas difficultates.dec.78.nu.10.
proteſtatio an & quando releuet, vel non. deciſion. 50. num.10.
proxeneta tunc admittitur, quando à partibus ita foret conuentum, & multo magis in cauſa dotis. deciſ. 95. nu.1.& 2.
proxenetæ admittuntur, quando alij teſtes haberi nō poſſunt.dec.67.nu.12.
proxenetæ in cauſa dotis admittuntur ad probationem dotis conſtitutæ, etiam partibus non conſentientibus ſecundùm Ruy. deciſ.95.nu.3.& 14.ſed contra num. 18.19.23.32.33.& 34. vbi de magis communi teſtatur.
proxenetæ tunc admitterentur fauore dotis, quando adeſſet alius teſtis idoneus, & eſt noua diſtinctio authoris.dec.95.nu.30.& 31.
proxenetis non creditur, niſi vtraque parte conſentiente, & eſt magis communis opinio.dec.67.nu.11.
Publicatio proceſſus requiritur ad hoc, vt poßit opponi contra dicta teſtium, ſecus contra perſonas.dec.73.nu. 1.& nu.6.
publicè vel palàm, quid fieri, differunt, & quid ſit publicè, & quid palàm.dec.42.nu.3.
pupillus debet probare fuiſſe repertos volentes pecunias ad cenſum, cambium, & in mercaturàm.deciſ.67.numero 5.
pupillus licèt non poßit ſe obligare principaliter poteſt tamen in conſequentiam.dec.75.nu.10.
Pupillus habet etiam obnoxia bona actoris quando intuitu ipſius pupilli fuiſſet conſtitutus actor, ſecus quando inſtante tutore, vel curatore, quia habet actione contra eos.dec.4.nu.2.
pupillus & infans quicquid vident ignorant.deciſio.18. num.54.
purgatio moræ non admittitur in emphyteuſi priuatorum dec.90.nu.10.& nu.17.

Q

QVAECVNQVE, dictio cū verbis ibi adnotatis operatur, acſi de bonis expreſſa mentio facta fuiſſet.dec.68.nu.7.
qualitas maſculinitatis quando eſt fundamentum intentionis alicuius, debet probari. dec.21.nu.59.
qualitas perſonarum in conſiderando paupertatem, & diuitias attendenda eſt.dec.58.nu.14.
qualitates nullæ ſunt non entis. deciſione 17. numero 12.

R

RAGACIVS ſi lumen in ſtalla tenuerit, & ob id domus locata combuſta fuerit, pater ſiue dominus dicti ragacij tenebitur, quia culpa ei tribui poteſt, cùm lumen ſimili perſonæ commiſerit.deciſio. 10. numero 15.
ratihabitio an & quomodo requiratur ad hoc vt donata Eccleſiæ perpetuò ei acquirantur.dec.29.nu.11.
ratificatio nō minus facto, quàm verbis fieri poteſt.dec. 35.nu.2.
ratificatio requiritur in comparitione, ſeu admißione cōiuncti pro coniuncto.dec.49.nu.4.
ratio cur non appellatur quò ad effectum ſuſpenſiuum eſt quia poteſt reparari in petitorio. dec.20.nu.15.
ratio adminiſtrationis non poteſt per vnum ſocium ab altero peti, quando ambo adminiſtrauerunt.& declaratur locus Caſtrenſis conſil.126.lib.2. deciſio.28.numero.20.
ratio eadem eſt de parte ad partem, quæ de tota ad totā. dec.106.num.27.
ratio eadem eſt de parte fructuum, quæ de omnibus fructibus.dec.106.num.14.
Raynaldus Rodulphus Iuriſconſultus Peruſinus authoris præceptor.dec.72.nu.6.
Raynaldi Rodulphi Iuriſconſulti Peruſini laudes. deciſ. 38.num.3.
Raynaldus Rodulphus, & Marcus Antonius Eugenius Peruſini, doctores Excellentiſſimi.dec.18.nu.2.
Receſſum à priore obligatione tunc dicitur, ſi res ita aſſignetur, quod euinci non poteſt.dec.101.nu.9.
rector alicui eccleſia licèt expreßè non poſſit gerere actus nociuos futuro ſucceſſori, nihilominus tacite bene poteſt nocere futuro ſucceſſori puta non appellando. deciſ.72. num.29.& 31.
rector beneficij non poteſt etiam cum expreſſo conſenſu (abſque diſpenſatione) locationem ſuo nomine vltra triennium factam approbare. deciſion. 34. numero 4.
redimendi facultatem qui habent, non curant deponere pecunias, donec non vident fructus pendentes, & maturos.dec.79.num.9.
relictum filio cenſetur relictum iure inſtitutionis, licet non fuerit dictum.dec.107.nu.8.
religioſus dicitur mortuus mundo.dec.71.nu.20.
regreſſus nō datur amplius de priuatione ad habitum. deciſ.17.numero 10.
regula, quod à ſententia lata in poſſeſſorio non detur appellatio, limitatur multipliciter. deciſion. 39. numero 7.
reipublicæ intereſt ne delicta remaneant impunita. dec. 3.num.6.
remedia plura ſi cui competunt, ſi alterum elegerit, non eſt ei neceſſitati adſcribendum.dec.23.nu.15.
remedio reintegrandæ præſcribitur ſpatio triginta annorum.dec.59.num 9.
remedium recuperandæ poſſeſſionis non competit ei, qui culpa ſua cadit à poſſeſſione.dec.11.nu.16.
remedium reintegrandæ. 3. quæſt.1. competit etiam pro rebus emphyteuticis, & eccleſiaſticis. deciſ. 17. numero 4.
remedium l.2.C.de reſcin.vend. non habet locum in contractu tranſactionis.dec.18.nu.45.declara vt infrà.
remedium.l.2. C.de reſcinden.vend. habet locum etiam in

*tranſactione, quando adeſt enormiſsima læſio, & eſt magis comm.opin.dec.18.nu.65.*
*remedium.l.ſi. quis maior.C.de tranſact. non habet locũ in minore iurante, propter eius imbecillitatem. ibid. nu.71.*
*remedium.l.2.C.de reſc.ven.ita habet locum in datione in ſolutum, ſicut in emptione & venditione.deciſ.60. nu.8.*
*remedium.l.2.Cod.de reſcind.vendit.ſecundùm aliquos non habet locum in venditione iurata. deciſion. 97. nu.2.*
*remedium d.l.2.non habet locum quando eſt facta venditio cum pacto redimendi quia debet fieri æſtimatio cum dicto pacto.dec.97.nu.7.*
*remedium prædictum competit etiam, quando emphyteuta priuatur re emphyteutica finita emphyteuſi abſque citatione.dec.18.nu.5.*
*remedium reintegrandæ datur etiam contra titulo poſsidentem.dec.59.nu.7.*
*remiſsio facta à procuratore excedente fines mandati, non valet in præiudicium domini conſtituentis. dec. 37.nu.6.*
*renunciatio mariti non debet obeſſe creditoribus licèt dicta renunciatio præiudicet marito, & eius hæredibus. dec.66.nu.39.*
*reo à quo plus debito petitum eſt, nõ licet totum debitũ negare, ſed verum debitum confiteri tenetur. deciſ.51. nu.2.*
*res emphyteutica reuertitur ad dominum finita emphyteuſi.dec.17.nu.7.*
*res empta à clerico, an empta præſumatur de bonis ipſius, vt ad ipſum ſpectet, vel de bonis eccleſiæ, vt ad eccleſiam pertineat.dec.33.nu.16.*
*res meliorata poteſt retineri ab eo, qui ipſam meliorauit donec ſibi ſatisfiat, etiam quod talis res non ſit ei aliter obligata.dec.24.nu.17.*
*reſpondens (credo, ſi inſtrumentum appareat) vel prout in inſtrumento continetur) nõ dicitur ſufficienter reſpondere, quia pars non releuatur ab onere probãdi. dec.8.nu. 8.*
*reſpondens poſitioni (credo vt ponitur ſi inſtrumentum vel ſcriptura appareat) non admittitur in Curia Romana.dec.8.nu.3.*
*reſpondens poſitioni (non credo, niſi inſtrumentum appareat) non dicitur rectè reſpondere, quia ex tali reſponſione pars non releuatur ab onere probandi. ibi. nu.4.*
*reſpondens poſitioni in qua fit mentio de aliquo inſtrumento, ſi dicit, (credo prout in inſtrumento apparet) valida eſt iſta reſponſio ex cõmuni Doct.opi. in ead. num.11.*
*reſpondens poſitioni mentionem facienti de aliquo inſtrumento (credo prout in inſtrumento continetur) perinde eſt, ac ſi expreſsiſſet ea quæ in inſtrumento continentur.ibi.nu.12.*
*reſpondens (ſi inſtrumentũ appareat) eſt diuerſa reſponſio ab illa, prout in inſtrumento continetur.ibi. nu.20.*
*reſpondere debens poſitioni.debet habere terminum ad deliberatè reſpondendum, quando reus dubitat ſuper reſponſione fienda.Dec.8.nu.29.*
*reſpondere debens poſitioni certitudinariè, reſpondere non tenetur, quando reſponſio concernit factum alienum.dec.8.nu.15.*
*reſpondere ille dicitur poſitioni, qui nihil addit, vel detrahit poſitioni.ibi.nu.6.*
*reſponſio certitudinariè, & ſimpliciter eſt faciẽda, quando adeſſet ſtatutum, aliàs ſecus, & eſt comm.opin.ibi. num.17.*
*Reſtaurus Caſtaldus Iuriſconſultus Peruſinus, & authoris præceptor obijt Peruſiæ annis elapſis.deciſion. 90. numero 25.*
*reſtitutio dotis fit ex neceſsitate, venditio ex voluntate. dec.79.nu.10.*
*reſtitutio in integrũ conceſſa minori, vel vniuerſitati, prodeſt etiam fideiuſſoribus.dec.27.nu.4.*
*reſtitutio licèt detur filiis, etiã ex ſpolio facto patri, hoc tamen debet probari.dec.39.nu.2.*
*retentio fundi, & alterius rei melioratæ quando detur pro melioramentis.dec.24.nu.24.*
*reſtitutio non competit ſpoliatis, quando dominus poteſt rem propria authoritate capere. deciſion. 17. numero 18.*
*reſtitutio quando impediatur ſpoliato per comparitionẽ tertij.dec.26.nu.22.& 23.*
*retrouendere ſiluam quando quis promiſit, non poteſt eam extirpare, & ſi aliter faceret, teneretur ad intereſſe, quod tamen non haberet locum in ſilua cedua.deciſio.5. num.4.*
*retrouenditio non fit pro eodem pretio, niſi fuerit conuentum, ſed pretium remittitur arbitrio iudicis, & attenditur pretium currens tempore retrouenditionis. dec.79. num.17.*
*reus quo caſu poſſit litigare ſuper tota ſumma. deciſio.51. num.9.*
*Rom.conſ.284.reprehenditur, & cõtra eum eſt communis opin.deciſ.93.nu.51.*
*Romæ, Venetijs, Lugduni, & in alijs ciuitatibus inſignibus ſolent dari pecuniæ ad cambia & recambia, & in multis locis adſunt montes non vacabiles. deciſion.67. num.15.*
*Rota Romana quid ſeruet in hoc caſu, & quomodo eius obſeruantia intelligatur.dec.109.nu.20.*
*Ruſticis ſubuenitur arbitrio iudicis attenta qualitate ruſticorum.dec.34.nu.12.*
*ruſtici & idiotæ perſonæ poſſunt reſpondere poſitionibus præſente eorum aduocato ſiue procuratore qui poſſunt eos inſtruere.deciſ.81.nu.1.*
*ruſticis quibus caſibus ſubueniatur.dec.34.nu.15.*
*ruſticus & mulier æquiparantur quoad reſponſionem fiendam poſitionibus.deciſ.81 nu.3.*
*ruſticus & mulier non æquiparantur, niſi in caſibus à iure expreſsis.dec.81.nu.2.*
*ruſticus, & mulier reſpondent poſitionibus cum præſentia aduocati, ſiue procuratoris, quando poſitiones concernunt factum antiquum, vel ſunt admixtæ poſitiones iuris.dec.ea.nu.8.*
*ruſticus quis dicatur.dec.34.nu.1.& 13.*
*ruſticus reſpondet poſitionibus cum præſentia aduocati, ſiue procuratoris, quando eſt omnino rerum ignarus, vt facilè falli poſſit.dec.81 nu.7.*

S

*SACRAMENTIS pro Eccleſiaſticis ſoluere quis non cogitur neque de iure, neque de conſuetudine.dec.72.num.8.*
*ſana mens omnino non requiritur in homine diſponente de rebus ſuis.dec.1.num.14.*







*ſanæ mentis quis in dubio præſumitur.dec.1.nu.10.*
*ſatiſdatio eſt danda de vtendo & fruendo arbitrio boni viri & de reſtituendo mobilia ſi non reperiantur deteriorata, alias de reſtituendo pretium: ſi autem ſunt res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, datur ſatiſdatio de reſtiẽdo æſtimationem.dec.61.nu. 14.*
*ſcandala ad euitanda multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur. dec.20.num.12.*
*ſcholaris tenetur defendere opinionem ſui præceptoris.dec. 117.num.31.*
*ſcientia ciuili pro habenda eſt neceſſe habere omnes libros illiſque continuò incumbere, & ſtudere.deciſio.125. numero 17.*
*ſcientia inducitur ex publica voce & fama. deciſio. 103. num.12.*
*ſcientia in genere quando noceat, ne tertius poſsit appellare.dec.26.num.18.*
*ſcientia tutoris dicitur ſcientia pupilli.deciſio.67. numero 14.*
*ſcientia non præſumitur, niſi probetur, quod fama erat, vel quod amici dixerint, vel quid ſimile.deciſio.19. numero 23.*
*ſcientia teſtamenti poteſt probari coniecturis.dec.19.num. 17. Quæ coniecturæ debent eſſe probabiles, perſpicuæ, & concludentes.num 18.*
*ſcientia vbi requiritur, non ſufficit eam probari in genere. dec.26.num.20.*
*ſcire illud dicimur, quod ab alijs audiuimus.deciſio. 103. num.10.*
*ſcire illud dicimur, quod per præſumptiones & coniecturas ſcimus.dec.103.nu.11.*
*ſcriptor poteſt vti retentione quinternorum, donec ſibi de mercede fuerit ſatisfactum.dec 34.num.7.*
*ſcriptura ad hoc, vt probet, debet fieri literarum comparatio, & per depoſitionem teſtium recognitio coniunctim, quando dicta ſcriptura negatur, ex communi Doctorũ calculo.dec.7.num.21.*
*ſcriptura ad quam & ſcriptura ex qua quæ dicatur. dec. 7.num.1.*
*ſcriptura ad quam debet habere ſubſcriptionem trium teſtium, quando ſcribens eſt peritus, quando autẽ ſcribens eſt imperitus, requiritur ſubſcriptio quinque teſtium.dec.7.num.2.*
*ſcriptura eſt de ſubſtantia ad validitatem actus, quando ita partes conueniunt, hoc tamen non procedit ſimpliciter, ſed quando annullatur actus, vbi declaratur doctr. Caſtrenſ.dec.101.num.5.& 13.*
*ſcripturæ repertæ in archiuio probant tribus concurrentibus. Primò, quòd Archiuio præſit officialis publicus. Secundò, quòd ſcriptura ſit poſita inter ſcripturas authenticas. Tertiò, quòd eis detur fides ex conſuetudine. dec.115.num.19.& 20.*
*ſcripturarum conſignatio poteſt probari per teſtes.dec.110. num.3.*
*ſcriptura ex qua debet pariter eſſe adnotata tribus teſtibus cum eorum ſubſcriptione, quorum duo ſaltem de eorũ ſubſcriptione atteſtentur.in eadem.num.6.*
*ſcripturam producens cenſetur confiteri contenta in ea. dec.19.num.3.*
*ſcripturam producens cenſetur approbare contenta in ea, quando diſpoſitiuè, non autem enunciatiuè probata reperitur.deciſio.19.num.25.fallit quando producens proteſtatur eam producere in parte & partibus, & eſt communis opinio. num. 26. Hoc procedit, quando partes non proteſtantur, & aliis quibuſdam caſibus enumeratis.ibi.num.28.*
*ſcriptura recens vix poteſt fieri, vt videatur facta de antiquo.dec.115.num.12.*
*ſcriptura reperta in archiuio Senenſi, non probat in ditione Peruſina, & ſic non probat extra iuriſdictionem archiuij.deciſ.115.num.21.*
*ſententia à qua fuit appellatum, & appellatio eſt deſerta, & elapſa ſunt fatalia, non poterit exequi, niſi citata parte ad opponendum quicquid vult & poteſt. deciſio. 6.num.4.*
*ſententia, lata in iudicio poſſeſſorio dicitur interlocutoria, non diffinitiua.dec.20.num.8.*
*ſententia ſortitur effectum, quò ad executionem im poſſeſſorijs, & eſt magis communis opinio.dec.ea.num.18.*
*ſententiæ executio, an, & quando poſsit impediri à tertio comparente pro ſuo intereſſe.dec.26.num.8.*
*ſententiæ executio non retardatur comparente tertio, quãdo appareret ipſum emiſſe rem litigioſam. deciſio. ead. num.9.*
*ſententiam in dubio accipimus diffinitiuam. deciſion. 96. num.34.*
*ſententiæ pro rectitudine præſumitur biennio tranſacto, & quòd tranſiuerit in rem iudicatam. deciſion. 26. numero 4.*
*ſententia, quæ prius tranſiuerat in rem iudicatam, eſt attendenda.dec.72.nu.30.*
*ſententia quandoque profertur in ſummarijs & executiuis.dec.23.num.16.*
*ſententia tranſit in iudicatum, quando ab ea non appellatur.dec.72.num.24.*
*ſepulturæ materia vbi tractetur remiſſiuè. deciſion.78.numero 25.*
*ſepeliri mortuos non minus expedit reipublicæ, quàm viuentes conſeruari.in ea.nu.23.*
*Simplices repetere poſſunt velut errantes, & ſimplicitati eſt ſuccurrendum.dec.34.num.14.*
*ſimpliciter illud fieri dicitur, quòd ex verbis nullam habet modificationem.dec.8.nu.5.*
*Sindicus, & quilibet alius, poteſt acceptare donationem factam Eccleſiæ.dec.29.num.20.*
*ſingularitas obſtatiua dicitur, quando de vnico actu tantùm probando agitur inter teſtes, inter quos interueniat variatio loci, aut temporis, prout euenit in teſtibus Suſannæ.dec.9.num.11.*
*ſingularitas diuerſificatiua eſt, quæ in actu reiterabili conſideratur, & ex ipſa neceſſariò diuerſitas factorum inducitur, iuxta exemplificationes homini adiectas.dec. ea.num.12.*
*ſingularitas cumulatiua, ſeu adminiculatiua eſt illa, quando ex ipſis ſingularibus teſtibus nulla reſultat repugnantia, obſtantia, ſeu diuerſitas factorum, ſed omnes ſuper principali facto concordant, & ad eundem finem tendunt ad probandum, & coadiuuandum actoris intentionem ſuper eo, quod per ipſum actorem probatum fuit, licèt in loco aut tempore diuerſificetur.in ea. num.14.*
*Societas quòd perpetuò duret non poteſt fieri. dec.106.numero 28.*
*ſocius qui adminiſtrauit, tenetur ſocio reddere rationem adminiſtrationis.dec.20.nu.7.*
*ſolennia requiruntur in compromiſſo quemadmodum in alienatione.dec.2.num.24.*
*ſoluere pecuniam quis non poteſt, ne grauetur muneri-*

bus publicis, & ſi eam ſoluit amittit. deciſion. 3. numero 7.
ſoluere quis non cogitur, neque de iure, neque de conſuetudine pro ſacramentis eccleſiaſticis. deciſ. 72. num. 8.
ſolui non poteſt vna res pro alia inuito creditore, ſecus eo conſentiente, & ſi ſoluat alteri de commiſsione creditoris, debitor liberatur ope exceptionis. deciſio. 101. numero 17. 18. & 19.
ſoror petens legitimam à fratre debet ab eo pendente lite alimentari. dec. 46. num 3.
Specialitas in vno caſu arguit ius commune eſſe in cõtrarium. dec. 23. num. 26.
ſpeculatoris dictum in §. nunc dicimus. in tit. de inſtr. edit. verſ. Quid ſi quis in libello. declaratur. deciſion. 8. numero 16.
Spoletana ciuitas recognoſcit in ſuperiorem ſummum Pontificem. dec. 3. num. 5.
ſpolians non debet audiri niſi purgauerit ſpolium vſque ad annum. dec. 61. num. 1.
ſpoliatis quo caſu non competat reſtitutio. deciſio. 17. numero 18.
ſpoliato quando impediatur reſtitutio per comparitionem tertij. deciſion. 26. num. 22. Ampliatur vt num. 23.
ſpoliatus debet ante omnia reſtitui. dec. 70. num. 4.
ſpoliatus debet ante omnia reſtitui. dec. 17. num. 1.
ſpoliatus debet probare ſe poſſediſſe tempore ſpolij. deciſio. ea. num. 6.
ſpoliatus non debet reſtitui, quando notoriè conſtat de non iure ſuo. in ead. num. 19.
ſpoliatus non eſt reſtituendus, quando ex actis conſtat agentem eſſe prædonem. dec. 11. num. 23.
ſpolium non cadit quando dominus poteſt rem propriam authoritate accipere. dec. 17. num. 16.
ſpurij à legibus ex eo facti ſunt inſucceſſibiles, ad hoc, vt refrenaretur concupiſcentia hominum. in eadem numero 19.
ſpurij dicuntur omnes illi, qui ſunt nati ex iis perſonis, inter quas non poteſt contrahi matrimonium, & ab omni ſucceſsione repelluntur. dec. 18. nu. 14.
ſpurij de iure Canonico appellantur Manſeres & Nothi. deciſio. eadem, num. 15.
ſpurijs ea ratione nihil relinqui poteſt, quia quemadmodum pater per fatuitatem errat recipiendo tales pro filijs, ita etiam errat eos inſtituendo, ob falſam cauſam, quæ vitiat diſpoſitionem, cùm ſi ſciuiſſet eum non eſſe eius filium, non eum inſtituiſſet. dec 18. nu 21.
ſpurij ex ſeruo & libera ſunt incapaces. in eadem, numero 26.
ſpurij inſucceſsibiles ſunt tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato dec. 18. num. 18.
ſpurij incerti penitus, & nati ex meretrice publica, ex quo certum patrem oſtendere non poſſunt, nihil eis relinqui poteſt, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato. ibidem. num. 20.
ſpurij nati ex libero & libera ſuccedunt patri in ſexta parte totius hæreditatis, dummodo tempore mortis dicti patris non ei reperiatur legitima vxor. in eadem. numero 23.
ſpurij nati ex libero & ancilla, ſi tempore mortis non reperiantur manumiſsi, ſuccedere non poſſunt, & remanent ſerui. dec. ea. num. 24.
ſpurij nati ex libero & ancilla, ſi fuerint manumiſſi, poſſunt ſuccedere in ſolidum vnà cum aliis legitimis liberis, & naturalibus, ſi ſuperſint. in ea. num. 25.
ſpurij nati ex ſeruo & ſerua, niſi manumittantur, ſunt incapaces, & ſerui remanent. in ea. num. 27.
ſpurij quòd poſsint ſuccedere à ſtatuto diſponi non poteſt. ibid. num. 17.
ſpurij ſunt abominabiles & exoſi omni iure infames infamia facti, repelluntur ab honoribus, & dignitatibus, nõ ſunt legitimi teſtes, & inſucceſſibiles tam maſculis, quàm fœminis. in ea. num. 16.
ſpuriorum ſunt duo genera, nam aliqui ſunt ſpurij nati ex damno coitu, aliqui verò ex non damnato coitu. deciſ. 18. num. 12.
ſpurius debet probare ſe legitimatum, cùm hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis, contra Crauettam. deciſion. 18. num. 28.
ſpurius natus ex coitu non punibili, puta ex duobus ſolutis, ſiue ex vxorato & ſoluta, vili tamen muliere, & quæ non ſit vulgo quæſita, & alia ſoboles non remaneat, eſt habili ad ſuccedendum. deciſion. ead. numero. 29.
Statuta recipiunt interpretationem à iure communi. deciſ. 9. num. 32.
ſtatuto Peruſino permittitur poſſe agi executiuè pro legato conſequendo. dec. 23. num. 31.
ſtatutum attenditur ſub cuius iuriſdictione fuerit defunctus. dec. 76. nu 6.
ſtatutum ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem, vel confirmatum à ſuperiore, poteſt tollere appellationem. dec. 38. num. 2.
ſtatutum debet aliquid operari vltra ius commune. dec. 52. num. 1.
ſtatutum debet ſecundum ius commune interpretari, ne aliquis indebite damnum patiatur, etiamſi ſtatutum fruſtratorium redderetur. dec. ea. nu. 2.
ſtatutum diſponens per verba, ſi quis extraxerit de ſtricto iure non comprehendit tentantem extrahere, puniuntur tamen pœna extraordinaria. deciſion. 80. numero 16. & 17.
ſtatutum & contractus non includunt caſum doloſum. deciſ. 18. num. 58.
ſtatutum eſt in Anglia quòd primogenitus ſuccedat. dec. 76. num. 1.
ſtatutum excludens filiam dotatam, & requirens quòd dos ſit data, adhoc, vt filia excludatur, requiritur dotem eſſe traditam, & non ſufficit dotem eſſe promiſſam. dec. 21. num. 15.
ſtatutum excludens fœminas propter maſculos valet, & eſt rationabili, tanquam factum cauſa agnationis conſeruandæ. dec. 21. nu. 45.
ſtatutum ex cauſa poteſt tollere legitimam, tanquam adinuentum de iure ciuili ſuadente naturali ratione. dec. 21. nu. 51.
ſtatutum facit vt nos recedamus à diſpoſitione iuris communis. dec. 9. num. 30.
ſtatutum Ferrariæ excludens fœminas ſtantibus maſculis dicitur etiam excludere à bonis exiſtentibus extra territorium Ferrariæ, ſed tamen reprehenditur. deciſ. 76. num. 5. & 8. & ſeq.
ſtatutum Ferrariæ ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, videtur extendi extra territorium, ſed contra. deciſ. 76. num 7. 8. & ſeq.
ſtatutum generaliter loquens non includit legitimam, niſi de ea fiat particularis mentio. dec. 21. nu. 36.
ſtatutum loquens de contractu venditionis, non videtur habere locum in datione in ſolutum. deciſion. 60. num. 3.


Index.


num. 3.
ſtatutum Peruſinum, & Stylus Curiæ Peruſinæ circa capturas debitorum, quomodo intelligatur, & practicetur. dec. 40. num. 5.
ſtatutum Peruſinum de omnibus cauſis compromittendis inter coniunctos, eſt validum. dec. 47. num. 1.
ſtatutum Peruſinum de cauſis compromittendis inter coniunctos patitur quamplurimas declarationes. deciſ. 47. num. 7.
ſtatutum Peruſinum arctat coniunctos ad compromittendum. dec. 2. num. 4.
ſtatutum Peruſinum, quòd teſtes ſint conteſtes, nouiter explanatur in dec. 9. nu. 34.
ſtatutum probibent tranſactionem non valet, nec pactum de non tranſigendo propter vtilitatem publicam. dec. 18. num. 43.
ſtatutum Peruſinum dat executionem inſtrumentis & teſtamentis, quod ſtatutum cum ſit in viridi obſeruantia, debet obſeruari. dec. 61. num. 31. & 32.
ſtatutum prohibens alienationes in forenſes, valet, & tenet. dec. 85. num. 1.
ſtatutum prohibens alienationes in forenſes cenſetur prohibere etiam hæredis inſtitutionem, & eſt communis opinio, ac etiam locationes ad longum tempus. deciſio. 85. num. 2. & 3.
ſtatutum prohibens alienationes in forenſes tunc habet effectum, & tribuit ius fiſco vendicandi bona, quando realiter & cum effectu perueniunt ad manus forenſium. deciſ. 85. nu. 7.
ſtatutum prohibens alienationes in forenſes, debet produci ſi fiſcus vult obtinere, aliàs ſuccumbit. deciſion. 85. num. 11.
ſtatutum prohibens alienationes in forenſes non vendicat ſibi locum in re modica. deciſ. 85. num. 10.
ſtatutum prohibens exportare frumentum, non comprehendit minores. dec. 80. num. 8.
ſtatutum prohibens portare arma, de quibus armis intelligatur. dec. 31. num. 4.
ſtatutum prohibens appellationem, ne reddatur ſuperfluum, cenſetur prohibere etiam in caſibus à iure permiſſis appellari, & exemplificatur in conſtitutione Marchiæ Anchonitanæ, denegante appellationem in cauſis poſſeſſoriis. dec. 38. num. 6.
ſtatutum prohibens filiam plus petere poſſe, intelligitur etiam prohibere ſupplementum legitimæ, & eſt magis communis opinio. dec. 21. num. 46.
ſtatuti Peruſini diſpoſitione poteſt procedi executiuè, & tunc non poſſunt opponi, niſi quædam exceptiones permiſſæ. dec. 88. nu. 1. & num. 16.
ſtatuti Peruſini diſpoſitione poteſt prorogari inſtantia ad quindecim alios dies, & verba dicti ſtatuti ſunt directa in perſonam iudicis. deciſio. 96. num. 1. & 2. & numero 14. & 19.
ſtatuto Peruſino diſponitur quòd duæ ſententiæ conformes faciant rem iudicatam, dictum tamen ſtatutum debet intelligi de ſententiis validis. dec. 72. num. 1.
ſtatutum permittens vicino facultatem recuperandi rem venditam, non habet locum in datione in ſolutum. deciſ. 60. num. 4.
ſtatutum quòd pater teneatur pro filio ad ſolutionem legitimæ, valet, & eſt communis opinio. deciſion. 11. numero 26.
ſtatutum remittens arbitrio iudicis prorogationem, cenſetur remittere arbitrio boni viri. dec. 96. num. 4. & declara vt in caſu noſtro intra. num. 35.
ſtatutum ſiue conſtitutio tunc ligat, quando eſt in vſu, & onus probandi fuiſſe in obſeruantia, incumbit fundanti ſe in ſtatuto, ſiue conſtitutione. dec. 97. nu. 1. & 2.
ſtatutum ſiue lex generaliter loquens comprehendit etiam cauſam dotis, ſi in eo caſu de quo loquitur, dos non inueniatur particulariter priuilegiata. deciſion. 95. numero 15.
ſtatuto ſiue conſuetudine induci poteſt, vt vir lucretur certam partem dotis, etiam nulla facta conſtitutione dotis. dec. 99 num 23.
ſtatuto ſtante quòd locator non poſsit vendere rem locatam, niſi prius renunciauerit conductori an emere velit, ſi ſint duo conductores, & vnus velit emere, alter verò non, poterit vnus pro ſua portione emere. deciſion. 112. num. 2.
ſtatutum Spoletanum poſitum ſub cap. 25. declaratur. dec. 3. num. 13.
ſtatutum Tudertinum excludit filias dotatas, quomodocũque fuerit dotata. dec. 21. num. 7.
ſtatutum Tudertinum excludens fœminas dotatas, intelligitur etiam excludere ab hæreditate matris. deciſio 21. num. 35.
ſtatutum Tudertinum prohibens filiam dotatam plus petere non poſſe, ſed eſſe contentam dote, impedit virtualiter vt filia nec etiam legitimæ ſupplementum petere poſſit. in ead. num. 43. & numero 49. vbi talis limitatio comprobatur.
ſtatutum volens vicinum teneri ad emendam damni, interpretatur ſecundum ius commune, vt ſcilicet non comprehendat caſum culpa leuiſſima cauſatum. deciſ. 25. num. 22.
ſtipulatio redditur nulla quando partes non ſunt præſentes, ſiue ſaltem Notarius, quo caſu requiritur poſtea ratificatio. deciſ. 16. nu. 4.
ſtylus ad hoc vt obſeruetur, requiritur quòd confirmetur à ſuperiore, declara hoc habere locum, quando tractatur de totali præiudicio. deciſio. 96. numero 8. & num. 28. & 29. & num. 37.
ſtylus concernens modum agendi poteſt induci abſque confirmatione ſuperioris, & poteſt induci coram inferioribus iudicibus. dec. 96. nu. 30. & 31.
ſtylus Curiæ Peruſinæ circa venditionem bonorum debitoris ad inſtantiam creditoris non valentis cõſequi ſuum creditum. dec. 39. nu. 3.
ſtylus Curiæ Peruſinæ circa licentias & mandata executiua dec. 40. num. 1.
ſtylo Curiæ Peruſinæ probatum extitit quòd ab anno 1540, vſque in præſentem diem in prorogatione inſtantiæ non fuit pars citata. dec. 96. nu. 36.
ſtylum confirmandi auctoritatem nõ habent auditores. deciſ. 96. nu. 9.
ſtylum, modò album, modò nigrum. dec. 96. nu. 13.
ſtylus ille præfertur cum quo concurrit præſumptio iuris communis, quando diuerſimodè ſtylus obſeruatur. deciſ. ea. nu. 22.
ſtylus poteſt induci abſque citatione partis, nec requiritur obtineri in contradictorio iudicio. in ea. deciſ. num. 32.
ſtylus poteſt induci à maiori parte populi, cùm ſcientia magiſtratus habentis auctoritatem. deciſion. ead. num. 7.
ſtylus potius quàm conſuetudo dicitur de actibus iudicialibus. in ea. nu. 6.

ſtylus ſubſcribendi præcepta, & literæ inhibitoriales in prouincia vmbriæ, & in prouincia Marchiæ Anconitanæ.dec.104.num.3.& 4.

ſtyli ſtante diuerſitate à iure ſcripto non receditur, & de ſtylo notariorum conſuluit.deciſio.96. nu.11.& 12.

ſtylus reſcriptorum Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi ſanctæ Romanæ eccleſiæ Camerarij aſſerentis in literis aliquid fuiſſe ſibi iniunctum viuo vocis oraculo à ſummo Pontifice, cui aſſertioni ſtetur, quando Summus Pontifex eſt in vrbe, ſiue in alio loco, vbi etiam degit idem Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus Camerarius.dec.104.numero 5.& 6.

ſtylus vltimus attenditur, cùm præcedentia & ſequentia declarent quæ ſint in medio.dec.96.nu.39.

Subditus volens cedere bonis ad hoc, vt liberetur à ſolutione collectarum, quæ imponuntur ſubditis pro quantitate bonorum quæ poſſidet, an ſit admittendus. deciſ.32. num.2.

ſubornationis timor ceſſat, quando inſtituitur abſens, licèt maior.dec.2.num.37.

ſumptus funeris faciens non animo donandi poteſt eos repetere.dec.78. num.2.

ſumptibus abſentis decernuntur literæ remiſſoriæ pro reſponſione fienda teſtibus, quod procedit in epiſcopis, & perſonis nobilibus, ſiue in dignitate conſtitutis, reprobata opin.Specul.dec.64.num.10.& 15.

ſumptibus communibus eſt fienda impenſio, quando committitur cauſa conſultori, quod etiam de conſuetudine ſeruatur, hoc tamen procedit quando iudex ex officio cauſam conſultori tranſmittit, ſecus ſi ad inſtantiam alterius partis.dec.74.nu.1 & 2.

ſumptibus communibus tranſmittitur interrogator.deciſio. 74.num.9.

ſumptibus Epiſcopi petentis ſibi remitti clericum carceratum, eſt fienda remiſsio.dec.74.num 6.

ſumptibus explicari petentis eſt tranſmittendum iuſiurandum dec.74.num.3.

ſumptibus petentis, & iuramentum offerentis abſenti, eſt fienda remiſſio, ſecus quando actor, & reus communiter inſtant, quòd alteri eorum cui de iure, iuramento tranſmittatur, quia ſumptibus communibus impenſas fieri debet. deciſ.74.num.7.& 9.

ſumptibus petentis remiſſionem carcerati eſt fienda remiſſio, ſecus ſi ipſemet carceratus peteret ſe remitti, quia ſumptibus ipſius carcerati eſſet fienda remiſsio.dec.74. num.4.& 5.

ſuſpenſus quidam Romæ in principio Pontificatus. S. D. N. Pij Papæ Quinti, eò, quia adulterauerat manum, & caracteres ſummi Pontificis præfati in quibuſdam bullis, cum tali ſimilitudine, vt Pontifex ipſe, & Datarius vix eam agnoſcerent.dec.7.num.5.

ſuſpicio fugæ non poteſt probari per iuramentum, ſed per duos teſtes, vel per inſtrumentum.dec.41.num.2.

ſuſpicio in iudice eſt, quando datur ad inſtantiam alterius partis, quia etſi datio teneat, parte tamen reclamante debet remoueri.dec.108.numero.7.

ſuſpicione ſuperueniente adimplere debentis, debet præſtari fideicommiſſoria, cautio, vel retineri debitor donec cauerit. deciſ.63.num.12.

ſuſpicionum cauſa contra iudices vbi tractentur remiſſiuè.dec.108 num.101.

Syndicus etiam eccleſiæ ſiue confraternitatis habens amplam auctoritatem alienandi, non poteſt alienare, niſi interuenientibus ſupradictis ſolennitatibus, quod procedit, licèt ſyndico fuiſſet data generalis authoritas.dec. 93.num.33.& 34.


T


TACERE eſt medium inter conſenſum & diſſenſum, applicatur tamen ad alterum extremorum ex præſumpta voluntate tacentis. dec.9.num.24.

taciti & expreſsi eadem eſt virtus regulariter.deciſio. 22. num.8.

Tempus, ætas, atramentum, languor, & alia ſimilia ſæpe diuerſitatem literarum inducunt. dec.7.num.18.

tempus antiquum dicitur ſpatium decem annorum. deciſ. 115.numer.14.

tempus mortis attenditur non autem teſtamenti, quando ita conſtat de mente teſtatoris.dec.61.num.38.

tempus mortis & non teſtamenti attenditur, quando legatur armentum animalium: vel ſimilium rerum quæ patiantur augmentum & diminutionem.dec.61.nu.48.

tempus mortis non teſtamenti attenditur, quando legatum fieret in recompenſationem.dec.61.num.41.

tenuta licèt nulliter conceſſa, debet confirmari.deciſion.40. num.4.

tertij ius allegari non poteſt ad impediendam reſtitutionem, etiam, quòd opponeretur de dominio ipſius.deciſ. 39.num 4.

tertius admittitur ad cauſam pro ſuo intereſſe quandocunque ante ſententiam in terminis in quibus cauſa reperitur.dec.ea.nu.3.

tertius contradictor comparẽs pro ſuo intereſſe, antequam admittatur, debet ſummariè docere de ſuo intereſſe, aliàs non debet audiri.dec.26.num.1.

tertius non admittitur ad cauſam, niſi in terminis, in quibus reperitur, & hoc ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit. in ea. num.6.& 7.

tertius non poteſt ſe opponere liti & controuerſiæ ſuper eadem re, per alium motæ ad impediẽdum proceſſus prioris iudicij deciſ.ea.nu.27.

tertius in cauſa poſſeſſorij poteſt opponere exceptionem dominij, nec poteſt fieri reſtitutio omiſſa iſta exceptione dominij iuris tertij.dec.39.num.5.

tertius prætendens intereſſe, ad hoc, vt ſit audiendus, debet ſaltem ſemiplenè, docere de ſuo intereſſe. in eadem. num.10.

tertius quo caſu non admittitur pro ſuo intereſſe ad effectum retardandæ executionis, vel cautionis præſtandæ. ibid.num.11.

tertius qui habet ſcientiam litis in qua prætendit intereſſe, an poſſit appellare poſt habitam ſcientiam. in ead. num.17.

tertius pro ſuo intereſſe admittitur ad defendendum reum, in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur. in eadem. numero 25.

teſtamenti ignorantia præſumitur in ſuis hæredibus.deciſ. 19.num.14.

teſtamenti inſtrumentum tunc habet executionem paratam, quando nullus adeſt contradictor. deciſion. 23. num.6.

teſtamentum vel alienatio furioſi non tenet, licèt contrahens eum putet ſanæ mentis.dec.1.num 7.

teſtamentum inter liberos ad hoc, vt ſubſiſtat, Doctores voluerunt cenſeri ineſſe clauſulam, ſi non valet vt ago, valeat eo modo meliori quo poteſt. deciſion.2. num.31. cenſetur etiam appoſita clauſula codicillaris. num.





numero 32.

teſtamentum inter liberos eſt adeo fauorabile, vt valeat conditum à teſtatore cæco, & non ſeruata forma. l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſſ.quando tamẽ ceſſat ſuſpicio fraudis.dec.2.nu.34.

teſtamentum dicitur probatio probata, & ex eo notoriè conſtat.deciſ.18.nu.61.

teſtamentum non valet abſque hæredis inſtitutione. ibi. num.39.

teſtator faciens plures gradus ſubſtitutionum intelligitur ſubſtituere dummodo ſine filiis deceſſerit, tranſmittat ad filium ſuum.dec.102.nu.11.

teſtator licèt regulariter cenſeatur ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis, hoc tamen debet intelligi, quando per teſtatorem fiunt actus ex neceſsitate, ſecus ſi fiant ex voluntate.dec.61.nu.46.

teſtator poteſt relinquere cui vult, nõ ſolùm expreſsè ſed etiam tacitè.dec.102.nu.7.

teſtator quæ bona reliquerit tempore mortis, debet probari per inſtitutos & legatarios.dec.61.nu.19.

teſtator ſi dixerit, annullans & cætera fauore filiorum illa clauſula extenditur, vt cenſeatur appoſita clauſula derogatoria, idem ſi teſtator mandaſſet extendi teſtamentum ad conſilium ſapientis.dec.2.nu.33.

teſtator quando vult primum teſtamentum ſubſiſtere, requiritur quod proteſtetur tempore facti ſecundi teſtamenti.ibi.nu. 38.

teſtatoris mens dominatur in teſtamentis, & omnia regit.dec.92.nu.6.

teſtatoris mens eſt ſeruanda.dec.92.nu.5.

teſtatoris mẽs & verba ne reddantur fruſtratoria, eſt facienda interpretatio.dec.61.nu.45.

teſtatoris voluntas colligitur ex coniecturis & interpretatione.ibi.nu.29.

teſtatoris voluntas declaratur ex actu nullo. deciſio. 61. num.28.

teſtatoris voluntas declaratur etiam ex actu nullo, & poteſt fieri violentia verbis, vt ea ſeruetur.ibid. num. 29.& 30.

teſtatoris voluntas eſt præferenda rigori verborum.ibi. num.27.

teſtatoris voluntas eſt ſeruanda etiam tacita, & eam ſectari debemus. ſicut venator.ibi.nu.23.

teſtatoris voluntas poteſt declarari facto & verbis.ibid. num.24.

teſtatoris voluntas ſeruatur pro lege.dec.23 nu.40.

teſtatoris voluntas totum facit.dec.61.nu.25.

teſtatoris voluntates ex diſpoſitis in teſtamento colligũtur.ibi.nu.44.

teſtamenta poſſunt cõdi nocturno tempore, luminaribus tamen accenſis.dec.116.nu.4.& 5.

teſtamenti tempus attenditur, non autem tẽpus mortis, & quibus caſibus id fallat.dec.61.nu.18.& nu.38. & 41.& nu.48.

teſtamenti verba pleno iure important inſtitutionem. ibi.nu.35.

teſtes inimicus aliquando dici veritatem ad fauorem inimici, & aliquando allegat conteſtes non inimicos, quibus poſtea creditur, adeo quòd bona eſt practica quòd inimici teſtes examinentur ſaluis exceptionibus & replicationibus, tam cõtra dicta, quàm contra perſonas teſtium.dec.73.nu.11.

teſtis inimicus non debet examinari de iure, quãdo incontinenti de inimicitia docetur quod examen impeditur non ſolùm ob inimicitiam capitalem, ſed etiam quãdo inter collitigantes adeſſet lis, & quæſtio omniũ bonorum.ibi.nu.8.& 9.

teſtis mediator admittitur in crimine ſimoniæ. deciſ.95. nu.17.

teſtis mediator admittitur in odium ſimoniaci, ita deberet admitti fauore dotis.dec.95.nu. 10. ſed contra. nu. 11.& 12.

teſtis ſuper facto debet deponere, non iudicare. deciſ.28. nu.5. declaratur nu.17.

teſtis vnius dictum ſecundùm aliquos ſufficit ad obtinendum in remedio reintegrãdæ poſſeſsionis.dec.59. num.1.

teſtis vnius dictum ſufficit in poſſeſſorio ſummariſsimo, & quale ſit.ibi.nu.3.

teſtium duorum dictum ex magis communi ſentẽtia requiritur ſpoliato petenti reintegrationem.deciſio. 59. num.2.

teſtes debent deponere rem valore tot cum illo pacto redimendi, & non ſimpliciter, aliàs non probant, imo licèt articuletur, difficiliter tamen probatur per teſtes præſertim idiotas.dec.97.nu.7.

teſtes deponentes ſuper conſuetudine, debent habere vltra quinquaginta annos.dec.106.nu.18.

teſtes examinati ſuper conſuetudine debent reddere rationem ſuorum dictorum, etiam non interrogati, aliàs non probant, licèt eſſent periti.dec.62.nu.36.

teſtes examinati coram arbitro non probant in iudicio ordinario, niſi ſint mortui.dec.2.nu.40.

teſtes ſubſcripti ad hoc, vt probant, neceſſe eſt quòd viuant, ratione aſſignata.dec.7.num.4.

teſtes inducti à parte aduerſa penitùs probant, nec contra eos aliquid poteſt obijci.deciſ.28.nu.6.

teſtibus nobilioribus, & reddentibus rationem, eſt magis credendum.dec.14 num.1.

teſtibus veriſimiliora deponentibus magis creditur. deciſ. ea.num.2.

teſtes inhabiles admittuntur ad probandum matrimoniũ, ſic videntur admitti ad probandam dotem, tanquàm ſequela matrimonij.dec.95.num.4.& 5.

teſtes inhabiles admittuntur etiam quando veriſimiliter alij teſtes non reperiuntur.dec.95.nu.29.

teſtes inhabiles in crimine ſimoniæ admittuntur, cùm timore pœnæ ſecretè eorum negotia pertractent. deciſion. 95 num.28.

teſtes inhabiles ſpeciali fauore matrimonij admittuntur. deciſ.95.num.24.& 25.

teſtes inimici capitales non debent examinari de iure, de ſtylo tamen & conſuetudine in ſtatu eccleſiaſtico examinantur ſaluis exceptionibus, & replicationibus tam contra dicta, quàm contra perſonas. deciſion.86. numero 12.& 13.

teſtes inimici de cõſuetudine & ſtylo examinantur ſaluis exceptionibus tam contra dicta, quàm contra perſonas teſtium.deciſ.73.nu.10.

teſtes licèt deponant habere notam manum, & caracteres alicuius, ſi tamen non fuerunt præſentes, nihil probant, relinquitur tamen arbitrio iudicis.dec.7.nu.17.

teſtes non debent deponere de auditu, ſed de ſenſu, & eſt, communis opinio.dec.106 nu.17.

teſtes non probant, quando adducunt exempla aliorum.deciſ.62.num.37.

teſtes non publicantur Romæ, niſi in tertia inſtãtia, & hoc ex eo fit, vt noui poſſint examinari teſtes.deciſion.73.nu. 4.& 5.

teſtes quãdo repulſantur, breuis debet aſſignari dilatio. de-

ciſ.86.numero 15.
teſtes quando tendunt in eorum dictis ad eundem ſinem non poſſunt tanquam ſingulares reprobari. deciſio. 9. num.9.
teſtes qui recognoſcunt eorum ſubſcriptiones ex communi doctorũ ſententia, omnino probant.dec.7.nu.11.
teſtes qui negant eorum ſuſcriptionem non probant, ad hoc tamen vt eorum ſuſcriptio aliquam præſumptionẽ faciat, arbitrio iudicis debet fieri talis comparatio literarum.ibi.nu.13.
teſtes qui deponunt de contentis in ſcriptura, & ſic de veritate negocij omnino probãt, & duo teſtes ſufficiũt & probatio iſta æquipollet inſtrumento iurato. ibid. num.3.
teſtes ſingulares non probant.dec.9.nu.7.
teſtes ſingulares deponentes de pluribus, & diuerſis cõfeſſionibus, plenè probant, & hæc eſt communis opin. ibi.nu.7.
teſtes variantes de loco & tempore non poſſunt dici ſingulares.ibi.nu.10. Quod declara vt infrà.
teſtium inhabilitas quando conſtat iudici, iudex poteſt ex officio reiicere etiam parte non opponente.dec.86. num.7.
teſtium repulſæ materia vbi tractetur remiſſiuè.in ead. num.14.
teſtes repulſare, & fieri probationes cũ repulſa non poſſe.dec.73.nu.7.
textus in auth.qui rem.C.de ſacroſanct.Eccl. ad verbũ recitatur, & explanatur.dec.22.nu.1.
tex.in §.fi. l.fi.de leg.2.in quibus terminis loquatur.dec. 29.nu.31.
textus in l.ait prætor.§.fi.ff.de min.declaratur. deciſ.54. num.7.
Thobiæ Nonij Doctoris Peruſini præceptoris authoris, laudes, mores, mors, & pompa funebris. deciſion. 28. num.1.
Thobias Nonius Peruſin. I.V.D. excell. & authoris præceptor.dec.21. nu. 44.
Thobias Nonius Iuriſconſultus Peruſinus authoris præceptor.dec.92.nu.12.
Titulus donationis eſt validus & permiſſus. deciſ. 68. num.5.
Traſnactio introducta fuit cauſa litium finiendarum. dec.18.num.38.
tranſactio finita tantò magis eſt obſeruanda.deciſio.ead. num 47.
tranſactio eſt magis obſeruanda, quando vltra iuramẽtum interuenit actoritas curatoris.ibi.nu.49.
tranſactio facta per euidentem calumniam continens enormiſſimam læſionem, dicitur ipſo iure nulla.dec. 27. num.5.
tranſactio non reſcinditur, niſi interueniat dolus.dec.18. num.60.
tranſactio niſi obſeruetur, poteſt rediri ad actionem primæuam, & ſubuenitur etiam actori condictione ob cauſam, quando tamen res euincitur in parua quantitate, & ſine culpa alterius tranſigentis, ſed poteſt de euictione.dec.101.nu.1.2.& 10.& nu.16.
tranſactio non reſcinditur etiam quòd euincatũ fundus, ſi non euincatur culpa conſignãtis fundum, ſed poteſt agi de euictione.ibi.nu.10.& nu.16.
tranſactione finita non eſt amplius locus pœnitentiæ.dec. 18.nu.39.
tranſactioni contraueniẽs efficitur infamis.ibi.num. 48.
tranſactioni contrauenire dicitur, qui non ſoluit in tempore, etiam in re minima.dec 101.nu.3.& 4
tranſactioni contraueniens efficitur periurus. deciſ. 97. num.1.
tranſactione media promittẽs dare prædium tenetur dare liberum, & poteſt rediri ad primæuam actionẽ. dec. 101.nu.6.
tranſactionis ad validitatem eſt neceſſarium inſpicere verba teſtamenti, ita etiam ad validitatem cõpromiſſi.dec.2.nu.21.
tranſactionis contractus eſt innominatus. deciſione 18. num.40.
tranſactionis exceptio eſt litis finitæ, & impedit litis ingreſſum.ibi.nu.41.
tranſactionis contractus etiam ob enormem læſionem nõ retractatur.ibi.nu.44.declara vt infra.
tranſactionis exceptio æquiparatur exceptione rei indicatæ.ibi.nu.42.
tranſmiſſio fit etiam ad tranſuerſales ex coniecturis, quæ tamen coniecturæ magis operantur in deſcendentes.dec. 102. nu.9.
tranſmiſſio non fit ad tranſuerſales etiam exiſtentibus coniecturis, & eſt magis commun. opin. vbi reprehenditur Cepha.conſ.132.nu.6.lib.1.dec.102.nu.4.
Trebellianica non habet locum in fideicommiſſo particulari, ſed in vniuerſali.dec.29.nu.34.
Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias cauſas. deciſ.30.nu.8.
Trebellianica detrahitur de relictis hoſpitalibus profanis. dec.ea.num.9.
Trebellianicam detrahere intendens quid debeat facere. dec.47.nu.17.
Trebellianica nec mediatè, nec immediatè detrahitur de relictis hoſpitali pio.in ea.num.10.
Tutor debet præuidere periculum mortis, & multa de morte hic ſubijciuntur. dec.67.nu.33.
tutor & curator tenetur dare pecunias pupillares ad honeſtum lucrum, & ad cambium, aliàs tenetur ad intereſſe. dec.67.num.1.
tutor magnatum perſonarum poteſt dare pecuniam ad ſocietatem officij, quando pupillus eſt valde diues.deciſion. eod.nu.35.
tutor non tenetur de interitu pecuniarum poſitarum ad ſocietatem officij, quando pater dicti tutoris fuiſſet ſolitus dictas pecunias ponere ad ſocietatem officij.deciſion. 67.nu.34.
tutor poteſt compromittere quando adhibet eaſdem ſolennitates, quæ adhiberi ſolent in alienationibus minorum. dec.2.num.1.
tutor probabitur inueniſſe prædialia venalia, ſi fuerit requiſitus, an voluerit emere talem fundum.dec.67.nu.8.
tutor qui deponit pecuniam apud campſores, cuius fides erat publicè approbata, non tenetur ſi pecuniæ fuerint deperditæ.dec.ea.nu.30.
tutor ſimpliciter datus intelligitur datus bonis pupilli, quæ habet extra territorium.dec.76.num.2.
tutores non poſſunt creare actores, niſi ob imminentes cauſas, puta, infirmitatis, abſentiæ, vel nobilitatis. deciſio. 4.num.1.
tutoris authoritas, decretum iudicis, & iuramentum operantur in dubio, ſecùs quando conſtat de enormiſſima læſione.dec.18.num.72.
tutoris bona omnia cenſentur obligata pro adminiſtratione tutelæ.dec.75.num.4.
tutoris negligentia probatur, quando fuiſſet citatus à volente ei vendere prædium, & dictus tutor recuſaſſet. dec.67.



dec.67.num.24.
tutoris ſcientia, dicitur ſcientia pupilli.deciſio.67.nu.14.
tutores dicuntur eſſe in dolo in non dando pecunias ad honeſtum lucrum, ſi fuerit probatum per proxenetas, & mediatores ad hoc fuiſſe requiſitos ipſóſque tutores recuſaſſe.in ea.num.10.
tutores non tenentur de caſibus fortuitis, qui præuideri nõ poſſunt. in ea. num.27.
tutores omnes poſſunt dare abſque eorum periculo paruas quantitates pecuniarum pupillarium ad ſocietatem officij, arbitrio iudicis.in ea.num.36.
tutores plures à pluribus iudicibus dari poſſunt vbi bona ſunt ſita, & ponitur cautela qua vti debent creditores pupilli in territorio, vbi pupillus habet bona, ſed nõ tutores, vt faciat citare alium tutorem cum proteſtatione ſi non comparuerit, faciet ei dare alium tutorem in loco vbi ſita ſunt bona.dec.76.nu.3.& 4.
tutores recuſantes ponere pecunias ad honeſtum lucrum, ſunt ſuſpecti ne bona minorum in eorum vtilitatem conuertant, & tenentur ad duplum, & intereſſe.dec.67.numero 26.
tutoribus non eſt permiſſum ſimpliciter dare pecunias ad honeſtum lucrum, ſed in ſubſidium, quando non reperirentur bona ſtabilia venalia, cum declaratione vt hic. in ea.num.31.

V

VALERII Maximi locus recenſetur, dicentis Romæ fuiſſe in Senatu approbatum teſtamentũ dementis, cum fuiſſet ritè conditum.dec.1.num.18.
valor aurei antiqui hodie eſt diminutus, & quingenti aurei antiqui hodie conſtituunt ſeptingentos aureos, & ſic hodie valet donatio ſine inſinuatione, vſque ad ſeptingentos aureos.dec.66.num.9.
Venditor tenetur denunciare emptori fundi, in fundo abeſſe colonum.dec.83.nu.13.
vendens fundum in quo ſint fructus pendentes, cenſentur etiam venditi fructus pendẽtes, cùm ſint pars fundi.dec. 83.nu.1.2.& 7.
venditio facta de fundo, pendentibus fructibus, comprehendit etiam partem fructuum coloni partiarij. dec. 83. num.3.
venditio fit ex voluntate, reſtitutio dotis ex neceſſitate.deciſ.79.num.10.
venditio fundi pendentibus fructibus cenſetur vendita cariori pretio.dec.79.num.13 & 18.
venditio quando fit ex neceſsitate, fit vt res vendita continuo ſit apud emptorem.dec.79.num.11.
venditiones bonorum ſtabilium banniri ſolent.deciſio.67. num.9.
venditæ res cum pacto redimendi valet minus triginta florenis pro quolibet centenario florenorum.deciſio.97.numero 4.5.& 6.
venditor cum pacto quemadmodum poteſt rem venditam redimere, ita pariter poteſt, cui voluerit, ius illud redimendi cedere.dec.16.num.5.
venditori non eſt licitum recedere à contractu ob non ſolutionem reſidui pretij, ſed tantummodo habet actionem ad intereſſe ratione pretij non ſoluti.dec.53. num.4.
venditor quando facit dilationem emptori ad ſoluendum non poteſt petere vſuras pretij non ſoluti. ex æquitate. l. curabit.C.de act. empt.& affertur ratio.deciſio.53. numero 5.
Venetijs, Romæ, & Lugduni, & in alijs ciuitatibus, inſignibus, ſolent dari pecuniæ ad cambia, & recambia, & in multis locis adſunt montes non vacabiles.deciſio.67. num.15.
verborum cortex non eſt conſiderandus in inſtrumentis, ſed quid re vera adinuicem partes contraxerint. deciſ. 29.num.36.
verbum, dotata exponi debet pro promiſſa, & ita verificatur ſtatutum dictans excludi mulierem dotatam, quod habeat locum etiam quòd dos per patrem fuerit deſignata filiæ impuberi, & ab hac opinione in deciſiuis non eſt recedendum. dec.21.num.14.
verbum, oportebit, hic exponitur pro oportunum erit. dec. 78.num.9.
verba, & mens teſtatoris non reddantur fruſtratoria, eſt facienda interpretatio.dec.61.nu.45.
verba enunciatiua emiſſa propter aliud, an, & quando probent.dec.33.num.11.
verba enunciatiua (licèt emiſſa propter aliud) fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ probant.in ea.num.12.
verba enunciatiua incidenter prolata propter aliud (ſi fuerint geminata) probant etiam quò ad tertiam, nedum inter eaſdem perſonas. in ea.num.13.
verba in contractu ſtipulatione vallato ſunt ſtrictè & propriè intelligenda.dec.60.num.2.
verba (promittens curare cum effectu) non habent maiorem efficaciam obligandi fideiuſſorẽ, quàm vt adhibeat omnem ſuum conatum.dec.27.num.9.
verba participij temporis relatiua poſita in mandato, declarant, in quibus ſit data adminiſtratio.dec.37.nu.7.
verba renunciationum potiùs apponuntur de ſtylo notariorum, quàm quòd à partibus fuerint ipſi notarij rogati.dec.19.num.9.
veriſimilia quæ non ſunt, dici non debent.dec.110.nu.16.
Vicini & conſanguinei in factis momentaneis, non præſumuntur habere notitiam de ijs, quæ fiunt à vicinis, & coniunctis.deciſ.19.num.24.
vicinitas vbi eſt maior, ibi maior eſt præſumptio ſcientiæ. deciſ.103.num.9.
vicinus præſumitur ſcire facta vicini. Fallit quando vicinus fuiſſet abſens. Fallit etiam quãdo vicini eſſent noui. deciſ.ea.num.5.& 7.
victor tenetur tertio comparenti ante ſententiam præſtare cautionem de reſtituendo rem in caſum ſuccumbentiæ. dec.26.num.12.
victum ſuum quis non tenetur coarctare propter alimenta cuiuſcunque, niſi largas habeat facultates. deciſio. 46. numero 12.
vinculum iuramenti ſpirituale non tranſit ad hæredes, ſecùs quò ad obligationem temporalem. dec.15.nu.14.
vineæ non putatæ, vel per longum tempus non cultiuatæ, deſiccantur, & in perpetuum deteriorantur. deciſio.22. num.23.
vir tenetur ſubminiſtrare alimenta vxori, quando litigat cum eo.dec.46.num.4.
virtutes Buonſignori Finetti Romanæ Rotæ auditoris Peruſiæ, & prouinciæ Vmbriæ Gubernatoris. deciſion.80. num.24.
viuere vnuſquiſque præſumitur vſque ad centum annos, niſi contrarium probetur.dec.12.num.2.
Vniuerſitas quando non eſt ſoluendo propter neceſſitates, poteſt imponere collectas. dec.43.num.1.
Vocato ex teſtamento auito per fideicommiſſum, licitum eſt propria authoritate capere poſſeſſionem bonorum. deciſ.29.num.1.
voluntas in animo retenta nihil operatur.dec.61.nu.5.

voluntas teſtatoris ſeruatur pro lege.dec.23.nu.40.
voluntatis mutatio non præſumitur.dec.61.num.7.
voluntates teſtatorum ex diſpoſitis teſtamento colliguntur. in ea.num.44.
votum commune parentum eſt parare diuitias filijs. dec. 2.num.30.
Vrbs capta, & depopulata ſub Clemente VII. Pontifi. dec.55.num.9.
Vſufructuarius, cui eſt obuentura proprietas, non tenetur cauere. deciſ.61.num.36.
vſufructuarius non poteſt vti arboribus vi ventorum deiectis, niſi pro reficiendis, & reſarciendis ædibus, & in ſubſidium pro vſu lignorum.deciſ.5.num.2.
vſufructuarius tenetur cauere de reſtituendo finito vſufructu non ſolum ſtabilia, ſed etiam mobilia.dec.61.nu.12.
vſuræ quæ debentur ab emptore ratione pretij non ſoluti, poſſunt excedere fructus rei venditæ.dec.53.nu.3.
Vulgò quæſitus propter incertitudinem patris ſuccedere non poteſt.dec.18.num.11.
Vxor ad quas operas teneatur operari viro, & diſtinguuntur operæ obſequiales à fabrilibus, & artificialibus.dec. 28.num.10.
vxor cenſetur poßidere iure familiaritatis, niſi appareat de mutatione voluntatis.dec.61.num.6.
vxor confitendo legitimè ſe conſtituiſſe dotẽ viro, ſibi præiudicat.deciſ.99.num.19.
vxor continuando poſſeßionem bonorum mariti, præſumitur quòd poſſederit ex titulo præcedenti.dec.109.nu.17.
vxor dicens viro, do tibi bona mea, intelligitur dare in dotem, licèt hoc non dixerit, & ſic præmoriente vxore vir lucrabitur partem dotis ſtatutariam.dec.99.nu.24.
vxor dicitur pauper, vel diues, attenta qualitate perſonarum, quod relinquitur arbitrio iudicis.dec.66.num.16.
vxor habet retentionem bonorum iuri pro ſua dote mortuo viro.dec.61.num.2.
vxor non eſt in poteſtate viri, ſed patris. deciſio.28.nu.11.
vxor non præſumitur acquirere de bonis viri, quando apparet per confeſſionem viri acquiſiuiſſe de bonis vxoris. dec.12.num.21.
vxor poteſt retinere bona mariti, donec ei integra dos reſtituatur.dec.12.num.18.
vxor poteſt ſocietatem coire cum viro de ijs, quæ ſunt ex quæſtu, & ſi aliquid ſtipuletur vnà cum viro, acquirit ſibi partem ſuam.dec.28.num.12.
vxores præſumuntur in dubio acquiſiuiſſe de bonis virorum. dec.12.num.19. Ampliatur hoc procedere etiam in vidua.num.20.
vxor poteſt ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis pro retentione ſuarum dotium, hoc tamen procedit dummodo animo conſtituat velle poſſidere ex dicta noua cauſa.dec. 61.num.3.& 4.
vxor quæ deligenda.dec.66.num 15.
vxor quæ deligenda, ex auctoritate Senecæ explicatur. dec.66.num.18.
vxor quo ad legata eſt priuilegiata, ſicut filij & aliæ coniunctæ perſonæ.dec.61.nu.41.
vxor ſibi præiudicat, quando permittit ipſa ſciente virum poſſidere eius bona tanquàm dotalia, limita vt per auctorem, quando videlicet vxor poſſet ſe obligare abſque præſentia conſanguineorum, & vxor eſſet maior. deciſ. 99.nu.20,21.& 22.
vxor ſi emat in præſentia viri non contradicentis præſumitur acquiſiuiſſe de bonis ipſius vxoris, & non viri. deciſ. 12.num.22.
vxor tenetur expectare per annum ad repetendam dotem, quando dos conſiſtit in pecunijs, & aliis rebus mobilibus, ſecùs, quando conſiſtit in immobilibus, & donec dos reſtituatur alimentari debet.deciſ.21.nu.4.
vxor tunc poteſt retinere bona mariti, quando poſſeſſio eſt vacans, ſecus ſi ab hæredibus viri fuerit occupata. dec. 61.num.8.
vxoris animus dignoſcitur ſi præcipi feciſſet laboratoribus, vt eam de fructibus recognoſcerent. dec.109.nu.16.
vxori eiectæ de domo ante factam declarationem non competit remedium recuperandæ poſſeſſionis, ſed debet agere remedio l.dotis actione.C.ſolut.matrim.deciſ.109.nu. 18.& 19.
vxori magis expedit habere pretium rei dotalis, quàm fundum dotalem ob periculum deteriorationis. deciſ. 89. num.20.
vxori ſiue mulieri competit retentio bonorum viri, donec ei reſtituatur dos, & retentio iſta competit quando poſſeſſio eſt vacans, & dummodo vxor verbis, vel facto declaret vellet mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis. deciſion.109. numero 3.& 4.
vxori ſiue mulieri competit retentio bonorum viri, donec ei reſtituatur dos, quod ius tranſmittitur ad filium, & ad ſingularem ſucceſſorem etiam non facta liquidatione.deciſ.109.num.1.& 2.
vxorem nobilem accipiens plebeius ſi conſtante matrimonio confiteatur recepiſſe dotem, confeſſio valet, & tenet, & eſt magis communis.deciſ.66.nu.13.
vxores diuites licèt ruſticas, & viliſſimæ proſapiæ quærunt habere homines, putant enim ex diuitijs conſequi nobilitatem, & referuntur quædam carmina. deciſ.66. num.14.

F I N I S.